MACROBII
AMBROSII THEODOSII

V. C. ET INL.

SATURNALIORUM

LIBRI VII.

EXCUSSIS EXEMPLARIBUS TAM MANU EXARATIS QUAM TYPIS DESCRIPTIS EMENDAVIT: APPARATUM CRITICUM, ADNOTATIONES, CUM ALIORUM SELECTAS TUM SUAS, ADIECIT

LUDOVICUS IANUS.

ACCEDUNT INDICES.

QUEDLINBURGI ET LIPSIAE

TYPIS ET SUMPTIBUS GODOFREDI BASSII.

MDCCCLII.

MACROBII AMBROSII THEODOSII

V. C. ET INL.

OPERA

QUAE SUPERSUNT.

EXCUSSIS EXEMPLARIBUS TAM MANU EXARATIS QUAM TYPIS DESCRIPTIS EMENDAVIT: PROLEGOMENA, APPARATUM CRITICUM, ADNOTATIONES, CUM ALIORUM SELECTAS TUM SUAS, INDICESQUE ADIECIT

LUDOVICUS IANUS.

VOLUMEN II.

SATURNALIORUM LIBRI VII. ET INDICES.

QUEDLINBURGI ET LIPSIAE

TYPIS ET SUMPTIBUS GODOFREDI BASSII.

MDCCCLII.

PRAEFATIO.

Alterum Macrobii mei volumen quum edebam, eodem illo anno sperabam hoc alterum me esse absoluturum: interiectum est quadriennium, quo quidem quadriennio facta sunt quae fieri posse negabam. His temporibus huius voluminis confectionem aliquantulum esse retardatam non iverim infitias; at minus certe quam rei difficultate et mora a typographo iniecta. Nam ego nullum tempus intermisi nisi aliquot anni MDCCCXLIX. menses, quibus infirma prohibebar valetudine, eoque ipso anno primae plagulae prelo sunt subiectae, neque umquam frustra quae describeret a me petivit typographus; ipse saepius, semel ne monito quidem me per semestre spatium, cessavit.

De re ipsa non multa habeo quae dicam: nam de editionis condicione et forma egi in primi voluminis praefatione, de apparatu critico in prolegomenis pag. LXXX sqq. Hic auctus est iis quae praeter excerpta e codice Borbonico (N) commemorata ibidem pag. LXXXVII. ad me misit, quae est eius liberalitas, H. KEILIUS exscripta ex eodem illo codice [1]), e Mediceo codice VIII. plutei

---

[1]) Collatis cum edit. Bipont. his Saturnaliorum partibus: I, 7, §§ 36, 37; I, 10, 3; I, 17, §§ 10, 20; II, 2, 17; II, 7, §§ 3 et 9—11; III, 16, 18. — 17, 14; veterum Latinorum poetarum versibus VI, 1, 8. — 5, 5. Descriptioni codicis quae legitur prolegg. p. LXXXVII. addenda sunt haecce: Libri in codice Borbonico non sunt distincti, sed nova linea a maiore littera incipit in verbis: *Accentaque* (sic) *sorte* (I, 7, 28); *Quae de libero patre* (I, 19, 1); *Saturnus ipse* (I, 22, 8); *Sicubi* (sic) *modestus* (II, 1, 1); *Has tot interpretationis ambages* (III, 2, 12); *Sermone movetur* (IV, i, 1); *Post haec* (V, 1, 1); *Hic* (VI, 1, 1), hoc quidem loco praemissis verbis: FINIT DE HIS QVE VIRGIL. A GRECIS TRAXIT. DE HIS Q. A VETERIBVS LATINIS MARO TRANSTVLIT; *Primis mensibus* (sic, VII, 1, 1). In libro VI inde a cap. 1, § 8. verba Virgilii et veterum poetarum binis columnis

LI (M) [2], e Palatino 886. (V, i. e. Vaticano) [3]), e Reginensi

---

inter se opponuntur. Vocabula saepe cohaerent; scriptura est nitida; compendia rara.

[2]) Qui est meus M1., prolegg. p. LXXXIV. Cum editione Riviana (v3) contulit V. D. Sat. I, 2, 1. — 5, 9; I, 7, 36. — 8, 5; I, 10, 3 — 9 et 16; 11, 42; 16, 18; II, 7, 1 — 11; III, 10, 7; 13, 7 — 9; 14, 5. — 18, 12. et totum librum VI.

[3]) Codex membranaceus formae quadratae sec. X. praeter alia complura continet inde a fol. CXXV. excerpta quaedam e Saturnaliorum libris I-III. Quae ibi leguntur fere omnia contulit V. D. cum edit. Bipont. Inscriptio est: EX LIBRO MACROBII SATVRNALIVM EXCERPTVM DE SERVIS. Sequuntur verba: *Iocone an serio* cet. I, 11, 2 — 43. inserta ante § 35. inscriptione: ANCILLAS ETIAM FORTIA FACTA FECISSE COMMEMORAT; II, 1, 7. — 2, 17; 4, 25. 7, 11; III, 13, 11 et 12; 14, 5., inde a verbis *adeo et ipse*, usque ad libri finem, cui subscribitur: MACROBII THEODOSII V̄. CONVIVIORVM SECVNDI EXPLICIT. Hoc ergo codice putaveris Is. Pontanum potuisse uti ad probanda sua commenta, de quibus vid. prolegg. p. XXXII seq.: at numerus II. in hoc codice, ut in P (cf. prolegg. p. LXXXII.), videtur esse referendus ad ordinem dierum. Praeterea idem V. D. in bibliotheca Vaticana vidit hos codices:

a) Palatinum 1575., membr. form. max. sec. XV. „Ianoccii Manetti", in quo legitur inscriptio: *Macrobii Theodosii viri illustrissimi Saturnaliorum liber primus incipit feliciter*, et subscriptio: *Macrobii Theodosii V. C. et inl. conviviorum tertii diei liber feliciter explicit.* Sequitur Ciceronis Somnium Scipionis cum Commentariis Macrobii.

b) Vaticanum 3417. membr. formae minimae sec. XIV. Inscriptio: *Macrobii Theodosii vc̄. et ill. conviviorum primi diei Saturnaliorum incipit feliciter;* subscriptio: *Macrobii Theodosii vc̄. et inl. conviviorum tercii diei.*

c) Urbinatem 1214. membr. formae maximae sec. XV. elegantissime scriptum. Inscriptio: MACROBII THEODOSII VIRI ILLVSTRIS SATVRNALIORVM LIBER I.; subscriptio: M. THEODOSII V. C. ET ILL. CONVIVIORVM TERTII DIEI EXPLICIT FELICITER.

d) Ottobonianum 1197. „Ex bibliotheca Serenissimae Reginae Num. 1820." membr. formae quadratae sec. XIV. Continet Commentarios in Somnium Scipionis et Saturnaliorum librum VII. cum inscriptione: *Liber Macrobii viri consularis incipit*, et cum subscriptione: *Macrobii Theodosii viri consularis et illusarū* (sic) *conviviorum tertii diei Saturnaliorum liber explicit.*

e) Ottobonianum 1747. membr. formae maximae sec. XV. Inscriptio: *Macrobii Theodosii Saturnaliorum liber primus incipit ad Eustachium filium*, et subscriptio: *Macrobii Theodosii Saturnaliorum liber septimus et ultimus explicit VI ianuarii MCCCCXLV. Bononiae per me Iohannem olim* (ordin.?) *Benedicti de Florentia.*

f) Ottobonianum 1935. membr. formae quadratae sec. XIV. Continet foliis LXIII. partes quasdam Saturnaliorum sine ulla subscriptione.

g) Ottobonianum 2047. membr. formae maximae sec. XV. Inscriptio (fol. CXLIV.): *Macrobius in Saturnalibus. Qui et dicitur cena ph̃yorum* (philosophorum?); subscriptio: *Macrobii vi. cl. et illustris conviviorum tertii diei.*

1650. (R) [4]). In scriptoris verbis emendandis eam secutus sum rationem quam exposui in illa praefatione p. XI., in Graecis fere ubique nisus auctoritate codicis P. Coniecturae in his et in veterum Latinorum scriptorum poetarumque verbis rarissime me indulsisse vix est quod moneam, quum in tali scriptore non tam quaeratur quae sit illorum fragmentorum vera forma, quam quae fuerit in iis exemplaribus quae ille habuerit ante oculos: neque ego satis calleo artem metricam satisve instructus sum subsidiis ad illa fragmenta penitus emendanda necessariis. [5]) Sic, quum numeri non raro vitiis

---

h) Ottobonianum 2052. „Altaemps", membr. formae quadratae sec. XIV. vel XV. Subscriptio: *Macrobii Theodosii viri illustrissimi conviviorum tertii diei liber explicit.*

[4]) Hic codex membr. formae quadratae sec. X. binis columnis exaratus inde a folio XLI. continet Saturnaliorum libros I–III. omissis primis verbis: *Multas variasque in hac vita*, et libro II. addita subscriptione: MACROBII THEODOSII V. C. ET INL. CONVIVIORVM PRIMI DIEI SATVRNALIORVM EXPLICIT, libro III. tantummodo: *Explicit.*

In eadem bibliotheca V. D. vidit codices:

a) Reginensem 1647. membr. formae quadratae sec. XV. „Collegii Soc^tis^ Iesu Olomneii; Catal. mscr. 1604." Inscriptio: *Macrobii Theodosii liber primus incipit de Saturnalibus.* Ultima Saturnaliorum verba leguntur fol. CLIII. Fol. CLV. sequitur liber VII. usque ad c. 12, § 29.

b) Reginensem 1983. chart. formae maximae sec. XV. Subscriptio: MACROBII THEODOSII VIRI CONSVLARIS ET ILLVSTRIS CONVIVIORVM TERTII DIEI FINIT.

Patavii denique in bibliotheca Sti. Antonii vidit fragmentum VI. foliorum sec. X., quod incipit a verbis: MACROBII AMBROSII THEODOSII QVINCIES C̄SVLIS (i. e. V. C.) ET INLVSTRIS AD EVSTATIVM FILIVM SVVM SATVRNALIORVM LIB. INCIPIT. *Deinde idem per plura infert ideo Saturnalibus talium commertiorum* (I, 11, 50.) et desinit in verba (I, 15, 20.): *initia mensium id ē Kalendas huic deae consecravit feliciter.*

[5]) Quum omnia iam typis erant descripta, mihi in manus venit Eduardi Munkii liber qui inscribitur de fabulis Atellanis (Lips. 1840). Ibi p. 143 sq. inveni Pomponii versus qui leguntur Sat. VI, 4, 13. sic constitutos:

Vócem deducás oportet, út videantur múlieris
vérba. — Iube modo ádferatur múnus tenuem et tínnulam
vócem ego reddam.

Ibidem legitur fragmentum e Gallis Transalpinis (Sat. VI, 9, 4.) et p. 146. fragmentum fabulae quae inscribitur Maevia (Sat. I, 4, 22.) sine ulla discrepantia, sed ad hoc alterum fragmentum adnotatur vocem *dies* bis pro una computari syllaba. Fragmentum Novii (Sat. I, 10, 3.) p. 184. mutato ordine verborum legitur:

O'lim veniunt éxspectata séptem Saturnália;

et fragmentum Mummii (Sat. I, 10, 3.) quem Memmium s. Mummium dicit Munkius, p. 186.:

laborent, ne potui quidem ad eos indicandos addere, ut adsolet, accentus. De loco Plautino qui legitur Sat. III, 16, 2. nuper consului F. Ritschelium, qui quae pro egregia sua humanitate mecum communicavit non possum quin hic ponam.

Versus illos Baccariae (sic nomen fabulae esse scribendum) ait Vir Clarissimus vulgo haberi pro Saturniis et eius generis versus sic fere posse constitui:

Quis mórtalí st tantá for|túna afféctus úmquam
Quam ego núnc sum quóius véntri | haéc portátur pómpa?
Vel hic qui míhi acipénser | látuit in mari ántehac
Eius látus in látebras réddam | déntibús et mális.

Sed quum omnino verisimile non esset Plautum composuisse versus Saturnios, nec vehementiore, immo leviore, opus esset immutatione, ut efficerentur optimi septenarii iambici, quo metro illum poetam saepissime usum esse constaret, sic potius hos versus videri esse scribendos:

Quis ést mortalis tám bona fortúna affectus úmquam
Quam ego núnc sum, quoius haec [dápsilis] ventri portatur pómpa?
Vel hice qui mihi ín mari — acipénser latuit ántehac,
In látebras eius reddám latus meis déntibus et mális.

Bona fortuna similiter legi in Aulularia (I, 3, 22.), apud Ciceronem (in Verr. IV, 3, 7.), saepeque in inscriptionibus *F. B. Vel* (v. 3.) idem esse ac *velut* et legi *vel hic* sic etiam alias, ut Menaech. V, 2, 119. In ultimo versu minus probandam esse verborum collocationem: *Eius ín latebras reddám latus.* A voce *manibus*, quae falso legeretur apud Macrobium, nimis remotum esse *maxillis:* vix illi aetati tribui posse *mandibulis*, sed etiam *malis* facile in illam vocem potuisse mutari: *dentibus* producta ultima syllaba apud Plautum non esse reprehendendum.

Adnotationem largiorem flagitaverunt res in Saturnaliorum libris tractatae; sed tamen servavi quam mihi proposueram rationem. Interpretabar potius, veterum scriptorum plerumque verbis, quantum valebat curta supellex, ea quae scripsit Macrobius, quam anxie quaerebam, essentne vera quae doceret: quod si voluissem ubique facere, vix invenissem finem, in rebus mythologicis praesertim et in interpretationibus verborum Virgilii: sed id genus quae aliis locis essent ab aliis disputata non omittebam consulto [6].

Nostri maiores, véluti bene multa instituere, hoc óptime,
a frigore summo fécere dies séptem Saturnália.

[6]) Ad Sat. V, 18, 2 sqq addas id quod nuperrime (Neue Jahrb. f. Phil.

In voluminis I. praefatione p. VIII. commemoravi adnotationes in margine editionis Londinensis exempli quod est in bibliotheca publica Dorpatensi adscriptas, quas ad me misit M. L. Mercklinus. Maximam vir doctissimus impendit operam adnotationibus illis describendis, additis numeris paginarum et versuum editionis Zeunianae quam me habere cognoverat: ego vero nusquam earum feci mentionem. Quod cur factum sit, non possum hic non dicere, quin aut negligens esse videar aut ingratus. Litteras mihi datas anno MDCCCXLI. in aliud tempus reservans condidi, vel potius, ut fit, abdidi, ita ut meas adnotationes conscripturus ipse non repererim, nec nisi nuperrime in eas inciderim. Antea si eas habuissem, haud exigua opera essem liberatus in quaerendis Virgilianis locis, quos in Saturnaliorum libri IV. aliqua parte non indicavit Zeunius, et in emendando libello de differentiis et societatibus Graeci Latinique verbi, in quo destitutus eram paene omnibus subsidiis. Conscriptae sunt illae adnotationes, si fides habenda est I. A. Noesseltio, penes quem olim erat illud editionis Londinensis exemplum, ab Ioanne Alberto Fabricio, quod quidem, ut ait ille, et manus sive scriptura prodit et index scriptorum quos citaverat Macrobius, quamquam hic longe locupletior est eo quem reperies in Fabricii Bibl. Lat. T. III. p. 137 sq. [7]) Quae de indice dixit scriptorum, ea fateor me nescire quid velint: refragari ea potius quam suffragari illi opinioni vidit Mercklinus, qui quidem subiecit legi in fronte libri ab eadem manu scripta nonnulla de fragmentis Macrobii quae omnino congruerent cum iis quae legerentur in Fabricii Bibl. Lat. III, p. 186. Idem aliud deprehendit vestigium quo indagaretur illarum adnotationum auctor. Adscripsit enim hic ad Sat. V, 13, 25: „Vide quae dixi ad Long. p. 39.“; sed de Longo aut de Longino quidquam scripsisse Fabricium non magis quam ego habuit compertum Mercklinus. Continent autem

---

n. Paed. Suppl. XVII, p. 618) bene observavit R. Klotzius, Virgilium in Georgicorum exordio dixisse:

Poculaque inventis Acheloia miscuit uvis

non propterea, ut vult Macrobius, quod Graeci Dodonaei oraculi auctoritate moti saepe Acheloum pro quavis aqua posuissent, sed propterea quod prope hunc fluvium inventae essent uvae.

[7]) Editionis V., ut videtur; nam in edit. IV. omnino non legitur hic index et in editione ab Ernestio digesta et aucta legitur vol. III, p. 186 sqq. Cf. praef. Fabric. vol. I, p. XLIII. Ceterum notandum est Fabricium suum indicem scriptorum non sumpsisse ex editione Londinensi, qua qui has adnotationes scripsit usus est, sed ei praemisisse verba: *Ex editione Io. Isaaci Pontani Lugd. Bat* 1628.

hae adnotationes multa quae a me aliunde hausta non est quod repetam: multae praeterea insunt coniecturae quas cognita codicum manu scriptorum lectione futiles esse apparuit: alia vero etiamnum digna sunt quae in lucem proferantur, quamobrem additis iis quae addenda esse mihi videbantur ea hic inserenda esse putavi.

Sat. I, 7, 8. *Religio nulla vetuit* Virg. Georg. I, 270. — 7, 36. Schol. Comici ad *Νεφέλας* p. 149. b. [ad v. 397.]: *Ἔστι δὲ Κρόνια παρὰ τοῖς Ἕλλησιν ἑορτή, τὰ παρὰ Ῥωμαίοις καλούμενα Σατουρνάλια ἢ Ἀπατούρια.* — 8, 9. *Sathyros* pro *Sathunos* ante emendarat Is. Casaubonus lib. I. cap. 2. de Satira. — 9, 9. Sane ut Iano apud Latinos sic Apollini apud Graecos novus annus sacer. V. ad ll. Attic. Petit. p. 85. — 12, 3. Plutarchus in Quaestionibus Romanis, non procul ab initio [18]: *Καὶ παρέστη τισὶν οἴεσθαι καὶ λέγειν ὡς οὐ δώδεκα μησὶν ἀλλὰ δέκα συνεπλήρουν οἱ τότε Ῥωμαῖοι τὸν ἐνιαυτόν.* — 12, 8. Varro l. V. de l. l. c. 4. [VI, 33.]. *Secundus mensis, ut Fulvius scribit et Iunius, a Venere, quod ea sit Aphrodite.* — 13, 1. Nihil muto [in verbis: *sub caelo rudi*]. Iuvenalis [X, 50.] *Crassoque sub aere nasci.* — 14, 5. Una voce scribe *anterminum*, ut Graeci *ἀμπέδιον* pro *ἀνὰ πεδίον*. — 15, 11. Glossae Isidori: *Conclassare, convocare.* — 16, 26. E Livio alia paullo de die cladis Alliensis narrat Plutarchus et refutat *Κεφαλ. καταγρ. Ῥωμ.* p. 481. ed. Steph. [c. 25.]. — 16, 33. Seneca ep. XCIV. Probat Turn. XV, 22.; *Κανούσιον* Plut. [Adde ad ind. auct. n. *Geminus*: Sueton. Caes. 9. *Tanusius Geminus in Historia.* Plutarch. Caes. 22. *Τανύσιος λέγει κτλ.* Senec. ep. 93, 10. *Annales Tanusii scis quam ponderosi sint et quid vocentur*, ubi Fickert. citat Voss. de hist. Latt. I, p. 59. ed. Frcf.] — 17, 23. *Sospitatem.* Sic *faustitatem* Horatius [Od. IV, 5, 18.] dixit nove. — 17, 35. Suidas in *Πείσανδρος* et *Κάμειρος* et *Καμειραῖος* scribit. Nec muto quidquam, quum *Camerienses* sit Macrobio satis dignum. *Camerienses* ut *Carthaginienses*, *Nemausienses*, *Berytienses*. Posteriora duo invenis apud Eusebium in Chronico; nisi impedierit tamen quod p. 303. [§ 45.] *Camirenses* dixit. — 17, 38. V. Heraclid. Pont. Alleg. Hom. p. 417 sq. ed. Gale. — 17, 45. *Ναπαῖος* potius a *νάπη*. Ita Delphi ante dicti; v. Paus. [X, 6, 1.]. Aliter Stephanus in *Νάπη* [*πόλις Λέσβου ... ὁ πολίτης Ναπαῖος, καὶ Ἀπόλλων Ναπαῖος*]. — 17, 46. Etymologus voce *ἥλιος*: *ἢ παρὰ τὸ ἅλες, τὸ συνηθροισμένον πῦρ. λέγεται γὰρ παρὰ τὸ ἀλίζω τὸ συναθροίζω, ὡς Ἐμπεδοκλῆς· Ἀλλ' ὁ μὲν ἁλισθεὶς μέσον οὐρανὸν ἀμφιπολεύει.* — 17, 49. Aristoteli *ὑέτιος*, aliis *ὄμβριος*. De Iove tamen hoc alias, non de Apolline. — 17, 50. *ἀπὸ τῆς πεύσεως*, ut vult Strabo X. [immo IX, 3, 5 p. 419. habet: *Κεκλῆσθαι δὲ καὶ τὴν προφῆτιν οὕτω καὶ τὴν πόλιν ἀπὸ τοῦ πυθέσθαι.*] et Phorn. p. 226. [vid. not., ubi addas Eustath. p. 274, 15.]. — 17, 55. Atqui *Προναία* ea erat. V. Hesychium, tamen adde Ez. Spanh. ad Callim. p. 621. — 17, 59. Forte sunt anapaesti Aristophanici. .. Nam media Graecis *ἀπόλειψις* non saepe observatur. — 17, 64. Aliter Stephanus in *ΔΙΔΥΜΑ* (vid. not.]; aliter Solinus cap. LVII. vet. ed. [In ed. Salm. c. 49. legitur: *Ob cuius gloriae insigne dedit nomini suo, ut altaria ibi statueret Apollini Didymaeo. Hoc est collimitium in quo limes Persicus Scythis iungitur.*] — 17, 65. Ne Numenium Apameensem cape, sed alterum sub Traiano viventem Rhetorem. De utroque Suidas. — 18, 3. Apollini *Ἀμυκλαίῳ*. V. Liban. *Διηγήμασι* cap. XXV. — 18, 11. *Sebadium* non facile mutarim in *Sabazium*. Sabazium enim

nocturnum Dionysum Iovis et Proserpinae natum Diodorus IV. [c. 4.] tradit. Ut *Medentius*, *Septidonium*, ita *Sebadius* pro *Mezentius*, *Septizonium*, *Sabazius*. De Sabazio Baccho vid. Schol. Aristoph. ad *Σφῆκ.* p. 132 b. c. [v. 9.], fusius ad *Ὄρν.* p. 583 a. p. 12 a. [v. 574 et 878.] atque Spencer ad Orig. [Adde Real-Enc. s. v. *Sabazius* et Salmas. Exercc. Plin. p. 834. b. G.]. — 18, 16. Amplio. Nam Scaliger quidem et alias Naevium cum Laevio confundit. Vid. Theod. Rycquium Dissert. de Aeneae in Italiam adventu. — 18, 19. *Ἰάω* [sic] dicitur Iehovah etiam Origeni Com. in Ioan. tom. II, p. 45. Adde Scalig. fine de emendatione temporis et H. Sanfordum de descensu Christi ad inferos et Spenc. ad Orig. adv. Cels. lib. VI, p. 81. a. — 19, 16. Describunt *κηρύκεια* eodem fere modo scholiastae Thucydidis ad C. I. p. 36. Steph. [vid. not.] et Dionis Chrysostomi ad orat. VII. [9.], nisi quod alas *ἑκατέρωθεν* neglegunt: adduntur eae in veteri numo aereo Drusi Tiberii F. ap. Torrent. ad Suet. Calig. c. XIIII. p. 290. — 20, 5. *ventura trahuntur* edd. Virgilii. — 21, 12 extr. E Plutarcho et Clemente Alexandrino vide haec bene explicata ab Alexandro Donato lib. I. de urbe Roma. — 22, 1. Virtus et hic dea est Aristoteles Ethic. II, 9. *Νέμεσις δὲ μεσότης φθόνου καὶ ἐπιχαιρεκακίας*, et mox *ὁ μὲν γὰρ νεμεσητικὸς λυπεῖται ἐπὶ τοῖς ἀναξίως εὖ πράττουσιν.* cet. — 22, 7. Vid. de hoc amore Fed. Morell. ad Dionis Prusaei orat. VI. p. 22. [Add. Alexand. Problem. phys. I, 134. *Κακῶς τινες ὡς δαίμονα τὴν ἠχὼ μυθεύουσιν εἶναι. ἄλλοι δέ φασι τὸν Πᾶνα πεφιληκέναι ταύτην.* Ptolem. nov. hist. lib. VII. ap. Westerm. Mythogr. p. 196, 24. *Διὰ τοῦτο Ἀφροδίτη νεμεσήσασα ἐμβάλλει Πανὶ τὸν Ἠχοῦς ἔρωτα.* Anonym. de incredib. 11. ib. p. 323 sq. *Τοῦ δὲ Πανὸς τὸ στρατήγημα τιμῶντες τὴν Ἠχὼ τῷ Πανὶ φίλην ᾄδομεν.*] — 22, 8. Priapus quoque sol est. V. Schol. Anthol. p. 477. *Πριαπήσιος Ἀπόλλων.* Tzetza ad Lycophr. p. 6. b. — 24, 11. *Vitium mentis* est insania. Quid tricabimus?

Sat. II, 2, 6. *Maevia Gallo nupta* malim. — 5, 2. Sic et Velleius [II, 100, 3] recte. Vid. H. Norisii Cenot. Pisan. dies II. c. VIII. p. 182 sq.

Sat. III, 4, 2. Omnino addendus est locus egregius Asconii Pediani in Ciceronis Divinationem p. 4. ed. Hotom. [Pseudo-Ascon. in Div. 1, 3: *Sunt qui templa esse dicant singulorum dis attributorum locorum, delubra multarum aedium sub uno tecto a diluvio pluviae munitarum. Alii delubra dicunt ea templa in quibus sunt labra corporum abluendorum more Dodonaei Iovis aut Apollinis Delphici, in quorum delubris lebetes tripodesque visuntur. Sunt etiam qui delubra ligna delibrata, id est decorticata, pro simulacris deorum more veterum posita existiment, sed male.*] — 19, 2. V. c. *ogranum*. *Pelusium* Columellae [V, 10, 19., ubi legitur *Pelusiana*] vel *Petisium* Plinii [XV, 14, s. 15.] inde reponit Io. Bodaeus a Stapel ad Theophr. Hist. plant. IV. c. 6. p. 399. et mox pro *Tibur Tiburtium* legit. V. Hor. II. Sat. IV, 70. — 20, 1. *Chacidia* vel *Chalcitis* e Columella corrigit Io. Bodaeus a Stapel ad Theophr. IV, 6. p 385. a. — 20, 4. In adductis locis *pomum* malum est, non quilibet fructus arboreus, ut vult Macrobius. V. Io. Bodaeum a Stapel ad Theophr. Hist. pl. IV, 6. p. 383. b.

Sat. V, 16, 6. *Μέτρον δ' ἐπὶ πᾶσιν ἄριστον.* Hoc Hesiodi est, non Homeri. [V. Op. et D. v. 312., ubi legitur *Μέτρα φυλάσσεσθαι. καιρὸς δ' ἐπὶ πᾶσιν ἄριστος.*] — 20, 8. Affert hoc distichon Anthol. II, 40. p. 239., ubi schol. vide et Steph. n. *Γάργαρα*, ubi est *αἰάζω ὅτι μοῦνος ἐνὶ* [quod ut ex Edit. vet. attulit Zeun.], male. Vid. ib. Berkelium. — 21, 12. Apud schol.

Theocriti ad Idyll. α' [v. 27.] ita est: Ἡσίοδος· ὀλίγον δ' εἴσατο κισσυβίων. Repone Καλλίμαχος· ὀλίγῳ δ' ἥδετο [ἥσατο?] κισσυβίῳ.

Sat. VII, 5, 18. *Τὸ ὅμοιον τοῦ ὁμοίου ἐφίεσθαι* Empedoclis esse scitum ait Aristoteles Ethic. I. VII, 1.

De differentiis et societatibus Graeci Latinique verbi 2, 1. Tamen et κυνῶ invenitur. V. Eustath. ad Od. δ', 522. — 2, 2. Vid. tamen Nonium in *facitur* [p. 507, 12.]. — Ibid. Lege *utrisque* i. e. ab utrisque, Latinis et Graecis. [Sic legitur 13, 4. *utrique; sed* h. l. *utrique verbo* interpretor *verbo Graeco et Latino*. Cf. § 3. *In Graeco verbo.*] — 2, 4. Nonius [p. 237. 2.]: *Autumare est dicere.* — 3, 2. *Gravis* sumit pro acuto. V. p. 728. [§ 4.]. — 5, 3. Vel ἐδίδων vel ἐτίθουν lege. — ibid. Sed et Atticum esse augmentum per ῤῥ, commune per unicum ῥ, Eustathius ad Il. α', p. 15. ed. Rom. docet. Scripsit tamen ἐῤῥάνθαι [c. 19, § 22.]. — 8, 14. Lege *si quando vocalem.* [Immo *si qua* idem valet ac *si qua ratione.*] — 12, 3. *ut apud Dracontem: Ἀτὰρ καὶ δῶρα δεδώσομεν.* Nescio quid velit sibi. Locus est in Homer. Od. ν', 358., ubi est διδώσομεν a δίδωμι. Forte χαίρετ' excidit. [A quo verbo incipit versus. Ceterum *ut apud Dracontem* sic interpretor: *ut Draco scripsit apud Homerum.*] — 13, 6. *Composita sunt* non quadrat. [Interpreteris: *derivata sunt.*] — 16, 7. Atqui *apocopa* est. [Ibid. § 10. adnotandum erat bis scribi κλείσθω pro κλειέσθω, et § 11. nunc malim me scripsisse ἡ συμβολή et ἡ μάχη; c. 19, § 1. legendum est *aparemphatum*, quamquam in omnibus exemplaribus est *paremphatum*.]

Quid inesset in singulis Saturnaliorum libris et quid interiisset, exposui in prolegomenis p. xvi sqq. Quod quo facilius perspiciatur, huic praefationi subiiciam tabulam qua adhibitis iis quae Sat. I, 24, 14 sqq. suppeditavit ipse Macrobius demonstretur quos quid singulis diebus fecerit disputantes. Inclinatis litteris insigniuntur ea quae interciderunt.

Indices ita a me sunt aucti, ut vel ex his possit perspici, quid intersit inter hanc et inter omnes priores Macrobii editiones: numeros singulis locis denuo inspectis ad obrussam exegi. Eandem diligentiam adhibui ad corrigendas ceteras huius voluminis partes: omnino tamen non vitavi menda *). Denique haud peperci labori: sed operam me non perdidisse arbitrabor, si aliorum studia ea videro adiuvari.

Scribebam Suevofurti a. d. VI. Kal. April. MDCCCLII.

*) In primo volumine vel minima indicavi menda. Ob id ipsum non carui incuriae reprehensione, quamobrem statuebam in hoc volumine nulla omnino indicare, sed tamen ea hic ponam quibus quis possit in errorem induci. P. 23. Not. a, l. 9. leg. III, 13, 17. — p. 26, l. 6. *adserenda*. — p. 30, l. 5. *antiquitatem*. — p. 42. l. 7. addas comma post *praetexta*. — p. 56. l. 10. leg. *'Ηδ'*. — p. 91. Not. b, l. 2. *Dialogos*. — p. 117. Not. b, l. 10* (i. e. 10 a fine) *sunt*. — p. 150. *Mss. ABGPS*. — p. 162. App. l. 1* add. *superius*] § 17. — p. 173. l. 6. leg. [301.]. — p. 253. l. 2. *Publio*. — p. 267. l. 3* *intellectus*. — p. 290. l. 3*. *Virgilius*. — p. 296. l. 2. del. comma post *ME*. — p. 297. leg. Cap. IX. X. — p. 298. App. l. 4*. del. *deo b*. — p. 318. et p. 320. [ubi App. l. 3*. legendum est (*M*] codicum signis addas *MV*; p. 322. *M*. — p. 346. App. l. 5. del. comma post *caba*, et Not. a, l. 12. leg. *Admiscet*. — p. 472. App. l. 4. leg. *ΚΡΑΔΑΙΝΟΝ* P a p. m. — p. 506. App. l. 7*. leg. *Georg. II*, 500. — p. 587. l. 2. leg. *monstruosis*, l. 3. *castorum*. Multa puncta sub ipso prelo evanuerunt. Alia, quum corrigebantur quae monueram, sunt admissa, ut p. 189. l. 7*. divisio vocis *re-deunte*, et p. 514. App. l. 5 sq. verba: (213 L.) ... *torret* posita ante verba *in quinto*] *v*. 214., post quae erant ponenda.

DISPUTATIONES

QUAS MACROBIUS SATURNALIORUM LIBRIS INSERUIT

PER DIES DIGESTAE.

Lib. I.

Praef. Auctor consilium suum exponit.
c. 1. Id quomodo executurus sit demonstrat.
c. 2. Postumianus promittit Decio se esse ei relaturum sermones Saturnalibus apud Vettium Praetextatum aliosque habitos.
§ 15. Incipit narratio.

Pridie Saturnalia
apud Vettium disputant

c. 3. Caecina de principio et fine civilis diei;
c. 4. Servius de dubiis casuum formis, *noctu futura, die crastini, Saturnaliorum;*
c. 5. Vettius de dictione *mille verborum.*

Saturnaliorum die primo
apud Vettium disputant

1) ante coenam

c. 6. Vettius de suo cognomine et de toga praetexta;
c. 7. Vettius et Evangelus de vera sermonum ratione, de convivis non vocatis, de convivarum numero;
§ 18 sqq. Vettius de Saturnaliorum origine,
c. 8. de Saturno,
c. 9. de Iano,
c. 10. de Saturnaliorum diebus,
c. 11. de servis,
§ 47 sqq. de Sigillaribus;
c. 12. quo modo annum ordinaverit Romulus,
§ 18 sqq. (de Maia, de Matre Magna, de Bona Dea)
c. 13. quo modo Numa,
c. 14. quo modo Iulius Caesar et Augustus;
c. 15. de Kalendis Idibus Nonis,
c. 16. de diebus festis profestis fastis cett.;
§ 38 sqq. Eustathius, quid ab Aegyptiis et a Graecis mutuatus sit Iul. Caesar;

Vettius deos omnes ad solem esse referendos,	c. 17 sqq.
Apollinem,	§ 7 sqq.
Liberum patrem,	c. 18.
Martem Mercuriumque,	c. 19.
Aesculapium Herculem Sarapin atque Isin,	c. 20.
Adonin Attinem Osirin Horum, zodiaci duodecim signa,	c. 21.
Nemesin Pana (Inuum) Saturnum,	c. 22.
Iovem Assyriorumque deum Adad.	c. 23.
Symmachus Virgilium defendit a contumeliis Evangeli.	c. 24.
Indicantur disputationes proximis diebus habendae.	§ 14 sqq.

2) post coenam	Lib. II.
Avienus et Vettius de huius coetus gravitate;	c. 1.
Symmachus de iocis veterum ac nobilium virorum.	§ 8 sqq.
Prolatis iis quae cuique de dictis talibus in mentem venerunt disserunt	c. 2.
Symmachus de iocis Ciceronis;	c. 3.
Avienus de iocis quos protulit et quos pertulit Augustus,	c. 4.
de dictis et moribus Iuliae,	c. 5.
de honestis virorum quorumdam iocis,	c. 6.
de Laberio et Publio Syro, de Pylade et Hyla;	c. 7.
Caecina de bellariis;	c. 8.
Eustathius (postquam Evangelus hortatus est, ut vino indulgerent decreti Platonici auctoritate), quid de vino et libidinibus statuerint Plato Aristoteles Hippocrates.	§ 4 sqq.
(Reliqua desunt.)	

Saturnaliorum die secundo

apud Flavianum disputant

1) ante coenam

Eustathius de Virgilii astrologia et philosophia;
Flavianus de eius scientia iuris auguralis;

Vettius de eius scientia iuris pontificii;	Lib. III.
(Deest principium.)	
cur dixerit (Aen. II, 719): *Donec me flumine vivo Abluero,*	c. 1 sqq.
cur (Aen. V, 238): *Porriciam in fluctus,*	c. 2.
cur (ib. 237.) *voti reus,*	§ 6.
cur (Aen. IV, 219.) *arasque tenentem;*	§ 8 sqq.
quid sit *vitulari,*	§ 11 sqq.
quid sacrum, quid profanum, quid sanctum, quid religiosum,	c. 3.
quid delubrum,	c. 4.
qui dii Romanorum proprii, i. e. Penates,	§ 6 sqq.
quae genera hostiarum;	c. 5.
cur Mezentium vocaverit (Aen. VII, 648.) *contemptorem divum;*	§ 9 sqq.
de Virgilii doctrina circa externa sacra;	c. 6.
cur Apollinem (Aen. III, 89.) vocaverit *patrem,*	§ 2 sqq.
cur Herculem (Aen. VIII, 362.) *victorem;*	§ 9 sqq.

c. 7.		quod vaticinium insit in verbis (Ecl. IV, 43 sq.) *aries .. croceo mutabit vellera luto;*
§ 3 sqq.		cur (Aen. X, 419 sq.) dixerit: *telisque sacrarunt Evandri,*
c. 8.		cur de Venere (Aen. II, 632.): *ducente deo,*
§ 4.		cur de columba (Aen. V, 517 sq.): *vitamque reliquit in astris Aereis,*
§ 5 sqq.		cur Metabum dixerit (Aen. XI, 542.) *Camillam* appellasse filiam,
§ 8 sqq.		cur (Aen. VII, 601 sqq.): *Mos erat Hesperio in Latio* cett.,
c. 9.		cur (Aen. II, 351.): *Excessere omnes adytis* cett. (de evocatione deorum);
c. 10.	Vettius,	cur (Aen. III, 21.) Iovi fecerit mactari taurum,
c. 11.		cur dixerit (Georg. I, 344) *Cui tu lacte favos et miti dilue Baccho,* et (Aen. VIII, 279.) *In mensam laeti libant,*
c. 12.		cur (Aen. VIII, 285 sq) Salios dederit Herculi eosque populeis ramis dixerit vinctos,
(§ 10.)		*cur dixerit* (Aen. VI, 58.) *Didonem pro nuptiis rem divinam facere Cereri et Phoebo et Lyaeo.*

(Desunt nonnulla.)

2) post coenam

c. 13.	Caecina	de luxuria veterum;
c. 14.	Furius	de saltatione apud veteres,
c. 15 sq.		de piscium pretiis,
c. 17.		de legibus contra luxuriam latis;
c. 18 sqq.	Servius	de malorum pirorum ficorum olearum uvarumque generibus.

Saturnaliorum die tertio

apud Symmachum disputant

1) ante coenam

Lib. IV.	Symmachus	de violentissimis inventis vel sensis rhetoricae apud Virgilium, i. e. quomodo expresserit animi affectus;

(Deest principium et finis.)

Eusebius de arte oratoria;

Lb. V. c. 1.	Eusebius	de quattuor generibus dicendi et de duplici stilo;
c. 2 sqq.	Eustathius	de iis quae de Graecis sumpserit Virgilius, de Homero praesertim;
c. 18.		cur dixerit (Georg. I, 9.): *pocula Acheloia,*
§ 13 sqq.		cur de Hernicis (Aen. VII, 689 sq.): *Vestigia nuda sinistri Instituere pedis,*
c. 19.		cur (Aen. IV, 698 sq.): *Nondum illi flavum Proserpina vertice crinem Abstulerat,*
§ 9 sqq.		cur (Aen. IV, 513.): *falcibus aenis;*
§ 15 sqq.		qui sint (Aen. IX, 585.) *Palici,*
c. 20.		quae sint (Georg. I, 104.) *Gargara;*
c. 21.		de poculorum generibus;
c. 22.		cur unam ex comitibus Dianae *Opin* vocaverit (Aen. XI, 532 et 836.),

§ 12 sqq.	cur eunuchi acutae vocis sint.
c. 11.	cur ii quos pudeat erubescant,
§ 6.	cur ii qui gaudeant,
§ 7 sqq.	cur ii qui metuant pallescant,
c. 12.	cur laridum ad diuturnitatem servetur admixto sale.
§ 6 sq.	cur defaecatum vinum validius sit viribus sed infirmius ad permanendum,
§ 8.	cur faex mellis non in imo subsidat,
§ 9 sq.	cur optimum sit mel recentissimum et vinum vetustissimum,
§ 11 sq.	cur in vasis semiplenis vinum corrumpatur sed oleum fiat suavius,
§ 13.	cur Hesiodus dicat, cum ad medium dolii perventum sit, esse conpercendum,
§ 14 sqq.	cur oleum in summo, vinum in medio, mel in fundo sit optimum,
§ 17.	cur eadem potio meracior videatur ieiuno,
§ 18 sq.	cur qui esuriens biberit famem sublevet, qui vero sitiens cibum sumpserit sitim accendat,
§ 20.	cur maior voluptas sit siti quam fame sedata,
§ 21.	cur eos qui avidius vorent facilius capiat satietas,
§ 22 sq.	cur edulia calida facilius conprimamus ore quam manu sustineamus,
§ 24 sqq.	cur noxia sit aqua e nive resoluta,
§ 28 sq.	cur vina raro congelascant,
§ 30 sqq.	cur aqua marina gelu non contrahatur nisi in Bosporo Cimmerio,
§ 38.	cur dulcia frigida videantur esse dulciora,
c. 13.	cur ieiuni magis sitiant quam esuriant,
§ 7 sqq.	cur anulus in digito qui minimo vicinus est, manu praecipue sinistra, gestetur,
§ 18 sqq.	cur aqua dulcis magis quam salsa idonea sit sordibus abluendis,
c. 14.	cur in aqua simulacra maiora veris esse videantur;
§ 5 sqq.	**Eustathius** de videndi natura;
c. 15.	**Disarius** de errore Platonis qui putet potum per arteriam delabi,
§ 14 sqq.	**Eustathio** obloquente;
c. 16.	**Disarius**, ovumne prius extiterit an gallina;
§ 17 sqq.	**Disarius** et **Eustathius**, cur lunae magis quam solis lumen efficiat putredinem;
§ 33 sq.	**Eustathius**, cur aes prohibeat putredinem.

(Finis deest.)

EXPLICATIO COMPENDIORUM
VOLUMINIS SECUNDI.

1) Signa codicum.

A (Anglicus) **Cantabrigiensis** sec. XIII. Conf. prolegomena . . p. LXXXI.
A* idem codex consentiente Is. Pontano.
„Angl.“ **Bodleianus** aliusve codex I. Gronovii . . . . - LXXII.
B **Bambergensis** M. V, 5. sec. X. . . . . - LXXXII.
BAR. **Baroccianus** . . . . - LXXIII.
BEN. vel „B“ **Collegii S. Benedicti** . . . . . . ibid.
BODL. **Bodleianus** . . . . - LXXII.
C vel CANT. **Cantabrigiensis** . . . . - LXXXIV.
E S. **Emmerani** E. 55., nunc Monac., sec. XIII. . . . . - LXXXV.
G. **Gudianus** 312., nunc Guelferbytanus, sec. XIII. . . - LXXXIII.
H vel H1. (Helveticus) **Bernensis** 514. sec. IX. . . . ibid.
H2. **Bernensis** 404. sec. XII. . . . . ibid.
H1. et 2. Excerpta e codicibus in **exempl. Bernensi edit. Camerar.** . . . . - LXXIII.
M vel M1. **Mediceus** cod. VIII. plut. LI. sec. XII. . . . - LXXXIV.
(Cf. praef. vol. II, p. v.)
M2. **Mediceus** cod. XXXVI. plut. LXV. sec. XV. . . . ibid.
M3. - - XXV. - XC. sec. XIII. . . . . - LXXXV.
„Ms.“ **Bodleianus** (nisi aliud additur nomen) . . . - LXXII.
N (Neapolitanus) **Borbonicus** CCCCIV. sec. XI. vel XII. - LXXXVII.
(Cf. praef. vol. II, p. v.)
P vel P1. **Parisinus** 6371. sec. XI. . . . . - LXVII.
et - LXXXII.
P2. - 5797. - XIII. . . . . - LXXXVI.
P3. - 6367. - XIV. . . . . ibid.
P4. - 6370. - IX. . . . . ibid.
P5. - 8676. - XIV. . . . . ibid.
P6. - 8677. - XV. . . . . ibid.
P7. - 8678. - XV. . . . . ibid.

R **Reginensis** 1650. sec. X. Cf. praef. vol. II, p. VI.
S **Salisburgensis** 38, nunc Monac., sec. XV. Cf. prolegg. p. LXVI.
THUAN. **Thuaneus** . . . . - LXXX.
V (Vaticanus) **Palatinus** 886. sec. X. Cf. praef. vol. II, p. VI.

Codicum penitus excussorum signa post editiones posita indicant nihil ex iis esse enotatum. — *a p. m.* est *a prima manu*, *a sec. m.* *a secunda manu*, *sup.* *supra addito*, *in mg.* *in margine.* Reliqua facile intelligentur.

2) Signa editionum.

v **Editiones Venetae**. . . . . . . Conf. prolegomena p. LXXXVIII sqq.
v1. anni MCCCCLXXII., v2. anni MD., v3. anni MDXIII.
i **Iuntina** anni MDXV. . . . . - XC.
c **Editiones Colonienses Arnoldi Vesaliensis** . . - XCI.
c1. anni MDXXI., c2. anni MDXXVI., c3. anni MDXXVII.
a **Aldina** anni MDXXVIII. . . . . p XCI sq.
h **Hervagiana Ioach. Camerarii** anni MDXXXV. . - XCII.
g **Gryphiana** anni MDL. . . . . - XCIII.
s **Stephaniana** anni MDLXXXV. . . . . - XCIII sq.
p **Editiones Pontani**. . . . . - XCIV sq.
p1. anni MDXCVII, p2. anni MDCXXVIII.
d **Gronoviana** (Lugd. ap. Doude et Drichuysen) anni MDCLXX. . . . . p. XCVI.
z **Zeuniana** anni MDCCLXXIV. . . . . - XCVII.
b **Bipontina** anni MDCCLXXXVIII. . . . . ibid.

Signum (-) indicat supplenda esse signa editionum inter duas nominatas positarum, ut *v-g* idem sit quod *vicahg*, *s-b* idem quod *spdzb.*

Praeterea *Becker Handb.* significat: *Handbuch der Römischen Alterthümer*, *Leipz.* 1843 sqq.; *Boettiger Id.*: *Ideen zur Kunst-Mythologie*, *Dresd. u. Leipz.* 1826 et 1836. *Creuzer.* referendum est ad eius librum qui inscribitur: *Symbolik und Mythologie der alten Völker*, *III. Ausg.*, *Leipz. u. Darmst.* 1837 *sqq*; *Hartung.* ad: *Die Religion der Römer*, *Erlang.* 1836; *Hertzberg.* ad: *De diis Romanorum patriis*, *Hal.* 1840; *Klausen.* ad: *Aeneas und die Penaten*, *Hamburg u. Gotha* 1839; *Lobeck.* ad *Aglaophamum s. de theologiae mysticae Graecorum causis libros III.*, *Regimont. Pr.* 1829; *Merkel.* ad *Prolegomena ad Ovidii Fastorum libros*, *Berol.* MDCCCXLI; *Pellegrin.* ad: *Andeutungen über den ursprünglichen Religionsunterschied der römischen Patricier u. Plebeier von Dr. D. Pellegrino (Krükof.)*, *Leipz.* 1842; *Real-Enc.* ad: *Real-Encyclopädie der classischen Alterthumswissenschaft*, *herausgegeben von A. Pauly*, *fortgesetzt von Chr. Walz u. W. S. Teuffel*, Stuttg. 1839-52; *Schwenck.* ad: *Die Mythologie der Römer*, *Frankf.* 1845; *Symbol.* ad *Symbolas ad Macrobii libros Saturnaliorum emendandos*, *Suevofurt.* 1843. Cf. praef. ad vol. I. p. VIII.

MACROBII
AMBROSII THEODOSII
V. C. ET INL.
SATURNALIORUM
LIBRI VII.

MACROBII AMBROSII THEODOSII

V. C. ET INL.

CONVIVIORUM PRIMI DIEI

SATURNALIORUM

LIBER PRIMUS.

[Ed. Bip. vol. I. p. 197.]

PRAEF. Multas variasque res in hac vita nobis, Eustachi 1 fili, natura conciliavit: sed nulla nos magis quam eorum qui e nobis essent procreati caritate devinxit, eamque nostram in his educandis atque erudiendis curam esse voluit, ut parentes neque, si id quod cuperent ex sententia cederet, tantum ulla alia ex re voluptatis, neque, si contra eveniret, tantum maeroris capere possent. Hinc est quod mihi quoque institutione tua nihil anti- 2 quius aestimatur, ad cuius perfectionem compendia longis amfractibus anteponenda ducens moraeque omnis inpatiens non op-

[Mss. ABGPS. Edd. vicahgspdzb.

Macrobii Theodosii v. c. et inlustris conviviorum primi diei saturnaliorum incipit AM3 (B *illustris* et *incipit feliciter;* G *Teodosii v. c. ac inl.;* N *et ill.*). *Ambrosii Theodosii Macrobii Viri Clarissimi et Illustris primi diei Saturnaliorum liber I. incipit* P. *Macrobii Theodosii viri illustrissimi Saturnaliorum liber primus incipit* SM1 (M2 om. *viri*). *Macrobii Ambrosii Theodosii incipit liber Saturnaliorum* P3. *Eiusdem incipit Saturnaliorum liber I.* P46. *Incipit libri Macrobii de Saturnalibus feliciter* P7. *Aurelii Macrobii Theodosii v. consul. conviviorum primi diei saturnaliorum incipit prologus* Bar. *Macrobii Aurelii Theodosii v. c. et ill. Conviviorum primi diei Saturnaliorum liber primus* Edd. L1 (v3-g add. *ad Eustachium* (ahg *Eustathium*) *filium*; hg **Aurelii*, in marg. *Ambrosii;* s *viri clarissimi et inlustris*).

Praef. *Multas variasque res* om. add. in marg. a rec. m. G. — *Eustachi* ABGSvicM12P234567. *Eustathi* ag-bPM3. — *karitate* A. — *evenerit* b. — *possent* scripsi e coni. *possint* Mss. et Edd. *possimus* P5. 2 *existimatur* S. — *omnis* om. P. — *promoveas* corr. a rec. m. in

Praef. 1. *Conciliavit*] i. e. aliqua necessitudine nobis adiunxit atque commendavit. Cf. Cic. Acad. pr. II, 42, 131. *Honeste autem vivere fruentem rebus iis quas primas homini natura conciliet vetus Academia censuit*, et de harusp. resp. 27, 57. *Parentibus et diis immortalibus et patriae nos primum natura conciliat.*

possent] Necessarium est tempus imperfectum, quum antecedat idem tempus in verbis *cederet* et *eveniret*, neque ullo simili loco Macrobii defendi possit praesens tempus *possint*.

perior ut per haec sola promoveas quibus ediscendis naviter ipse invigilas, sed ago ut ego quoque tibi legerim, et quicquid mihi,
[198] vel te iam in lucem edito vel antequam nascereris, in diversis seu Graecae seu Romanae linguae voluminibus elaboratum est, id totum sit tibi scientiae supellex, et quasi de quodam litterarum peno, si quando usus venerit aut historiae quae in librorum strue latens clam vulgo est aut dicti factive memorabilis reminiscendi,
3 facile id tibi inventu atque depromptu sit. Nec indigeste tamquam in acervum congessimus digna memoratu: sed variarum rerum disparilitas, auctoribus diversa confusa temporibus, ita in quoddam digesta corpus est, ut quae indistincte atque promiscue ad subsidium memoriae annotaveramus in ordinem instar mem-
4 brorum cohaerentia convenirent. Nec mihi vitio vertas, si res quas ex lectione varia mutuabor ipsis saepe verbis quibus ab ipsis auctoribus enarratae sunt explicabo, quia praesens opus non eloquentiae ostentationem sed noscendorum congeriem pollicetur: et boni consulas oportet, si notitiam vetustatis modo nostris non obscure modo ipsis antiquorum fideliter verbis recognoscas, prout
5 quaeque se vel enarranda vel transferenda suggesserint. Apes enim quodammodo debemus imitari, quae vagantur et flores carpunt, deinde quicquid attulere disponunt ac per favos dividunt et

Mss. ABGPS.]

promovearis G. *te promoveas* i-g improbante Zeun. Vid. not. — *naviter* (sup. scr. *g*) A. *gnaviter* i-g. *graviter* Sv. — *ipse* om. ch. — *ego qn̄; tibi* (in mg *quoque*) G. *ego quicquid* g in mg. — *penu* v-gb. *promo* G. — *usus evenerit* A. — *inventu atque in promtu* G. *inventum atque depromtum* P5. 3. *Neque* A. — *ab autoribus* (*i auth.*) *diversis* ichg. — *corpus digesta* G. — *ad subsidium memoriae* Mss. et Gell. N. A. Praef. § 3. *ad memoriae subsidium* Edd. 4. *ipse saepe* vc-g. — *sunt* om. P5. — *pollicetur. id est ad utilitatem respicias. et boni consulas* A „2 Angl". 5. *Apes enim* cet. usque ad *conspirata* (§ 10) cf. Senec. Epist. 84. §§ 2—10. — *attulerint* (sup. *re*) G. — *per favos di-*

2. *promoveas*] „Ed. vet. *te promoveas*. Sed adiectione *te* opus non est, quia *promovere*, h. e. proficere, etiam simpliciter occurrit, veluti Gell. V, 10 [7.] *Quum in studio facundiae abunde promovisset.*" Zeun.

quasi de quodam litterarum peno] Gellius N. A. Praef. § 2., quem locum Macrobius, cum haec scribebat, ante oculos habuit, scripsit *quasi quoddam litterarum penus*, ut certe non sit quod editionibus in quibus est *penu* magis obsequamur quam libris Mss. Conf. de hac voce Klausen. Aen. u. d. Pen. II. p. 636 sqq.

clam vulgo est] i. e. vulgus fugit. cf. I, 4, 1. *quod .. clam ceteris esse velis*, VI, 7, 3. *quod ea de quibus ambigis clam te esse non pateris.* Handius Turs. II, p. 93. docet formulam *clam te est* pro *te fugit* apud comicos et quidem apud Terentium legi in una Hecyra (II, 2, 19; III, 4, 10; IV, 1, 53; IV, 2, 1.).

3. *Nec indigeste* cet.] His verbis suam rationem opponit Gellianae quae exponitur l. c.

variarum rerum disparilitas .. in quoddam digesta corpus est] Vox *disparilitas* debetur Gellio l. c. § 3., ubi vid. Lion, qui citat eundem VII, 3, 47 et Varron. L. L. IX, 2 § 36; hypallage *rerum disparilitas .. digesta est* non item.

4. *Nec mihi vitio vertas* cet.] Hanc veniam ei non dederunt homines quidam docti, quorum iniqua iudicia conscripsi prolegg. p. LVIII.

noscendorum] i. e. rerum cognitu dignarum.

si notitiam vetustatis .. recognoscas] Exspectes aut *si notitiam ve-*

sucum varium in unum saporem mixtura quadam et proprietate spiritus sui mutant. Nos quoque quicquid diversa lectione quae- 6
sivimus committemus stilo, ut in ordinem eodem digerente coalescat. Nam et in animo melius distincta servantur, et ipsa distinctio non sine quodam fermento quo conditur universitas in |199| unius saporis usum varia libamenta confundit, ut, etiamsi quid apparuerit unde sumptum sit, aliud tamen esse quam unde sumptum noscetur appareat: quod in corpore nostro videmus sine ulla opera nostra facere naturam. Alimenta quae accipimus, 7
quamdiu in sua qualitate perseverant et solida innatant, male stomacho oneri sunt: at cum ex eo quod erant mutata sunt, tum demum in vires et sanguinem transeunt. Idem in his quibus aluntur ingenia praestemus, ut quaecumque hausimus non patiamur integra esse, ne aliena sint, sed in quandam digeriem concoquantur: alioquin in memoriam ire possunt, non in ingenium. Ex omnibus colligamus unde unum fiat ex omnibus, sicut unus 8
numerus fit ex singulis. Hoc faciat noster animus: omnia quibus est adiutus abscondat, ipsum tamen ostendat quod effecit: ut qui odora pigmenta conficiunt ante omnia curant ut nullius sint odoris propria quae condientur, confusura videlicet omnium sucos

Edd. vicahgspdzb.]
gerunt Sen, ut adnotat Pont. — *mistura* v-g. 6. *coalescant* s-bP. 7. *arripimus* v. *accepimus* Sen. — *aut sanguinem* v. *et in sanguinem* Sen. — *non sinamus* G. — *non ingenium* (om. *in*) v. 8. *fuit* (om. *ex omnibus*; sup. *fiat*) BG. — *ipsum tantum* apud Senec. Mss. plerique. — *efficit* Geb. — *ut non unius* „in Bodl. adscr.“ — *proprii* „Bodl et 2 Angl.“ sup. lin. additur in A. — *condientur* ABPSvs-zM13 P567. *condientum* M2. *condiantur* GP2. *condiuntur* c-gb. *conduntur* i. — *confusura* ABGSv1 (v2 *confura*) is-zP6. *confusuri* Pv3c-gbP257. „Lego ex vet. cod. *confusuri*.“ Meurs. „Lectionem antiquiorum librorum *condiuntur*, *confusuri* leges linguae postulant et orationis series.“ Zeun.

tustatis habeas, aut *si notas tibi vetustatis sententias recognoscas*, vel simile quid. Deinde ad *non obscure* et *fideliter* addendum erat participium *prolatam* vel simile quid. Cf. Comm. I, 13, 17. *quia profectum ulterius non requirit*, ubi *ulterius* non tam ad verbum *requirit* quam ad substantivum *profectum* est referendum. Vid. not. ad c. 1. § 2.

6. *eodem*] sc. stilo.

7. *solida innatant*] Cf. VII, 8, 2. *facit ut innatet udo cibo quem in medio ventris invenerit, nec adhaereat cuti ventris de cuius calore digestio promovetur.*

male stomacho oneri sunt] „Quid? Num *male* mutandum est in *magno* aut *magnopere*? Neutiquam. *Male* enim est *valde*, ut apud Terentium *male timeo*.“ Zeun. — Vir doctus videtur spectasse ad Hec. III, 2, 2, *male metuo*, sed magis ad hunc locum facit id quod legitur Eun. IV, 7, 4, *male mulcabo ipsam*, alia similia.

8. *odora pigmenta*] i. e. odoramenta, vel odora unguenta. Sic apud Firm. Math. VIII, 17. *herbarum pigmenta* dicuntur herbarum suci.

ut nullius sint odoris propria] i. e. ut eorum odorum qui antea fuerant nullum referant vel praecipuum vel solum.

quae condientur, confusura ... in spiramentum unum.] Quid in his verbis Zeunio legibus linguae contrarium esse videatur, non intelligo. *Quae condientur* sunt ea quae condiendo vel miscendo parabuntur, vel arte componentur, cf. Cic. de or. III, 25, 99, *unguentis .. acerrima suavitate condita*: et *confusura omnium sucos odoraminum in spiramentum unum* dicuntur quae fusura sint odorem talem, ut confun-

9 odoraminum in spiramentum unum. Vides quam multorum vocibus chorus constet: una tamen ex omnibus redditur. Aliqua est illic acuta aliqua gravis aliqua media, accedunt viris feminae, interponitur fistula: ita singulorum illic latent voces, omnium ap-
10 parent, et fit concentus ex dissonis. Tale hoc praesens opus volo: multae in illo artes, multa praecepta sint, multarum aetatum exempla, sed in unum conspirata: in quibus si neque ea quae iam tibi sunt cognita asperneris, nec quae ignota sunt vites,
[200] invenies plurima quae sit aut |voluptati legere aut cultui legisse
11 aut usui meminisse. Nihil enim huic operi insertum puto aut

[Mss. ABGPS.

9. *acce dunt* (fuerat *accen dunt*) *vires* (sup. ab ead. m. *vel viros*, a rec. m. *viris*) G. *ita vires singulorum illic latent, voces omnium apparent* ich „Haec lectio usui convenientior esse videtur auctoris, qui in concinnitate orationis saepenumero laborat." Zeun. 10. *sint* ABGS v12s-z. *sunt* v3-gbP „Non male". Zeun. (Seneca: *ut multae . . . sint*). — *tibi iam* A. — *cognita sunt* Sv-g. — *quae sit* (B sup. add. *n*) s-bP. *quae sint* AGSv3-g. *quae sunt* v12. 11. *praeceptu* ABG. — *inge-*

dantur, i. e. non amplius possint dignosci, singuli suci, ut *confusa corporum lineamenta* dicuntur apud Iustin. III, 5, 11, et Petron. Sat. 105, 11. *Spiramentum* est id quod spiretur vel exhaletur, cf. VII, 9, §§ 4, 7, 18, 20, 24. et Vitruv. VII, 12, 1. *dolia operculis obturant, ne spiramentum emittat* (ubi aut *emittant* aut *emittatur* videtur esse legendum).

9. *aliqua est illic acuta aliqua gravis*] Cf. Comm. II, 4, 2. *Ut sonus ipse aut acutior aut gravior proferatur, ictus efficit*, et II, 1, 9. *ita gravitati acumina consonabant, ut . . ex variis inpulsibus unum sibi consonans nasceretur.* Pontanus cum hoc loco contulit Apuleii de Mundo [c. 29.] verba: *ut in choris . . concinentium vulgus virorum et feminarum mixtis gravibus et acutis clamoribus unam harmoniam resonant*, poterat ex eiusdem libri cap. 20. addere: *Pictura ex discordibus pigmentorum coloribus . . confusione modica temperatis, imaginibus iis quae imitantur simile facit: etiam ipsa musica, quae de longis et brevibus, acutis et gravioribus sonis constat, tam diversis et dissonis vocibus harmoniam consonam reddit.* Ex hoc ipso loco patet non esse obsequendum Zeunio qui comprobavit id quod legit in ed. vet.: *ita vires singulorum illic latent.* Sablier (Variétés sérieuses et amusantes Amstel. MDCCLXV. vol. I. p. 1.) praeter priorem illum Apuleii locum cum hoc confert Augustini verba de civ. dei II, 21. desumpta e Ciceronis libri de rep. II. fine [c. 42 Mai], *ut in fidibus ac tibiis atque cantu ipso ac vocibus concentus est quidam tenendus ex distinctis sonis*, quibuscum Moserus confert de fin. IV, 27, 75.

10. *multae in illo artes, multa praecepta sint*] i. e. quae in illo insunt, ad multas artes pertineant, multa praecepta contineant. Cf. infra c. 2. § 8. et Cic. de or. II, 11, 34. *non omnia, quaecunque loquimur, mihi videntur ad artem* (oratoriam) *et ad praecepta esse revocanda.* Quod Seneca (ep. 84, 10, unde haec desumpta sunt), in animo vult esse multas artes, putaverim artes referendas esse ad eruditionem (*viele wissenschaftliche Kenntnisse*).

in unum conspirata] Freundius in lexico s. h. v. a *spira* derivandum censet hoc vocabulum, ut idem sit ac *convoluta, conglobata.* Magis Senecae, cuius haec verba esse modo diximus, mentem assecutum esse putaverim Forcellinum, qui vult idem esse ac *conflata;* quum *conspirati* homines sint coniurati, qui ad aliquid efficiendum consenserint.

quae sit aut voluptati legere aut cultui legisse aut usui meminisse] Latius patet apud Macrobium hic dativi usus, cf. III, 19, 1. *esui*, et VII, 4, 12. *neglectui* et *risui.*

cognitu inutile aut difficile perceptu, sed omnia quibus sit ingenium tuum vegetius, memoria adminiculatior, oratio sollertior, sermo incorruptior, nisi sicubi nos sub alio ortos caelo Latinae linguae vena non adiuvet. Quod ab his, si tamen quibusdam 12
forte nonnumquam tempus voluntasque erit ista cognoscere, petitum impetratumque volumus ut aequi bonique consulant, si in nostro sermone nativa Romani oris elegantia desideretur. Sed ne 13
ego incautus sum, qui venustatem reprehensionis incurri a M. quondam Catone profectae in A. Albinum qui cum L. Lucullo consul fuit. Is Albinus res Romanas oratione Graeca scriptitavit. 14
In eius historiae primo scriptum est ad hanc sententiam nemi-

Edd. vicahgspdzb.]

nium tuum . . . incorruptior] cf. Gell. N. A. Praef. § 16. — *nisi sicubi* Edd. P. *nisicubi* B. *ni sicubi* AS. *ne sicubi* G. — *nos* om. P. — *caelo ortos* A. 12. *ab hisce* v-g. — *ista* om. A. — *annoscere* G. — *boni* (sup. add. *que*) A. 13. *nec ego* G. — *sim* A. — *Qui venustatem reprehensionis incurri . . . uti ignosceretur* (§ 15.)] cf. Gell. N. A. XI, 8. — *venustatem* (sup. add. a rec. m. *quondam*) G. — *incurram* vc-gbP „Diversa est et melior scriptura: *sed nae ego incautus sum qui etc. incurram*. Sic etiam infra [§ 15.]: *nae tu*, inquit, *Aule*.“ Gron. „Antiquam hanc lectionem sensus requirit.“ Zeun. — *profecto* B (G sup. e a rec. m.).

11. *sed omnia*] „Intellige *cognitu utilia et facilia perceptu*. Si cui vero haec ellipsis nimis dura videatur, legat *clara* aut *omnia alia*.“ Zeun. — Immo intelligas: *sed omnia quae inserui ea esse puto quibus* cet.

memoria adminiculatior] Gellii editores interpretantur „magis in promtu“: sed praestat quod e glossario Barthiano protulit Gronovius: „adiutorio expeditior“.

nisi sicubi] Retinui hanc scripturam vulgatam, quia quae sunt in libris Mss. *ni sicubi* et *nisicubi* nullis aliis exemplis possunt confirmari, ut alterum *si* a librario videatur esse omissum. *Nisicubi* responderet Graeco εἰ μή που: *nisi sicubi* idem valet ac πλὴν εἴ που. Cf. Hand. Tursell. IV. pp. 188 et 239 sqq.

sub alio ortos caelo] Ubi natus sit Macrobius, non constat. Vid. prolegg. p. vi.

Latinae linguae vena] i. e. peritia atque usus linguae Latinae. Audacior haec metaphora in eo nititur, quod alii (Hor. Od. II, 18, 10; A. P. 409. Ovid. Trist. III, 7, 16. Quintil. VI, 2, 3.) indolem dixerunt *ingenii venam*.

12. *Quod . . ut aequi bonique consulant*] Haec videntur esse iungenda. Sed cf. § 4.

cognoscere] Infinitivus pro genitivo gerundii positus addendus est iis quae disserui in prolegg. p. xxxiv sq.

13. *ne*] Huic scripturae et hic et § 15. alteram *nae* esse praeferendam adnotavit Gronovius, eique suffragatur Koppius ad Martian. p. 11. Sed *ne*, quod in meis codicibus praeter unum S legitur omnibus, defendit Handius Tursell. IV, p. 23.

qui venustatem reprehensionis incurri] „Forma *venustatem reprehensionis incurrere* [de qua vid. prolegg. p. xlii.] paulo durior videtur, orta ex male mutatis Gellii verbis XI, 8, 1.: *iuste venusteque reprehendere*, unde noster locus omnino est sumtus. Sed quaedam aliter leguntur, veluti pro *primo* [§ 14.] apud Gellium melius *principio*, pro *eloquium Graecum* [cf. III, 20, 8.] legitur *Graeca oratio*, id quod latinius est, et Cornelii Nepotis, ex cuius libro de illustribus viris se hunc locum transscripsisse ait Romanus, elegantia dignius pro *noxam imperio compellentis admisimus* [§ 15.] extat hodie *compulsi peccavimus* minus eleganter, et pro *te*, *inquit*, *oro* elegantius apud Gellium legitur *tibi, inquit, oro te*.“ Zeun.

qui cum L. Lucullo consul fuit cet.] a. u. c. DCIII. Cf. Cic. Brut. 21, 81., Acad. II, 45, 137. Polybius XL, 6. p. 715. Schweighäuserus laudat eius ποίημα et πραγματικὴν

nem succensere sibi convenire, si quid in illis libris parum conposite aut minus eleganter scriptum foret. *Nam sum*, inquit, *homo Romanus, natus in Latio; et eloquium Graecum a nobis alienissimum est.* Ideoque veniam gratiamque malae existimationis, si
15 quid esset erratum, postulavit. Ea cum legisset M. Cato: *Ne tu*, inquit, *Aule, nimium nugator es, cum maluisti culpam deprecari quam culpa vacare: nam petere veniam solemus aut cum inprudentes erravimus aut cum noxam imperio conpellentis admisimus. Te*, inquit, *oro, quis perpulit ut id committeres quod, priusquam*
16 *faceres, peteres ut ignosceretur?* Nunc argumentum quod huic operi dedimus velut sub quodam prologi habitu dicemus.

[201] I. Saturnalibus apud Vettium Praetextatum Romanae nobilitatis proceres doctique alii congregantur, et tempus sollemniter feriatum deputant colloquio liberali, convivia quoque sibi mutua comitate praebentes, nec discedentes a se nisi ad nocturnam quie-
2 tem. Nam per omne spatium feriarum meliorem diei partem seriis disputationibus occupantes coenae tempore sermones conviviales agitant, ita ut nullum diei tempus docte aliquid vel lepide proferendi vacuum relinquatur: sed erit in mensa sermo iocun-
3 dior, ut habeat voluptatis amplius, severitatis minus. Nam cum apud alios quibus sunt descripta convivia tum in illo Platonis symposio non austeriore aliqua de re convivarum sermo, sed Cupidinis varia et lepida descriptio est, in quo quidem Socrates non artioribus, ut solet, nodis urget atque inplicat adversarium, sed eludendi magis quam decertandi modo adprehensis dat elabendi

[Mss. ABGPS.

14. *unde et eloquium* i-g. 15. *vacare* (sup. add. a rec. m. *carere*) G. — *ut committeres* (om. *id*) P. — *uti ignosceretur* Edd. P.

I. *Caput primum. Argumentum totius operis* vi. *Caput I. Argumentum totius operis quod sit* ch. *Caput I. Argumentum operis totius* g-h. *Prologus* G. 1. *vettium* (B a p. m.) Gs-hP. *vectium* A (B a sec. m.) Sv-g. — *nobilitatis romanae* ASv-g. 2. *sermones convivales* A a sec. m. *conviviales sermones* c-g. *convivales sermones* vi. — *sed in hoc libro erit in mensa* A. — *iocundior* AGS. *iucundior* Edd. BP. 3. *sunt discreta* v. — *ut assolet* i-h. — *magisque* (om. *quam*) s-z. — *ela-*

ἱστορίαν. Vid. Orellii Onomast. Tull. II, p. 494.

I. 1. *apud Vettium Praetextatum*] De hoc vid. prolegg. p. XVII sq.

nec discedentes a se] i. e. alii ab aliis cf. c. 5. § 17.

2. *conviviales*] Codicum mss. auctoritatem secutus sum, quamquam II, 1, 1. et VII, 3, 24. legitur *convivalis*.

docte aliquid vel lepide proferendi vacuum] „Saturnalibus conveniebat *παίζειν, γελοῖον* et *τερπνὸν*, ait Iulianus in Caesaribus, seu *λόγοι ἀστεῖοι καὶ φαιδροί, σκώμματα* et *παιδιά*, uti docet Lucianus in Cronosol. [13. vol. III, p. 467. Iac.] Hinc Gellius XVIII, 2: *Saturnalia*, inquit, *Athenis agitabamus hilare prorsum et modeste, non, ut dicitur, remittentes animum.* Cf. Spanh. ad Iulian. Caes. pag. 1." Zeun. — Adverbia *docte* et *lepide* non tam significant modum quo singula sint prolata, quam rerum in conviviis prolatarum conditionem, ut non sit mirandum, si quis malit scribere *docti vel lepidi.* Sed vid. quae adnotavimus ad praef. § 4. Inusitato modo iungitur *vacuum* cum genitivo gerundii: minus insolens esset ablativus cum praepositione *a*.

3. *quibus*] e poetarum more dicitur pro *a quibus*.

in illo Platonis symposio cet.] Cf. Athen. XI, 118. p. 508 d. *ἀλλὰ συμπόσια μὲν καὶ λόγους ὑπὲρ ἔρωτος εἰρημένους .. συνέθηκεν.*

eludendi] Gladiatorium hoc verbum. Cf. Cic. de opt. gen. dic. 6,

prope atque effugiendi locum. Oportet enim versari in convivio 4 sermones ut castitate integros ita adpetibiles venustate: matutina vero erit robustior disputatio, quae viros et doctos et praeclarissimos deceat. Neque enim Cottae Laelii Scipiones amplissimis de rebus, quoad Romanae litterae erunt, in veterum libris disputabunt: Praetextatos vero Flavianos Albinos Symmachos et Eu-[202] stathios, quorum splendor similis et non inferior virtus est, eodem modo loqui aliquid licitum non erit. Nec mihi fraudi sit, si uni 5 aut alteri ex his quos coetus coegit matura aetas posterior seculo Praetextati fuit: quod licito fieri Platonis dialogi testimonio sunt, quippe Socrate ita Parmenides antiquior, ut huius pueritia vix illius adprehenderit senectutem, et tamen inter illos de rebus arduis disputatur: inclytum dialogum Socrates habita cum Timaeo disputatione consumit, quos constat eodem seculo non fuisse: Par- 6

Edd. vicahgspdzb.]

benti (sup. *di*) B. — *effugienti* B. 4. *coctae* S. *tote* G. — *et Sci-piones* v-g. — *praetextatus flavianus symmachus et eustachius* B ubique *us* mut. in *os*; G *praetextatos*, sup. add. *u*. — *Eustachios* ASvic. 5. *quos coetu coegit matura aetas, posteriori* v-g. — *fuit* AGS. in BP utrum sit *fuit* an *sint* non liquet. *sint* v-g. *sit* s-b. — *quod* (in marg.

16. *Non enim in acie versatur et ferro, sed quasi rudibus eius eludit oratio. A me autem (ut cum maximis minima conferam) gladiatorum par nobilissimum inducitur.*

4. *Neque enim Cottae .. disputabunt: Praetextatos vero .. eodem modo loqui licitum non erit*] „Comparat auctor suos disputatores cum illis viris qui a Cicerone disputantes sunt inducti, dicitque, cum sui nec gloria nec virtute cedant Ciceronianis disputantibus, hos ipsos de rebus amplissimis quaedam loqui esse aequum.“ Zeun. — Idem non perspexit huius sententiae structuram, ideoque complures vanas eam mutandi proposuit rationes, quas nolui repetere. Cicero dixisset: *An* (vel *An vero*) *Cottae ... disputant: Praetextatos .. eodem modo loqui licitum non erit?* De qua ratione vid. Hand. Tursell. I, p. 351. Macrobius pro interrogatione usus est sententia negativa. *Neque* pertinet ad *disputabunt* et ad *licitum non erit.*

in veterum libris] *Cotta* loquens inducitur in Ciceronis libris de nat. deor., cf. I, 6, 15; *Laelius* in libris de re publ., cf. I, 12, 18; in Catone maiore, cf. 1, 3; in libro de amicitia qui ipsius fert nomen, cf. 1, 3; *Scipio* in libris de re publ., cf. I, 12, 18. et in Catone maiore, cf. l. c.

Flavianos cet.] Vid. prolegg. p. XXIV sqq.

5. *matura aetas posterior seculo Praetextati*] Zeunius *maturam aetatem* putavit poni pro senectute et *seculum* pro aevo vel annorum spatio quos homo fere viveret. At *matura aetas*, ut apud Virg. Aen. XII, 437. *mox cum matura adoleverit aetas*, idem est quod Graece ἡλικία, *aetas corroborata;* et *seculum* idem est quod *aetas* vel *tempus*. Cf. Cic. Or. 12, 39. *quorum aetas quum in eorum tempora, quos nominavi, incidisset.* Platon. Symp. p. 173. παίδων ὄντων ἡμῶν ἔτι, et infra: *ut huius pueritia vix illius adprehenderit senectutem.* Vid. Salmas. Ex. Pl. p. 252 a. F.

Socrate ita Parmenides antiquior cet.] cf. Athen. XI, 113. p. 505 f. Παρμενίδῃ μὲν γὰρ καὶ ἐλθεῖν εἰς λόγους τὸν τοῦ Πλάτωνος Σωκράτην μόλις ἡ ἡλικία συγχωρεῖ, ad quae verba Casaubonus adnotavit haecce: „Auctore Diogene Laertio Parmenides florebat circa tempora Olympiadis sexagesimae nonae, iam grandis natu et πάλαι ἀνδρωθείς. Natus autem Socrates Olympiade septuagesima septima. Itaque etiamsi concedamus Parmenidem quam diutissime vixisse, incidet iuventus Socratis in aetatem eius decrepitam.“

habita cum Timaeo disputatione]

alus vero et Xanthippus, quibus Pericles pater fuit, cum Protagora apud Platonem disserunt secundo adventu Athenis morante, quos multo ante infamis illa pestilentia Atheniensis absumpserat. Annos ergo coeuntium mitti in digitos exemplo Platonis nobis suf-
7 fragante non convenit. Quo autem facilius quae ab omnibus dicta sunt apparere ac secerni possent, Decium de Postumiano, quinam ille sermo aut inter quos fuisset, sciscitantem fecimus. Et ne diutius lectoris desideria moremur, iam Decii et Postumiani sermo palam faciet quae huius colloquii vel origo fuerit vel ordo processerit.

[Mss. ABGPS (M inde a cap. II.).
a rec. m. *quos*) G. 6. *apud Platonem*] Protag. p. 314 sq. ed. Steph. — *seculo adventu* S. — *pestilentia Athenis* v-g. — *assumpserat* (G sup. add. *b*) S. *assumserat* B. 7. *postumiano* (om. *de*) P. *de posthumiano* (sic ubique) GSv-g.

De hoc loco Fabricius in bibl. Gr. III, 1, 31. vol. III. p. 21. ed. Hamb. 1716: „Fallitur, inquit, Macrobius, si verum est, quod Cicero V. de fin. [29, 81.] et I. Tusc. [17, 39, ubi post verba: *Platonem ferunt, ut Pythagoreos cognosceret, in Italiam venisse* olim legebatur: *et in ea cum alios multos tum Archytam Timaeumque cognovisse*], Hieron. in Apol. contra Rufin. non longe ab extremo [lib. III. p. 537]; aliique [ut Valer. Max. VIII, 7, 3 ext.] testantur Timaeum hunc a Platone in Italia fuisse auditum"; et Schweighäuser. ad Athen. l. c.: „Macrobius, ut passim alibi, ipsa Athenaei verba ob oculos videtur habuisse. Quare etiam cum apud eundem Macrobium legantur vulgo haec verba: *Inclutum dialogum Socrates habita cum Timaeo disputatione consumit, quos constat eodem seculo non fuisse:* recte Ionsius de script. hist. philos. p. 36. monuit non *Timaeo* sed *Phaedro* scriptum oportuisse praeeunte Athenaeo." Apud quem l. c. leguntur haecce: *Ἀδύνατον δὲ καὶ Φαίδρον οὐ μόνον κατὰ Σωκράτην εἶναι, ἤπου γε καὶ ἐρώμενον αὐτοῦ γεγονέναι*, ut sane Macrobius lapsus esse videatur.

6. *Paralus vero et Xanthippus* cet.] Cf. Plat. Protag. p. 310 extr. et p. 314 sq. Steph. Haec quoque Macrobius debet Athenaeo, apud quem legitur l. c.: *Ἀλλὰ μὴν οὐ δύνανται Πάραλος καὶ Ξάνθιππος οἱ Περικλέους υἱοὶ τελευτήσαντες τῷ λοιμῷ Πρωταγόρᾳ διαλέγεσθαι, ὅτε δεύτερον ἐπεδήμησε ταῖς Ἀθήναις, οἳ ἔτι πρότερον τελευτήσαντες.* Casaubonus legi voluit *ἑ ἔτει προτερόν τελευτήσαντες*, Zeunius adnotavit vel Athenaei locum non esse tentandum, vel Macrobium ad Casauboni rationem esse emendandum, ita ut pro *quos multo ante* reponeretur *quos quinto anno ante.* At vide ne apud Athenaeum legendum sit *οἷα* (vel *οἷά γε*) *πρότερον τελευτήσαντες.* Perierunt autem Periclis filii Ol. LXXXVII. anno ultimo, vid. Casaub. ad Athen. V, 58, p. 217 e. Ad verba (c. 59. p. 218 b.): *Ἀλλὰ μὴν καὶ ὁ ἐν τῷ Πρωταγόρᾳ διάλογος .. γενόμενος .. τοῦ Πρωταγόρου παραγεγονότος τὸ δεύτερον οὐ πολλαῖς πρότερον ἡμέραις* adnotavit Casaubonus: „Necesse est habitos eos sermones praetore Aminia aut Alcaeo certe, id est anno secundo vel tertio Olympiadis LXXXIX. Plato tamen disputationis illius annum designat Olympiadis insecutae primum praeturam obtinente Astyphilo."

***mitti in digitos*] i. e. numerari, computari digitis. Vid. not. ad Comm. II, 11, 17.**

7. *Decium de Postumiano sciscitantem fecimus*] Vid. prolegg. p. xxxi.

vel ordo processerit*] Cf. Comm. I, 15, 2. *Cum de hoc competens sermo processerit.* Ceterum huc referendum est pronomen *quae*, ut proprie fuerit dicendum: *vel qui ordo processerit.

II. Decius: Temptanti mihi, Postumiane, aditus tuos et 1
mollissima consultandi tempora commodo adsunt feriae quas indulget magna pars mensis Iano dicati. Ceteris enim ferme diebus [203]
qui perorandis causis oportuni sunt, hora omnino repperiri nulla potest, quin tuorum clientum negotia vel defendas in foro vel domi discas. Nunc autem, scio te enim non ludo sed serio feriari, si est commodum respondere id quod rogatum venio, tibi ipsi, quantum arbitror, non iniocundum, mihi vero gratissimum feceris. Requiro autem abs te id primum, interfuerisne convivio 2
per conplusculos dies continua comitate renovato, eique sermoni quem praedicare in primis quemque apud omnes maximis ornare laudibus diceris? quem quidem ego ex patre audissem, nisi post illa convivia Roma profectus Neapoli moraretur: aliis vero nuper interfui ammirantibus memoriae tuae vires, universa quae tunc dicta sunt per ordinem saepe referentis. Postumianus: Hoc 3

Edd. vicahgspdzb.]

II. *Cap. II. De die vel vario modo distinguendi diem ac noctem* vi. *Caput II. Quae convivalis huius sermonis origo et quis ordo fuerit* ch-b. 1. *Decius* om. (ut loquentium nomina omittuntur etiam in sequentibus) via; add. in marg. AGch; add. *D* sup. lin. B. — *quomodo* B. *quo* (sup. add. *modo*) G. *cum* (vel *quum*) *modo* v-g (g in mg. „Legendum certe est *commodo*, id est *opportune*“). — *quis* S. — *causis opportuni perorandis* v-g. — *nulla reperiri* G. — *clientum* ABGM23. *clientium* Edd. PSM1. — *negotium* G. — *in foro* om. A. — *scitote enim* v1. — *iniocundum* AGSM. *iocundum* B. *iniucundum* Edd. P. 2. *per plusculos* vi. — *atque sermoni* v3. — *Quae quidem* S. — *ex parte* (etiam infra) v3. — *convivia Romana* ABGPM. — *nuper fui* (sup. add. *inter*) G. 3.

II. 1. *Temptanti ... tempora*] „Ad umbratum de Marone [Aen. IV, 293 sq. *Temptaturum aditus et quae mollissima fandi Tempora*]. Martialis quoque [V, 6, 9 sqq.]: *Nosti tempora tu Iovis sereni, Cum fulget placido suoque vultu, Quo nil supplicibus solet negare.*“ Pont.

commodo] Cf. Charis. II, 37, p. 177. P. *Cotidio, ut falso, pro cotidie ... Similiter et commodo dixerunt, ut Plautus in Frivolaria. Commode Titinius in Iurisperita... Id est in tempore.*

feriae quas indulget cet.] E feriis quae commemorantur infra c. 16, § 6. pertinent ad Ianuarium mensem Agonalia et Carmentalia. Cum hac verbi *indulgendi* constructione compares c. 6. § 2. *ut se nobis indulgerent*, et constructionem passivam in Digest. XLVIII, 16, 17. *Abolitio reorum quae publice indulgetur.*

diebus qui perorandis causis oportuni sunt] i. e. diebus fastis. Cf. c. 16. § 14.

negotia] Haec vox posita esse videtur, ne parvo intervallo iteraretur vox *causa*. Vid. prolegg. p. XLIV.

vel domi discas] Quid sit *discere* (*causam*) docet Quintil. XII, 8: in primis conf. § 2. *pridie ad se venire litigatorem aut eodem matutino iubent.* Cf. etiam c. 6. § 2. *instruendarum cura defensionum.*

respondere id quod rogatum venio] Cf. Plaut. Merc. I, 2, 73. *si tibi quod me rogas respondeo.*

2. *continua comitate*] cf. § 4. *interrogandi et respondendi comitate.*

ex patre] cf. § 3 *ex patre Albino*, isque videtur esse *Çaecina Albinus* (vid. inf. § 15.), non *Furius Albinus*, ut qui minor natu fuisse videatur. Certe Avienus, qui cum eo commemoratur § 16., adolescens esse dicitur VI, 7, 1. et VII, 3, 23.

vires] Minus commode positus est numerus pluralis, qui ad corpus potius soleat referri.

saepe referentis] i. e. plus semel. Cf. c. 4. § 10. et Cic. p. Arch. 4, 11. *testamentum saepe fecit*, ubi

unum, Deci, nobis (ut et ipse, quantum tua sinit adolescentia, vi-
dere et ex patre Albino audire potuisti) in omni vitae cursu opti-
mum visum est, ut, quantum cessare a causarum defensione li-
cuisset, tantum ad eruditorum hominum tuique similium congres-
4 sum aliquem sermonemque conferrem. Neque enim recte insti-
tutus animus requiescere aut utilius aut honestius usquam potest,
quam in aliqua oportunitate docte ac liberaliter colloquendi, in-
terrogandique et respondendi comitate. Sed quodnam istud con-
5 vivium? An vero dubitandum non est, quin id dicas quod doctis-
simis procerum ceterisque nuper apud Vettium Praetextatum fuit
et discurrens post inter reliquos grata vicissitudo variavit? De-
[204]cius: De hoc ipso quaesitum venio, et explices velim, quale illud
convivium fuerit, a quo te abfuisse propter singularem omnium
6 in te amicitiam non opinor. Postumianus: Voluissem equidem,
neque id illis, ut aestimo, ingratum fuisset: sed, cum essent ami-
corum conplures mihi causae illis diebus pernoscendae, ad coe-
nam tum rogatus meditandi non edendi illud mihi tempus esse
respondi, hortatusque sum ut alium potius nullo involutum nego-
7 tio atque a cura liberum quaererent. Itaque factum est. Nam

|Mss. ABGPSM.

visum (om. *est*) zb. *vi est* P. — *totum* g in mg. — *sermonem quae* v3. *sermonem* om. *que* Ps-z (A eraso *que*) „quod ne subsistere quidem posse puto“. Gron. 4. *recte* om. A. — *quid nam* G. 5. *dubitandum est* (om. *non*) v-gb. Vid. not. — *vettium* s-bPM. *vẽtium* B. *vetium* G. *vectium* ASv-g. — *et quod discurrens* s-bP; in G *quod* add. a rec. m. Vid. not. — *gratia* h. — *a quo abfuisse* (om. *te*) S. 6. *neque in illis* A. — *ut existimo* Sv-g. — *atque cura* (om. *a*) S; in G add. *a* a sec.

R. Klotzius comparat *inter tot annos* ad duos annos relatum, ut infra § 13. *tot dies* dicuntur dies tres vel (si respicis ad ea quae leguntur infra § 15. usque ad cap. 5) quattuor, et VII, 3, 24 *tot philosophantes* dicuntur Aristoteles, Plutarchus, Apuleius.

3. *licuisset*] Plusquamperfectum pro imperfecto ponitur.

tantum] „Subintelligendum temporis, otii, cessationis.“ Gron.

5. *An vero dubitandum non est quin id dicas*] Haec si interpretatus fueris: „An vero ne dubitare quidem licet quin id dicas?“, tolletur dubitatio quam movit Zeunius adnotando haecce: „Hunc locum esse corruptum linguae leges convincunt. Etenim cum *non dubitare*, si interrogative ponitur, habeat vim aiendi, non debet sequi particula *quin*, sed *an*. Quapropter aut antiquam lectionem, quae omittit illud *non*, revocandam esse censeo, aut, quod fortasse melius est, sublata interrogatione *an* mutandum in *at*: adeo ut Postumianus sibi ipse respondeat. Certe enim *at vero* occupationibus servire dudum a viris eruditis est observatum.“ Namque interrogatio illa rhetorica non tollit negationem.

quod . . . fuit, et discurrens . . vicissitudo variavit] E nominativo *quod* intelligendus est accusativus in altera sententiae parte, quod cum non bene se habere videretur, scriptum est *et quod discurrens*. At vid. not. ad Comm. I, 6, 77. et prolegg. p. xxxix extr.

doctissimis procerum ceterisque] Offendit me *ceteris*, cum non certus sit numerus ad quem haec vox referatur. Interpreteris *ceterisque qui aderant;* ut infra *inter reliquos* et *omnium* ad convivarum numerum nondum proditum refertur.

6. *Voluissem equidem*] Ex antecedentibus *abfuisse . . non opinor* intelligas *non abfuisse*.

pernoscendae] idem esse videtur ac *discendae*, cf. § 1.

ad coenam tum rogatus] i. e. invitatus, vocatus. Eadem vi usurpatum esse solum verbum *rogandi*

facundum et eruditum virum, Eusebium rhetorem inter Graecos praestantem omnibus idem nostra aetate professis, doctrinae Latiaris haud inscium, Praetextatis meum in locum invitari imperavit.
Decius: Unde igitur illa tibi nota sunt, quae tam iocunde 8
et comiter ad instituendam vitam exemplis, ut audio, rerum copiosissimis et variae doctrinae ubertate prolata digestaque sunt?
Postumianus: Cum solstitiali die, qui Saturnaliorum festa quibus 9
illa convivia celebrata sunt consecutus est, forensi cura vacuus laetiore animo essem domi, eo Eusebius cum paucis e sectatoribus suis venit, statimque vultu renidens: Permagna me, inquit, 10
abs te, Postumiane, cum ex aliis tum hoc maxime gratia fateor obstrictum, quod a Praetextato veniam postulando mihi in coena vacuefecisti locum: itaque intellego non studium tantum tuum sed ipsam quoque, ut aliquid abs te mihi fiat commodi, consentire atque aspirare fortunam. Visne, inquam, restituere id nobis 11
quod debitum tam benigne ac tam libenter fateris, nostrumque hoc otium, quo perfrui raro admodum licet, eo ducere ut his qui- [205]
bus tunc tu interfueris nunc nos interesse videamur? Faciam, 12
inquit, ut vis. Narrabo autem tibi non cibum aut potum, tametsi ea quoque ubertim casteque adfuerint: sed et quae vel in conviviis vel maxime extra mensam ab isdem per tot dies dicta sunt, in quantum potero, animo repetam. Quae quidem ego cum au- 13

Edd. vicahgspdzb.]

m. 7. *latiaris* BPSM (AG a p. m.) s-z*II*P2 (h in mg). *latialis* (AG a sec. m.) v-gb „Sic legendum puto. Nam non hic dici potest a Latiari h. e. feriis Latinis, sed a Latio Significat enim litteras Latinas.“ Zeun. 8. *iocunde* AGSvi. *iucunde* Bc-b Bodl. — *digesta* (om. *que*) ASvichg. 9. *solstitialis dies* BGSv-g. — *ille* B. 10. *tum ex aliis* S. — *mihi abs te* G. — *inspirare* (sup. add. *as*) G. *sperare* P.
11. *interfueris tunc tu* v-h. *interf. nunc tu* g. 12. *adfuerunt* A (S *aff.*, M *adfuer.*). — *sed ea quae* c-g. — *quae in* (om. *vel*) P. — *ani-*

demonstrat Pontanus ad V, 7, 2 allatis duabus locis Apuleii, Metam. I, 22 et III, 12 et uno ex interprete Apollonii Tyrii.

7. *idem .. professis*] i. e. eandem artem, rhetoricam, cf. Cic. in Pis. 29. 71. *quam* (philosophiam) *qui profitetur, gravissimam sustinere mihi personam videtur.*

Latiaris] Hunc alteram adiectivi formam Zennius haud recte vult mutari in *Latialis*.

invitari imperavit] Vid. not. ad Comm. II, 1, 10.

9. *solstitiali die qui .. consecutus est*] *Solstitialis dies* est bruma, quae est IX. Kal. Ian. Saturnalia, ut Macrobius refert c. 10. § 23., a sexto decimo Kal. Ian. coepta in quartum decimum desinunt, sed Sigillariorum adiecta celebritas in septem dies laetitiam religionis extendit.

forensi cura vacuus] Casu tantum, ut videtur. Nam solstitialis dies comitialis fuit, in quo et cum populo agi et lege agi posset. Cf. c. 16, § 14.

e sectatoribus suis] Sectatores rhetoris sunt eius discipuli.

renidens] Vid. prolegg. p. XLIV.

10. *veniam postulando*] i. e. non accipiendo invitationem.

aspirare fortunam] Cf. Virg. Aen. II, 385. *Aspirat primo fortuna labori.*

11. *eo ducere*] i. e. in id convertere.

ubertim casteque] i. e. ut laute, ita non luxuriose.

12. *extra mensam ab isdem*] Qui quidem conviviis illis intererant.

per tot dies] Cf. § 13. et vid. not. ad § 2.

direm, ad eorum mihi vitam qui beati a sapientibus dicerentur accedere videbar: nam et quae pridie quam adessem inter eos dicta sunt Avieno mihi insinuante comperta sunt, et omnia scripto mandavi, ne quid subtraheret oblivio: quae si ex me audire gestis, cave aestimes diem unum referendis quae per tot dies sunt
14 dicta sufficere. Decius: Quemnam igitur et inter quos aut unde ortum sermonem, Postumiane, fuisse dicebat? Ita praesto sum
15 indefessus auditor. Tum ille: Declinante, inquit, in vesperum die quem Saturnale festum erat insecuturum, cum Vettius Praetextatus domi convenire se gestientibus copiam faceret, eo venerunt Aurelius Symmachus et Caecina Albinus, cum aetate tum etiam moribus ac studiis inter se coniunctissimi. Hos Servius inter grammaticos doctorem recens professus, iuxta doctrina mirabilis et amabilis verecundia, terram intuens et velut latenti similis se-
16 quebatur. Quos cum aspexisset obviamque processisset ac perblande salutavisset, conversus ad Furium Albinum, qui tum forte cum Avieno aderat: Visne, ait, mi Albine, cum his quos advenisse
[206] peroportune vides quosque iure civitatis nostrae lumina diximus eam rem de qua inter nos nasci coeperat sermo communi-
17 cemus? Quidni maxime velim? Albinus inquit, nec enim ulla alia de re quam de doctis quaestionibus colloqui aut nobis aut

[Mss. ABGPSM.

mum SM. 13. *existimes* v-g. — *unum diem* G. *diem unam* v-g. 14. *Quaenam* AS. — *et unde* (sup. *aut*) A. — *Ita sum* (om. *praesto*) S. 15. *Posthumianus. Tum ille* Edd. In AP *Posthum.* add. in mg., et in A supra *ille* legitur *s. eusebius.* — *in vesperam* „Charta Academica, quod Macrobio asserunt vel illa capitis seq. [§ 15.] *deinde vespera.*“ Gron. — *domum* S. *domini* M. — *convenire* (om. *se*) Ps-z. „*se* est recipiendum, ut referatur ad Praetextatum et *domi* possit recte locum suum obtinere.“ Zeun. — *cecinna* (semp.) Sv-g. — *tum aetate* AS (G a sec. m). — *doctores* v. — *iuxta* (sup. add. *aequaliter*) *doctrina* A „2 Angl.“. *iuxta doctrinam* Edd. BGPS. — *verecundia* AM*H*1 (v *amabilis: verecundia*) „2 Angl.“. *verecundiae* s-z. *verecundie* G. *verecunde* Si-gbBP „Tolerabilior est haec lectio. Igitur *amabilis* pertinet ad *iuxta doctrinam.* Quod si vero, ne concinnitas pereat, nomen retinendum putas, corrige *verecundia.*“ Zeun. 16. *aspexisset* Mss. i*H*2 „B“. *adspexisset* „Ms“. *prospexisset* vc-b. — *Furium* S Edd. cf. I, 24, 19; III, 14, 1; VI, 1, 1 et 2; VII, 8, §§ 1, 4, 7. *rufium* ABGP (M a p. m.; S in mg.) „Ms“. cf. I, 4, 1. *Ruffium H*1. 17. *aut his aut nobis* P. *aut his* (om. *aut*

13. *ad eorum mihi vitam ... accedere videbar*] Exspectes: *ad eos accedere.* Cf. Cic. p. Lig. 12, 38. *Homines enim ad deos nulla re propius accedunt.*

insinuante] Cf. prolegg. p. XLIV.

14. *dicebat*] sc. Avienus, cf. § 13. *Ita*] i. e. ut haec audiam. Vid. Hand. Tursell. III, p. 486.

15. *copiam faceret*] Cf. Plaut. Capt. III, 5, 90. *ut mihi eius facias conveniundi copiam.*

inter grammaticos doctorem recens professus] Exspectes: *artem grammaticam professus*, cf. c. 7. § 1. *medendi artem professis.*

iuxta .. verecundia] i. e. aeque mirabilis propter doctrinam atque amabilis propter verecundiam. Cf. I, 16. § 44. *poeta doctrina ac verecundia iuxta nobilis*, et I, 7. § 3. *vir corpore atque animo iuxta validus*, et c. 4. § 4. *in hoc coetu non minus doctrina quam nobilitate reverendo.* Vid. Hand. Tursell. III. p. 539 sq.

latenti] i. e. se abscondenti vel latitanti.

16. *coeperat*] Plusquamperfectum suam habet vim: „coeperat, antequam illi advenerunt.“

his potest esse iocundius. Cumque consedissent, tum Caecina: 18
Quidnam id sit, mi Praetextate, tametsi adhuc nescio, dubitare tamen non debeo esse scitu optimum, cum et vobis ad colloquendum causam attulerit et nos eius esse expertes non sinatis. At- 19
qui scias oportet eum inter nos sermonem fuisse, ait, quoniam dies crastinus festis Saturno dicatis initium dabit, quando Saturnalia incipere dicamus, id est quando crastinum diem initium sumere existimemus. Et inter nos quidem parva quaedam de hac 20
disputatione libavimus: verum quia te quicquid in libris latet investigare notius est quam ut per verecundiam negare possis, pergas volo in medium proferre quicquid de hoc quod quaerimus edoctum tibi conprehensumque est.

III. Tum Caecina: Cum vobis qui me in hunc sermonem 1
adducitis nihil ex omnibus quae veteribus elaborata sunt aut ignoratio neget aut oblivio subtrahat, superfluum video inter scientes nota proferre. Sed ne quis me aestimet dignatione consultationis gravari, quicquid de hoc mihi tenuis memoria suggesserit paucis revolvam. Post haec, cum omnes paratos ad audiendum [207]
erectosque vidisset, ita exorsus est. M. Varro in libro Rerum 2

Edd. vicahgspdzb.] *nobis*) M. *aut a nobis aut ab his* v. — *iucundius* Edd. BP. 18. *tunc* GS. — *cecina* (sup. add. *albinus*) A. — *praetextate* (sup. add. *vecti*) A. — *et nobis* v. 19. *Atqui scias oportet* Mss. (A suprascr. *s. Vectius inquit*) s. *Atqui scias, inquit, oportet* v-gd-b. *Atque scias oportet* p „Stephanus dedit *atqui*. Sed utrumque defectum, alterum et nugatorium est. Lege *atqui scias, inquit, oportet*. Nam loquentis persona mutatur, et desinente Caecina Praetextatus incipit.“ Gron. — *fuisse, ut, quoniam* Mss. et Edd. Vid. not. — *quoniam* s-b. *qm̄* A (B sup. *quod*) G*H*1. *quum* v3i. *cum* v1c-g. 20. *vestigare* v. — *quam per* (*ut* sup. add. a sec. m.) A. — *eductum* A* „recte“. Pont.

III. *Caput III. De principio ac divisione civilis dici.* ch-b. 1. *adducitis* A*BGSMv-gP5 „2 Angl“ „Quod fuerit *abducitis*.“ Pont. *inducitis* s-bP*H*1. — *quae veteribus* (sup. add. *a*) B. — *videor* G. — *quid* (sup. scr. *quis*) G. — *existimet* ASv-g. — *dignationē* M. — *resolvam* G a sec. m.; S a p. m. 2. *M. Varro ... oriri ammonet* (§ 10.)] cf. Gell.

18. *dubitare tamen non debeo esse scitu optimum*] Saepius hac constructione usus est Macrobius, ut III, 19, 4. et Comm. 1, 6, 43.

19. *Atqui scias oportet .. ait*] Gronovius *inquit*, quod eiecerat Carrio, revocavit, quo indicaretur mutatio personae loquentis. Ego malui scribere *ait* pro particula *ut*, quae vulgo sine sensu inseritur, quamquam etiamnum dubium me facit locus. Nam in sententiae initio hoc verbum erat ponendum. Cf. § 16. At ita si scripsit Macrobius, haec ipsa res ansam dare poterat immutationi.

cum inter nos sermonem fuisse, ... quando Saturnalia incipere dicamus] Haec iungenda sunt. Quod qui non perspicerent, et putarent pronomen *cum* necessario sequi debere particulam *ut*, hanc videntur intrusisse, qua quidem addita verborum structuram plane distorserunt. Ego certe quo illud *ut* referrem, frustra quaesivi: ideoque mutavi in *ait*.

20. *edoctum tibi conprehensumque est*] Macrobius propter *conprehensum* videtur scripsisse *edoctum tibi est*: erat enim dicendum *edoctus es*.

III. 1. *inter scientes*] Imitatur dictiones Graecas *μετ' εἰδόσιν* ap. Hom. Il. I, 250 et *ἐν εἰδόσιν* ap. Thucyd. II, 36, al.

dignatione consultationis] i. e. quod vobis videar dignus quem interrogetis. Vid. not. ad I, 5, 13. *defensionum dignatione*, et ad 7, 5.

erectosque] Apud Ciceronem Brut. 54, 200. *erecti iudices* opponuntur *oscitantibus*.

humanarum quem de diebus scripsit: *Homines,* inquit, *qui ex media nocte ad proximam mediam noctem his horis viginti quattuor*
3 *nati sunt uno die nati dicuntur.* Quibus verbis ita videtur dierum observationem divisisse, ut qui post solis occasum ante mediam noctem natus sit illo quem nox secuta est, contra vero qui in sex noctis horis posterioribus nascitur eo die videatur natus
4 qui post eam noctem diluxerit. *Athenienses autem aliter observare* idem Varro in eodem libro scripsit, *eosque a solis occasu ad solem iterum occidentem omne id medium tempus unum diem esse dicere: Babylonios porro aliter; a sole enim exorto ad exortum eiusdem incipientem id spatium unius diei nomine vocare: Umbros vero unum et eundem diem esse dicere a meridie ad insequentem*
5 *meridiem. Quod quidem,* inquit Varro, *nimis absurdum est. Nam qui Kalendis hora sexta apud Umbros natus est, dies eius natalis videri debebit et Kalendarum dimidiatus et qui post Kalendas*

[Mss. ABGPSM.
N. A. III, 2. — *in rerum humanarum libro* v-g. — *a media nocte* Censorinus de die nat. 23, 5. — *in his horis* „apud Agell. lib. III. cap. 2. et Censorin. c. 23.“ Meurs. Cf. § 3. 3. *dividisse* A. — *post solem occasum* Gell. l. c. — *illo die* G. — *quem nox* ASi-bPM123. *quem mox nox* BGv. — *consecuta* v-g ut Gell. l. c. § 1. — *qui sex* (om. *in*) S.
4. *Dies Atheniensium. Athenienses* A. — *usque ad solis occasum ad solem* S (M a p. m.). *eosque a sole occaso ad solem* Gell. l. c. — *Dies babiloniorum. Babilonios* A. — *totum id spatium ... appellare: multos vero in terra Umbria* Gell. l. c. — *Dies umbrorum. Umbros* A. — *ad in sequentem* v3. *ad sequentem* cah. 5. *apud umbros hora sexta* S. — *natus est apud Umbros* Gell. l. c. — *et qui est*

3. *quem nox secuta est*] Planius Gellius N. A. III, 2, 3, *a quo die ea nox coeperit;* idem ib. § 1. habet *quem nox ea consecuta est.* Particulam *mox* e duobus eiusdem originis libris Mss. et edit. principe ceteris libris Mss. refragantibus nolui recipere, licet c. 12. § 8. simili modo legatur: *sequens mox;* alia res est c. 13. § 4. *Numae ordinationem finitimi mox secuti.*

4. *Athenienses* etc.] „Eadem praeter Gellium, ex quo noster sua transscripsit, uno consensu tradunt Plinius N. H. II, 79 [s. 77.] et Censorinus de die nat. c. 23 [§ 3.] et de Romanis Plutarchus in Quaest. Rom. [c. 84.]. Isidorus vero Lib. V. Orig. cap. 30 [4.], qui de caeteris consentit, aliter tradit de Atheniensibus, quos diem secundum inchoare ait *a sexta hora diei* atque Aegyptiorum diem, cuius initium non differre statuit Plinius a Romano, numerari narrat *ab occasu solis.* Fortassis Isidorus per horam sextam diei e ratione Umbrorum et aliorum antiquitatis astrologorum, quos eandem secutos esse rationem dicit Harduinus ad Plinium l. c., ipsum solis occasum intellexit, adeo ut inter nostrum et Isidorum vera repugnantia statuenda sit nulla. De Aegyptiis rem expediant interpretes Plinii. Huius locum huc transferre non alienum putamus: *Ipsum diem alii aliter observavere: Babylonii inter duos solis exortus, Athenienses inter duos occasus, Umbri a meridie in meridiem, vulgus omne a luce ad tenebras, sacerdotes Romani et qui diem diffiniere civilem, item Aegyptii et Hipparchus, a media nocte in mediam.*“ Zeun. — Cf. Laurent. Lyd. de mens. II, 1, qui de Atheniensibus nihil habet, de Aegyptiis autem cum Isidoro consentit. De Babyloniis idem: *Βαβυλώνιοι μὲν γὰρ ἀπὸ ἀνατολῶν ἡλίου ἕως αὐτῶν λαμβάνουσι δυσμῶν, νυκτὸς οὐδ᾽ ὅλως μνήμην ποιούμενοι,* quod pertinere videtur ad ea quae tradidit Herodotus II, 109: *Τὰ δυώδεκα μέρεα τῆς ἡμέρης παρὰ Βαβυλωνίων ἔμαθον οἱ Ἕλληνες.*

5. *nimis absurdum*] Absurda haec

erit usque ad horam eius diei sextam. Populum autem Roma- 6
num ita uti Varro dixit dies singulos annumerare a media nocte ad mediam proximam multis argumentis ostenditur. Sacra sunt enim Romana partim diurna, alia nocturna, et ea quae diurna sunt ** ab hora sexta noctis sequentis nocturnis sacris tempus inpenditur. Ad hoc ritus quoque et mos auspicandi eandem esse 7
observationem docet. Nam magistratus, quando uno die eis et [208]
auspicandum est et id agendum super quo processit auspicium,

Edd. vicahgspdzb.]
post Kalendas dies ante horam Gell. l. c. notante Meursio. — *eius diei* ABGS, apud Gell. l. c. codd. plerique. *eiusdem diei* Edd. PM. 6. *Dies romanorum. Populum* A. — *alia nocturna* Mss. s-zM23 Gell. l. c. „Vide, si operae est, observata patri lib. III. Obs. cap. 2.“ Gron. *partim nocturna* v-gbP7 in mg.; M a sec. m. et Gellii edd. vett., unde hoc commendat Meurs. — *ea quae diurna sunt. ab hora* Mss. v-gM23P25. *et ad ea quae diurna sunt. ab hora* P6 (P5 *ad haec*). *et ea quae diurna sunt, ab initio diei ad medium noctis protenduntur: ab hora* s-b. „Haec verba et sensus loci et Gellii auctoritas comprobant. Etenim utraque sacra et diurna et nocturna, quae ante commemoravit, sunt explicanda. Deinde Gellius III, 2. eandem expressit sententiam, quam noster hic, quod mirum est, cum aliqua verborum immutatione sequitur. Ille enim sic: *Sed ea* (sacra) *quae inter noctem fiunt, diebus addicuntur, non noctibus. Quae igitur sex posterioribus noctis horis fiunt, eo die fieri dicuntur qui proximus eam noctem illucessit.*“ Zeun. Vid. not. 7. *processit* Edd. PSM. *praecessit* ABG. — *eodem die egisse* P.

ratio visa est Varroni, quippe qua divideretur dies naturalis (vid. not. ad § 10.), in duas partes: quum secundum alias omnes hic esset indivisus.

6. *partim diurna, alia nocturna*] Vid. Hand. Tursell. IV. p. 394 sq. et cf. c. 24. § 19. *alter in versibus, Caecina in verbis.*

*et ea quae diurna sunt ** ab hora sexta noctis sequentis nocturnis sacris tempus inpenditur*] Quae, ubi indicavi lacunam, leguntur inde ab edit. Steph., ea debentur Carrioni: nec suffragatur codex P, quo ille est usus. Sensu loci et Gellii auctoritate ea comprobari non concedo Zeunio. Nam sacra diurna usque ad mediam noctem protendi nec Gellius docuit (vid. app.), nec Censorinus qui l. c. § 3 sq.: *Ceterum Romani, inquit, a media nocte ad mediam noctem diem esse existimarunt. Indicio sunt sacra publica et auspicia etiam magistratuum, quorum si quid ante medium noctis est actum, dici qui praeteriit adscribitur, si quid autem post mediam noctem et ante lucem factum est, eo die gestum dicitur qui eam sequitur noctem.* Excidisse aliquid apparet: sed verba *et ea quae diurna sunt* demonstrant Macrobium paulo uberius quam Gellium hunc locum tractasse, et haec fere esse supplenda: *et ea quae diurna sunt suis addicuntur diebus: quae sex prioribus noctis horis fiunt ea praeteriti diei sacra nocturna sunt: ab hora sexta noctis sequentis nocturnis sacris tempus inpenditur.* Ita si scripserat Macrobius, librarius facile a verbis *diurna sunt* aberrare potuit ad *nocturna sunt*, ut in iis quae proxime sequuntur librarius qui scripsit codicem P a verbis *post mediam noctem* transiit ad *post primam facem*, ne afferam multa eiusmodi exempla quae praebent codices Plinii praeter Bambergensem omnes. Denique verba *noctis sequentis* non esse iungenda, sed ad *sequentis* ex iis quae interciderunt trahendum esse *dici*, vix est quod moneam.

7. *super quo processit auspicium*] Gellius scripsit: *super quo auspicaverunt.* Quae si Macrobius reddidisset verbis *super quo praecessit auspicium*, ad tempus potissimum spectasset, nam sensus esset: „es ist voraus gegangen“. At eius mos dicendi, quem attigi in prolegg. p. XLIV., flagitat ut scribamus *processit*, hoc sensu: „in-

post mediam noctem auspicantur et post exortum solem agunt,
8 auspicatique et egisse eodem die dicuntur. Praeterea tribuni plebis, quos nullum diem integrum abesse Roma licet, cum post mediam noctem proficiscuntur et post primam facem ante mediam noctem sequentem revertuntur, non videntur abfuisse diem, quoniam ante horam noctis sextam regressi partem aliquam illius
9 in urbe consumunt. Quintum quoque Mucium iureconsultum dicere solitum legi non esse usurpatam mulierem quae, cum Kalendis Ianuariis apud virum matrimonii causa esse coepisset, a. d. IV. Kalendas Ianuarias sequentes usurpatum isset: non enim posse inpleri trinoctium quo abesse a viro usurpandi causa ex duodecim tabulis deberet, quoniam tertiae noctis posteriores sex horae
10 alterius anni essent qui inciperet ex Kalendis. Virgilius quoque

[Mss. ABGPSM.

egisse eadem die v-g. 8. *cum post primam* (om. *post mediam* ... *et*) P. — *sequentem* add. a sec. m. A. — *affuisse* (sup. *ab*) GM. *aufuisse* (sup. *ab*) A. — *die* Pv. *unum diem* Gell. l. c. — *parte aliqua illius in urbe Romana sunt* Gell. l. c. 9. *iuris consultum* v-g Gell. — *legi* c-g Gell. l. c. *lege* vis-b Mss. „Eadem et Anglicano scriptura fuit. Videatur tamen immissa voce legendum *legi: lege.*“ Pont., suffragante Zeunio. — *esse usurpatam* ABGSv3c-gM13. *esse usurpatum* vli (h in mg.) M2. *isse usurpatum* s-bP (non A, ut affert Pont.). Vid. not. — *ianuarii* G (infra: *ian̄.*). — *ad diem quartum* ASv-pbBGP. *a. d. diem quartum* dz. *et ante diem* (sup. om. *cum*) Gell. l. c. — *sequentem* Mv1. — *usurpatum isset* Aa (hg iu mg.) s-bP Gell. l. e. *usurpatum esset* BG (S a p. m.) M12*H*1. *usurpata esset* (S a sec. m.) vichgM3. — *posset* (B

stitutum est auspicium, „*es ist vor sich gegangen.*“ Cf. Comm. I, 5, 15. *de quibus secuturus sermo procedet;* ib. 15, 2. *cum de hoc competens sermo processerit*, et II, 15, 28. *de quibus inquisitio ista procedit.*

post mediam noctem auspicantur] Cf. Fest. lib. XIX. p. 348. s. v. *Silentio surgere: qui post mediam noctem auspicandi causa ex lectulo suo silens surrexit.* Dionys. A. R. II, 6. *καὶ περὶ τὸν ὄρθρον ἀνιστάμενοι ποιοῦνταί τινας εὐχὰς ὑπαίθριοι.* Hartung. Relig. d. Roem. I, p. 122.

8. *post primam facem*] Cf. § 15.

9. *Quintum quoque Mucium*] Est Q. Mucius Scaevola, cum P. Licinio Crasso consul a. u. c. DCLIX., quem Cicero dicere solebat *iuris peritorum eloquentissimum*, *eloquentium iuris peritissimum.* Cf. Brut. 64, 229; de orat. I, 37, 170. et 39, 180; de off. I, 32, 116. et III, 11, 47.

legi] Sic cum Gellio scripsi, quia aliter accusativus cum infinitivo, *Q. Mucium dicere solitum*, non habet quo referatur. Qui desideraverit nomen *lege*, is cum Pontano debebit coniungere verbum et nomen *legi lege.*

non esse usurpatam] i. e. non perfectam esse eius usurpationem, vel usucapionem non esse interruptam, ideoque eam non amplius sui iuris esse sed in manum venisse mariti. Cf. Digest. XLII, 3, 2. *Usurpatio est usucapionis interruptio*, et 3. *Usucapio est adiectio dominii per continuationem possessionis temporis lege definiti*, et commentar. Servian. ad Virg. Georg. I, 31. *Tribus enim modis apud veteres nuptiae fiebant, usu, si verbi gratia mulier anno cum viro, licet sine legibus, fuisset* cet. Apparet h. l. legi non posse *isse usurpatum*, quod esset „discessisse a viro usurpandi causa“, ut infra: *quae a. d. IV. Kal. usurpatum isset.* Ceterum vid. interpretes Gellii ad l. c. — Zeunius ad h. l. adnotavit: „Non est quod pro *isse usurpatum* cum edd. vett. *esse usurpatam* recipiamus. Nam sane aliquid contorti habet ratio Schultingii qui ad Quinct. Decl. 17. *usurpatam esse* putat pro *usurpasse* positum. Caeterum recte hic interpretatur *usurpare* sc. ius suum, adeo ut significet *usucapionem in-*

id ipsum ostendit, ut hominem decuit poeticas res agentem, recondita atque operta veteris ritus significatione:

Torquet, inquit, *medios nox humida cursus:*
Et me saevus equis oriens adflavit anhelis.

His enim verbis diem quem Romani civilem appellaverunt a sexta noctis hora oriri ammonet. Idem poeta quando nox quoque in- 11
cipiat expressit in sexto. Cum enim dixisset:

Hac vice sermonum roseis Aurora quadrigis
Iam medium aetherio cursu traiecerat axem,

mox suggessit vates:

Nox ruit, Aenea: nos flendo ducimus horas. [209]

Ita observantissimus civilium definitionum diei et noctis initia descripsit. Qui dies ita dividitur. Primum tempus diei dicitur 12
mediae noctis inclinatio: deinde *gallicinium,* inde *conticuum,* cum et galli conticescunt et homines etiam tum quiescunt: deinde *diluculum,* id est cum incipit dinosci dies: inde *mane,* cum dies clarus est. *Mane* autem dictum, aut quod ab inferioribus locis, id 13

Edd. vicahgspdzb.]

a sec. m.) Sv-g. — *quod* Gell. l. c. 10. *Vergilius* ch-b. — *Torquet*] Aen. V, 738. — *quam* BG. — *appellavere* v-g. — *a sexta autem* (*autem* del. a sec. m.) A. 11. *admonet idem poeta. Quando autem* A. — *Hac vice*] Aen. VI, 535. — *In medium* v3chg. — *aetherio* BG. *aethereo* AS Edd. P. — *Nox*] Aen. VI, 539. — *dicimus* G. — *Sed ita* v. — *observandissimus* M. — *diffinitionum* AGSMvi. 12. *Divisio dierum romanorum. Primum* A. — *primum diei tempus* G. — *conticuum* BGP (M a p. m.) s-z. *conticinium* A*S (M a sec. m.) v-gb (h in mg. Al. *conticuum*). — *homines etiam tunc* BG. *et homines et tum etiam* S. — *dinosci dies* BGSvi. *dignosci dies* Mc-g. *dies dinosci* A. *dies dignosci* s-bP. — *dum dies clarus* (om. *est*) vicag. 13. *inferioribus locis* AGS Mv-g. „Ms. Anglicanus: quae lectio non, ut olim (in notis addiderat: „sed male.“) existimavimus, omnino reiicienda. Nam Plinius et Martialis, ut me postea commonuit Petr. Scriverius, videntur asserere lectionem

terrumpere. Vid. Gesn. in Thes. s. v. *usurpare.*“

10. *Virgilius quoque id ipsum ostendit*] Fateor me hoc non intelligere, namque Virgilius priore loco nihil aliud dixit, nisi iam alteram adesse partem noctis, quae ad lucem vergat, ut ait Curtius IV, 7, 22., et altero, qui non legitur apud Gellium, nihil aliud nisi diem, eius parte dimidia elapsa, vergere ad noctem, ut recte hunc locum interpretatus est Wagnerus.

diem quem Romani civilem appellaverunt] Cf. Censorin. de die nat. c. 23. § 1 sq. *Dies, ut mensis aut annus, partim naturalis partim civilis est. Naturalis dies est tempus ab oriente sole ad solis occasum. Cuius contrarium tempus est nox ab occasu solis usque ad exortum. Civilis autem dies vocatur tempus quod sit uno caeli circumactu, quo dies verus et nox continetur.*

12. *Qui dies*] sc. civilis, cf. § 10. De hac divisione vid. Censorin. de die nat. c. 24. Varron. L. L. VI, 2, 7; VII, 4, 78 sq.; Serv. ad Virg. Aen. II, 268; Isidor. Orig. V, 31.

mediae noctis inclinatio] Censorinus l. c. habet *de media nocte.*

conticuum] Altera huius vocis forma *conticinium* legitur apud Varronem, Servium, Isidorum ll. cc., et apud Plautum Asin. III, 3, 95. Sed formam *conticuum* non abhorrere ab analogia recte monuit Forcellinus. Contra *conticinium* adulteratum putaverim imitatione formae vocis *gallicinium.* Apud Censorinum l. c. in libris mss. est *conticium.* Idem inter hoc noctis tempus et inter *diluculum* inserit *ante lucem.*

13. *ab inferioribus locis, id est a Manibus*] „Martialis lib. XII. epigr. 63. [ap. Schneidew. 62.] *Nec regale nimis fulmen, nec fulmine digna*

est a Manibus, exordium lucis emergat, aut, quod verius mihi videtur, ab omine boni nominis. Nam et Lanubini *mane* pro bono dicunt: sicut apud nos quoque contrarium est *inmane*, ut *inmanis*
14 *belua* vel *inmane facinus* et hoc genus cetera pro non bono. Deinde *a mane ad meridiem*, hoc est ad medium diei: inde iam supra vocatur *tempus occiduum*, et mox *suprema tempestas*, hoc est diei novissimum tempus, sicut expressum est in duodecim
15 tabulis: SOLIS OCCASUS SUPREMA TEMPESTAS ESTO: deinde

[Mss. ABGPSM.

codicis membranacei." Pont. in auctario notarum, in Ed. II. Vid. not. *inferibus locis* B. *inferioribus* (om. *locis*) s-bP. — *lanubini* A (B sup. *v.*, G in mg. *lanuini*). SMi P6 „2 Angl.". *lanuvini* c-g. *lanobini* vi. *Lanuvii* s-bP. „Etsi consuetudo latine scribendi probat Ed. vet. lectionem *Lanuvini:* cum tamen Graeci dicunt *Λαυιούϊος*, a vero non abhorret auctorem suos populares esse imitatum." Zeun. — *et immanis belua* S. — *pro non bono* (A add. in mg.) g-bP. *non pro bono* ABGSv-bM123.
14. *ad medium diem* c-gb. „Recte. Nam non video, cur hic deteriorem orationis formam tribuamus auctori, qui aliis locis dicit *medium diem*,

[Schneidew. *digni*] *Scissa nec ad Manes, sed sita dives humus.* Plinius vero H. N. lib. XXXIII. in prooemio [§ 2. Sill.] *Imus in viscera eius* [telluris] *et in sede Manium opes quaerimus.* Toto vero hoc loco Macrobius Varronem sequitur, aut potius non sequitur. Non enim a *Manibus* ille sed a *manando* dictionem istam deducit. Ait Varro [L. L. VI, 2, 4.]: *Dici principium mane, quod tunc manat dies ab oriente: nisi potius quod bonum antiqui dicebant manum, ad cuiusmodi religionem Graeci quoque, cum lumen adfertur, solent dicere φῶς ἀγαθόν.* Sed ad posteriorem hanc sententiam Macrobius quoque post inclinat." Pont. — Zeunius Varronis locum (VI, 2.) et ipse attulit additis verbis Servii ad Aen. I, 143 [139.]: *Manum antiqui bonum dicebant: unde et mane dicitur: quid enim melius?* Praeterea conf. Isidori Orig. V, 30, 14. *Mane lux matutina et plena, nec iam crepusculum. Et dictum est mane a mano: manum enim antiqui bonum dixerunt. Quid enim melius est luce? Alii mane existimant vocari a Manibus, quorum conversatio a luna ad terram est. Alii putant ab aere, quia manus, id est clarus et perspicuus*, et VIII, 11, 100; Non. I, 337; Fest. lib. XIII. p. 157 sq. et apud Paul. Diac. lib. XI, p. 122 et 125. Muell.; Serv. ad Aen. II, 268, et III, 63. Schol. Acr. ad Horat. Carm. I, 4, 16. Hartung. R. R. I. p. 43.

Lanubini] Non incolarum, ut vult Zeunius, nomen esset *Lanuvii*, sed urbis ipsius, quae est ex antiquissimis Latii.

pro non bono] Sic ut scriberem neglecta plerorumque codicum auctoritate, me adduxerunt ea quae leguntur c. 7. § 2. *sine delectu cari vel non amici*, et III, 20, 4: *Quid quod ficum tamquam non pomum secerni a pomis apud idoneos repperimus?* Si verus est ordo is quem obtinent codices, *non pro bono*, cum emphasi quadam praepositum est *non*.

14. *a mane ad meridiem*] Censorinus l. c. habet *ad meridiem* tantum.

ad medium diei] Evincit librorum Mss. consensus, licet Zeunius non temere defendat *ad medium diem*.

iam supra] sc. meridiem, „*darüber hinaus*". Noli iungere *iam supra vocatur*, idque referre ad Comm. II, 7, 13: *Nam et in occasum cadit* (umbra) *oriente sole, et in ortum, cum sit occiduus.* Nam sic nusquam ab hoc opere ad illud Macrobius delegat lectorem.

SOLIS OCCASUS] „Mirum similiter hanc formulam concipi etiam in editionibus priscis, cum manifestum sit et proculcatum iam in XII. tabulis legi SOL OCCASUS. Et fallor? an apud Valerium cap. 3. lib. VII. legendum hac itidem forma *sole orto*, pro, quod editur, *solis ortu*." Pont. — Gellius XVII, 2, 10. sane e duodecim tabulis affert: SOL OCCASUS

vespera, quod a Graecis tractum est. Illi enim ἑσπέραν a stella Hespero dicunt: unde et Hesperia Italia, quod occasui subiecta sit, nominatur. Ab hoc tempore *prima fax* dicitur, deinde *concubia,* et inde *intempesta,* quae non habet idoneum tempus rebus gerendis. Haec est diei civilis a Romanis observata divisio. Ergo 16 noctu futura, cum media esse coeperit, auspicium Saturnaliorum erit, quibus die crastini mos inchoandi est.

IV. Hic, cum omnes quasi vetustatis promptuarium Albini [210] memoriam laudavissent, Praetextatus Avienum videns Furio insusurrantem: Quidnam hoc est, mi Aviene, inquit, quod uni Albino

Edd. vicahgspdzb.] ut Comm. II, 7 [§ 13] et alibi." Zeun. — *EST* P. 15. *tractum est* A*BGSvicagbPM. „Omnino verum; et istud (*tractatum*) typographi mendum putassem, nisi reperissem in pluribus editionibus." Pont. *tractatum est* hs-z. — *ΕCΠΗΡΑΝ* P. *ut in Gr.* (in mg. εσπεραν) G. — *Deinde intempesta* BG. 16. *Haec civilis est diei* S.

IV. *Caput IV. Latine dici Saturnaliorum, noctu futura et dic crastini.* ch-b. 1. *Furio* v3-b. *rufio* ABGPSv1M13. cf. I, 2, 16. *ruffio* H1. *rufo* M2. — *hoc* (om. *est*) v-g. — *mi* add. a sec. m. G. — *aviane* (A

SUPREMA TEMPESTAS ESTO. Sed apud Censorinum l. c. § 3. nunc legitur *solis occasus.* Idem omisit *occiduum tempus* et habet *suprema* tantum, id quod commendatur adscripto plebis scito quod tulit M. Plaetorius tribunus, in quo legitur: *usque supremam ad solem occasum.*

15. *quod a Graecis tractum est*] Cf. V, 2, 2. *quae traxit a Graecis;* VI, 1, 7. *quos ab aliis traxit;* VI, 5, 1. *haec a veteribus tracta monstrabo;* et VI, 1. 1. *quod idem Mars de antiquis Romanis scriptoribus traxerit;* VI, 6. 1. *quas traxit de vetustate.*

prima fax] Censorinus l. c. qui, ut Varro et Servius ll. cc., post *vesperam* inserit *crepusculum,* habet *prima face,* idemque sua aetate hoc tempus refert dictum esse *luminibus accensis,* quod legitur apud Plinium N. H. XI, 19, 21: *Papilio luminibus accensis advolitans.* Graece περὶ λύχνων ἁφάς. Cf. Valcken. ad Herodot. VII, 215., qui citat Philostrat. de vit. Apoll. VII, 15., Diodor. XIX, 31. et Suid. λύχνων ἁφὰς· τὸν καιρὸν καθ' ὃν ἅπτουσιν τοὺς λύχνους, unde dicitur etiam λύχνων ἡμμένων, cf. Brodaei Miscell. IV. c. 33. et Lobeck. ad Soph. Ai. 285. ed. II. p. 206. Mahul nos delegat ad Horatium qui habet Sat. II, 7, 33. *sub lumina prima* et Ep. II, 2, 98. *ad lumina prima,* et ad Livium qui XXXI, 23, 4. dicit: *primis tenebris.*

concubia] sc. nox. Sic *concubia nocte* dixerunt Sisenn. ap. Non. 91, 22; Cic. de divin. I, 27, 57; Liv. XXV, 9, 8; Iustin. XXII, 8, 8; Tac. Ann. I, 39; Hist. III, 69. (Plin. XXIX, 6. 34. § 110. Sill. add. *in*). Sed Censorinus et Varro ll. cc. habent *concubium;* apud Servium l. c. lectio non certa esse videtur, certe in ed. Lion. legitur *conticinium* (*concubium*); apud Isidorum l. c. legitur: *conticinium est, quando omnia silent.*

intempesta] Censorinus, Varro, Servius, Isidorus, cum Macrobio consentiunt: sed Festus (ap. Paul. Diac. lib. IX. p. 110. Muell.): *Intempestam noctem,* inquit, *dicimus pro incertiore tempore, quia non tam facile noctis horae quam diei possint intelligi.*

16. *noctu futura .. Saturnaliorum .. die crastini*] Sic loquentem fecit Caecinam Macrobius, quo facilius annecteret sequentem expositionem. Cf. c. 5. §§ 3 et 13.; c. 6. §§ 2 et 26; c. 16. § 44.

auspicium] Hunc huius vocis usum nullo exemplo simili possis confirmare.

IV, 1. *vetustatis promptuarium*] Cf. Apul. de Dogm. Plat. I, 14. *homini promptuarium potius rectae rationis et suavissimae orationis hoc datum est.*

Furio insusurrantem] Cf. VI, 7, 1.

2 indicatum clam ceteris esse velis? Tum ille: Moveor quidem auctoritate Caecinae, nec ignoro errorem in tantam non cadere doctrinam: aures tamen meas ista verborum novitas perculit, cum *noctu futura* et *die crastini* magis quam *futura nocte* et *die cra-*
3 *stino* dicere, ut regulis placet, maluit. Nam *noctu* non appellatio sed adverbium est: porro *futura*, quod nomen est, non potest cum adverbio convenire: nec dubium est hoc inter se esse *noctu* et *nocte* quod *diu* et *die:* et rursus *die* et *crastini* non de eodem casu sunt, et nisi casus idem nomina in eiusmodi elocutione non iungit. *Saturnaliorum* deinde cur malimus quam *Saturnalium* di-
4 cere, opto dinoscere. Ad haec cum Caecina renidens taceret, et Servius a Symmacho rogatus esset, quidnam de his existimaret: Licet, inquit, in hoc coetu non minus doctrina quam nobilitate reverendo magis mihi discendum sit quam docendum, famulabor tamen arbitrio iubentis, et insinuabo primum de Saturnalibus, post
5 de ceteris, unde sit sic eloquendi non novitas sed vetustas. Qui
[211] *Saturnalium* dicit regula innititur: nomina enim quae dativum pluralem in *bus* mittunt numquam genitivum eiusdem numeri syllaba crevisse patiuntur, sed aut totidem habet, ut *monilibus monilium, sedilibus sedilium,* aut una syllaba minus est, ut *carminibus carmi-*

[Edd. ABGPSM.

sup. *e*) B. — *indicato* B (G sup. *um*). 2. *cum* (sup. add. *cur*) S. — *futura nocte* ABGSv-gM. *nocte futura* s-bP. 3. *appellatio* (sup. add. *i. e. nomen*) A. — *non eodem* (om. *de*) Sv-g. — *eiusmodi* BGSv-g. *huiusmodi* AMs-bP. — *inde* S. — *dignoscere* v-g. 4. *renitens* (sup. *d*) G. — *non coetu* dz. — *nobilitate quam doctrina* s-bP. — *famulabo* (*r* add. a sec. m) G. *fabulabor* v-g (h in mg. *famulabor. ant.*). 5. *munilibus munilium* (sup. *o*) G. — *liminibus liminum* ABGM. *luminibus*

clam ceteris esse] vid. not. ad I, 1, 2.

2. *ista verborum novitas perculit*] Vid. prolegg. p. XLII. Eodem pertinet id quod sequitur, *ut regulis placet*.

magis . . maluit] Hic pleonasmus posterioris tantum aetatis est. Vid. Hand. Tursell. III, p. 576.

3. *appellatio*] i. e. nomen substantivum, ut Comm. II, 15, 12. nomen adiectivum. Cf. Quint. Inst. or. IX, 3, 9. *cum infinito verbo sit usus pro appellatione*, et ib. I, 4, 20. *fuerunt qui ipsum adhuc vocabulum ab appellatione diducerent, ut esset vocabulum corpus visu tactuque manifestum, domus, lectus: appellatio, cui vel alterum deesset vel utrumque, ventus, coelum, deus, virtus.*

nomen] sc. adiectivum.

non dubium est] Iungitur accusativo cum infinitivo ut I, 2, 18. *dubitare non debeo.*

et nisi casus idem nomina ... non iungit] „Post *idem* interpunge, et intellige *sit*. Deinde *iungit* mutetur in *iunguntur* seu *iungi licet* sensu postulante.“ ZEUN. — Quidni idem casus dici potest iungere nomina?

4. *magis*] Vid. not. ad Comm. II, 5, 31.

famulabor tamen arbitrio iubentis] i. e. obtemperabo voluntati Symmachi, ut ait Caesar B. C. I, 35, 1.

insinuabo] Salmas. E. Pl. p. 19 a. D. hoc loco allato adnotavit: „*insinuare* est διδάσκειν, ἐμφανίζειν. Inde nostrum *enseigner*.“ Vid. prolegg. p. XLIV.

5. *quae dativum pluralem in bus mittunt*] Hunc huius verbi usum alias nusquam inveni. Nomina casus mittere dicuntur, ut stirpes folia et flores, cf. Plin. N. H. XVIII, 7 s. 10. § 58 Sill. *Folium quaedam ab radice mittunt quaedam a cacumine;* XXIV, 9 s. 38. § 60. *Prima* (vitex) *album florem mittit cum purpureo.* — De re ipsa vid. C. L. Schneider. Formenl. p. 262 sqq.

crevisse patiuntur] Exspectes *cre-*

num, liminibus liminum: sic ergo *Saturnalibus* rectius *Saturnalium*
quam *Saturnaliorum*. Sed qui *Saturnaliorum* dicunt auctoritate 6
magnorum muniuntur virorum. Nam et Salustius in tertia *Bac-*
chanaliorum ait, et Masurius Fastorum secundo: *Vinaliorum dies,*
inquit, *Iovi sacer est, non, ut quidam putant, Veneri.* Et, ut ipsos 7
quoque grammaticos in testimonium citem, Verrius Flaccus in eo
libello qui *Saturnus* inscribitur: *Saturnaliorum*, inquit, *dies apud*
Graecos quoque festi habentur, et in eodem libro: *Dilucide me,*
inquit, *de constitutione Saturnaliorum scripsisse arbitror.* Item Iu-
lius Modestus de feriis: *Saturnaliorum,* inquit, *feriae,* et in eodem
libro: *Antias,* inquit, *Agonaliorum repertorem Numam Pompilium*
refert. Haec tamen, inquies, auctoritas quaero an possit aliqua 8
ratione defendi. Plane, quatenus alienum non est committi gram-
maticum cum sua analogia, temptabo suspicionibus eruere, quid
sit quod eos a solita enuntiatione detorserit, ut mallent *Saturna-*
liorum quam *Saturnalium* dicere. Ac primum aestimo, quod haec 9
nomina, quae sunt festorum dierum neutralia carentque numero
singulari, diversae conditionis esse voluerunt ab his nominibus
quae utroque numero figurantur. *Compitalia* enim et *Bacchana-*

Edd. vicahgspdzb.]
luminum S Edd. P. 6. *sallustius* Bc-bP. — *in tertia* (A a p. m) BGSMs-z. *in III* viag. *in tertio* A a sec. m.; chbP. „sic lege cum ed. vet.“ Zeun. — *inquit, dies* v-g. 7. *saturus* S. — *quoque* om. A. — *fasti* g in mg. 8. *quatinus* (sup. *quia*) G. — *solita* (om. *a*) v-g.
9. *existimo* Svi. — *et Vinalia* v-g. — *non iam* GS. — *positivum*

scere, sed respicitur ad formam hac mutatione natam.

6. *Salustius in tertia*] Secutus sum longe maiorem librorum Mss. numerum, licet haud sciam an *in tertia*, sc. historia, exemplis possit comprobari, nisi vis huc trahere *Annali tertio* § 18. Macrobius ubi Salustii verba attulit (III, 13, 5. et 14, 5; VII, 12, 34; de diff. 19, 29; 21, 7.), nusquam designavit librum. Fragmentum plenius exhibet Nonius VIII, 49. (p. 489, 25.): *Exaudirique sonus Bacchanaliorum.*

7. *ut .. in testimonium citem*] „Petron. [c. 2.] *Et ne poetas quidem ad testimonium citem*, Varro de re rust. c. 4. [lib. I.] *sed quid ego illum voco ad testimonium.*“ Pont.

Agonaliorum] Vid. not. ad § 9.

8. *quatenus*] Quum hac vi causali antea a poetis tantum *quatenus* esset usurpatum, in prosam orationem posteriore demum aetate inductus est hic eius usus. Vid. Laur. Vall. Eleg. II, 42. Locus nostro simillimus est apud Quintil. IX, 2, 81. *Quatenus huc incidimus, paulo plus scholis demus.* Antiquos grammaticos non recte distinxisse inter *quatenus*, pro *qua parte*, *quousque*, et inter *quatinus*, pro *quoniam*, docuit Drakenborch. ad Liv. II, 55, 9.

committi grammaticum cum sua analogia] velut ad certamen ineundum. Cf. Suet. Aug. 45. *Quos* (pugiles Latinos) *solebat cum Graecis committere.*

a solita enuntiatione] i. e. ab usu communi, a solita nomina declinandi ratione.

9. *aestimo .. quod voluerunt*] Vid. not. ad Comm. I, 13, 18.

Compitalia] Cf. § 27. et c. 7. § 34. Varro de l. l. VI, 3 (§ 25). *Compitalia dies attributus Laribus, ideo ubi viae competunt tum in competis sacrificatur. Quotannis is dies concipitur.* Inter ferias conceptivas a Macrobio numerantur Compitalia h. l. c. 16. § 6.; vid. Appar. crit. ad h. c. § 27. et Dionys. Halic. A. R. IV, 14. *ἣν ἔτι καθ' ἡμᾶς ἑορτὴν ἄγοντες Ῥωμαῖοι διετέλουν ὀλίγαις ὕστερον ἡμέραις τῶν Κρονίων .. Κομπιτάλια προσαγορεύοντες αὐτὴν ἐπὶ τῶν στενωπῶν· κομπίτους γὰρ*

lia et *Agonalia Vinalia*que et reliqua his similia festorum dierum [212] nomina sunt, nec singulariter nominantur, aut, si singulari numero dixeris, non idem significabis, nisi adieceris festum, ut *Bacchanale festum, Agonale festum* et reliqua, ut iam non positivum sit, sed
10 adiectivum, quod Graeci *ἐπίθετον* vocant. Animati sunt ergo ad faciendam discretionem in genitivo casu, ut ex hac declinatione exprimerent nomen sollemnis diei, scientes in nonnullis saepe nominibus dativo in *bus* exeunte nihilominus genitivum in *rum* finiri,
11 ut *domibus domorum, duobus duorum, ambobus amborum.* Ita et *viridia*, cum *ἀντὶ ἐπιθέτου* accipiuntur, genitivum in *um* faciunt, ut *viridia prata, viridium pratorum:* cum vero ipsam loci viriditatem significare volumus, *viridiorum* dicimus, ut cum dicitur: *formosa facies viridiorum:* tunc enim *viridia* quasi positivum poni-
12 tur, non accidens. Tanta autem apud veteres fuit licentia huius genitivi, ut Asinius Pollio *vectigaliorum* frequenter usurpet, quod *vectigal* non minus dicatur quam *vectigalia.* Sed et cum legamus:
13 *Laevaque ancile gerebat,* tamen et *anciliorum* relatum est. Viden-

[Mss. ABGPSM.

(om. *sit*) S. — *ΕΠΙΘΕΤΝΟΝ* A. *ut in Gr.* (in mg. *epideton*) G. 10. *ut haec* (sup. *ex hac*) B. — *declinatione* (in mg. al. *discre.*) S. — *exprimerent* add. a sec. m. G. 11. *cum pro epiteto* G. *cum* (om. *ἀντὶ ἐπιθέτου*) A. — *genitivum in um faciunt* om. S. — *in um* ABG. *in ium* Edd. PM. 12. *Tanta enim* s-bP. — *cum vectigal* S (G a sec. m.). — *Laevaque*] Virg. Aen. VII, 188. — *ancile levaque* A. 13. *veteres*

τοὺς στενωποὺς καλοῦσι. Hartung. Relig. d. Roem. vol. I. p. 62. Hertzberg. de diis patr. p. 41 sq. Schwenck. Myth. d. Roem. p. 240. Becker. Handb. d. roem. Ant. II, 1; p. 174. Creuzer. Symbol. u. Mythol. III. p. 567.

Bacchanalia] Erant occulta et nocturna sacra ex Etruria Romam translata, de quibus vid. Liv. XXXIX. 8-19.

Agonalia] Inter ferias stativas memorantur c. 16. § 6. Iano agebantur a. d. V. Id. Ian., XII. Kal. Iun., III Id. Dec. Cf. Ovid. Fast. I, 317-332., V, 721 sq. Varro L. L. VI, 3, 12. Fest. ap. Paul. I, p 10. s. v. *agonium.* Hartung. II, p. 33., ubi additur XII. Kal. Apr., de quo die vid. ad § 15. Merkel. ad Ovid. Fast. p. L.

Vinalia] Iovi agebantur a. d. IX. Kal. Mai. et XIV. (vel XIII.) Kal. Sept. Cf. Ovid. Fast. IV, 863 sqq. Varro L. L. VI, 3, § 16., et R. R. I, 1, 6. Plin. N. H. XVIII, 29. s. 69. § 284 sqq. Hartung. II, p. 36. Merkel. p. XLVI sqq.

singulariter] idem est atque id quod sequitur, *singulari numero.*

positivum] i. e. substantivum, cf. § 11.

10. *Animati sunt .. ad faciendam discretionem*] cf. c. 11. § 21. *qui in Augusti necem fuerat animatus.*

in nonnullis saepe nominibus] est pleonasmus quidam. Aut dicendum erat *in nonnullis nominibus*, aut *saepe* tantum. Ceterum vid. not. ad c. 2. § 2.

11. *viridiorum*] Haec forma ex hoc uno loco nota est. Cf. C. L. Schneider Formenl. p. 266.

positivum .., non accidens] i. e. substantivum, non adiectivum. Cf. § 9.

12. *ut Asinius Pollio vectigaliorum frequenter usurpet*] cf. Charis. I, p. 46. P. *Asinius: vectigaliorum reipublicae curam esse habendam*, ib. p. 119. praeter hunc locum affertur: *Vectigaliorum, Cicero ad Atticum* (quem tamen locum in illis epistolarum libris non invenias) et *Varro de bibliothecis secundo: vectigaliorum.* Schneider l. c. p. 265. addit Sueton. Aug. extr. Tiber. 49. Calig. 16.

quod .. dicatur] Dicendum erat aut *quum* aut *in quo nomine.*

anciliorum] Charis. I. p. 46. unum Horatii locum (Od. III, 5, 10.) af-

dum ergo, ne magis varietas veteres delectaverit, quam ut ad amussim verum sit festorum dierum nomina sic vocata. Ecce enim et praeter sollemnium dierum vocabula alia quoque sic declinata repperimus, ut praecedens sermo patefecit, *viridiorum* et *vectigaliorum* et *anciliorum:* sed et ipsa festorum nomina secun- 14
dum regulam declinata apud veteres repperio, siquidem Varro *Feralium diem* ait *a ferendis in sepulchra epulis* dici. Non dixit *Feraliorum:* et alibi *Floralium,* non *Floraliorum,* ait, cum idem non ludos Florales illic, sed ipsum festum Floralia significaret. Masu- 15
rius etiam secundo Fastorum: *Liberalium dies,* inquit, *a pontifici-* [213] *bus agonium Martiale appellatur,* et in eodem libro: *Eam noctem deincepsque insequentem diem, qui est Lucarium,* non dixit *Lucariorum:* itemque *Liberalium* multi dixerunt, non *Liberaliorum.*
Unde pronuntiandum est veteres indulsisse copiae per varietatem, 16

Edd. vicahgspdzb.]

om. va. — *sic vocata reperimus* P. 14. *Ferialium* Mss. et Edd. — *diem ab* (sup. *ait*) G. — *in sepulchra* (sup. *chris*) A. — *Ferialiorum* Mss. et Edd. — *florialium non florialiorum* S. — *illis* M. 15. *festorum* v. — *deinceps, quae* v-g. — *dixere* s-bP. 16. *longanimos* et

fert: *Anciliorum et nominis et togae.*

13. *ad amussim*] i. e. omnino, plane. Cf. Gell. I, 4, 1; XX, 1, 34; Varro R. R. II, 1, 26. et ap. Non. I, 28. Plautus Amphitr. II, 2, 222. habet *examussim*, de quo vid. Charis. II. p. 178; Festus ap. Paul. lib. I. p. 6. *amussim* tantum.

Ecce] Vid. not. ad Comm. II, 10, 8, et prolegg. p. XLI.

14. *Feralium .. Feraliorum*] *Ferialium* et *Ferialiorum*, quod legitur in omnibus Mss. et Edd., ferri non potest. Simile mendum est atque in cod. S in sequentibus: *florialium* et *florialiorum*. Apud Varronem nunc non legitur genitivus, sed nominativus (VI, 3, § 13.): *Feralia ab inferis et ferendo, quod ferunt tum epulas ad sepulcrum quibus ius ibi parentare.* Agebantur a. d. IX. Kal. Mart. Cf. Fest. ap. Paul. Diac. VI, p. 85. Ovid. Fast. II, 567. Merkel. p. CLXIX. Creuzer. III, p. 627. Hartung. I. p. 50. Hertzberg. p. 6. Schwenck. p. 235.

alibi Floralium] Nunc nihil eiusmodi legitur in libris Varronis. Sed ad eundem locum videtur respicere Plinius l. c. § 286., ubi legitur: *Itaque iidem Floralia quarto Kalendas eiusdem* (Maii) *instituerunt urbis anno DXVI. ex oraculis Sibyllae, ut omnia bene deflorescerent. Hunc diem Varro determinat sole Tauri partem quartam decimam obtinente.* Iustinus XLIII, 4. habet *sollemni Floraliorum die.* De hoc festo vid. Ovid. Fast. IV, 947. et V, 183 sqq. Merkel. p. XLVIII, CLXII, CXCIII. Creuzer. IV, 762; Schwenck. p. 204 sqq. Hartung. II, p. 141 sqq. Hertzberg. p. 38 et 40., Klausen. I, p. 276. Hildebrand. ad Arnob. VII, 33, et quae adnotavimus ad c. 14. § 9.

15. *Liberalium dies .. a pontificibus agonium Martiale appellatur*] Cf. Varro L. L. VI, 3, § 14. *Liberalia dicta, quod per totum oppidum eo die sedent sacerdotes Liberi, anus edera coronatae cum libis et foculo pro emptore sacrificantes. In libris Saliorum, quorum cognomen Agonensium, forsitan hic dies appellatur potius Agonia.* Liberalia agi a. d. XVI. Kal. Apr. diserte ait Ovidius Fast. III, 713. Ergo cur agonium Martiale non a. d. XVI. Kal. sed a. d. XII. Kal. Apr. fuisse Hartungus (II. p. 34.), statuerit, non intelligo. Liberalia a. u. c. CCLX. instituta esse e Dionys. A. R. VI, 17. concludit Merkel. p. CLVIII.

Lucarium] Cf. Fest. ap. Paul. lib. X. p. 119. *Lucaria festa in luco colebant Romani, qui permagnus inter viam Salariam et Tiberim fuit, pro eo quod victi a Gallis fugientes e proelio ibi se occultaverint.* In Calendario Maffeiano legitur *XIV.* (Kal. Aug.) *Lucar. Np.* et *XIIC. Lucar. Ludi.* Hartung. II, p. 55.

ut dicebant *exanimos* et *exanimes*, *inermos* et *inermes*, tum *hilaros* atque *hilares:* et ideo certum est licito et *Saturnalium* et *Saturnaliorum* dici, cum alterum regula cum auctoritate, alterum,
17 etsi sola sed multorum, defendit auctoritas. Reliqua autem verba quae Avieno nostro nova visa sunt veterum nobis sunt testimoniis adferenda. Ennius enim, nisi cui videtur inter nostrae aetatis politiores munditias respuendus, *noctu concubia* dixit his versibus:

Qua Galli furtim noctu summa arcis adorti
Moenia concubia, vigilesque repente cruentant.

18 Quo in loco animadvertendum est non solum quod *noctu concubia,* sed quod etiam *qua noctu* dixerit. Et hoc posuit in Annalium septimo, in quorum tertio clarius idem dixit:

Hac noctu filo pendebit Etruria tota.

Claudius etiam Quadrigarius Annali tertio: *Senatus autem de nocte*
19 *convenire, noctu multa domum dimitti.* Non esse ab re puto hoc in loco id quoque ammonere, quod decemviri in duodecim tabulis inusitatissime *nox* pro *noctu* dixerunt. Verba haec sunt: SI NOX FURTUM FACTUM SIT. SI IM OCCISIT IURE CAESUS

[Mss. ABGPSM.

longanimes Hl. — *inermes et inermos* ASv-gM. — *licite* g in mg. — *defendit* ABGv-gM. *defendat* s-bPS. 17. *autem averbiose* (sup. *av* add. *d*) *avieno* A, non *averbiore* ut Pontanus refert, qui id censet verissimum esse hoc sensu: „ab usu suo et efferendi forma noviora paruerunt.“ — *visa* (om. *sunt*) e „libro“ affert Pont.; sed in A est *visa sunt*. — *munditia* v-g. — *his verbis* v-g. — *Qua*] cf. Ennii Annal. fragm. lib. VII, v. 93 sq. (Lips. 1825.) — *Pullus . . . adortus* coni. Merula. 18. *sed etiam quod* v-g. — *ponit* S. — *clarius quidem idem* v-g. — *Hac*] Enn. fragm. lib. III, v. 19. — *hetruria* v-g. — *Claudius quoque* s-bPS. — *de noctu* v-hs-b. *noctu* (om. *de*) g. — *demitti* P. 19. *inusitate* s-bP. — *SI. NOX*] Vid. Freund. lex. vol. IV. p. 1030, tab. VIII. — *SEI* s-b. — *ESIT. SEI* s-b. — *im aliquis* v-gb. „recte“ Zeun. — *occidit* i. — *IOVRE. CAISVS* s-b. — *aesto* i. — *notandum est* A

16. *exanimos . . hilares*] Cf. Isidor. Orig. X, 90. *Exanimis et exanimus dicimus, sicut unanimus et unanimis, inermus et inermis, et hoc nostro iudicio subiacet.* Iordan. ad Cic. p. Caec. § 63.; Freund. lex. s. his vocc., qui docet *exanimos* dici inprimis numero plurali, *inermos* rarissime, *hilaros* non minus frequenter quam *hilares*.

cum . . defendit] Sic scripsi motus auctoritate codicum, quia etiam § 20. legitur *cum solum dicitur die*, et VII, 3, 14.: *cum eadem, si obnoxio dicantur, exagitant*, in omnibus libris Mss. excepto uno (P), ex quo nihil est enotatum. Vid. prolegg. p. XLI.

17. *Ennius enim . . . sed im dixerunt* (§ 19.)] Haec Macrobius desumpsit e Gellii N. A. libri VIII., qui nunc deperditus est, capite I, id quod elucet ex capitum argumentis quae sunt in edd.

nisi . . . respuendus] cf. VI, 1, 5. *ne omnino memoria veterum deleretur: quos, sicut praesens sensus ostendit, non solum neglectui verum etiam risui habere iam coepimus.*

Galli . . adorti] Merula in fragmentis Ennii lib. VII, v. 93. legit *Pullus . . adortus*, referens ad Erycem arcem bello Punico primo a. u. c. DIV. captam. Vid. Supplem. Liv. XIX, 30.

18. *animadvertendum est, . . quod . . . dixerit*] Vid. not. ad Comm. I, 13, 18.

noctu concubia] Vid. Stallbaum. ad Ruddimanni instit. I. p. 119. not. 48.

19. *nox pro noctu*] Cf. Ennius ap. Prisc. VI, p. 724. (vid. fragm. lib. XVII. v. 7.) *Si luci, si nox, si mox, si quum data sit frux.* Plaut. Rud. II, 4, 4. *si nox venies*, ubi alii scripserunt *mox*.

ESTO: in quibus verbis id etiam notandum, quod ab eo quod [214] est *is* non *eum* casu accusativo sed *im* dixerunt. 20 Sed nec *die crastini* a doctissimo viro sine veterum auctoritate prolatum est, quibus mos erat modo *diequinti* modo *diequinte* pro adverbio copulate dicere: cuius indicium est quod syllaba secunda corripitur, quae natura producitur, cum solum dicitur *die*. 21 Quod autem diximus extremam istius vocis syllabam tum per *e* tum per *i* scribi, consuetum id veteribus fuit, ut his litteris plerumque in fine indifferenter uterentur, sicut *praefiscine* et *praefiscini*, *proclive* et *proclivi*. 22 Venit ecce illius versus Pomponiani in mentem, qui est ex Atellania quae Maebia inscribitur:

**Dies hic sextus, cum nihil egi: die quarte moriar fame.*

Edd. vicahgspdzb.]

Edd. P. 20. *prolatum est*] c. 3 § 16. — *die quinti . . . dicitur die*] cf. Gell. N. A. X, 24, § 1. — *copulative* s-bP. 21. *tum per e tum per i . . . proclivi*] cf. Gell. l. c. § 8. — *differenter* M. — *sicuti* AG. — *profiscine et profiscini* (sup. pescolei) G. *ficine et ficini* S. *pristine et pristini* v-g. — *proclive proclivi* (om. et) v-g. 22. *Venit . . . fame*] cf. Gell. l. c. § 5. — *Ecce venit* BG. — *pompiniani* (A a p. m.; S a sec. m.) viP2. *pompeiani* P. — *in memoriam* s-bPS. — *atellania* BGMv1 P2R. *attelania* v3i. *antellania* A. *Atellana* c-p1 Gell. l. c. *Attellana* p2-bPS. — *Maebia* A (B sup. add. *v*) „2 Angl.". *Mebia* GSM. *maeba* R. — *Maevia* bP. *Mevia* v-z (chg in mg. *Metui*). *scribitur* Gell. l. c. — *his* P. — *tertius* coni. Scriver. et Both. poet. scen. Lat. V, 2. p. 111. — *nihil egi* A Edd. BPSM Gell. l. c. *nichil legi* (puncto posito sub altero *l*) G. *nihil edi* coni. Pont. et Both. l. c. — *die septime moriar* coni. Pont. Vid. not. *die quarti emoriar* coni. Both. l. c.

im] Cf. Plauti fragm. ap. Non. II, p. 541. *Boni im miserantur irrident mali*, ubi tamen lectio non certa.

20. *cum . . dicitur*] Cf. § 16. *cum . . defendit*.

21. *praefiscine et praefiscini*] Cf. Charis. II. p. 210. P. *Item* (prae) *pro eo nonnumquam quod est sine accipitur: praefascine, id est sine fascine, quod Graeci ἀβάσκαντα dicunt*, et ib. p. 189. 165 sq. *Praefiscini: Titinnius in Setina . . Praefiscine: Afranius in Consobrinis . ., . . per e non per i.* Praeterea *praefiscine* legitur. Plaut. As. II, 4, 84., ubi tamen alii habent *praefiscini*, quod legitur Casin. V, 2, 48. et in fragm. trag. ap. Petron. 73. Burm.

proclive et proclivi] *Proclive* apud Ciceronem probat Ochsner. Eclog. Cic. p. 55., sed Madvig. ad Cic. de fin. V, 28, 84.: „Recte, inquit *proclivi* pro *proclivius* restituerunt Davis. et Goerenz. Eandem formam habent optumi codices Tusc. IV, 42., ubi nunc editur *proclive*, ut apud Lucretium II, 455. scriptum st [ubi edd. Havercamp. et Creech. habent *in proclive*] . . Utro enim modo scripserimus, non ablativos erit, cuius natura ab hoc usu abhorret, sed, quod etiam e comparativo *proclivius* perspicitur, adverbium eiusdem formae atque *facile*, *sublime*, quod recte quidam [vid. Kühner. ad l. c.] comparant, sed frustra inde efficiunt *proclive* Ciceronem scripsisse, hoc est, quod, quemadmodum neutrum genus adiectivorum, nulla propria terminationis nota insigniatur, sed levem et communem litterae vocalis sonum pronuntiandi gratia asciscat . ., eadem pronuntiandi ambiguitate in *i* vocalem transeuntem, qua antiquiores *heri* pro *here* dicebant et scribebant (Quinctil. I, 4, 8. I, 7, 22.)."

22. *ecce*] Vid. prolegg. p. XLI.

ex Atellania] Recte dicitur c. 10. § 3. *ars Atellania*, ita ibid. *Atellanarum* (sc. fabularum) *probatissimus scriptor*. Sed cum et h. l. et VI, 4, 13. libri Mss. commendent scripturam *Atellania*, hanc vel spreta Gellii auctoritate putavi recipiendam.

**Dies hic sextus, cum nihil egi: die quarte moriar fame*] „Quomodo *die quarte*, quum iam *sextum diem* prae-

23 *Die pristine* eodem modo dicebatur, quod significabat *die pristino,* id est priore: quod nunc *pridie* dicitur converso conpositionis or-
24 dine, quasi *pristino die.* Nec infitias eo lectum apud veteres *die quarto:* sed invenitur hoc de transacto, non de futuro, positum. Nam Cn. Mattius homo inpense doctus in Mimiambis pro eo dicit quod *nudius quartus* nos dicimus in his versibus:

Nuper die quarto, ut recordor, et certe
Aquarium urceum unicum domi fregit.

Hoc igitur intererit, ut *die quarto* quidem de praeterito dicamus,
25 *die quarte* autem de futuro. Verum ne de *die crastini* nihil retulisse videamur, suppetit Coelianum illud ex libro Historiarum se-[215]cundo: *Si vis mihi equitatum dare et ipse cum cetero exercitu me sequi, die quinti Romae in Capitolio curabo tibi coenam coctam.*
26 Hic Symmachus: Coelius tuus, inquit, et historiam et verbum ex Originibus M. Catonis accepit, apud quem ita scriptum est: *Igitur*

[Mss. ABGPSM.

23. *Die pristine . . pristino die*] cf. Gell. l. c. § 8. *pristini* Gell. l. c. 24. *in inficias* S. — *hoc* om. s-bP. — *Nam Cn. . . de futuro*] cf. Gell. l. c. § 10. — *gneus* ABGvMR. — *mattius* AMs-bPS (h in mg.). *matius* BGa (g in mg.) R. *macius* „Ms.“. *Martius* vi. *Marius* chg. — *in mimi iambis* A. — *diximus* G. — *in iis* v1. — *et certo* „Antiquus codex habet, id est de industria.“ g in mg. *exerte* „Adscriptum orae codicis Scriveriani.“ Pont. — *aquarius* G. — *orcium* PM. — *unicum* om. P. — *die quarte autem* Mss. spl. *die quartae autem* „Angl.“. *die autem quarte* v-g (M a sec. m.). *die quarti autem* p2-b. 25. *nichil de die crastini* G. *die crastini nihil* (om. *de*) ch. — *suppetit . . . cocta erit* (§ 26.)] Gell. l. c. §§ 6 et 7. — *Coelianum* ABGMica. *Caelianum* h-bPS. *Caecilianum* v. „In cod. vetere est *Caecilianum.* Sed bene ex Agellio reposuerunt viri docti *Caecilianum.*“ Meurs. Vid. not. — *quinto* P. — *Si quis* ABGP12M „Angl.“. — *daret* GP. — *exercitu* om. P. — *me velis sequi* Bar. — *quinte* BG. — *in Capitolium* s-zS Gell. l. c. — *coena sit cocta* Gell. l. c. 26. *Tunc Symm.* v. — *Coelius* BGMica. *Caelius*

teritum fateatur? An scribendum *die septime*, item *edi* pro *egi?* ut respexerit scilicet poeta illud Varronis: *Nec non id etiam est ad vim facultatesque eius numeri* (septenarii) *augendas, quod quibus inedia mori consilium est septimo demum die mortem oppetunt.*“ Pont. — Reddidi quod inveni in codd. mss. Sed haud displicet mihi coniectura Bothii, qui vult scribi: *Dies hic tertiu', cum nihil edi: die quarti emoriar fame.* Sic numerus septem dierum, de quo vid. Comm. I, 6, 78., impletur, dummodo computes illud *die quarti* non a primo inediae die, sed a die praesenti qui dicatur esse tertius. Versus est octonarius.

24. *ut die quarto de praeterito dicamus, die quarte autem de futuro*] Praeter Gellium nemo hoc discrimen protulit. Pontanus dicit *breve* etiam esse praeteriti temporis, *brevi* futuri. Sed in uno illo exemplo quo hoc probare vult, Catull. in nupt. Iul. et Manl. v. 186., non, ut affert, *breve* editur, sed *bene.*

25. *Coelianum illud*] „Fuit Coelius Antipater historicus non ignobilis. Laudat eum Cicero lib. I. de oratore [immo II, 13, 54. III, 38, 153. vid. Orell. Onom. Tull. II, p. 112.] et Val. Maximus lib. I. c. 7 [6.]. Scripsit Annales et Historias. Illos citat Nonius non semel: has Festus in *Topper* [p. 352. Müll. Cf. p. 181.]. De aetate eius Gracchorum fratrum coaetaneum fuisse colligo ex Valerii verbis citatis.“ Meurs. — Eandem rem tradit Livius XXII, 51., qui Maharbalem praefectum equitum ita Hannibali suadentem inducit: *Imo, ut quid hac pugna sit actum scias: die quinto, inquit, victor in Capitolio epulaberis: sequere. Cum equite, ut prius venisse quam venturum sciant, praecedam.*

dictatorem Carthaginiensium magister equitum monuit: Mitte mecum Romam equitatum, die quinti in Capitolio tibi coena cocta erit. Et Praetextatus: Aestimo nonnihil ad demonstrandam consuetudinem 27
veterum etiam praetoris verba conferre quibus more maiorum ferias concipere solet quae appellantur Compitalia. Ea verba haec sunt: DIE NONI POPOLO ROMANO QUIRITIBUS COMPITALIA ERUNT.

V. Tum Avienus aspiciens Servium: Curius, inquit, et Fa- 1
bricius et Coruncanius, antiquissimi viri, vel etiam his antiquiores Horatii illi trigemini plane ac dilucide cum suis fabulati sunt: neque Auruncorum aut Sicanorum aut Pelasgorum, qui primi

Edd. vicabgspdzb.]

Ah-bPS. *Caecilius* v. — *cartaginensium* (supp. add. *i*) A. — *mecum equitatum romam* A. *Romam mecum equitatum* v-g. — *tibi* om. Ps-z.

27. *Tunc praetext.* S. — *Existimo* Sv-g. — *etiam et* v-g. — *praetoris verba .. ERUNT*] cf. Gell. l. c. § 3. — *qui more* v-g. — *non* (in mg. *noni*) G. — *POPOLO ROMANO QUIRITIBUS* s-bP (h in mg.) *H*2 Gell. l. c. *post K. quiritibus* BP7N. *post Kl. quiritibus* AG. *post Calendas* (vel *Kal.*) *Ianuarii* (vel *Ian.*) v-g. *post Cal. Quintil.* S. — *ERUNT* Mss. v-gM23P256N. *ERUNT. QUANDO. CONCEPTA. FOVERINT. N.* s-b (Gell. l. c. *FUERINT. NEFAS.*).

V. *Caput V. De exauctoratis obsoletisque verbis: tum recte ac Latine dici, mille verborum est.* ch-b. 1. *Curius ... insolens verbum* (§ 2.)] cf. Gell. N. A. I, 10. — *Coruncanus* v-g. — *tergemini* v. — *nec*

26. *dictatorem Carthaginiensium*] Ad Gellium l. c. adnotavit A. Lion.: „De v. *dictator* pro duce Carthaginiensium posito v. Kluge ad Aristotel. de Politia Carthag. p. 94."

27. *ERUNT*] Quae in edd. recentioribus adduntur e Gellio l. c. desumpta, ea putaverim a Macrobio esse omissa, ut quae non pertinerent ad rem.

V, 1. *Curius et Fabricius et Coruncanius*] *M'. Curius* ille *Dentatus*, qui a. u. c. CCCCLXIV. fuit consul et, ut ait Cicero Cat. mai. 16, 55, quum de Samnitibus, de Sabinis, de Pyrrho triumphavisset, in vita rustica consumpsit extremum tempus aetatis. *C. Fabricius Luscinus*, cos. a. u. c. CCCCLXXII. et LXXVI. Pyrrhi bello praeclare rem gessit. *Ti. Coruncanius* primus e plebe pontifex maximus, cos. a. u. c. CCCCLXXIV. in praecipuis habebatur ICtis vetere illa aetate. A Cicerone saepius una hi viri nominantur, quos inter se coniunctissimos fuisse refert Lael. 11, 39. Conf. ib. 5, 18. *Numquam ego dicam C. Fabricium M'. Curium Ti. Coruncanium, quos sapientes nostri maiores iudicabant, ad istorum* (i. e. philosophorum Graecorum) *normam fuisse sapientes*; ibid. 8, 28. *C. Fabricii* et *M'. Curii* fit mentio, et p. Cael. 17, 39. *Fabriciorum Camillorum Curiorum.* Cat. mai. 6, 15. *Fabricii Curii Coruncanii* dicuntur senes qui rem publicam consilio et auctoritate defenderint. Vid. Orell. Onom. Tull. s. hh. vv. Carrio ad Gell. N. A. I, 10. affert Senecae (ep. 114. § 13.) verba: *Multi ex alieno seculo petunt verba: duodecim tabulas loquuntur: Gracchus illis et Crassus et Curio nimis culti et recentes sunt: ad Appium usque et Coruncanium redeunt.*

Horatii illi trigemini] Cf. Liv. I, 24, 1. *Forte in duobus* (Romanorum et Albanorum) *exercitibus erant trigemini fratres, nec aetate nec viribus dispares. Horatios Curiatiosque fuisse satis constat ... Cum trigeminis agunt reges, ut pro sua quisque patria dimicent ferro: ibi imperium fore, unde victoria fuerat cet.*

Auruncorum aut Sicanorum aut Pelasgorum] Hos populos priscis temporibus Italiam incoluisse dicit Virgilius Aen. XI, 317 sq., VIII, 600. Pro *Sicanis* Plinius N. H. III, 5. s. 9. § 56. et Dionysius A. R. I, 60. habent *Siculos*, *Σικελούς*.

coluisse in Italia dicuntur, sed aetatis suae verbis loquebantur: tu
autem, proinde quasi cum matre Evandri nunc loquare, vis nobis
verba multis iam seculis oblitterata revocare, ad quorum conge-
riem praestantes quoque viros, quorum memoriam continuus le-
2 gendi usus instruit, incitasti. Sed antiquitatum vobis placere
iactatis, quod honesta et sobria et modesta sit: vivamus ergo mo-
[216] ribus praeteritis, praesentibus verbis loquamur. Ego enim id
quod a C. Caesare, excellentis ingenii ac prudentiae viro, in primo
de analogia libro scriptum est habeo semper in memoria atque in
pectore, ut, tamquam scopulum, sic fugiam infrequens atque in-
3 solens verbum. Mille denique verborum talium est quae, cum in
ore priscae auctoritatis crebro fuerint, exauctorata tamen a se-
quenti aetate repudiataque sunt. Horum copiam proferre nunc
possem, ni tempus noctis iam propinquantis necessariae discessio-
4 nis nos ammoneret. Bona verba quaeso, Praetextatus morali, ut
adsolet, gravitate subiecit, nec insolenter parentis artium antiqui-

[Mss. ABGPSM.

auruncorum A. *neque aut coruncorum* M. — *coluisse Italiam* coni. Davis. ad Cic. de N. D. II, 5. Sic Gell. l. c. — *verbis utebantur* s-bP. — *perinde* p2-bP Gell. l. c. ed. Lion. Cf. Hand. Tursell. vol. IV, p. 456 et 459. — *nunc* om. s-bP. — *loquere* ABv-g „2 Angl.“. — *vocare* B. — *praestantis* via. *praestanteis* chg. 2. *ac modesta* G. — *quod a C. Caesare . . . insolens verbum*] Cf. Io. Saresb. VIII, 10, ubi legitur *Gayus Claudius Caesar.* — *a gaio* AB. — *prudentiae* Mss. vicag*H*lBar. Gell. l. c. *providentiae* hs-b. — *de analogia* AGSv-gbM „2 Angl.“ Gell. l. c. *de analogiae* B. *Analogiae* Ps-z. 3. *auctoritatis priscae* G. — *crebra* Bar. — *iam noctis* vc-g. — *morari* (sup. *li*) BG. 4. *ne inso-*

coluisse in Italia] Usu quidem unice commendatur *Italiam* (vid. app.): at obstat librorum mss. auctoritas.

cum matre Evandri] Nympha fuit, cuius Latinum nomen est *Carmentis* vel *Carmenta*, cf. Virgil. Aen. VIII, 336. Ovid. Fast. I, 499. Liv. I, 7, 8. Strab. V, 3. Dionys. A. R. I, 31 sqq., ubi inprimis animadvertenda sunt verba c. 33.: λέγονται δὲ καὶ γραμμάτων Ἑλληνικῶν χρῆσιν εἰς Ἰταλίαν πρῶτοι διακομίσαι. Plutarch. Quaest. Rom. 56. Serv. ad Virgil. l. c. Aurel. Vict. de orig. gent. R. 5, 1. Solin. I, 1. Klausen. p. 883 sqq. Graecum nomen est apud Strabonem, Servium, Aurelium, Solinum Νικοστράτη, apud Dionysium l. c. Θέμις. Utrumque nomen legitur apud Plutarchum l. c. Vid. Kopp. ad Martian. II. § 159. Pausanias VIII, 43. refert eam fuisse nympham, Ladonis filiam; in commentario Serviano ad Virg. Aen. VIII, 130. dicitur fuisse Ledae et Tyndarei filia, nomine Timandra.

ad quorum congeriem . . incitasti] i. e. ad quae congerenda, cf. § 3. *ni tempus . . . necessariae discessionis nos ammoneret*, et prolegg. p. XLII.

legendi usus] Vid. not. ad Comm. I, 14, 13.

2. *ut . . fugiam . . insolens verbum*] Pontanus confert Quintiliani Instit. Or. I, 6, 43 sqq.

3. *Mille . . verborum . . est*] Haec dicentem fecit Macrobius Avienum, quo facilius annecteret ea quae § 5 sqq. excerpsit e Gellio. Cf. c. 3. § 16.

priscae auctoritatis] i. e. hominum priscae aetatis quorum apud nos valeat auctoritas. Cf. VI, 9, 8. *ab Ennio et omni bibliotheca vetere* et similia prolegg. p. XLII sq.

exauctorata] insolens est hic usus huius verbi e re militari desumpti.

4. *Bona verba quaeso*] Cf. Terent. Andr. I, 2, 33. cum dictatis Ruhnkenii.

morali . . gravitate] i. e. gravitate moribus eius conveniente. Cf. Comm. I, 1, 6. *morali gravitate Socraticae dulcedinis*, et infra § 13. *ornatu morum gravitateque vitae*, et V, 1, 16. *Sunt . . stili dicendi duo dispari moralitate diversi. Unus est maturus et gravis*,

tatis reverentiam verberemus, cuius amorem tu quoque dum dissimulas magis prodis. Cum enim dicis: *mille verborum est*, quid aliud sermo tuus nisi ipsam redolet vetustatem? Nam licet M. 5
Cicero in oratione quam pro Milone concepit ita scriptum reliquerit: *Ante fundum Clodii, quo in fundo propter insanas illas substructiones facile mille hominum versabatur valentium*, non *versabantur*, quod in libris minus accurate scriptis repperiri solet, et in sexta in Antonium: *Qui umquam in illo Iano inventus est qui L. Antonio mille nummum ferret expensum?*: licet Varro quoque, eiusdem seculi homo, in septimo decimo Humanarum dixerit: *Plus mille et centum annorum est:* tamen fiduciam sic conponendi non nisi ex antecedentium auctoritate sumpserunt. Nam Quadri- 6
garius in tertio Annalium ita scripsit: *Ibi occiditur mille hominum*, et Lucilius in tertio Satirarum:|

Ad portum mille a porta est, sex inde Salernum. [217]

Alibi vero etiam declinationem huius nominis executus est. Nam 7
in libro quinto decimo ita dicit:

Edd. vicahgspdzb.]
lenter v-gb „recte" Zeun. — *dum simulas* A. 5. *M. Cicero .. repperiri solet*] cf. Gell. N. A. I, 16, 15. — *in oratione*] c. 20, § 53. — *quam scripsit pro Milone* Gell. l. c. — *substitutionis* A. — *in sexta ... expensum*] cf. Gell. l. c. § 5. — *in sexta*] c. 5. § 15. — *Qui umquam* Mss. s-z. *qui inquam* vi. *quis unquam* c-gb. Cic. et Gell. ll. cc. — *in illo anno* v. — *inventus* (*est* add. a sec. m.) G. — *in septimo decimo ... annorum est*] cf. Gell. l. c. § 3., ubi vulgo legitur in *XVIII*. 6. *Quadrigarius ... Salernum*] cf. Gell. l. c. § 1 et 2. — *in tert. Sat.*] fragm. 2. — *ad portum* scripsi cum Carrione, I. Gronovio ad Gell. l. c. et Gerlachio nuperrimo Lucilianorum fragmentorum editore. *ad portam* Mss. et Edd. — *mille, a porta est sex inde* Edd. (e Mss. nihil enotavi). *mille a porta est: exinde* Gerlach. (*exinde* legitur etiam in edd. vett. apud Gell.). *mille a Paesto est, sex inde* coni. I. Gron. 7. *vero aliam* G. *vero et* v. — *Nam ... esse milia* (§ 8.)] cf. Gell. l. c. §§ 11-13. — *in lib. quint. dec.*] fragm. 2. — *in XV. libro* Svig. *in decimo quinto libro* cah. — *mille*

.. *Alter huic contrarius ardens et erectus et infensus.*

verberemus] idem valet ac *violemus*. Cf. c. 6. § 20. *animam eius ad inquirendum everberat* i. e. cogit, stimulat.

dum dissimulas magis prodis] *Magis* h. l. idem est quod *potius*, vid. Hand. Tursell. III. p. 563., vel quod *ultro*, vid. Doederlein Synon. III. p. 106.

5. *quam pro Milone concepit*] Macrobius mutavit id quod invenit apud Gellium: *scripsit pro Milone*, aut ne idem verbum brevi intervallo repeteretur, id quod summo studio eum evitasse Zeunius multis locis adnotavit (cf. infra: *dixerit .. sic conponendi*), aut quo magis exprimeret orationem hanc non esse a Cicerone habitam in iudicio.

versabantur] Hoc nunc legitur apud Ciceronem in optimis libris mss. Infra *mille nummum* habendum est pro genitivo pendenti a vocabulo *expensum*.

Quis] Hoc quum neque a Cicerone neque a Gellio agnoscatur, putaveris huc translatum esse ex iis quae sequuntur: *qui .. ferret expensum;* sed vid. Kruegeri gramm. § 430., not. 1.

6. *Ad portum mille a porta est, sex inde Salernum*] *Mille* et *est* non disiungi debere, ut vulgo fit commate post *mille* posito, tam ex sententiarum nexu patet, quam ex iis quae sequuntur apud Gellium: *Mille, inquit, est, non mille sunt.* Haec autem si iunguntur, ferri non potest *ad portam*, quam ob rem scripsi *ad portum*. Ad *sex* intelligas *millia passuum*. Quominus cum Gronovio scribamus *a Paesto*, prohibemur multo maiore intervallo quod est inter haec op-

Hunc milli passum qui vicerit atque duobus
Campanus sonipes subcursor nullus sequetur
Maiore spatio, ac diversus videbitur ire.

Item in libro nono:

Tu milli nummum potes uno quaerere centum.

8 *Milli passum* dixit pro *mille passibus* et *milli nummum* pro *mille nummis,* aperteque ostendit *mille* et vocabulum esse et singulari numero dici et casum etiam capere ablativum, eiusque plurati-
9 vum esse *milia. Mille* enim non ex eo ponitur quod Graece χίλια dicuntur, sed quod χιλιάς, et sicut una χιλιὰς et duae χιλιάδες, ita *unum mille* et *duo milia* veteres certa atque directa
10 ratione dicebant. Et heus tu hisne tam doctis viris, quorum M. Cicero et Varro imitatores se gloriantur, adimere vis in verborum comitiis ius suffragandi, et tamquam sexagenarios maiores de

[Mss. ABGPS (M usque ad § 9.).
(AM a p. m.) B. — *successor* Gell. et Gerlach. — *nullam* G. — *sequatur* vi. — *maiori* G (S a sec. m.). *maiori in* Gell. et Gerlach. — *ac* om. ch. — *diversus forte videbitur* G. — *idem* Edd. — *in lib. non.*] fragm. 20. — *uno* om. M. — *quem centum* S. 8. *dixit* om. A. — *pro mille passus* G. — *pro milli pass. et mille nummum* om. B. — *et milli nummum dixit* Av-g. — *pro milli nummis* B. *pro mille nummos* G. — *plurativum* A Edd. PSM123 Gell. l. c. *pluralem* BG. 9. *Mille . . dicebant*] cf. Gell. l. c. § 8. — *pro eo* Gell. l. c. — χίλια Sv-g. *chilia* s-bABGPM. χίλιοι Gell. l. c. — χιλιάς Sv-g. *chilias* s-bABGPM. — *una chilias* Mss. et Edd. — *duae chiliades* Mss. et Edd. — *unum mille . . . hisne tam* (§ 10.) om. A. 10. *Etheustuhisne* B. *Et eustachl. Ne* G. — *adimere ius in verborum disseremus* (om. *comitiis . . plura de hoc*) A. — *verborum suorum comitiis* S. — *sexagenario* coni. Pont.

pida. Quod oppidum intelligendum sit, nescio. Ceterum vid. Gerlach. ad l. c.

8. *vocabulum*] i. e. substantivum.

plurativum] Apud Gellium praeter locum unde haec desumpta sunt haec vox legitur N. A. XIX, 8, 4; XX, 6, § 8. et § 11.

9. *ex eo ponitur*] Mirum sane est, quod Macrobius respuit id quod apud Gellium invenit: *pro eo ponitur.* Videtur eius animo obversatum esse *ex eo fit*, vel simile quid.

10. *in verborum comitiis*] i. e. in comitiis, ubi de verbis ferantur suffragia. Usus est hac translatione, ut proverbio quod sequitur daretur locus.

sexagenarios maiores de ponte deicies] Zeunius lectorem delegat ad Erasmi adagia, I, 5, 37. Macrobium cum Varrone apud Nonium Marcellum (s. v. *Sexagenarios* p. 523. ed. Merc. et s. v. *Carnales* p. 86. et s. v. *Murmur* p. 214.) et cum Festo (s. v. *Sexagenarios* p. 334. Muell. et apud Paul. s. v. *Depontani* p. 75.) nonnisi de comitiorum ponte cogitasse patet, Ciceronem tamen p. Rosc. Am. 35, 100. spectasse ad veterem quandam fabulam, ex qua Romani dicerentur senes sexagenarios de ponte in Tiberim deiecisse, nuper evicit V. D. Osenbrüggen in illius orationis editione p. 45 sqq., licet Ovidius Fast. V, 621 sqq., quem sequitur Hertzbergius (p. 55.), dixerit hanc fabulam e falsa prisci ritus interpretatione natam esse, qui ritus virorum simulacra (quos Argeos dicebant) in Tiberim mittendi commemoratur etiam a Plutarcho Quaest. Rom. c. 32. Vid. Klausen. p. 944 sq. — Deinde constructio verborum *sexagenarios maiores* non sine causa offendit Pontanum, qui tamen non *sexagenario*, sed *sexagenariis* debebat proponere, et poterat afferre Liv. XLV, 15, 1. *filius quinquenni maior*, et Iul. Capitolin. Pertin. 4. *Factus est autem sexagenario maior imperator.* Ut enim dicere licet *maiores sexaginta annos nati*, vel *maiores sexagenum annorum*, (cf. Madv. lat. Sprachl. § 586.), ita nusquam apud bonum scriptorem *maior* iungitur hac ratione cum eiusmodi adiecti-

ponte deicies? Plura de hoc dissereremus, ni vos invitos ab in- 11 vito discedere hora cogeret. Sed vultisne diem sequentem, quem plerique omnes abaco et latrunculis conterunt, nos istis sobriis fabulis a primo lucis in coenae tempus, ipsam quoque coenam non obrutam poculis, non lascivientem ferculis, sed quaestionibus doctis pudicam et mutuis ex lecto relationibus exigamus? Sic 12 enim ferias prae omni negotio fetas commodi senserimus, non animum, ut dicitur, remittentes (nam remittere, inquit Musonius, animum quasi amittere est) sed demulcentes eum paulum, atque [218] laxantes iocundis honestisque sermonum inlectationibus. Quod si ita decernitis, dis Penatibus meis huc conveniendo gratissimum feceritis. Tum Symmachus: Nullus, qui quidem se dignum hoc 13 conventu meminerit, sodalitatem hanc vel ipsum conventus regem repudiabit: sed, ne quid ad perfectionem coetus desideretur, invi-

Edd. vicahgspdzb.]

11. *ab invito* om. A. — *Avienus.* *Sed vultisne* S. — *diem sequentem cenae tempus* (om. *quem ... lucis in*) A. — *omnes plerique* v-g. *plerique* (om. *omnes*) G. — *laterulis* Bar. — *nostris istis* S. — *doctis ut* (sup. *pu*)*dicam* A. *doctis ut ita dicam et velut ex dilectu* Bar. — *ex lectione* Sv-g. — *rationalibus* (*al* delet. sed punctis signat.) A.
12. *non animum ... inlectationibus*] cf. Gell. N. A. XVIII, 2, 1. — *musionius* (del. *i*) A. — *quasi* (add. a sec. m.) G. — *paululum* s-bP. — *in lectionibus* S. *illectionibus* (in mg. al. *inlectationibus*) h. — *Quos si* vl. — *diis* v-gb. 13. *repudiavit* (corr. ab al. m. in *averit*) A. —

vis. Et hoc et infra in verbis *invitos ab invito*, *plerique omnes*, *in primo lucis*, apparet exquisitae orationis studium.

11. *quem .. abaco et latrunculis conterunt*] Cf. Sueton. Aug. 71. *Aleae rumorem nullo modo expavit, lusitque .. praeterquam Decembri mense aliis quoque festis profestisque diebus.* Lucian. Saturnal. 2, 4, 8, 9; Cronosol. 18. Gell. XVIII, 13, 1. *Saturnalibus Athenis alea quadam festiva et honesta lusitabamus huiuscemodi.* Cic. p. Arch. 6. § 13. *quantum alii tribuunt tempestivis conviviis, quantum denique alveolo, quantum pilae cet.* — Sueton. Ner. 22. *cum .. quadrigis eburneis quotidie in abaco luderet,* Sen. ep. 106. § 11. *Latrunculis ludimus,* ubi vid. interprr.

coenam non obrutam poculis, non lascivientem ferculis, sed quaestionibus doctis pudicam] A coenantibus ad coenam haec translata sunt. Cf. Cic. Cat. mai. 13, 44. *caret* (senectus) *epulis exstructisque mensis et frequentibus poculis,* et ib. 14, 46. *me vero et magisteria delectant a maioribus instituta et is sermo, qui more maiorum a summo adhibetur in poculis, et pocula, sicut in symposio Xenophontis* (2, 26) *est, minuta atque rorantia.*

mutuis relationibus] cf. Sat. II, 1, 8. *relatione mutua proferamus.*

exigamus] cf. Plin. ep. III, 1, 1. *Nescio an ullum iucundius tempus exegerim,* ubi Doeringius adnotat poetarum esse hanc dictionem.

12. *fetas commodi*] i. e. utiles. *Fetus* alias solet iungi ablativo.

dis Penatibus] qui dicuntur tueri hospites. Vide infra c. 24. § 25. et quae congessit Klausen. p. 649 sq. Ovid. Fast. IV, 531; VI, 523. Met. VIII, 638. Virg. Aen. VIII, 123. Cic. Deiot. 5, 15 Orell. Inscr. 1675. Sil. VI, 432. et II, 32. Martial. IV, 64, 29. Stat. Silv. II, 1, 76. Theb. I, 481. Sen. Phoen. 503. Liv. XXVIII, 18, 2.

13. *qui ... meminerit*] i. e. qui sibi conscius erit.

conventus regem] cf. c. 7. § 12. *excepto rege convivii*, II, 1, 3. *rex mensae*, i. e. magister convivii, συμποσίαρχος; cf. Platon. Sympos. p. 213 extr. Steph. ἄρχοντα αἱροῦμαι τῆς πόσεως ἐμαυτόν, quem locum imitatur Plutarchus Sympos. I, 4, 1. ἐμαυτὸν αἱροῦμαι συμποσίαρχον ὑμῶν. Sic quae ma-

tandos ad eundem congressum convictumque censeo Flavianum qui, quantum sit mirando viro Venusto patre praestantior, non minus ornatu morum gravitateque vitae quam copia profundae eruditionis adseruit: simulque Postumianum, qui forum defensionum dignatione nobilitat: et Eustathium, qui tantus in omni genere philosophiae est, ut solus nobis repraesentet ingenia trium
14 philosophorum de quibus nostra antiquitas gloriata est. Illos dico quos Athenienses quondam ad senatum legaverant impetratum uti multam remitteret quam civitati eorum fecerat propter Oropi va-

[Mss. ABGPS.
quantum ABGSs-z. *quanto* v-gbP (non A, ut affert Pont.). — *sit* om. g. — *mirando* A*BGSv-gbPM123. *mirandum* s-z. — *venusto* s-z. *et venusto* v-gbP. — *qui quanto sit, mirandum, vir venusto patre praestantior* coni. Pont. *qui quanto sit, mirando viro, Venusto patre, praestantior*, vel etiam *Murrano Virio Venusto patre pr.* „ut nomina haec propria sint, cuius modi in thesaur. inscr. Gruter. occurrunt" coni. Scriverius (vid. p2.). *qui quanto sit mirando ore venusti patris* (vel *venusto patre*) *praestantior* coni. Zeun. — *morum ornatu vitaeque gravitate* v-g. — *asserunt* (corr. in *uit*) G. „Ne *minus* hic simpliciter et satis steriliter positum videatur, vel corrige *ornatus*, vel, quod forte melius, repone *laudis*. Deinde post *asseruit* excidisse *sibi* et leges linguae et syllabae sequentis similitudo facile probant." Zeun. — *dignitate vel dignatione* G. — *Eustachion* v1. *Eustachium* v3ic. — *qui totus* G. — *omni* om. G. — *philosophiae genere* Edd. PS. — *e quibus* B. 14. *Illos quoque dico* G. — *quos Athenienses ... Coelio senatore*] cf. Gell. N. A. VII, 14. §§ 8-10. — *legaverant* Mss. Gell. l. c. *legavere* v-g. *legaverunt* s-b. 15.

gisteria dicuntur a Cicerone l. c. ad § 11., Horatio Od. I, 4, 18. sunt *regna vini:* et ut idem Od. II, 7, 25.: *quem*, inquit, *Venus arbitrum Dicet bibendi*, Lucianus Saturn. 4.: ἔτι καὶ βασιλέα ἐφ' ἁπάντων, γενέσθαι τῷ ἀστραγάλῳ κρατήσαντα. Saturnalibus diebus regem quempiam esse designatum ex Arrian. in Epictet. I, 25, p. 97. docuit Cilano Röm. Alterth. III, p. 345. Cf. Boettiger. Kleine Schriften III. p. 212 sqq. — *Conventus regem* Symmachus dicit Praetextatum.

quantum sit ... praestantior] Scripserunt *quanto* qui putaverunt *quantum* iungi non posse cum comparativo: sed non raro hoc inveniri apud posterioris aetatis scriptores docuit F. Haasius (Reisig. lat. Sprachwissensch. not. 400.).

mirando viro Venusto patre] Scriverius mihi persuasit ut *Venusto* haberem pro nomine proprio. Ad libros mss., in quibus nomina propria non insigniuntur literis maioribus, si spectamus, haec nulla est mutatio. Adiectivum autem *venustus*, etsi interdum idem valet ac *facetus*, ut apud Plin. ep. III, 9, 2. *Inde dictum Baeticorum (ut plerumque dolor etiam venustos facit) non inlepidum ferebatur*, post verba *mirando viro* profecto locum non habet: et requiritur nomen patris, cf. I, 2, 3. *et ex patre Albino audire potuisti.* Denique *Venustus*, nomen proprium, affertur ex inscriptionibus (vid. Forcell. lex. s. h. v.), neque obstat illius temporis mos, quominus Flaviani patri fuerit nomen Venusto.

adseruit] i. e. demonstravit, quam huius verbi vim a Macrobii usu (vid. prolegg. p. XLIII. sq.) minime abhorrentem offendisse Zeunium miror.

defensionum dignatione] Est hoc: „praeclaris causarum defensionibus", ut ait Sueton. Vesp. 4. *Africam integerrime nec sine magna dignatione administravit*, nisi forte mavis conferre I, 3, 1. *ne quis me aestimet dignatione consultationis gravari*, atque interpretari: „quod non dedignatur causas defendere in foro."

qui tantus .. est] Vid. not. ad c. 3. § 16.

14. *quam .. fecerat*] Hoc verbo Gellius, a quo haec compilavit Macrobius, usus esse videtur quia sermo est de multa alienae civitati indicta. Idem enim (N. A. XI, 1,

stationem. Ea multa fuerat talentum fere quingentum. Erant 15
isti philosophi Carneades ex Academia, Diogenes Stoicus, Critolaus Peripateticus: quos ferunt seorsum quemque ostentandi gratia per celeberrima urbis loca magno conventu hominum dissertavisse. Fuit, ut relatum est, facundia Carneades violenta et ra- 16
pida, scita et tereti Critolaus, modesta Diogenes et sobria; sed in senatum introducti interprete usi sunt Coelio senatore. At hic noster cum sectas omnes adsecutus sed probabiliorem secutus sit, omniaque haec inter Graecos genera dicendi solus inpleat, inter nos tamen ita sui locuples interpres est, ut nescias qua lingua [219] facilius vel ornatius expleat operam disserendi. Probavere omnes 17
Q. Aurelii iudicium quo edecumatos elegit sodales: atque his ita constitutis primum a Praetextato simul deinde a se discedentes domum quisque suam regressi sunt.

Edd. vicahgspdzb.] *hominum conventu* v-gb. 16. *teriti* B (A corr. in *tereti*). *territi* P. *teretia* Gell. l. c. — *etiam sobria* v. — *usi* (om. *sunt*) vi. — *Caelio* v. *Caecilio* ch. Apud Gell. l. c. legitur *Caecilio*, *Cacilio*, *C. Acilio*; Meurs. ad h. l. coni. *C. Aquilio.* 17. *ede cumatos* (sup. *i. e. optimos*) A. — *eligit* G. — *suam* add. a sec. m. A.

7.) ad Catonis verba: *Imperator noster, si quis extra depugnatum ivit, ei multam facit*, adnotavit haecce: *Potest autem videri consulta elegantia mutasse verbum* (*ut non diceret multam dixit*), *cum in castris et in exercitu multa fieret, non in comitio nec ad populum diceretur.* Ceterum Gellius habet *ad senatum populumque Romanum*, et *remitterent* et *fecerant*, sed Cicero de orat. II, 37, 155. et Tusc. IV, 3, 5. habet *ad senatum* tantum. Vid. not. sequ.

propter Oropi vastationem] cf. Plutarch. Cat. mai. 22. *καταδίκην τινὰ παραιτησόμενοι τοῦ δήμου τῶν Ἀθηναίων, ἣν ἐρήμην ὦφλον Ὠρωπίων μὲν διωξάντων, Σικυωνίων δὲ καταψηφισαμένων, τίμημα ταλάντων πεντακοσίων ἔχουσαν.* Cic. ad Att. XII, 23, 2. *quibus consulibus Carneades et ea legatio Romam venerit, scriptum est in tuo annali. Haec nunc quaero, quae causa fuerit? De Oropo, opinor: sed certum nescio.* Qui praeterea hanc legationem commemoraverunt (Ael. V. H. III, 17; Plin. N. H. VII, 30 s. 31. § 112; Quintil. XII, 1, 35.) causam non attigerunt. Baehrius (Gesch. d. Roem. Lit. vol. II. § 328.) refert eam missam esse Olymp. CLVI, 1.; a. u. c. DXCVIII. De Carneade vid. Kopp. ad Martian. IV. § 327.

15. *Erant isti philosophi* cet.] Plutarchus et Cicero in Tusc. ll. cc. nominant Carneadem tantum et Diogenem, Aelianus l. c. Carneadem et Critolaum, sed Cicero de or. et Plinius ll. cc. tres commemorant.

16. *interprete usi sunt Coelio senatore*] Quod inveni in libris Mss. et in edd. plerisque tangere nolui. Sed e Plutarchi l. c. verbis: *καὶ τοὺς πρώτους λόγους αὐτῶν πρὸς τὴν σύγκλητον ἀνὴρ ἐπιφανὴς .. ἡρμήνευσε, Γάϊος Ἀκίλιος*, suo iure Lipsius Elect. II, 3. videtur emendavisse *C. Acilio.*

probabiliorem] Dicendum erat *probabilissimam:* contra infra *utra lingua* pro *qua lingua*, Graeca scilicet an Latina.

sui locuples interpres est] i. e. non opus est ei interpres, ut illis Graecis philosophis. *Locuples interpres* est fide dignus. Sic Cicero Divin. I, 19, 37. *nec ullum*, inquit, *sine locuplete auctore atque teste.*

17. *edecumatos sodales*] „h. e. exquisitos, selectos, probatos. *Edecumare* seu *edecimare* est verbum minus probatae latinitatis.“ Zeun. — In Bernensi editionis Camer. exemplari ad marginem adscriptum legitur: „Gallice *escumés.* Glossa *Decumatum δόκιμον, ἐπίλεκτον.*“ Muellerus ad Festi verba: ap. Paul. lib. V, p. 80.: *Exdecimata*, *electa*,

1 VI. Postero die ad aedes Vettii matutini omnes inter quos
pridie convenerat adfuerunt, quibus Praetextatus in bibliothecam
2 receptis, in qua eos opperiebatur: Praeclarum, inquit, diem mihi
fore video, cum et vos adestis et adfuturos se illi quos ad conventus nostri societatem rogari placuit spoponderunt. Soli Postumiano antiquior visa est instruendarum cura defensionum, in cuius abnuentis locum Eusebium Graia et doctrina et facundia clarum rhetorem subrogavi, insinuatumque omnibus, ut ab exorto die se nobis indulgerent, quandoquidem nullis hodie officiis publicis occupari fas esset: togatus certe vel trabeatus paludatusve seu
3 praetextatus hac die videtur nullus. Tum Avienus (ut ei inter-

[Mss. ABGPS.

VI. *Cap. III. Colloquium sequentis diei* v1 (v3i *in sequentis*). *Caput VI. De origine ac usu praetextae, quomodo haec in usum transierit nominis: inibique de aliorum quorundam nominum propriorum origine.* ch-b.
1. *Postera* G. — *vettii* s-bP (B *v§tii*). *ve tii* (vid. fuisse *vect.*) G. *vectii* v-g. *vectitii* (corr. in *vectii*) A. *praetestati vectii* S. 2. *mihi diem* G. — *gratia et doctrina* AS (in G *t* add. a rec. m.). — *clarum* om. Ps-z „Plenior laus in veteri: *clarum rhetorem*.“ Pont. — *insinuavitque* vi. *insinnavique* c-g. „Placet lectio edit. Colon.“ Zeun. — *paludatus-*

affert: „Glossar. Labb. *Edecumatio ἀποδεκάτευσις. Edecumatus, ἀδέκαστος ἀδωροδόκητος. Edecumo, ἀποδεκατῶ.*“ Dacerius interpretatur: „Quae e multis decima, sive potius quae e decimis decima capiuntur.“ Cf. II, 1. § 8. Symmach. ep. V, 81. (al. 83.) IX, 21. (al. 23.)

a se] i. e. alii ab aliis, cf. I, 1, 1.

VI, 1. *matutini*] Cf. Comm. I, 3, 9. *matutinus ei precator occurrit.* Ne Graeci quidem prosae orationis scriptores sic usurpant adiectivum *ἑωθινός*. Cf. Plat. Phaed. p. 59. Steph. *συλλεγόμενοι ἕωθεν εἰς τὸ δικαστήριον.* Cum iis quae sequuntur licet conferre Platon. Sophist. init. *κατὰ τὴν χθὲς ὁμολογίαν ἥκομεν αὐτοί τε κοσμίως καὶ τόνδε τινὰ ξένον ἄγομεν.*

2. *instruendarum cura defensionum*] cf. c. 2. § 6. et c. 5. § 13.

insinuatum] h. e. mandatum. Cf. not. ad c. 4. § 4.

se nobis indulgerent] Vid. not. ad c. 2, § 1.

togatus certe vel trabeatus paludatusve seu praetextatus] Zeunius bene affert Senecae epistolam 18, ubi § 1. legitur: *ingenti apparatu sonant omnia: tamquam quicquam inter Saturnalia intersit et dies rerum agendarum .. Utrum nihil ex cotidiana consuetudine movendum, an, ne dissidere videremur cum publicis moribus et hilarius coenandum et exuendam togam? Nam quod fieri nisi in tumultu .. non solebat, voluptatis causa ac festorum dierum vestem mutavimus.* — *Togati* Saturnalibus non esse solebant Romani, sed synthesi induti, quae erat vestis coenatoria (Vid. Lipsii Saturn. serm. I, 2. Hartung. II. p. 126. Becker. Gall. I. p. 37 sqq. Martial. VI, 24; XIV, 1 et 141.). *Trabea* primo erat vestis solennis regum Romanorum (cf. Plin. N. H. VIII, 48, s. 74. § 195. *Praetextae apud Etruscos originem invenere. Trabeis usos accipio reges*, et IX, 39 s. 63. *Purpurae usum Romae semper fuisse video, sed Romulo in trabea. Nam toga praetexta et latiore clavo Tullum Hostilium e regibus primum usum Etruscis devictis satis constat*, Ovid. Fast. I, 37., II, 504. Isidor. Hisp. Orig. XIX, 24, 8. Dionys. A. R. III, 61. Laur. Lyd. de mens. I, 19. Becker. R. A. II, 1, p. 337.: deinde augurum (cf. Serv. ad Virgil. Aen. VII, 188 et 612., Kopp. ad Martian. V, p. 388.) et consulum, ubi solennibus quibusdam diebus quibus regum vice fungerentur, vel triumpharent (cf. Dionys. l. c. 62. Virgil. Aen. VII, 612. Claudian. in Ruf. I, 219., in Eutr. prol. 10. Laud. Stil. II, 3.), et equitum in transvectione (Valer. Max. II, 2, 9.) et in aliis solennitatibus (cf. Tac. Ann. III, 2. Stat. Silv. IV, 2, 32. et V, 2, 18.; Dionys A. R. VI, 13.; Sueton. Domit.

pellandi mos erat): Cum sacrum mihi, ait, ac reipublicae nomen, Praetextate, tuum inter vocabula diversi habitus refers, ammoneor non ludicrae, ut aestimo, quaestionis. Cum enim vestitus togae [220] vel trabeae seu paludamenti nullum de se proprii nominis usum fecerit, quaero abs te, cur hoc de solo praetextae habitu usurpaverit vetustas, aut huic nomini quae origo contigerit? Inter haec 4
Avieni dicta Flavianus et Eustathius, par insigne amicitiae, ac minimo post Eusebius ingressi alacriorem fecere coetum, acceptaque ac reddita salutatione consederunt percontantes quidnam offenderint sermocinationis. Tum Vettius: Peroportune adfuistis, inquit, 5
adsertorem quaerenti. Movet enim mihi Avienus noster nominis quaestionem, et ita originem eius efflagitat, tamquam fides ab eo generis exigenda sit. Nam cum nullus sit qui appelletur suo nomine vel togatus vel trabeatus vel paludatus, cur Praetextatus nomen habeatur postulat in medium proferri. Sed et cum posti 6
inscriptum sit Delphici templi, et unius e numero septem sapien-

Edd. vicahgspdzb.]
que s-bP. 3. *ut illi* G — *admoneo* A. — *existimo* S. *extimo* v-g. 4. *Cap. IIII. Quae origo sit huic nomini quod est praetextatus* vi. 5. *Vettius* s-bBGP. *Vectius* (A a s. m.) Sv-g, *Vectitius* A a p. m. — *affuistis inquit* S. *inquit affuistis* P. *adfuisti inquit* ABGP6. *affuistis mihi inquit* v-g. *inquit affuistis mihi* s-b. — *noster nominis* Mss. vP6 „Ms.“ Gron. *noster mei nominis* i-g. *nostri nominis* (A a sec. m.) s-b. „Vel *nobis Avienus nostri*, vel *mihi Avienus mei* fuerat dicendum, etsi neutrum a Macrobio. Ms. *noster*. Quod forte non alienandum.“ Gron. — *efflagitat* AGPSP6 „2 Angl.“. *flagitat* Edd. B. — *exigenda sit* ABGSv-g „2 Angl.“. „Nec hoc male.“ Zeun. *exigatur* s-bP. 6. *Sed cum* (om. *et*) B. — *septem sapientum* PSv-gM123 cf. c. 17. § 4. *septem sa-*

14.). *Paludati* solebant imperatores ad bellum proficisci (cf. Varro L. L. VII, 3, 37. Cic. ep. ad fam. XV, 17, 3. Isidor. l. c. 9.). *Praetextati* qui fuerint, ex iis quae sequuntur elucet. Vid. not. ad I, 3, 16.

3. *ut ei interpellandi mos erat*] Vid. prolegg. p. XXIX.

Cum enim vestitus togae ... nullum de se proprii nominis usum fecerit] „Atqui observavit Scriverius in tabula marmorea effossa Romae a. 1592. *Ursum Togatum*, qui .. fatetur ibidem se victum a Vero III. consule. Vid. [Gruter. Inscr.] pag. DCXXXVII. N. 1.“ PONT.

4. *par insigne amicitiae*] Exspectes aut *amicorum* aut *amicitia*.

quidnam offenderint sermocinationis] i. e. *τίσι λόγοις ἐπιτύχοιεν*. Cf. c. 7. § 4. *Postquam tantum coetum adsurgentem sibi ingressus offendit.*

5. *adfuistis, inquit*] Hoc natum esse putaverim e Graeco *παρεγένεσθε*, quod potest esse et *adfuistis* et *supervenistis*. Cf. infra c. 7. § 10 *Supervenire fabulis* et Xen. Mem. IV, 4, 5. *παρεγένετο τῷ Σωκράτει λέγοντι πρός τινας*, et glossa: „*παραγένωμαι supervenero*“. — Singularis numerus quem tuentur plerique codd. mss. minus congruit cum antecedente *percontantes*.

adsertorem quaerenti] sc. Avieno. Cf. VII, 4, 3. *Nec longe petendus adsertor est*, i. e. qui solvat quaestionem. Nam quamvis sequantur verba: *tamquam fides ab eo generis exigenda sit*, equidem noluerim intelligere Vettii assertorem sive libertatis, ut ait Sen. ep. 13, 14. *Catoni gladium adsertorem libertatis extorque*, Martial. I, 52, 5. *Si de servitio gravi queruntur, Adsertor venias*, sive dignitatis, ut ait Sueton. Tib. 2.: *Adsertores unicos dignitatis ac potentiae patriciorum semper fuisse.*

6. *posti .. Delphici templi*] Comm. I, 9, 1. legitur *fronti templi.*

unius e numero septem sapientum] Thaleti vulgo tribuitur haec sententia, sed etiam Chiloni et Bianti.

tum eadem sit ista sententia, *γνῶθι σεαυτὸν*, quid in me scire aestimandus sim, si nomen ignoro? Cuius mihi nunc et origo
7 et causa dicenda est. Tullus Hostilius, rex Romanorum tertius, debellatis Etruscis sellam curulem lictoresque et togam pictam atque praetextam, quae insignia magistratuum Etruscorum erant, primus ut Romae haberentur instituit. Sed praetextam illo seculo puerilis non usurpabat aetas: erat enim, ut cetera quae enume-
8 ravi, honoris habitus. Sed postea Tarquinius Demarati exulis

[Mss. ABGPS.

pientium ABG. *sapientum* (om. *septem*) s-b. — *γνῶθι σαυτὸν* vl. *Gnothiseauton i. cognosce te ipsum* A. — *existimandus* Sv-g. — *nunc mihi* A. 7. *Tullius* GSvi. — *Hostilius* ABGSv-gP257M123. *Hostilius Hosti filius* s-bP (hg in mg.). — *Hetruscis* (semp.) Sv-g. — *currulem* (infra quoque) v. *curialem* (sup. *curul.*) B. — *cetera quae* om. P. —

Cf. Stob. flor. XXI, 11-13. et 26. et quae e Lex. Rhet. p. 233. 13. affert Stephanus in Thes. s. v. *γιγνώσκω: Γνῶθι σαυτὸν, ἀπόφθεγμα. Οἱ δὲ Χείλωνός φασιν, Ἕρμιππος δὲ Δελφὸν εὐνοῦχόν φησιν εἰρηκέναι τὸ γνῶθι σαυτὸν καὶ ἐν τῷ ναῷ ἐπιγράψαι. Χαμαιλέων δε Θαλοῦ φησιν εἶναι τὴν γνώμην ταύτην.*

quid in me scire aestimandus sim] Ineptissima haec esse minime nego. Neque tamen suffragor Zeunio censenti esse legendum aut: *Quid de meo scire aestimandum sit*, aut: *Quid? num me scire aestimandus sim?*

7. *Tullus Hostilius.*] Quae inde ab edit. Stephan. ex uno, ut videtur, libro Parisino addita sunt, *Hosti filius*, ea vide ne *διττογραφίᾳ* debeantur. Zeunius adnotavit: „Alii scriptores, ut Liv. I, 12., Dionys. Hal. A. R. III, 1. Plin. N. H. XVI. 4. s. 5. Plutarch. in Romulo [c. 38.] omisso Hosto patre non nisi avum commemorant, Hostum Hostilium, cuius virtus in bello adversus Sabinos extiterit egregia. Etsi igitur improbabile non est patrem nostri regis ipsum Hostum appellatum esse, imo sic paulo infra [§ 16.] ab ipso Macrobio vocari concedo: cum tamen avus clarior extiterit, more scriptorum qui inprimis nobilitatis in commemorandis alicuius maioribus rationem habere solent, Macrobius quoque videtur hunc regem ab avo potius clarissimo definivisse, quam a patre, homine obscuro; adeoque non *filius*, sed *nepos* scripsisse. Nostrum locum aliquam culpa librariorum mutationem subiisse patet ex antiquioribus libris, ubi verba *Hosti filius* plane sunt omissa.“ — Adde quod a Dionysio et Plutarcho *Hostilius* tantum ille homo nominatur, neque a Livio dicitur Tulli Hostilii regis avus.

debellatis Etruscis sellam curulem ... instituit] „Quae hic de origine insignium imperii narrantur, admodum reperiuntur incerta. Ab Etruscis quidem insignia magistratuum sumsisse pleraque maiores Romanorum, uti Salustius B. C. 51. [§ 38.] ait, constanti Dionysii Hal. III, 61. 62. Strabonis V. [c. 2.] Livii I, 8. [§ 3.] Flori I, 5. et Plinii N. H. IX, 63. consensu comprobatur, si recesseris ab Aeliano, qui H. A. X, 22. [cf. Liv. et Dionys. ll. cc.] narrat a Romulo duodecim lictores in memoriam laeti augurii duodecim vulturum esse institutos. Verum quis regum Romanorum id fecerit, non convenit. Etenim Dionysius et Florus rei originem tribuunt Tarquinio Prisco, Livius refert ad Romulum: atque Plinius Romulum quidem trabeam purpuream gestasse, sed toga praetexta et latiore clavo Tullum Hostilium e regibus primum usum Etruscis devictis satis constare scribit: Tullum eundem primum fascibus usum esse narrat Eusebius in Olymp. XXVI. Sententia Macrobii me male habet etiam hoc nomine, quod hic Etrusci per Hostilium debellati dicuntur, quos tamen demum a Tarquinio Prisco subactos esse ex Livio et Dionysio satis constat.“ Zeun. — C. O. Mueller. Etrusk. I. p. 261. addit Diodorum V, 40.; Plutarch. Romul. 25.; Festum s. v. *Sardi*.

Corinthii filius Priscus, quem quidam Lucumonem vocitatum ferunt, rex tertius ab Hostilio, quintus a Romulo, de Sabinis egit triumphum: quo bello filium suum annos quattuordecim natum, [221] quod hostem manu percusserat, et pro contione laudavit et bulla aurea praetextaque donavit, insigniens puerum ultra annos fortem praemiis virilitatis et honoris. Nam sicut praetexta magistratuum, 9
ita bulla gestamen erat triumphantium, quam in triumpho prae se gerebant inclusis intra eam remediis quae crederent adversus invidiam valentissima. Hinc deductus mos ut praetexta et bulla 10
in usum puerorum nobilium usurparentur ad omen ac vota conciliandae virtutis ei similis cui primis in annis munera ista cesserunt. Alii putant eundem Priscum, cum is statum civium sol- 11
lertia providi principis ordinaret, cultum quoque ingenuorum puerorum inter praecipua duxisse, instituisseque ut patricii bulla aurea cum toga cui purpura praetexitur uterentur, dumtaxat illi quorum patres curulem gesserant magistratum: ceteris autem ut 12
praetexta tantum uterentur indultum, sed usque ad eos quorum parentes equo stipendia iusta meruissent: libertinis vero nullo iure uti praetextis licebat, ac multo minus peregrinis, quibus nulla esset cum Romanis necessitudo. Sed postea libertinorum 13
quoque filiis praetexta concessa est ex causa tali, quam M. Lae-

Edd. vicahgspdzb.]

enumerantur S. — *habitus* om. P. 8. *lucii nomen* A. 9. *crederent* (sup. *bant*) S. 10. *et vota* Edd. S. 11. *cum istatum* A. *cum ista. tum* G. *cum statum* (om. *is*) P. *cum is quoque statum* dz. — *provide princeps* BG. 12. *iusta* (sup. *ista*) *stipendia equo* G.

8. *quem quidam Lucumonem vocitatum ferunt*] Hoc refert Dionysius Hal. III, 47. et 48., quem citat Zeunius, et Livius I, 34.; Aurelius Victor de viris illustr. 6, 2.; Strabo V, 2. Sed vid. Niebuhr. R. Gesch. I, p. 137. et Mueller. Etrusk. I. p. 365.

de Sabinis egit triumphum] Cf. Liv. I, 38, 3; Aurelius Victor l. c. § 8 sq.; Dionys. Hal. III, 66. — Similem fabulam tradit Plutarchus Quaest. Rom. c. 101.; sed hic commemorat bullam tantum, et rem, cum bellum cum Latinis atque Etruscis gereretur, factam esse dicit. Plinius N. H. XXXIII, 1 s. 4. § 10. nullum nominat bellum.

9. *bulla gestamen erat triumphantium* cet.] Cf. Plin. N. H. XXVIII, 4. s. 7. § 39. *Fascinus imperatorum quoque, non solum infantium custos, .. currus triumphantium sub his pendens defendit medicus invidiae.* Cf. Mueller. Etrusk. I. p. 374.

10. *Hinc deductus mos*] Cf. Hor. Carm. IV, 4, 19. *Mos unde deductus.* Infra c. 16. § 35. legitur *tractus.* Plinius lib. XXXIII. l. c.: *Unde mos bullae duravit.*

puerorum nobilium] Plin. l. c.: *ut eorum qui equo meruissent filii insigne id haberent, ceteri lorum.*

ei] i. e. eius virtuti.

primis in annis] i. e. puero, vel primo tempore aetatis, ut ait Cicero de leg. I, 4, 13. Cf. § 8. *ultra annos.*

11. *Alii putant*] Hi qui fuerint, non constat. Namque Plinium l. c. non recte allegat Zeunius.

patricii] sc. pueri, patriciorum filii.

12. *sed usque ad eos*] i. e. sed usque ad eos tantum. Infra hos nullis illa aetate dicitur concessa fuisse toga praetexta. Quod Plinius l. c. hos bullae insigne habuisse retulit, id neminem offendet, quoniam aliam sententiam ac § 10., ubi omnibus nobilibus pueris bullam datam esse dixerat, hic se proferre ipse Macrobius indicat § 11. verbis: *Alii putant.*

13. *M. Laelius augur*] „Hic oc-

lius augur refert, qui bello Punico secundo duumviros dicit ex senatus consulto propter multa prodigia libros Sibyllinos adisse et inspectis his nuntiasse in Capitolio supplicandum lectisterniumque ex conlata stipe faciendum, ita ut libertinae quoque quae longa
14 veste uterentur in eam rem pecuniam subministrarent. Acta igi-
[222]tur obsecratio est pueris ingenuis itemque libertinis sed et virginibus patrimis matrimisque pronuntiantibus carmen: ex quo concessum ut libertinorum quoque filii, qui ex iusta dumtaxat matrefamilias nati fuissent, togam praetextam et lorum in collo
15 pro bullae decore gestarent. Verrius Flaccus ait, cum populus Romanus pestilentia laboraret, essetque responsum id accidere,

[Mss. ABGPS.

13. *Laelius* (om. *M*) G. — *lecti sterquilinium* (del. *quili*) A. 14. *Aucta* Sichg. — *obsecratio* (om. *est*) v-g. *obsecratione* (om. *est*) S. — *sed etiam* S. — *matrimisque* om. BG. — *concessum est* S. — *nati essent* S. — *totam* B (A a p. m. — *pro bulla gestarent* A. 15. *pestilentia laborasset* P (G a p. m.). *pestilentiaret* (sup. add. *labora*) B. —

currit apud Ciceronem de Nat. D. III, 2 [5.], et aliis in locis.“ Zeun. Cf. Phil. II, 33, 83. At utroque loco legitur *C. Laelius*, neque usquam *M. Laelium* inveni, ut Macrobius videatur errasse in praenomine, nisi forte *M.* natum est ex antecedente *quam*. In codicibus quidem A et B sine compendio scriptum est *marcus*.

duumviros] Sic omnes libri mss. et edd. Sed scribendum erat *decemviros*. Namque iam a. u. c. CCCLXXXVI. pro duumviris sacris faciundis decemviri creati sunt; cf. c. 17. § 29. et Liv. VI, 37, 12. et 42, 2; et ad illud ipsum tempus refertur id quod legitur apud eundem XXI, 62, 6. *Ob cetera prodigia libros adire decemviri iussi*, ubi lectisternium commemoratur § 9. Cf. ibid. XXII, 10, 9., sed lectisternium stipe collata factum esse neutro loco dicitur.

quae longa veste uterentur] Fortasse hoc idem est atque „quae iustae essent matres familiae.“ Cf. § 14. et Ovid. Art. am. I, 31 sq. *Este procul, vittae tenues, insigne pudoris, Quaeque tegis medios, instita longa, pedes.* et Hor. Sat. I, 2, 29. *Quarum subsuta talos tegat instita veste;* 94 sq. *Matronae praeter faciem nil cernere possis, Cetera, ni Catia est, demissa veste tegentes;* 99. *Ad talos stola demissa et circumdata palla.* Quamquam stolam libertinis non concessam fuisse docent Boettiger. Sabin. p. 361, 378. Becker. Gall. I. p. 323.

14. *obsecratio*] i. e. supplicatio publica qua in rebus adversis deorum imploretur auxilium. Vid. Liv. XXI, 8, 2; 9, 6. et Hartung. I. p. 177.

libertinis] Hartung. l. c. hanc vocem etiam ad *virgines* retulit, id quod non recte eum fecisse censeo.

patrimis matrimisque] Huc quadrare videtur explicatio Servii ad Virgil. Georg. I, 31. *Confarreatio appellabatur, ex quibus nuptiis patrimi et matrimi nascebantur.* Contra Festus ap. Paul. lib. XI. p. 126.: *Matrimes ac patrimes dicuntur quibus matres et patres adhuc vivunt.*

ex iusta dumtaxat matrefamilias] Cf. Gell. XVIII, 6. 9. *matrem familias appellatam esse eam solam, quae in mariti manu mancipioque, aut in eius, in cuius maritus, manu mancipioque esset.* Idem fere legitur apud Servium ad Virg. Aen. XI, 476., ubi additur: *Alii matronas virgines nobiles dicunt, matres familias vero illas quae in matrimonium per coemptionem convenerunt.* Vid. Becker. Gall. I. p. 18 sq.

lorum] Cf. Plinii locum ad § 10. citatum et Iuv. V, 164 sq. *Etruscum puero si contigit aurum Vel nodus tantum et signum de paupere loro,* Pseudo-Ascon. in Cic. Act. II. in Verr. I. § 152. *bulla suspendi in collo infantibus ingenuis solet aurea, libertinis scortea.*

quod di despicerentur, anxiam urbem fuisse, quia non intellegeretur oraculum, evenisseque ut Circensium die puer de coenaculo pompam superne despiceret et patri referret quo ordine secreta sacrorum in archa pilenti conposita vidisset: qui cum rem gestam senatui nuntiasset, placuisse velari loca ea qua pompa veheretur, atque ita peste sedata puerum qui ambiguitatem sortis absolverat togae praetextae usum munus impetravisse. Vetustatis peritissimi 16
referunt in raptu Sabinarum unam mulierem nomine Hersiliam, dum adhaeret filiae, simul raptam: quam cum Romulus Hosto cuidam ex agro Latino qui in asylum eius confugerat virtute conspicuo uxorem dedisset, natum ex ea puerum, antequam alia ulla Sabinarum partum ederet: eum, quod primus esset in hostico procreatus, Hostum Hostilium a matre vocitatum et eundem a Romulo bulla aurea ac praetextae insignibus honoratum. Is enim

Edd. vicahgspdzb.]
accedere B. — *di* om. A. — *dispicerentur* (sup. *de*) B. — *evenissetque* vl. — *matri* (S a p. m.) vl. — *pilento imposita* „antiquus codex“ g in mg. — *loca ex quo* G a p. m. *loca qua* (om. *ea*) v. — *togae et praetextae* ASv-g. — *impetrasse* (sup. *visse*) A. 16. *adhaereret* (G a s. m.) v-g. „non male.“ Zeun. — *ulla alia* Gv-g. — *eumque quod* Edd. P. — *praetexta* v-gb. „Sic lege, aut corrige etiam *aureae bullae*.“ Zeun.

15. *quod di despicerentur*] Cf. Cic. de rep. III, 9. *si quis .. gentes et urbes despicere et oculis collustrare possit.* Quod unum exemplum me legere memini apud prosae orationis scriptorem huius verbi propria vi cum accusativo coniuncti. Inde ambiguitas orta est oraculi.

Circensium die] Cf. Cic. in Verr. IV, 15, 33. *ludis Circensibus.* Alias dicuntur *ludi magni*. Circensis pompa commemoratur infra c. 22. § 13. et a Suetonio Caes. 76., et describitur a Dionysio A. R. VII, 70 sqq.

de coenaculo] Cf. Varro L. L. V, 33, § 162.: *Posteaquam in superiore parte coenitare coeperunt, superioris domus universa coenacula dicta.* Festus p. 54. s. h. v. *coenacula dicuntur ad quae scalis ascenditur.* Liv. XXXIX, 14, 2. Plaut. Amphitr. III, 1, 3. Lobeck. Aglaopham. p. 55. confert Callimachi Hymn. in Cer. 4. *Τὸν κάλαθον κατιόντα χαμαὶ θασεῖσθε βέβαλοι, Μηδ᾽ ἀπὸ τῶ τέγεος.*

secreta sacrorum] infra l. c. commemorantur *deorum simulacra.*

in archa pilenti] *Pilenta* alias tribuuntur matronis. Cf. Fest. p. 245. s. h. v.; Liv. V, 25, 9; Virg. Aen. VIII, 665. Hoc loco *pilentum* ponitur pro *tensa* vel *thensa*. Cf. Fest. lib. XX. p. 364. *Tensam ait vocari Sinnius Capito vehiculum quo exuviae deorum ludicris Circensibus in circum ad pulvinar vehuntur.* Serv. in Virg. Aen. I, 17. Pseudo-Ascon. l. c. in § 154. p. 200. Orell. Casaubonus ad Sueton. l. c.

velari] Cf. Ovid. Am. III, 13, 12. *It per velatas annua pompa vias.*

sortis] i. e. oraculi. Cf. Cic. de div. II, 55, 115.

absolverat] Vid. prolegg. p. XLIII.

16. *Hersiliam*] Commemoratur a Plutarcho Romul. c. 18. Dionysius Hal. A. R. III, 1. dicit *Ἑρσιλίου θυγατέρα, τὴν ὑφηγησαμένην ταῖς ὁμοεθνέσι πρεσβεῦσαι πρὸς τοὺς πατέρας ὑπὲρ τῶν ἀνδρῶν.*

Hosto cuidam] „Haut dubie est intelligendus avus Tulli Hostilii Romanorum regis de quo supra [ad § 7.] vidimus.“ Zeun. citato Dionys. l. c. Sed hic et Plutarchus l. c. *Hostilium* eum vocant.

ex agro Latino] Cf. Dionys. l. c. *ἐκ πόλεως Μεδυλλίας, ἣν Ἀλβανοὶ μὲν ἔκτισαν, Ῥώμυλος δὲ .. Ῥωμαίων ἐποίησεν ἄποικον .. μετενεγκάμενος εἰς Ῥώμην τὸν βίον.*

virtute conspicuo] Cf. Dionys. l. c. *μεγάλα ἔργα ἐνδειξάμενος .. καὶ θάπτεται πρὸς τῶν βασιλέων .. στήλης ἐπιγραφῇ τὴν ἀρετὴν μαρτυρούσης ἀξιωθείς.*

cum raptas ad consolandum vocasset, spopondisse fertur se eius infanti quae prima sibi civem Romanum esset enixa, illustre mu-
17 nus daturum. Nonnulli credunt ingenuis pueris attributum, ut
[223] cordis figuram in bulla ante pectus annecterent, quam inspicientes ita demum se homines cogitarent, si corde praestarent, togamque praetextam his additam, ut ex purpurae rubore ingenui-
18 tatis pudore regerentur. Diximus unde *praetexta* adiecimus et causas quibus aestimatur concessa pueritiae: nunc idem habitus quo argumento transierit in usum nominis paucis explicandum
19 est. Mos antea senatoribus fuit in curiam cum praetextatis filiis introire. Cum in senatu res maior quaepiam consultabatur eaque in posterum diem prolata est, placuit ut hanc rem super qua
20 tractavissent ne quis enuntiaret priusquam decreta esset. Mater Papirii pueri, qui cum parente suo in curia fuerat, percontatur filium quidnam in senatu egissent Patres. Puer respondit tacendum esse, neque id dici licere. Mulier fit audiendi cupidior: secretum rei et silentium pueri animum eius ad inquirendum ever-

[Mss. ABGPS.

17. *Cap. V. Qua figura sit bulla.* v. — *togam quoque praetextam* v-g. 18. *existimatur* Sv-g. 19. *Mos ... prudentiam* (§ 24.)] cf. Gell. N. A. I, 23. §§ 4-13. — *in curia* A. — *consultabatur* BGPv1s-z (A *consulabatur* quod ab ead. m. mutatum est in *tab.*, a sec. m. in *cb.*). „Modus verbi *consultabatur* si non usui particulae *cum* repugnat, certe repudiatur a sequentibus *eaque ... prolata esset.* Itaque vel sequere lectionem Gellii *consultata*, vel revoca Arnoldi in ed. Col. lectionem *consultaretur.*“ Zeun. *consultaretur* Sv3-g. — *in diem posterum* GS. — *prolata esset* A Edd. PS. 20. *fit audiendi cupidior secretum rei;* b suadente Zeunio. — *silentium deberi puer affirmans* Gellii edd. quaedam improbante Zeunio. — *eius animum* vi. *eius animumque* a. *ani-*

spopondisse fertur se .. illustre munus daturum] Cf. Plutarch. Quaest. Rom. c. 101. *πότερον ἐπὶ τιμῇ τῶν ἡρπασμένων γυναικῶν ὥσπερ ἄλλα πολλὰ καὶ τοῦτο ἐψηφίσαντο τοῖς ἐξ αὐτῶν γεννωμένοις ὑπάρχειν; ἢ τὴν Ταρκυνίου τιμῶντες ἀνδραγαθίαν;* et Romul. 20. *φορεῖν δὲ καὶ τοὺς παῖδας αὐτῶν τὴν καλουμένην βούλλαν ἀπὸ τοῦ σχήματος, ὅμοιον πομφόλυγι περιδέῤῥαιόν τι καὶ περιπόρφυρον.*

17. *ut cordis figuram in bulla ante pectus annecterent*] Hinc bullam cordis effigiem referre ait Harduinus ad Plin. N. H. XXXIII, 1. s. 4., sed bullam rotundam fuisse elucet et ex Plutarchi l. c. et e Quaest. Rom. (c. 101. *ἀλλὰ ὅρα μὴ καὶ τοῦτο διὰ τὴν σελήνην φοροῦσι. τὸ γὰρ φαινόμενον σχῆμα τῆς σελήνης ὅταν ᾖ διχόμηνος, οὐ σφαιροειδὲς ἀλλὰ φακοειδές ἐστι καὶ δισκοειδές.*) et ex antiquis statuis, qualis est in C. O. Mueller. et C. Oesterley. Denkm. d. alt. Kunst Vol. I. tab. LVIII, 291. Cum ansa sane quodammodo cordis figuram reddit bulla, sed vide ne Macrobius dixerit pueros ingenuos gestasse cordis figuram in bulla inclusam.

ut .. ingenuitatis pudore regerentur] Cf. Plut. Q. R. l. c. *ἢ καὶ πρὸς εὐταξίαν ἐστὶ φυλακτήριον τοῦτο, καὶ τρόπον τινὰ τοῦ ἀκολάστου χαλινὸς αἰσχυνομένων ἀνδροῦσθαι πρινὴ τὸ παιδικὸν ἀποθέσθαι παράσημον;* et quae ibidem sequuntur: *τοῦτο σύμβολον εὐβουλίας περιτίθεσθαι τοὺς παῖδας.* Fest. ap. Paul. lib. II. p. 36. *Bulla aurea insigne erat puerorum praetextatorum, quae dependebat eis a pectore, ut significaretur eam aetatem alterius regendam consilio. Dicta est autem bulla a Graeco sermone βουλή, quod consilium dicitur Latine; vel quia eam partem corporis bulla contingat, id est pectus, in quo naturale manet consilium.*

20. *secretum rei et silentium pueri animum eius ad inquirendum ever-*

berat: quaerit igitur conpressius violentiusque. Tum puer ur- 21
gente matre lepidi atque festivi mendacii consilium capit. Actum
in senatu dixit, utrum videretur utilius magisque e re publica
esse, unusne ut duas uxores haberet, an ut una apud duos nupta
esset. Hoc illa ubi audivit, animo conpavescit: domo trepidans 22
egreditur: ad ceteras matronas adfert: postridieque ad senatum
copiosae matrumfamilias catervae confluunt. Lacrimantes atque
obsecrantes orant, una potius ut duobus nupta fieret quam ut
uni duae. Senatores ingredientes curiam quae illa mulierum in- 23
temperies et quid sibi postulatio isthaec vellet mirabantur, et ut
non parvae rei prodigium illam verecundi sexus inpudicam in- [224]
saniam pavescebant. Puer Papirius publicum metum demit. Nam 24
in medium curiae progressus, quid ipsi mater audire institisset,
quid matri ipse simulasset, sicuti fuerat, enarrat. Senatus fidem 25
atque ingenium pueri exosculatur, consultumque facit uti posthac
pueri cum patribus in curiam ne introeant praeter illum unum
Papirium. Eique puero postea cognomentum honoris gratia de-

Edd. vicahgspdzb.] *mumque eius* chb. Vid. not. 21. *ex republica* Sv-g. — *unusne aut* h (G sup. *ut*). — *aut una* (sup. *ut*) G. 22. *ubi illa* viag. *illa ut* ch. — *defert* „apud Gellium, qui hausit hanc rem ex Catone elegantiae studioso, reperitur, quod latinius est quam *affert.*“ Zeun. — *postridie* (om. *que*) S. — *copiosae .. catervae* Mss. (AGS *copiose*) v-g „Angl.“. „Hac opus non est lectione. Nam cum *caterva* sit nomen, quod collectivum vocant grammatici, recte *caterva confluunt* dici potest.“ Zeun. *copiosa .. caterva* s-b. — *matris familias* G. 23. *illac* p2dz. „Corrige *illa.*“ Zeun. — *ista haec* BG. *istaec* Sv1. *istec* A. *ista* (om. *haec*) Bar. — *et ut .. pavescebant* om. Gell. l. c. — *non ut* Sv-g. — *impudicitiam pavescebant* S. 24. *sicut* s-bP. — *fidem pueri atque ingenium exosculabatur* G. 25. *non introeant* Edd. — *postea puero* G. — *praetex-*

berat] Zeunio verborum constructio contorta et haud dubie vitiosa esse videtur, quamobrem coniicit esse scribendum: *et silentium pueri animumque eius, ad exquirendum, everberat.* Quae opinio eo niti videtur quod putaverit *eius* esse referendum ad puerum, quum referendum sit ad mulierem. Propterea etiam *everberat* falso dicit significare quod aliis dicatur *obtundere*, „saepe rem eandem repetendo et efflagitando molestum esse et importunum“. Immo *everberat* est *stimulat atque excitat*, neque est quod cum Pritaeo e Gellii lib. I. capite 11. § 1. recipiamus *evibrat:* quamquam hic huius verbi usus non minus solitarius est quam paulo infra vocis *conpressius* pro *instantius*, et § 25. *exosculatur* pro *valde laudat*, quae Gellio debentur omnia. Vid. supra c. 5. § 3. *nec insolenter .. antiquitatis reverentiam verberemus.*

21. *una apud duos nupta esset*] Cf. Plaut. Stich. I, 2, 83. *invita quae ad virum nuptum datur.*

22. *copiosae matrumfamilias catervae*] Cf. c. 9. § 18. *multas perduellium catervas.* Pluralem numerum praeterea commendat Horatius (cf. od. III, 20, 5. et IV, 9, 43.). Similes feminarum turbas tradidit Livius XXXIV, 1.

una potius .. quam uni duae] Pontanus confert Aristaeneti epist. II, 11.: *ἀλλ' εἴθε καθάπερ οἱ ἔρωτες τῇ ἐμῇ συνομιλοῦντες ἐνδιαιτῶνται ψυχῇ, οὕτω ζηλοτυπίας χωρὶς αἱ γυναῖκες συνῴκουν ἀλλήλαις.*

24. *insaniam pavescebant*] Unum huius dictionis exemplum e prosae orationis scriptore affertur, Tacit. Annal. I, 4. *bellum pavescere.*

quid ipsi mater audire institisset] Nullum inveni locum ubi *instandi* verbum sic iungeretur cum dativo personae et cum infinitivo.

25. *exosculatur*] Vid. not. ad § 20.

creto inditum *Praetextatus*, ob tacendi loquendique in praetextata
26 aetate prudentiam. Hoc cognomentum postea familiae nostrae in nomen haesit. Non aliter dicti Scipiones, nisi quod Cornelius qui cognominem patrem luminibus carentem pro baculo regebat Scipio cognominatus nomen ex cognomine posteris dedit: sic Messala tuus, Aviene, dictus a cognomento Valerii Maximi qui, postquam Messanam urbem Siciliae nobilissimam cepit, Messala
27 cognominatus est. Nec mirum si ex cognominibus nata sunt nomina, cum contra et cognomina ex propriis sint tracta nominibus,
28 ut ab Aemilio Aemilianus, a Servilio Servilianus. Hic subiecit Eusebius: Messala et Scipio, alter de pietate, de virtute alter, ut refers, cognomina reppererunt. Sed Scropha et Asina, quae viris non mediocribus cognomenta sunt, volo dicas unde contigerint,
29 cum contumeliae quam honori propiora videantur. Tum ille: Nec honor nec iniuria sed casus fecit haec nomina. Nam Asinae cognomentum Corneliis datum est, quoniam princeps Corneliae gentis empto fundo seu filia data marito, cum sponsores ab eo
[225] sollemniter poscerentur, asinam cum pecuniae onere produxit in
30 forum, quasi pro sponsoribus praesens pignus. Tremellius vero Scropha cognominatus est eventu tali. Is Tremellius cum familia

[Mss. ABGPS.
tata v3-gb. „Hanc lectionem et sensus ratio et Gellii editionisque Colon. auctoritas confirmat." Zeun. *praetexta* Mss. *praetextae* s–z. 26. *cognomine patrem* S. — *cognomento* (om. *a*) v–g. 27. *cognominibus* (om. *ex*) P. — *Servilio* GagbP2. *Servio* ABPSvichs-zM123P567. „Neque *Servius* proprium nomen familiae fuit in republica, ut *Aemilius:* neque *a Servio Servilianus.* Nihil utroque falsius. Et tamen vulgatum occurrit in Ms. et edd. In sola anni 1607. anonymo praeside invenio *a Servilio*, quod procul dubio verum." Gron. „*Servilio* esse legendum ipsa linguae analogia docet. Etenim a *Servio* debet proficisci *Servianus*, quod autem ab hoc loco et historia est alienum." Zeun. 28. *cognomenta repererunt* chg. — *propriora* Ap2-bP. 29. *gentis cornelie* BG. 30.

26. *Cornelius*] Qua ille fuerit aetate, non liquet. Primus qui nobis cognitus sit Cornelius Scipio a. u. CCCCLVI. consul vicit Etruscos.

Messala tuus] Persona fortasse ficta ad introducenda ea quae sequuntur (vid. not. ad I, 3, 16.).

Valerii Maximi] M. Valerius Maximus Corvinus Messala consul fuit a. u. c. CCCCXCI., quem Zeunius confundit cum M. Valerio Messala illo qui biennio post Ciceronem fuit consul. Cf. Sen. de brev. vit. 13, 5. *Sane et hoc ad rem pertineat, quod Valerius Corvinus primus Messanam vicit, et primus ex familia Valeriorum urbis captae in se translato nomine Messana appellatus est, paulatimque vulgo permutante literas Messala dictus est.* Contra Freinshemius Suppl. ad Liv. XVI, 47. ipsas res evidenter ait arguere ideo potius hoc nomen Messalae impositum esse, quod Messanam a Poenis et Hierone discessu Ap. Claudii acrius infestatam illis submotis hoc reconciliato liberasset.

27. *sint tracta*] i. e. derivata. Facile patet hanc rem cum antecedenti vix posse comparari, cum illic cognomen ipsum abierit in nomen, hic e nomine derivatum sit cognomen.

a Servilio] *Servio*, quod est in plerisque libris mss., non nisi librariorum incuriae videtur deberi.

29. *Asinae cognomentum Corneliis datum est* cet.] Haec a solo Macrobio memoriae sunt prodita.

30. *Scropha*] „Aliam aeque lepidam huius cognominis causam commemorat Varro de R. R. II, 4. Tremellium enim ait quaestorem in Macedonia a praetore relictum, ut

atque liberis in villa erat. Servi eius, cum de vicino scropha erraret, subreptam conficiunt: vicinus advocatis custodibus omnia circumvenit, ne qua ecferri possit: isque ad dominum appellat restitui sibi pecudem. Tremellius, qui ex vilico rem conperisset, scrophae cadaver sub centonibus conlocat super quos uxor cubabat: quaestionem vicino permittit. Cum ventum est ad cubiculum, verba iurationis concipit: nullam esse in villa sua scropham nisi istam, inquit, quae in centonibus iacet: lectulum monstrat. Ea facetissima iuratio Tremellio Scrophae cognomentum dedit.

VII. Dum ista narrantur, unus e famulitio, cui provincia 1
erat admittere volentes dominum convenire, Evangelum adesse nuntiat cum Disario, qui tunc Romae praestare videbatur ceteris medendi artem professis. Conrugato indicavere vultu plerique de 2
considentibus Evangeli interventum otio suo inamoenum minusque

Edd. vicabgspdzb.] *qua ecferri* scripsi e coni. *qua hec ferri* (B a sec. m.) G. *qua haec ferri* APS. *que ferri* B a p. m. *qua haec efferri* v-gb. „Recte." Zeun. *qua efferri* s-z. — *in villa sua esse* A. *illa* a. — *centronibus* a. — *cognomen* v-g.

VII. *Caput VII. De Saturnaliorum origine ac vetustate: ubi et alia quaedam obiter perstringuntur.* ch-b. 1. *e famulitio* v-gb. — *cui providentia erat* G. — *videbantur* v-g. 2. *consedentibus* P. — con-

exercitui praeesset, in repentino adventu hostium milites hortatum esse, ut caperent arma et exirent contra, dictitantem, *se celeriter illos, ut scrofa porcos, disiecturum.* Cf. Ern. in Clave." Zeun. — Macrobii hanc rationem quodammodo commendat Melissi illud apud Gell. XVIII, 6, 4. *Matrona est quae semel peperit, quae saepius materfamilias: sicuti sus quae semel peperit porcetra, quae saepius scropha.*

eventu tali] Cf. c. 9. § 17. *ex eventu.*

de vicino] Hoc per se potest referri et ad locum, ut ait Terent. Andr. III, 2, 10. *clamat de via*, et ad hominem, ut ait Tacitus Ann. I, 37. *fisci de imperatore rapti*, quod Handius Tursell. vol. II. p. 188. interpretatur: „pecunia quae apud imperatorem deponebatur". Sed alteram hanc rationem commendat id quod sequitur, *vicinus*.

ne qua ecferri possit] Sic scripsi, quum hoc iis quae in libris mss. leguntur propius sit quam quod vult Zeunius, *haec efferri*, et scriptura *ecferri* mutationi magis fuerit obnoxia quam illa. Saepius talia e prioribus temporibus repetiit Macrobius. Cf. C. L. Schneider. Elementarl. p. 561.

ad dominum appellat restitui sibi pecudem] Exspectes: „dominum appellat, ut sibi restituatur". Praepositio *ad* excusatur usu qui obtinuit in digestis, infinitivus non item. Cf. Dig. IV, 4, 39. *Adversarii, ut impedirent cognitionem praesidis, ad Imperatorem appellarunt.* Drakenborch. ad Liv. IX, 26, 10.

sub centonibus] *Centones* proprie sunt culcitae vel stragula vilioris generis, qualia dabantur servis et ancillis. Cf. Festus s. v. *Prohibere comitia* p. 234. Muell.

verba iurationis concipit] Cf. Tac. Hist. III, 31. *quum cetera iuris iurandi verba conciperent*, ubi Rupertius adnotavit: „*Iuris iurandi verba concipere* dicitur qui vel ipse sollennem eius formulam conficit pronuntiatque, vel alio verba praeeunte repetit, ut h. l. et c. 41. princ." *Iuratio* legitur apud Augustin. ep. 154. et Tertull. Idol. 21.

VII, 1. *cui provincia erat admittere*] Cf. c. 15. § 9. *pontifici minori haec provincia delegabatur, ut* cet. Sic c. 6. § 19. legitur: *Mos antea senatoribus fuit .. introire*, et ibid. § 10. *Hinc deductus mos, ut* cet.

Evangelum cum Disario . . . 3. Horus] Vid. prolegg. p. xxx. sq.

placido conventui congruentem. Erat enim amarulenta dicacitate et lingua proterve mordaci, procax ac securus offensarum quas [226]sine delectu cari vel non amici in se passim verbis odia serentibus provocabat. Sed Praetextatus, ut erat in omnes aeque pla-
3 cidus ac mitis, ut admitterentur missis obviis imperavit. Quos Horus ingredientes commodum consecutus comitabatur, vir corpore atque animo iuxta validus, qui post inter pugiles palmas ad philosophiae studia migravit, sectamque Antisthenis et Cratetis atque ipsius Diogenis secutus inter Cynicos non incelebris habe-
4 batur. Sed Evangelus, postquam tantum coetum adsurgentem sibi ingressus offendit: Casusne, inquit, hos omnes ad te, Praetextate, contraxit, an altius quiddam cui remotis arbitris opus sit cogitaturi ex disposito convenistis? Quod si ita est, ut aestimo, abibo potius quam me vestris miscebo secretis, a quibus me amo-
5 vebit voluntas, licet fortuna fecisset inruere. Tunc Vettius, quamvis ad omnem patientiam constanter animi tranquillitate firmus,
6 nonnihil tamen consultatione tam proterva motus: Si aut me,

[Mss. ABGPS.

ventu S. — *lingua proterve mordaci* ABGSv-gb „2 Angl.“. „Germanior, immo germana plane lectio, quae in scripto et vetuste quoque cusis.“ Pont. *lingua proterve mendaci* P. *linguae protervae, mendacii* s-z.
3. *iuxta* om. P. — *post inter pugiles* ABGv-g. *primo inter pugiles* S. *post innumeras inter pugiles* v-bP. 4. *coetum tantum* Sv-g. — *ad se* AB (G a p. m.). — *quidem* S a p. m. — *cogitanti* vl. — *existimo* v-g. 5. *Tum* Edd. P. — *vettius* Bs-bP. *Ve tius* (eraso c) G. *Vectius* ASv-g. — *firmus esset* v-g. — *insultatione* coni. Meurs. Vid. not.

3. *ingredientes commodum consecutus*] Cf. Apul. Met. I, 22. p. 112. *Commodum coenare incipientem invenio*, et Hand. Tursell. II, p. 99.

post inter pugiles palmas] Ad praepositionum iuxta se positarum offensionem mitigandam videtur insertum esse adiectivum *innumeras*, quod non agnoscunt libri mss. a me ipso inspecti. Cf. Comm. I, 6, 73. *Inter pugiles*, et Sueton. Ner. 22. *Neque dissimulabat velle se palmarum numerum ampliare.*

Antisthenis et Cratetis atque ipsius Diogenis] Non iusto ordine hi philosophi commemorantur. Namque Antisthenes Atheniensis fuit auctor Cynicae sectae: eius discipulus fuit Diogenes Sinopensis, eiusque demum Crates Thebanus. Cf. Bruckeri hist. crit. philos. I. pp. 860, 871, 888 sqq., Suid. et Real-Encycl. d. class. Alt. Wiss. s. hh. vv.

4. *offendit*] Cf. c. 6. § 4. *Quidnam offenderint sermocinationis.*

abibo potius quam me vestris miscebo secretis] Cf. III, 16, 16. verba Titii: *Quid mihi negotii est cum istis nugatoribus potius quam potamus mulsum*, ubi vid. not. Usitatior structura esset *quam misceam*, quam solam esse latinam dicit Madvigius ad Cic. de fin. IV, 8, 23. (Vid. lat. Sprachl. § 360. Not. 4. Hand. Tursell. IV. p. 514. et Bremi. ad Corn. Eumen. 11, 4.) Cf. Plaut. Truc. II, 4, 88. *me potius non amabo quam huic desit amor.* Minus recte Kritzius ad Sal. Iug. 106, 3., et Kühner. ad Cic. Tusc. II, 22, 52. alii per ellipsin interpretantur coniunctivum: *perpessus est omnia potius quam* (id egit ut) *conscios .. indicaret.* — Denique *secreta* non sunt, ut vult Zeunius, intelligenda sensu obscoeno; immo cogitandum est de rebus quae maiestatis legibus teneantur, vel quae spectent ad evertenda sacra publica.

fecisset irruere] Vid. prolegg. p. XL.

5. *consultatione tam proterva*] „Id est *interrogatione tam proterva.* Et ita ea voce iterum usus est cap. 16. [§ 1. cf. § 37.] item cap. 17. [§ 50. Adde cap. 3. § 1.], item lib. VII. cap. 4. [§ 2. cf. § 4.], et ibid. cap. 2. [§ 3.] *qui vult amoenus esse consultor*, id est interrogator. Quod

inquit, Evangele, aut haec innocentiae lumina cogitasses, nullum inter nos tale secretum opinarere, quod non vel tibi vel etiam vulgo fieri dilucidum posset, quia neque ego sum inmemor nec horum quemquam inscium credo sancti illius praecepti philosophiae, *sic loquendum esse cum hominibus, tamquam dii audiant; sic loquendum cum diis, tamquam homines audiant:* cuius secunda pars sancit ne quid a dis petamus quod velle nos indecorum sit hominibus confiteri. Nos vero, ut et honorem sacris feriis habe- 7
remus et vitaremus tamen torporem feriandi atque otium in negotium utile verteremus, convenimus diem totum doctis fabulis [227]
velut ex symbola conferendis daturi. Nam si per sacra sollemnia 8
rivos deducere religio nulla prohibet, si *salubri fluvio mersare oves* fas et iura permittunt: cur non religionis honor putetur dicare sacris diebus sacrum studium litterarum? Sed quia vos quoque 9
deorum aliquis nobis additos voluit, facite, si volentibus vobis erit, diem communibus et fabulis et epulis exigamus, quibus ut omnes hodie qui praesentes sunt acquiescant impetratum teneo.
Tunc ille: Supervenire fabulis non evocatos haud equidem turpe 10
existimatur: verum sponte inruere in convivium aliis praeparatum nec Homero sine nota vel in fratre memoratum est, et vide ne

Edd. vicahgspdzb.]

6. *opinare* (A a p. m.) B. *opinareris* v-g. — *vel et* v-g. — *nec ego* S. — *sic loquendum*] cf. Senec. ep. 10, § 5. ubi tamen legitur: *sic vive cum hominibus tamquam deus videat*, et deinde: *cum deo.* — *indecorum* (*sit* add. a sec. m.) G. 7. *ut honorem* (om. *et*) S (BG a p. m.). — *in negotium* (om. *utile*) s-bP. „Anglicanus et item editio vetus *in negotium utile.*“ Pont. — *symbolo* v-g (h in mg. *symbola ant.*). 8. *rivos*] cf. Virg. Georg. I, 269. — *nulla religio* s-bP. — *prohibebit. si* ABG (fort. *prohibet, et si?*). 10. *Tum ille* S (G a sec. m.). — *Supervenire ... memoratum est*] Cf. Io. Saresb. VIII, 7. — *verum t'pe* (sup. *sponte*) G. — *nec ab Homero* Edd. *nec menelao* P a sec. m. — *et inde* A. 11.

monitum volui, ne quis alios [vid. App. crit.] mutantes sequatur.“ Pont. Cf. § 17. *consulentis*, et prolegg. p. XLIV.

6. *si aut me .. cogitasses*] i. e. *εἴ ἐμὲ ἐνενόησας*, si me respexisses, et infra *opinarere*, *ὑπενόεις ἄν*, suspicareris.

ne quid a dis petamus ... confiteri] Seneca l. c. (ep. 10. § 5.) apud Athenodorum ait se invenisse haec: *Tunc scito te esse omnibus cupiditatibus solutum, quum eo perveneris, ut nihil deum roges, nisi quod rogare possis palam.*

7. *velut ex symbola conferendis*] cf. c. 24. § 14.

8. *rivos deducere*] Hoc III, 3, 10. (cf. I, 15. 21.) explicatur: *rivos veteres sordidatos detergere.*

salubri fluvio mersare] i. e. ut curetur scabies, cf. c. 16. § 12. III, 3, 11 et 12. Praeterea vid. Hartung. I. p. 188 sq.

9. *si volentibus vobis erit*] „Est graecismus pro: *si vultis.* Sic apud Plat. in Phaed. 24. [p. 78. Steph.] occurrit *εἴ σοι ἡδομένῳ ἐστὶν* h. e. *si tibi placet*, et in Cratylo 1. *εἴ σοι βουλομένῳ ἐστίν*, h. e., *si vis.* Vid. Viger. de idiot. p. 202. [243.]“ Zeun. — Cf. II, 3, 14. VI, 1, 3. et 6, 1. VII, 7, 2. et 13, 11. et vid. Leopardi Emend. IV, 23 et 24. Reisig. lat. Sprachw. p. 756. cum nota Haasii.

impetratum teneo] Simili modo Itali recentiores utuntur verbo *io tengo* cum participio praeteriti.

10. *nec Homero sine nota vel in fratre memoratum est*] „Spectat Evangelus illud Homericum Il. *β'*, 408. ubi ad magnitudinem vimque amicitiae fraternae exprimendam ultro, non invitatus, Menelaus dicitur venire ad coenam Agamemnonis.“ Zeun. — Macrobius imitatus est Platonem Sympos. p. 174.

nimium arroganter tres tibi velis Menelaos contigisse, cum illi
11 tanto regi unus evenerit. Tum omnes Praetextatum iuvantes orare blandeque ad commune invitare consortium, Evangelum quidem saepius et maxime, sed nonnumquam et cum eo pariter
12 ingressos. Inter haec Evangelus petitu omnium temperatus: M. Varronis, inquit, librum vobis arbitror non ignotum ex saturis Menippeis qui inscribitur: *Nescis quid vesper vehat*, in quo convivarum numerum hac lege definit, ut neque minor quam Gratiarum sit, neque quam Musarum numerosior. Hic video excepto rege convivii tot vos esse quot Musae sunt: quid ergo perfecto
13 numero quaeritis adiciendos? Et Vettius: Hoc, inquit, nobis praesentia vestra praestabit, ut et Musas inpleamus et Gratias,
[228] quas ad festum deorum omnium principis aequum est convenire. Cum igitur consedissent, Horus Avienum intuens, quem familia-
14 rius frequentare solitus erat: In hoc, inquit, Saturni cultu, quem

[Mss. ABGPS.

convivium vel consortium A a p. m. 12. *M. Varronis ... numerosior*] cf. Gell. N. A. XIII, 11. §§ 1 et 2. et Io. Saresb. VIII, 10. — *saturis* AB (GS a p. m.) v1. *satyris* (GS a sec. m.) v3-bP. — *nempeis* S. — *vesper serus* chgb Gell. l. c. — *diffinit* S. — *nequaquam musarum* P. — *esse* om. A. — *sunt musae* v-g. — *adiiciendo* p2dz. 13. *Vettius* s-bABPS. *ve tius* (eraso *c*) G. *Vectius* v-g et hic et infra (§ 17.). — *praesentia vestra nobis* v-g. — *solitus fuerat* G. 14. *In hoc* ABGSv-gP2567. *In huius* s-bP. — *deorum* (om. *principem*) A. *deo-*

Steph. *Ὅμηρος μὲν γὰρ ... θυσίαν ποιουμένου καὶ ἑστιῶντος τοῦ Ἀγαμέμνονος ἄκλητον ἐποίησεν ἐλθόντα τὸν Μενέλεων ἐπὶ τὴν θοίνην χείρω ὄντα ἐπὶ τὴν τοῦ ἀμείνονος.*

11. *ad commune .. consortium*] Est sane pleonasmus, ut mirandum non sit, in cod. A scribere voluisse aliquem *convivium*. Cf. tamen c. 6. § 2. *ad conventus nostri societatem.*

12. *temperatus*] i. e. quasi mitigatus, abiecta illa amarulenta dicacitate, cf. § 2.

ex saturis Menippeis] „Pleraeque Varronis satyrae fuerunt Menippeae, h. e. prosa Menippi Cynici, quem infra c. 11. [§ 42.] Macrobius philosophum et servum fuisse dicit, exemplo, carminis vario genere distincta atque expolita scriptae erant. Vid. Ern. ad Fabric. bibl. Lat. p. 129.“ Zeun. — Nunc vid. F. Oehler. M. Varronis satur. Menipp. reliq. p. 21 sqq.

Nescis quid vesper vehat] cf. II, 8, 2. Vid. F. Oehler. l. c. p. 170., ubi afferuntur Virg. Georg. I, 461. et Liv. XLV, 8, 6.

ut neque minor .. numerosior] Haec Gellius XIII, 11, 2. sic interpretatur: *id est proficisci a tribus et consistere in novem, ut, cum paucissimi convivae sunt, non pauciores sint quam tres, cum plurimi, non plures quam novem.* Cf. Hor. Od. III, 19, 11. *Tribus aut novem Miscentur cyathis pocula commodis. Qui Musas amat impares Ternos ter cyathos attonitus petit Vates: tres prohibet supra Rixarum metuens tangere Gratia.*

excepto rege convivii] Vid. not. ad I, 5, 13. Sed nisi haec ab alio quodam inserta sunt, qui putaret praeter Vettium novem adfuisse convivas, Macrobius ipse erravit, sunt enim novem cum Vettio, non sine eo. Vid. prolegg. p. xxii.

13. *ut et Musas inpleamus*] i. e. earum numerum.

deorum omnium principis] Saturni. Cf. § 14.

quem familiarius frequentare solitus erat] i. e. quocum familiarius vivebat. Alias dicitur vel schola vel domus frequentari, aut certe homo non nisi ab aliis multis. Cf. Cic. Off. I, 39, 139. *si (domus) aliquando alio domino solita est frequentari*, Tac. Ann. XIII, 18. *Ne coetu salutantium frequentaretur Agrippina.* — Plusquamperfectum ponitur pro imperfecto.

deorum principem dicitis, ritus vester ab Aegyptiorum religiosissima gente [dissentit. Nam illi neque Saturnum nec ipsum Sarapim receperant] in archana templorum usque ad Alexandri Macedonis occasum: post quem tyrannide Ptolemaeorum pressi hos quoque deos in cultum recipere Alexandrinorum more, apud quos praecipue colebantur, coacti sunt. Ita tamen imperio paruerunt, 15
ut non omnino religionis suae observata confunderent. Nam quia numquam fas fuit Aegyptiis pecudibus aut sanguine sed precibus et ture solo placare deos, his autem duobus advenis hostiae erant ex more mactandae: fana eorum extra pomerium locaverunt, ut et illi sacrificii sollemnis sibi cruore colerentur nec tamen urbana templa morte pecudum polluerentur: nullum itaque Aegypti oppidum intra muros suos aut Saturni aut Sarapis fanum recepit. Horum alterum vix aegreque a vobis admissum audio: Saturnum 16

Edd. vicahgspdzb.]
rum patrem Bar. — *ritus vester* s-b Mss. M3P2. *ritus vestri* M2. *ritus videtur* v-gM1P6. — *dissentit . . . receperant* om. ABGSv-gM123P2567. — *Serapim* s-bP. Vid. § 15. — *in archana* om. P. — *usque* (om. *ad*) A. „Bar. ab aliis hoc loco longe abit: *r. v. Ae. rel. g. in arcana t. recestus non est usque Alex. Macedonis occasum* (sic)". — *. . occasum defluisse* vi. *. . occasum defuisse* c-g. — *ptolemeorum* S. *ptolomeorum* AB. *phtolomeorum* G. — *coacti* (om. *sunt*) Bar. 15. *omnino* (add. ab al. m.) G. — *fuit fas* G. — *deos placare* A — *pecudum morte* v-g (h *more*). — *Sarapis* A a. p. m. (cf. c. 20. § 13 sqq.); vl. *Serapis* (ABG a sec. m.) Sv3-bP. *syrapis* (AG a p. m.). — *recipit* AS. 16. *vix aegre* (om. *que*) s probante Pontano qui contulit apud Apul. lib. I. *curiose sedulo*, apud Catullum *iocose lepide*, apud Plautum *etiam quoque*, apud Virgil. Aen. I. *quoque et*, apud Terent. Hecyr. *ergo propterea*, apud Apul. *ergo igitur*, apud Ciceronem *quamvis licet*. — His opposuit Gronovius ex ipso Macrobio: *breviter absoluteque, manifeste clareque, presse pureque, plene et*

14. *ritus vester*] Quod pro *vester* in edd. vett. legitur, *videtur*, ortum esse videtur e scripturae compendio *v͞r*. Ita hoc compendium facile poterat intelligi, quia nullum erat in tota sententia verbum (vid. not. seq.). Sed *vester* bene se habet in ore Hori Aegyptii.

dissentit . . . receperant] Haec quum in solo codice P legantur, in quo contra desiderantur verba *in archana*, neque satis sensui sint apta, pro spuriis habenda, nec tamen, ut unius codicis auctoritate nisa, omnino tollenda esse putavi, quum in reliquis codd. mss. intercidisse quaedam appareat.

usque ad . . occasum] Cf. Cic. Acad. I, 2, 8. *post L. Aelii nostri occasum*.

tyrannide Ptolemaeorum pressi] A Tacito (Hist. II, 83.) *Ptolemaeus rex qui Macedonum primus Aegypti opes firmavit*, a Plutarcho (Is. et Osir. 25. et de solert. anim. 36.) *Ptolemaeus Soter*, sed a Clement. Alexandr. (Protrept. p. 31. B.) *Ptolemaeus Philadelphus* dicitur Sinope advexisse Sarapim.

hos quoque deos] Haec verba nomina eorum in iis quae interciderunt fuisse memorata demonstrant.

15. *religionis suae observata*] Cf. Comm. I, 20, 5. *directi cursus consueta* et prolegg. p. xxxix.

precibus et ture solo] Creuzerus II. p. 122. etiam libationes commemorat. Sed Aegyptios pecudes (κτήνεα) immolavisse docet Herodotus II, 39. Vid. Schwenck. Rel. d. Aeg. p. 14 sq.

extra pomerium] Opponitur infra: *intra muros suos*, cf. c. 9. § 6. Forcellin. s. h. v. Mueller. Etr. II, p. 147 sq.

Saturni] Schwenck. Myth. d. Aeg. p. 191. monet hunc non esse Aegyptiorum deum *Seb*; Creuzerus (II, p. 48.) inter veteres Aegyptiorum deos memorat Saturnum.

16. *alterum vix aegreque a vobis admissum*] „Serapidis, illius Aegyptiorum Aesculapii, cultus Pisone et Gabinio Coss. deiectis aris Romae

vero vel maximo inter ceteros honore celebratis. Si ergo nihil est
17 quod me hoc scire prohibeat, volo in medium proferatur. Hic
Avienus in Praetextatum expectationem consulentis remittens: Licet omnes, ait, qui adsunt pari doctrina polleant, sacrorum tamen Vettius unice conscius potest tibi et originem cultus qui huic deo penditur et causam festi sollemnis aperire. Quod cum Praetextatus in alios refundere temptasset, omnes ab eo impetraverunt ut
18 ipse dissereret. Tunc silentio facto ita exorsus est.

[229] Saturnaliorum originem illam mihi in medium proferre fas est, non quae ad archanam divinitatis naturam refertur, sed quae aut fabulosis admixta disseritur aut a physicis in vulgus aperitur. Nam occultas et manantes ex meri veri fonte rationes ne in ipsis quidem

[Mss. ABGPS.
docte, *rationabiliter vereque*, *saepe ac libenter*, *satis abundeque*, *benigne ac libenter*, *dilucide ac plane*, et Comm. I, 7. [4.] *vix aegreque* (quod h. l. legitur in p1 et 2); vid. not. 17. *sacrorum tamen omnium* ASv-g „2 Angl.“ — *Vettius* s-b (e Mss. nihil enotavi). *Vectius* v-g. — *tibi* om. B. — *Tunc ille* S Edd. 18. *Cap. VI. Saturnaliorum origo.* v. (Cap. V. i.) — *fabuli s* (ras. inter *i* et *s*) B. — *a philosophis* v. — *meri* „deleverim ut natum ex voce sequenti.“ Meurs. — *scire* Svchg.

est sublatus, quod turpium religionum et novarum superstitionum seminarium putabant. Servius ad Virg. Aen. VII. [immo VIII, 698.] *Ideo*, inquit, *monstra dixit*, *quod sub Augusto necdum Romani Aegyptiaca sacra susceperant.* Apud Romanos tamen postea istum cultum iterum esse receptum, quamquam mihi de tempore non constat, cum ex hoc Macrobii loco tum aliunde est certum.“ Zeun. — Cf. Tacit. Hist. IV, 81–83. et Tertullian. Apolog. c. 6. *Sarapidem et Isidem et Harpocratem cum suo Cynocephalo Capitolio prohibitos inferri*, *id est curia deorum pulsos*, *Piso et Gabinius consules* (a. u. c. DCXCV.) .. *eversis etiam aris abdicaverunt turpium et otiosarum superstitionum vitia cohibentes*, cf. adv. Nat. I, 10. — Valer. Max. I, 3, 3. *L. Aemilius Paulus consul* (a. u. c. DCCIII.), *cum senatus Isidis et Serapis fana diruenda censuisset*, *eaque nemo opificum attingere auderet*, *posita praetexta securim arripuit*, *templique eius foribus inflixit.* — Dio Cass. XLII, 26. *ἄλλα τε συνέβη καὶ μέλισσαι ἐν τῷ Καπιτωλίῳ παρὰ τὸν Ἡρακλέα ἱδρύθησαν· ἐτύγχανε γὰρ ἱερὰ Ἴσιδι τότε γιγνόμενα. ἔδοξε γνώμῃ τῶν μάντεων πάντα αὖθις τά τε ἐκείνης καὶ τὰ τοῦ Σαράπιδος τεμενίσματα κατασκάψαι* (a. u. c. DCCVI.). Contra ib. XLVII, 15. *τὸν μὲν οὖν ἐνιαυτὸν ἐκεῖνον* (a. u. c. DCCXI.) *ταῦτα τε οὕτως ἐποίησαν* (*ὅ τε Καῖσαρ καὶ ὁ Ἀντώνιος καὶ ὁ Λέπιδος*) *καὶ νεὼν τῷ τε Σαράπιδι καὶ τῇ Ἴσιδι ἐψηφίσαντο.* Vide praeterea quae adnotantur in ed. Hildebrand. ad Arnob. II, 73. — De scriptura nominis *Sarapis* vid. Hildebrand. ad Apul. vol. I. p. 1017.; de particulis *vix aegreque* Doederl. Synon. III. p. 94., ubi ex Apul. addas Metam. I, 14 et 19.

17. *in Praetextatum expectationem consulentis remittens*] i. e. Praetextatum provocans, ut Horo responderet. Vid. not. ad § 5.

sacrorum .. *conscius*] i. e. peritus. Cf. c. 12. § 9. *Homerus naturae conscius*; c. 14. § 3. *Aegyptios solos divinarum rerum omnium conscios*; c. 24. § 1. *hunc esse unum archanae deorum naturae conscium*; Comm. I, 1, 9. *quasi ipse veri conscius*, et 2, 18. (Vid. infra), 6, 4.: *Timaei ratio naturae ipsius conscia testis*; et infra § 18. *intra conscientiam.* De re vid. prolegg. p. XXII.

cultus qui huic deo penditur] quasi tributum, i. e. *tribuitur*, ut ait Cicero de invent. II, 53, 161.

18. *fabulosis admixta*] Cf. c. 17. § 2. et Comm. I, 2, 13 sqq., in primis § 17.

manantes ex meri veri fonte rationes] Cf. Comm. I, 2, 18. *summatibus tantum viris sapientia interprete veri archani consciis.* — *Meri* non

sacris enarrari permittitur: sed si quis illas adsequitur, continere intra conscientiam tectas iubetur. Unde quae sciri fas est Horus noster licebit mecum recognoscat. Regionem istam, quae nunc 19
vocatur Italia, regno Ianus optinuit, qui, ut Hyginus Protarchum Trallianum secutus tradit, cum Camese aeque indigena terram hanc ita participata potentia possidebant, ut regio Camesene, oppidum Ianiculum vocitaretur. Post ad Ianum solum regnum 20
redactum est, qui creditur geminam faciem praetulisse, ut quae ante quaeque post tergum essent intueretur: quod procul dubio

Edd. vicahgspdzb.]

19. *Praetextatus. Regionem* G. — *Hyginus*] in libro deperdito. *Higinius* v. — *tranlianum* S. *tralianum* vi. — *Camase* G a p. m. *camasene* (alterum *e* ex corr.) A. — *possidebat* (A a sec. m.) v-g „Melius". Meurs. Vid. not. — *camessene* (supp. *vel ena*) G. *camasene* AP.

est quod deleamus auctore Meursio; cf. Hor. Ep. I, 18, 8. *Dum volt libertas dici mera veraque virtus.*

si quis illas adsequitur] Cf. Comm. l. c. *vel haec* (mysteria) *adeptis*, et vid. Lobeck. Aglaoph. p. 105.

quae sciri fas est] sc. a vobis. Propterea posuisse videtur Macrobius passivum, quum paulo supra dixerit *mihi in medium proferre fas est.* Horatius, qui Od. IV, 4, 22, *Nec scire*, inquit, *fas est omnia*, se ipsum non excludit.

19. *quae nunc vocatur Italia*] „Italia unde nomen habet, non satis constat. Sunt, et in his Varro [R. R. II, 5. Cf. Columella praef. lib. VI., Dionys. et Servius ll. infra cc.], qui a copia et praestantia boum, quos veteres Ἰταλοὺς dixerint, eam nomen duxisse putent. Sed Servius ad Virg. Aen. I, 533. [cf. ad I, 2.] et Dionysius Ital. Ant. I, 35., quod vero similius videtur, a rege quodam Italo sic dictam esse contendunt. Alii aliam huius nominis causam afferunt. Ante illa tempora hanc regionem Graecis appellatam esse *Hesperiam* et *Ausoniam*, indigenis vero *Saturniam*, idem tradit Dionysius l. l." Zeun.

cum Camese] „Draco Corcyraeus apud Athenaeum XV, 13. Camesem seu potius Camisem non Iani fratrem sed sororem coniugemque commemorat." Zeun. — Casaubonus ad Athen. XV, 46. p. 692 e. ait in Catonis Originibus se reperire *Camisem*, fratrem Iani, ubi quidem in ed. Basil. 1530, p. 4 sqq. *Camesem* se legisse refert Creuzerus III. p. 603., qui e Berosi fragmentis p. 44 sq. ed. Richter. affert *Camesenum* cum Iano fuisse regem Italiae. Iani uxorem *Camasenen* vocavit Demophilus apud Laur. Lyd. IV, 2. (p. 150. Röth.).

aeque indigena] „Ab sententia Macrobii dissentit Aurelius Victor [orig. gent. R. c. 2.], qui Ianum Apollinis filium a Xutho Atheniensium rege adoptatum, nec patrio regno contentum, refert cum classe in Italiam devenisse atque occupato monte urbem ibidem condidisse, quam de suo nomine appellaverit Ianiculum." Zeun. — E Graecia in Italiam migrasse Ianum tradiderunt etiam Plutarchus Quaest. Rom. c. 22., Athenaeus l. c., Servius ad Virg. Aen. VIII, 357. Creuzerus l. c. p. 586. statuit e Ponto atque e Samothrace ad Etruscos eum venisse. Contra Ambrosch (Studien u. Andeut. I. p. 143 sq.) priscorum Latinorum deum eum fuisse defendit auctoritate Dionysii Hal. qui (A. R. III, 22.) eum dicit ἐπιχώριον θεόν τινα ἢ δαίμονα.

possidebant] „Σχεδιάζει Meursius, cum ex v. c. *possidebat* profert, melius opinatus. *Ianus cum Camese possidebant*, ut [Virg. Aen. I, 292.] *Remo cum fratre Quirinus Iura dabunt.*" Gron. — Apud Virgilium quidem l. c. praecedit *Cana Fides et Vesta*, sed apud Ciceronem (Phil. XII, 11, 27.) legitur: *Sulla cum Scipione .. conditiones contulerunt.*

oppidum Ianiculum] Cf. Arnob. III, 29. Aurelius Victor. l. c. nomen dicit fuisse oppidi: Athenaeus l. c., apud quem legitur Ἰάνουκλον, montis: Ovidius (Fast. I, 245.) et Virgilius (Aen. VIII, 357.) arcis.

20. *geminam faciem praetulisse*] *Bifrons* appellatur a Virgilio Aen.

ad prudentiam regis sollertiamque referendum est, qui et praeterita nosset et futura prospiceret, sicut Antevorta et Postvorta, di-
21 vinitatis scilicet aptissimae comites, apud Romanos coluntur. Hic igitur Ianus, cum Saturnum classe pervectum excepisset hospitio et ab eo edoctus peritiam ruris ferum illum et rudem ante fruges cognitas victum in melius redegisset, regni cum societate mu-
22 neravit. Cum primus quoque aera signaret, servavit et in hoc

[Mss. ABGPS.

20. *divitiarum scilicet* „videbatur referre Anglicanus ille vetus" Pont. Sed in A est *divinitatis*. 21. *et excepisset* G. — *numeravit* A (B a sec. m.). 22. *signavit* G a p. m. — *memoriam et in* AS. *memoriam*

VII, 180. et XII, 198.: διπρόσωπος a Dionysio et ab Athenaeo ll. cc.; *forma biceps* in aere signata esse dicitur Ovid. Fast. I. 230. Cf. c. 9. et Boettiger. Id. I, p. 263.

ad prudentiam regis sollertiamque] „Mihi verosimilior videtur sententia eorum, qui Ianum bifrontem de societate imperii, quod cum Saturno communicarit, satisque concorditer administrarit, intellectum volunt, adeoque ut eiusmodi imagines, quas vel nummi exhibent vel poetarum ingenium fingit carmine, bifrontes et Ianum et Saturnum significare putentur." Zeun. — Cf. c. 9. § 9. Alii geminam faciem ad commune Romuli et Tatii regnum retulerunt (cf. Serv. ad Virg. Aen. I, 291. et XII, 198. Niebuhr. Röm. Gesch. I. p. 324. Schwenck. Myth. d. Röm. p. 132.). Plutarchus l. c. duplicem affert causam: πότερον ὅτι .. μετέβαλε καὶ γλῶτταν καὶ δίαιταν; ἢ μᾶλλον ὅτι τοὺς περὶ τὴν Ἰταλίαν .. εἰς ἕτερον βίου σχῆμα .. μετέβαλε καὶ μετεκόσμησε; Creuzerus l. c. p. 593. citato Gavio Basso apud Lydum l. c. ait geminam faciem Iani eo a nonnullis fuisse relatum, quod hominum preces ab hominibus ferret ad deos, ut altera facies ad deos, altera ad homines videretur conversa. Miram Varronis interpretationem profert Augustinus de civ. dei VII, 8.: *Duas enim facies ante et retro habere dicitur, quod hiatus noster, cum os aperimus, mundo similis videatur, ... a quo hiatu oris et foras esse aditum ad dentes versus et introrsus ad fauces.* Servius ad Virg. Aen. VII, 607. ait Ianum bifrontem significare solis ortum et occasum, quadrifrontem quattuor tempora anni.

qui .. prospiceret] Cf. c. 20. § 5.

Antevorta et Postvorta] „In Fastis [I, 633.] est: *Porrima placatur, Postvertaque, sive sorores, Sive fugae comites, Maenali diva, tuae.*" Pont. Adde quae sequuntur: *Altera quod porro fuerat cecinisse putatur: Altera versurum postmodo quidquid erat.* — *Maenali diva* est Carmenta, mater Evandri, cf. c. 5. § 1. Apud Gellium XVI, 16, 4., duae commemorantur Carmentes, *quarum altera Postverta cognominata est, Prosa altera: a recti perversique partus et potestate et nomine*, quae verba dicuntur esse M. Varronis. Cf. Serv. ad Virgil. VIII, 336. Ambrosch. Religionsbüch. d. Röm. p. 13.

divinitatis] Liv. I, 7, 8. *venerabilior divinitate credita Carmentae matris, quam fatiloquam .. miratae hae gentes fuerant*, cf. Virg. Aen. VIII, 340.

21. *cum Saturnum .. excepisset hospitio*] Cf. Ovid. Fast. I, 233 sqq. Aurel. Vict. de orig. gent. R. c. 3., Lactant. I, 13, 7., Minut. Fel. Octav. 23, 9.

cum .. victum in melius redegisset] „Memoriam huius beneficii quod Saturnus Aboriginibus praestitit, continere videtur gemma apud Begerum ad Florum in Tr. de Rom. orig. p. 4., ubi senex cum falce et fasciculo aristarum expressus conspicitur." Zeun. — Cf. Plutarch. Num. 19. Virgil. Aen. VIII, 314 sqq., Aurel. Vict. l. c. Minut. l. infra c.

22. *Cum primus quoque aera signaret*] „Cf. Minutius Fel. 22, 9. et Cyprian. de idolorum vanitate I, 3." Zeun. — Adde Tertull. Apol. 10. Athen. XV, 46. p. 692 e. Aurel. l. c. Isidor. Orig. XVI, 18, 3. Contra Plinius XXXIII, 3 s. 13. § 43. Servium regem primum ait signavisse aes. Vid. not. seq.

servavit et in hoc Saturni reveren-

Saturni reverentiam, ut, quoniam ille navi fuerat advectus, ex una quidem parte sui capitis effigies, ex altera vero navis exprimeretur, quo Saturni memoriam in posteros propagaret. Aes ita fuisse signatum hodieque intellegitur in aleae lusum, cum pueri [230] denarios in sublime iactantes *capita aut navia* lusu teste vetustatis exclamant. Hos una concordesque regnasse vicinaque oppida 23 communi opera condidisse praeter Maronem, qui refert:

Ianiculum huic, illi fuerat Saturnia nomen,

etiam illud in promptu est, quod posteri quoque duos eis continuos menses dicarunt, ut December sacrum Saturni, Ianuarius alterius vocabulum possideret. Cum inter haec subito Saturnus 24

Edd. vicahgspdzb.]

etiam in v-gb „recte" Zeun. — *Aes ita* Mss. v-gb „2 Angl." (in B sup. *Nec*). *ita* (om. *aes*) s-z. — *in aleae lusum* APSvi. *in al e esum* (sup. ad. *lu*) B. *in alea usum* (sup. *a* add. *e*; ante *u* est ras.) G. *in aleae lusu* c-b. — *navim a lusu* S. *navim lusu* v-g. 23. *concordes* (om. *que*) v-g. — *vicineque* A. — *opera communi* v-g. — *Maronem*] Aen. VIII, 358. — *qui fert* A. — *hinc* S. 24. *augmenta* A (B a sec. m.) s-bP. *augtiam*] Cf. Plutarch. Quaest. Rom. 41. *πότερον, ὡς οἱ πολλοὶ λέγουσιν, ἐπὶ τιμῇ Κρόνου πλοίῳ διαπεράσαντος εἰς Ἰταλίαν;* Ovid. Fast. I, 235.

ut .. ex una quidem parte sui capitis effigies, ex altera vero navis exprimeretur] Ovid. l. c., 229. dicit in universum *navalem formam* signatam fuisse in altera parte, Aurelius Vict. l. c. *navem*, Plinius l. c. *rostrum navis*, (quod quidem maxime convenit cum assibus Romanis ad nostram aetatem servatis, vid. Creuzer. l. c. vol. III. tab. III, 10. b.), Plutarchus l. c. *πλοίου πρύμναν ἢ πρῷραν*, Athenaeus l. c. *ἢ σχεδίαν ἢ στέφανον ἢ πλοῖον*. Zeunius adnotavit M. Baebii Cos. nummum exstare apud Begerum l. c. pag. 3, cuius una pars effigiem bifrontem exhiberet, altera tres naves.

quo Saturni memoriam in posteros propagaret] „Hinc Naso [l. c. 239.] *At bona posteritas puppim signavit in aere Hospitis adventum testificata dei.*" Pont.

in aleae lusum] Cf. c. 12. § 26. *quod in aedem eius omne genus herbarum sit*, et Krueger. Gramm. § 382. not. 4.

denarios] „Cave denarios pro argenteis nummis accipias, sed pro asse ex aere. Quin et minutior moneta ex aere, sic appellatur." Harduin. ad Plin. l. c. — Cf. Vopisc. Aurelian. 9. *aeris denarios centum.*

capita aut navia] „Affinis huic lusui ille Augusti [Sueton. Aug. 71, cf. Horat. Sat. II, 3, 248.] *par impar.* Graecis est *ζυγὰ ἢ ἄζυγα* [Schol. in Aristoph. Plut. 817. *παίζομεν ἄρτια ἢ περισσά, ... ὅπερ ἐν τῇ συνηθείᾳ ζυγὰ ἢ ἄζυγα λέγομεν.*]. Vide et Festum [p. 168 et 169. Muell.; vid. not. Scaligeri p. 529. Lind.] qui *lignum excavatum* interpretatur *ut navis.*" Pont. — Est igitur parvi navigii genus quod Bavari dicunt *Einbaum.* Cf. Pompon. Mel. III, 7. *Arundinum fissa internodia, veluti navia, binos et quaedam ternos etiam vehunt.* — Paulo aliter hunc ludum describit Aurel. Vict. de orig. gent. R. 3, 5. *Unde hodieque aleatores posito nummo opertoque optionem collusoribus ponunt enuntiandi quid putent subesse, caput aut navem: quod nunc vulgo corrumpentes naviam dicunt.*

23. *Hos .. regnasse .. praeter Maronem .. etiam illud in promptu est quod .. dicarunt*] Valde contorta est verborum structura. Aut dicendum erat: *Ad comprobandum hos .. regnasse .. praeter Maronis verba .. etiam illud in promptu est, quod .. dicarunt*, aut: *Hos .. regnasse in promptu est* (cf. Lucret. II, 148 et 246): *idque praeter Maronem .. etiam illud comprobat, quod .. dicarunt.*

alterius vocabulum possideret] i. e. nomen a Iani nomine tractum haberet.

24. *Cum .. Saturnus non con-*

non conparuisset, excogitavit Ianus honorum eius augmenta. Ac primum terram omnem ditioni suae parentem Saturniam nominavit: aram deinde cum sacris tamquam deo condidit, quae Saturnalia nominavit. Tot seculis Saturnalia praecedunt Romanae urbis aetatem. Observari igitur eum iussit maiestate religionis quasi vitae melioris auctorem: simulacrum eius indicio est, cui falcem, insigne messis, adiecit. Huic deo insertiones surculorum pomorumque educationes et omnium huiuscemodi fertilium tribuunt disciplinas. Cyrenenses etiam, cum rem divinam ei faciunt, ficis recentibus coronantur placentasque mutuo missitant, mellis et fructuum repertorem Saturnum aestimantes. Hunc Romani etiam

[Mss. ABGPS.

mentum (B a p. m.; G a sec. m) Sv-g „Angl.“ *argumentum* G a p. m. — *Romae urbis* h. — *actorem* (sup. *u*) G. — *adiacet* (BG a p. m.). 25. *insitiones* g in mg. — *huiuscemodi* BG (AS a sec. m.). *cuiuscemodi* (A a p. m.) s-bP. *ciuscemodi* v-g. *eiusmodi* S. — *et mellis* S. — *existimantes* S. *extimantes* v-g. — *sterculum* A (B a p. m.) Gs-bP.

paruisset] Cf. Ovid. Fast. I, 237 sq. *Inde diu genti mansit Saturnia nomen: Dicta quoque est Latium terra, latente deo.* Sic Latium terram dictam esse a latendo referunt etiam Virgil. Aen. VIII, 322 sq., Arnob. IV, 24., Lactant. I, 13, 10., Minuc. Fel. 22, 10. *Late Saturniam terram*, ex Ennio protulit Varro L. L. V, 42., *Saturnia arva* dicit Latium Virgil. Aen. I, 569., *Saturnia Italia* legitur apud Festum l. XVIII. p. 322. Muell. Cf. Iustin. XLIII, 1. Virg. Georg. II, 173. Dionys. Hal. A. R. I, 34.

quasi vitae melioris auctorem] Cf. c. 10. § 19. *quasi vitae cultioris auctores.* Zeun. confert Dionys. Hal. A. R. I, 38. *πάσης εὐδαιμονίας δοτῆρα καὶ πληρωτὴν ἀνθρώποις.*

falcem, insigne messis] Cf. Festus p. 325. *culturae agrorum praesidere videtur, quo etiam falx est ei insigne;* August. de civ. d. VII, 19. *Falcem habet, inquit* (Varro), *propter agriculturam;* Arnob. VI, 25. *Falx messoria, quae est attributa Saturno;* ib. c. 12. *Saturnus cum obunca falce, custos ruris ut aliquis ramorum luxuriantium tonsor;* Plut. Quaest. Rom. 42. *ἢ ὅτι καρπῶν ἀρετῆς ἢ γεωργίας ἡγεμὼν ὁ θεὸς; ἡ γὰρ ἅρπη τοῦτο σημαίνει.* Isidor. Orig. VIII, 11, 32. Contra Ch. Walzius de relig. Roman. antiquissima p. 13. reprehendit Buttmannum qui Mytholog. II. p. 29. Saturnum diis agrestibus adnumeratum esse putaret: nam profundiorem huius numinis sensum recte intellexisse eos quos sequeretur Plutarchus Quaest. Rom. 17. *τὸν δὲ Κρόνον ἡγοῦνται θεὸν ὑπουδαῖον καὶ χθόνιον.* Cf. Boettiger. Ideen. I. p. 224 et 228 sq. Saturnus dicitur *falcifer* ab Ovidio Fast. I, 234. Ib. 218., a Martiale XI, 6, 1., ab Arnobio III, 29. Cf. Creuzer. III, tab. III, et p. 201.; Merkel. p. ccxxx. Klausen. p. 862.

25. *insertiones surculorum*] Cf. August. ep. 20, 20. *insertio oleastri*, Colum. Arbor. 8, 2 et 3. *surculus insertus.* Saepius dicitur *arborum insitiones;* cf. Cic. Sen. 15, 54., Plin. N. H. XVII, 14. s. 24., Colum. V, 11., Pallad. lib. XIV.

pomorumque educationes] Cf. Plin. N. H. XVI, 25. s. 39. *educatio in pomo est.*

omnium huiuscemodi fertilium .. disciplinas] i. e. omnia quae pertinent ad arborum fructiferarum culturam.

ficis recentibus coronantur] Ficis aridis redimiebantur puellae in mysteriis Bacchicis. Vid. Creuzer. IV. p. 93.

mutuo missitant] Cf. § 32 et 33. c. 11., § 49.

mellis] Huc referendae sunt placentae. Cf. II, 8, 3., Hor. Ep. I, 10, 11. *Pane egeo iam mellitis potiore placentis*, Cato R. R. 76.

fructuum repertorem] Cf. c. 10. § 19. *quod Saturnus eiusque uxor tam frugum quam fructuum repertores esse credantur.* Arnob. III, 29. *vitisatorem falciferam*, IV, 9. *Saturnum praesidem sativis.* Augu-

Stercutum vocant, quod primus stercore fecunditatem agris conparaverit. Regni eius tempora felicissima feruntur, cum propter 26
rerum copiam tum quod nondum quisquam servitio vel libertate discriminabatur: quae res intellegi potest, quod Saturnalibus tota servis licentia permittitur. Alia Saturnaliorum causa sic traditur. 27
Qui erant ab Hercule in Italia relicti, ut quidam ferunt, irato, [231]
quod incustoditum fuisset armentum, ut nonnulli aestimant, consulto eos relinquente, ut aram suam atque aedem ab incursionibus tuerentur: hi ergo cum a latronibus infestarentur, occupato

Edd. vicahgspdzb.] *stercutium* (Sh in mg) *H*1P6. *sterculum* P7. *sterculium* B a sec. m.; v-gM123P2. *sterculitum* S in mg.; P5. „Scriptus *stergutius*, quod valet *stercutius*." Pont. (in A nihil eiusmodi est). — *prius* v-g. 26. *cuius* S a p. m. — *tum propter* A a sec. m. — *tum etiam* Edd. — *tuta* g in mg. 27. *incursoribus* A (corr. in *sion*). — *ii ergo* a-g. *hi enim*

stin. C. D. VII. 13. *penes quem sationum omnium dominatus est.*

Stercutum vocant] „Nec de scriptura, nec de viro, cui hoc nomen tributum sit, satis inter scriptores convenit. Apud Lactantium quidem Inst. I, 20. commemoratur quidam *Stercutus*, qui stercorandi agri rationem primus induxerit, diversus a Saturno. Sed in scriptura admodum discrepanter inter se reperiunter codd. et edd. Alii enim habent *Sterculus*, alii *Sterculius*, alii *Stercutius*, alii *Sterculinus*, alii *Stercus*, alii denique *Sterculluius*. Eadem fere variatio deprehenditur in libris Macrobii, Tertulliani Apol. 25. lib. II. ad Nat. c. 9., Augustini Civ. D. XVIII, 15. et Plinii N. H. XVII, 9. [s. 6.], apud quem occurrit rex Italiae *Stercutus*, Fauni filius, cui ob inventum agrorum stercorandorum immortalitas fuerit tributa. Isidorus Orig. XVII, 1. [3.]: *Stercorandi*, inquit, *agri rationem primus induxit quidam nomine Stercutus in Italia, cuius ara a Pico dedicata est Romae.* Verum certe nomen esse trisyllabon intelligitur ex metri ratione apud Prudentium περὶ στεφανῶν 450, ubi poeta canit: *Ianum bifrontem et Sterculum Colit senatus .. Et festa Saturni senis.* Ceterum non *Sterculum* sed *Stercutum* legendum esse mihi fit probabile ex eo, quod forma deminutivi quam habet *Sterculus* a re et persona est aliena. Ad analogiam *Stercutus* vero accedit aliquo modo *Matuta*." Zeun. — Vid. Hartung. II. p. 128., ubi etiam Serv. ad Aen. XI, 850. et Georg. I, 21. citatur, et Merkel. p. ccxxxi. Klausen. p. 862.

26. *quod nondum .. discriminabatur*] Cf. Iustin. XLIII, 1. *Saturnus tantae iustitiae fuisse traditur, ut neque servierit sub eo quisquam, neque quidquam privatae rei habuerit: sed omnia communia et indivisa omnibus fuerint, veluti unum cunctis patrimonium esset.*

quae res intellegi potest, quod .. permittitur] i. e. inde quod. Cf. § 37. et Iustin. l. c. *Ob cuius exempli memoriam cautum est, ut Saturnalibus exaequato omnium iure passim in conviviis servi cum dominis recumbant.* Sen. ep. 47, 12. *Instituerunt diem festum, non quo solo cum servis domini vescerentur, sed quo utique honores illis in domo gerere, ius dicere permiserunt et domum pusillam rem publicam esse iudicaverunt.* Athen. XIV, 44. p. 639 b. ταῖς τῶν Κρονίων ἡμέραις, ἐν αἷς Ῥωμαίων παισὶν ἔθος ἐστὶν ἑστιᾶν τοὺς οἰκέτας αὐτοὺς τὰς τῶν οἰκετῶν ἀναδεχομένους λειτουργίας. Dio Cass. LX, 19. ἐπειδήπερ ἐν τοῖς Κρονίοις οἱ δοῦλοι τὸ τῶν δεσποτῶν σχῆμα μεταλαμβάνοντες ἑορτάζουσι. Martial. XI, 6., XIV, 1. Vid. Lips. Saturn. serm. I, 2. Hartung. II. p. 125 sqq.

27. *Qui erant ab Hercule in Italia relicti*] „Rem fere eandem commemorat Dionysius A. R. I. [34. et] 44." Zeun. — Aliam remanendi caussam affert Dionysius l. c.: ἐξ ὧν τινες Ἡρακλέα παραιτησάμενοι τῆς πραγματείας ἀφεθῆναι περὶ ταῦτα τὰ χωρία ὑπέμειναν.

occupato edito colle] „Dionys. Hal. A. R. I, 34. ait hunc ipsum fuisse

edito colle Saturnios se nominaverunt, quo ante nomine etiam idem collis vocabatur: et quia se huius dei senserunt nomine ac religione tutos, instituisse Saturnalia feruntur, ut agrestes vicinorum animos ad maiorem sacri reverentiam ipsa indicti festi obser-
28 vatio vocaret. Nec illam causam quae Saturnalibus adsignatur ignoro, quod Pelasgi, sicut Varro memorat, cum sedibus suis pulsi diversas terras petissent, confluxerunt plerique Dodonam et incerti, quibus haererent locis, eiusmodi accepere responsum:

Στείχετε μαιόμενοι Σικελῶν Σατούρνιον αἶαν
Ἠδ' Ἀβορειγενέων, Κοτύλην, οὗ νᾶσος ὀχεῖται,
Οἷς ἀναμιχθέντες δεκάτην ἐκπέμπετε Φοίβῳ
Καὶ κεφαλὰς Ἅιδῃ καὶ τῷ πατρὶ πέμπετε φῶτα·

acceptaque sorte, cum Latium post errores plurimos adpulissent,
29 in lacu Cutiliensi enatam insulam deprehenderunt. Amplissimus

[Mss. ABGPS.

v1. *illi* (om. *ergo*) v3. — *excelso colle* G a p. m. — *etiam nomine* S. — *eius dei* S. — *Saturnalia* add. a sec. m. A. 28. *haerent* (sup. add. *re* a sec. m.). *adhaererent* v-g. — *Στείχετε ... φῶτα* om. A nullo spatio relicto; G add. *ut in Gr.*; P spatio relicto vacuo. Cf. Dionys. A. R. I. c. 19. — *CTEXETE MAIOMENOIC . KEΛON* B (P2 . . *NOICI . KEΛΛON*). — *σικελὰν* S. — *Σατούρνιον* Sv1aM13 „v. c.“ Meurs. *CATOYNION* BM2 (P2 . . *NTON*). *σατουρνίαν* v3ch-bP7. *Σατορνίαν* Dionys. *σατουρνία* i. — *Ηδ'* c-z. *ἤδ'* v3ib. *τήνδ'* v1. — *Ἀβορειγενέων* BSv1P2. *Ἀβοριγενέων* v3-b. *Ἀβοριγινέων* Dionys. — *οὐ νᾶσος* Sichg. *OINACOC* B. *AIANAAB* P2. — *ὀχεῖτε* S. — *οἷς* BSv1aP27 Dionys. „v. c. melius. Nam Aborigines intelligit.“ Meurs. *αἷς* v3ich-b. — *ἐκπέμπετε* BSv1P267. *ἐκπέμψατε* v3-b Dionys. — *ἅδῃ* Edd. (v3 *ἅδην*). *Κρονίδῃ* Dionys. Vid. not. ad § 31. In S. additur: „*Ita quaerentes siciliam saturniam terram aboriginumque ubi insula vehitur: quibus permixti decimam emittite phebo et capita plutoni et patri mittite hominem.*“ — *Cutiliensi enatam* ABGS

collem qui postea Capitolinus dictus fuerit.“ Zeun. — Cf. Varro L. L. V, 42. *Hunc* (Capitolinum) *antea montem Saturnium appellatum prodiderunt*, et 45. *qui cum Hercule Argivo venere Romam et in Saturnia subsederunt*. Festus s. v. *Saturnia* p. 322. Muell. *mons, qui nunc est Capitolinus, Saturnius appellabatur, quod in tutela Saturni esse existimatur*.

Saturnios] Cf. Fest. l. c. *Saturni quoque dicebantur qui castrum in imo clivo Capitolino incolebant*. Cf. c. 10. § 4.

28. *Pelasgi* cet.] „Rem disce ex Dionys. Hal. Ant. I, 19.: *Οἱ δὲ Πελασγοὶ (τυγχάνουσι γὰρ ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ κατὰ δαίμονα περὶ Κοτύλην πόλιν Ἀβοριγίνων αὐλισάμενοι, πλησίον τῆς ἱερᾶς λίμνης) ὡς τήν τε νησίδα τὴν ἐν αὐτῇ περιδονουμένην κατέμαθον, καὶ παρὰ τῶν αἰχμαλώτων, οὓς ἐκ τῶν ἀγρῶν ἔλαβον, ἤκουσαν τὸ τῶν ἐπιχωρίων ὄνομα, τέλος ἔχειν σφίσι τὸ θεοπρόπιον ὑπέλαβον. Ὁ γὰρ ἐν Δοδώνῃ γενόμενος αὐτοῖς χρησμὸς, ὅν φησι Λεύκιος Μαμίλιος ἀνὴρ οὐκ ἄσημος αὐτὸς ἰδεῖν ἐπί τινος τῶν ἐν τῷ τεμένει τοῦ Διὸς κειμένων τριπόδων γράμμασιν ἀρχαίοις ἐγκεχαραγμένον.* Tum sequitur ipsum oraculum quod apud Macrobium expressum vides.“ Zeun.

Στείχετε cet.] „Hoc oraculum auctore Dionysio Hal. l. c. in quodam tripode aedis Iovis inscriptum exstat quoque apud Stephanum Byzant. s. v. *Aborigines*. Lactantius vero Inst. I, 21. ex Varrone ultimum tantum illius laudat versum.“ Zeun.

Σικελῶν] Cf. Dionys. I, 16. *Τὴν μὲν δὴ πρώτην οἴκησιν Ἀβοριγῖνες ἐν τούτοις λέγονται ποιήσασθαι τοῖς τόποις, . . ἐντεῦθεν δὲ ὁρμώμενοι τοῖς τε ἄλλοις βαρβάροις καὶ πάντων μάλιστα Σικελοῖς ὁμοτέρμοσιν οὖσιν ὑπὲρ τῆς χώρας ἐπολέμουν.*

accepta sorte] Cf. c. 6. § 15.

in lacu Cutiliensi] Cf. Plin. N. H. III, 12. s. 17. § 109. *In agro Reatino Cutiliae lacum in quo*

enim cespes, sive ille continens limus seu paludis fuit coacta compage virgultis et arboribus in silvae licentiam comptus, iactantibus per omnem fluctibus vagabatur, ut fides ex hoc etiam Delo facta sit, quae celsa montibus, vasta campis, tamen per maria migrabat. Hoc igitur miraculo deprehenso has sibi sedes praedictas esse di- 30 dicerunt, vastatisque Siciliensibus incolis occupavere regionem decima praedae secundum responsum Apollini consecrata erectisque [232

Edd. vicahgspdzb.] (s-bP *Cutyl.* „vera scriptura" Zeun.). *cutiliensic natam* i. *cutiliensi natam* v. *cutuliensium natam* c-g (c in mg. „al. *Cutiliae*"; h. in mg. „Al. *Cutiliae. Cutiliensi enatam* ant."). 29. *per omnem* B a p. m.; G. *per omnem lacum* A*. *per omne mare* Sv-g. *per amnem* B a sec. m. s-bP. „De Cutiliensi lacu loquitur, quem an *amnem* recte dixerimus, cogitemus." Pont. — *etiam ex hoc* G. — *migrabat* A*BGSv-g „2 Angl.". *ambulabat*

fluctuet insula Italiae umbilicum esse M. Varro tradit; et Dionys. I, 15. Ἀπὸ δὲ σταδίων ἑβδομήκοντα Ῥεάτου Κοτυλία πόλις ἐπιφανής, .. ἧς ἐστιν οὐ πρόσω λίμνη τεττάρων πλέθρων ἔχουσα τὴν διάστασιν κ. τ. λ. Vid. infra. Nunc vocatur *Lago di Contiglione.*

enatam] Malim scriptum *vectam* vel *nantem* propter ea quae antecedunt, οὗ νᾶσος ὀχεῖται, et quae sequuntur, *fluctibus vagabatur.* Vid. not. seq.

29. *Amplissimus enim cespes ... fluctibus vagabatur*] Cf. Dionys. l. c.: ἡ δὲ νῆσος .. αὐίδρυτός ἐστι καὶ περινήχεται πολλαχῇ, δινοῦντος αὐτὴν ἄλλοτε κατ' ἄλλους τόπους τοῦ πνεύματος. Χλόη δέ τις ἐν αὐτῇ φύεται βουτόμῳ προσεμφερὴς καὶ θάμνοι τινὲς οὐ μεγάλοι. Senec. Nat. Quaest. III, 25, 6 sqq. *Ipse ad Cutilias natantem insulam vidi... Cutiliarum insula et arbores habet et herbas nutrit, tamen aqua sustinetur et in hanc atque illam partem non tantum vento impellitur, sed et aura... Ipsius insulae materia vectabilis .. non est corporis solidi, quamvis arbores alat. Fortasse enim leves truncos frondesque in lacu sparsas pinguis humor apprehendit ac vinxit... Quae ubi purgamenta aquarum coaluerunt, ex spuma solidantur,* ubi vid. Koeleri notam; Varron. L. L. V, 10, 72. *Commotiae ad lacum Cutiliensem a commotu, quod ibi insula in aqua movetur;* Plin. l. c. et II, 95. s. 96. *ad Cutilias aquas opaca silva, quae nunquam die ac nocte eodem loco visitur.*

continens limus] Cf. Liv. II, 53. *ita in vadis haesitantis frumenti acervos sedisse inlitos limo. Insulam inde paulatim factam.* Vox *continens* quaeritur num opponatur voci *paludis* an verbis *coacta compage?* Verborum collocatio prius illud videtur commendare, ut *continens limus* sit limus terrenus. Quod si ita est, Macrobius nimia libertate secutus est exempla qualia haec sunt: Livius XLIV, 28, 12. *qui propiores continenti litori erant,* et Horat. Carm. II, 18, 22. *parum locuples continente ripa.*

coacta compage] Similiter translato quidem sensu ait Tacitus Hist. IV, 74. *compages haec coaluit,* et Iuvenalis VI, 618. *fracta compage.*

in silvae licentiam comptus] i. e. arboribus consitus, quae tam libere crescerent, ut silva quaedam fieret.

per omnem] sc. lacum. Obtemperavi codicum plerorumque auctoritati. Neque tamen negaverim Macrobium *amnem* pro aqua potuisse dicere.

per maria migrabat] Delum Virgilius dicit Aen. III, 75. *oras et litora circum errantem;* Plin. N. H. IV, 12. s. 22. § 66. *diu fluctuatam.*

30. *vastatisque Siciliensibus incolis*] Cf. Dionys. I, 16. οἵ τοὺς Σικελοὺς ἄγοντές τε καὶ φέροντες διετέλουν, ἐπειδὴ τὴν ἑαυτῶν ἐξέλιπον.

decima praedae Apollini consecrata] Fest. s. v. *Potitium*, p. 237. Muell. *Hercules cum .. decimam bovum .. profanasset.* Aurel. Vict. orig. gent. R. 6, 5. *Tum Recaranus sub Aventino Inventori Patri aram dedicavit, appellavitque Maximam, et apud eam decimam pecoris profanavit.* Dionys. I, 44. θύσας τοῖς θεοῖς τὰς δεκάτας τῶν λαφύρων.

Diti sacello et Saturno ara, cuius festum Saturnalia nominarunt.
31 Cumque diu humanis capitibus Ditem et virorum victimis Saturnum placare se crederent propter oraculum in quo erat:

Καὶ κεφαλὰς Ἅιδῃ, καὶ τῷ πατρὶ πέμπετε φῶτα,

Herculem ferunt postea cum Geryonis pecore per Italiam revertentem suasisse illorum posteris, ut faustis sacrificiis infausta mutarent inferentes Diti non hominum capita sed oscilla ad humanam effigiem arte simulata, et aras Saturnias non mactando viro

[Mss. ABGPS.

s-bP. 30. *erectis* (om. *que*) v-g. 31. *Saturnum* om. S. — *καὶ .. φῶτα* om. A (G add. *ut in gr.*). — *similata* „libens rescribo, id erit ficta et formata. Saepicule haec vox in melioribus libris corrupta." Pont. — *viro* ABS (G ab ead. m. add. *s*) v1. *viros* v3-bP „Sic quas inspexi editiones. Chartaceus tamen *viro.* Quod sane verba oraculi desiderant, et reiectum apparet ab illis qui non adverterant singulis paginis a Cicerone et Livio eiusmodi ablativos libenter poni, ut *defendenda*

erectisque Diti sacello et Saturno ara] Cf. c. 11. § 48. *in sacellum Ditis arae Saturni cohaerens.*

31. *virorum victimis Saturnum placare se crederent*] i. e. Saturno litari vel sacra ei accepta esse crederent. Cf. III, 5, 4. *litare, quod est sacrificio facto placasse numen.* Dionys. A. R. I, 38. *ἀπομειλιττομένους τὴν τοῦ θεοῦ μῆνιν.* Lucian. Saturnal. 1. *Ὦ Κρόνε .. σοὶ τέθυται καὶ κεκαλλιέρηται παρ' ἡμῶν.* — „Priscos Italiae incolas, Carthaginienses, Gallos et alias quasdam orientales gentes [immo *τισὶ τῶν ἑσπερίων ἐθνῶν* habet Dionysius] Saturno victimas humanas immolasse tradit Dionys. Hal. A. R. I, 38. De Carthaginiensibus rem confirmat quoque Silius Ital. IV, 767., Tertull. Apol. I, 9, et Minut. Fel. 30, 3., qui tradit quoque Gallos humanas victimas immolasse, sed Mercurio. Herculi ipsi Poenos quotannis victimam humanam obtulisse auctor est Plinius N. H. XXXVI. 5. [s. 4, 12. § 39.]. De Molochi Orientalium dei cultu per humanas victimas res nota est ex libris divinis." Zeun. — Vid. Lactant. I, 22, 9. Hildebrand. ad Arnob. II, 68., ubi legitur: *Ante adventum in Italia Herculis cum ex Apollinis monitu patri Diti ac Saturno humanis capitibus supplicaretur: et hunc similiter morem non fraude callidula et nominum ambiguitate mutastis?* Pellegrino Andeut. p. 88., Klausen. p. 864.

Καὶ κεφαλὰς Ἅιδῃ] „In Lactantio [I, 21, 7. cf. Dionys. Hal. A. R. I, 19.] tamen est *καὶ κεφαλὰς Κρονίδῃ.* At abnuit Macrobius qui Ditem capitibus, Saturnum vero viris ait placatum. *Ἅιδῃ* itaque in Firmiano refingendum sit, et *τὸ πατρὶ* Saturnum denotaverit." Pont. — „Quasi *Ἅιδης* non esset *Κρονίδης*. Omnino certam putamus Lactantii lectionem et utroque Macrobii loco *Ἅιδης* videtur fuisse explicatio glossae *Κρονίδης*: nam ita legitur etiam apud Dionysium Hal. et Stephanum in *Ἀβοριγῖνες*, qui de Dionysii lectione dubitari non permittit." Gron.

Herculem .. postea ... revertentem] „Rem copiose enarrat Dionys. Hal. A. R. I, 39 seqq. et Liv. I, 7." Zeun. — Adde Aurel. Vict. de orig. gent. R. c. 7 sq. et vid. not. seq.

suasisse illorum posteris, ut faustis sacrificiis infausta mutarent] Cf. infra c. 11. § 48., Dionys. I, 38., Ovid. Fast. V, 625 sqq., Festus s. v. *sexagenarios* p. 334. Muell. et s. v. *Potitium*, p. 237., Plut. Quaest. Rom. 32., Arnob. II, 68., Lactant. I, 21, 8., Hartung. II, p. 105. Creuzer. II, p. 654.

oscilla ad humanam effigiem arte simulata] Cf. c. 11. § 48., *oscilla quaedam*, et ibid. paulo supra: *capita non viventium sed fictilia.* Dionysius l. c. commemorat: *εἴδωλα ἀνδρείκελα, εἴδωλα μορφαῖς ἀνθρώπων εἰκασμένα τριάκοντα τὸν ἀριθμόν*, Plutarchus l. c. *εἴδωλα* tantum. Scirpea fuisse dicuntur haec simulacra ab Ovid. l. c. 622., Varrone VII, 44. (cf. V, 45.), Festo l. c., Lactant. l. c. Non confundenda sunt haec

sed accensis luminibus excolentes, quia non solum virum sed et lumina φῶτα significat. Inde mos per Saturnalia missitandis ce- 32
reis coepit. Alii cereos non ob aliud mitti putant quam quod hoc principe ab incomi et tenebrosa vita quasi ad lucem et bonarum artium scientiam editi sumus. Illud quoque in litteris in- 33
venio, quod, cum multi occasione Saturnaliorum per avaritiam a clientibus ambitiose munera exigerent idque onus tenuiores gravaret, Publicius tribunus plebi tulit, non nisi cerei ditioribus missitarentur. Hic Albinus Caecina subiecit: Qualem nunc permutatio- 34
nem sacrificii, Praetextate, memorasti, invenio postea Compitalibus celebratam, cum ludi per urbem in compitis agitabantur, restituti scilicet a Tarquinio Superbo Laribus ac Maniae ex responso

Edd. vicahgspdzb.]
pace, dimittendis adversariis etc.“ Gron. — *fota* ABGS. — *significant* v-g.
32. *simus* A. 33. *tribunus plebis* ia „Lego ex coniectura et v. c. *tribunus plebei tulit ut non n. c. d.* Genitivus antiquus *plebei.*“ Meurs. — *tulit ut non* v-g. *tulit ne* S. — *cerei ditionibus* G. *ditioribus cerei* s-bP.
34. *cum compitalibus* B (G a sec. m.). — *in compitalibus* G. — *tarquino* S. — *capitibus pro capitibus* Bv1. *capitibus* (om. *pro capit.*) i.

oscilla cum Bacchicis quae commemorantur a Virgilio Georg. II, 389., quae sunt αἰῶραι Graecorum, de quibus vid. Servium ad illum locum, Salmasium ad Tertullian. de pallio p. 130., Turneb. Advers. XX, 24., Creuzer. IV. p. 93. Hoc loco *oscillum* est deminutivum nominis *os*, sed apud Virgilium derivandum est ab *oscillando*.

accensis luminibus] Cf. Creuzer. I. p. 102.

32. *missitandis cereis*] Cf. c. 11. § 49. et Varro L. L. V, 64. *Saturnalibus cerei superioribus mittuntur.* Festus ap. Paul. lib. III. p. 54. Muell. *Cereos Saturnalibus muneri dabant humiliores potentioribus, quia candelis pauperes, locupletes cereis utebantur.* — Dativus, quem dicas licet dativum commodi, ponitur pro genitivo, *missitandi cereos.*

33. *Illud .. invenio, quod*] Vid. not. ad Comm. I, 13, 18.

ambitiose] h. e. nimio studio vel blandis verbis singulos adeundo, cf. Petron. Sat. 65. *quae ut comessemus, ambitiosissime a nobis Trimalchio petiit.* Cic. ad fam. XIII, 1, 5. *homo minime ambitiosus, minime in rogando molestus.* Iuven. III, 182 sq. *hic vivimus ambitiosa Paupertate omnes;* vel arroganter petendo, cf. Tac. Ann. III, 13. *ambitiose avareque habitam Hispaniam*, Agric. 30. *si locuples hostis est, avari, si pauper, ambitiosi.*

munera] Cf. Sueton. Octav. 75. Plin. ep. IV, 9, 7. Martial. V, 18., VII, 53. Lucian. Cronosol. 14 sq. Ep. Sat. 1 et 2.

Publicius tr. pl. tulit] Quod quo tempore factum sit, non constat.

34. *Compitalibus*] Vid. not. ad I, 4, 9. et Hildebrand. ad Arnob. III, 41.

cum ludi per urbem in compitis agitabantur] Cf. Cic. orat. in Pis. 4, 8. ad quem locum adnotavit Asconius (p. 7. Or.): *Solebant magistri collegiorum ludos facere, sicut magistri vicorum faciebant Compitalitios, praetextati* [Or. comma posuit post *faciebant*], *qui ludi sublatis collegiis* (L. Iulio et C. Mario coss.) *discussi sunt. Post novem deinde annos, quam sublata erant, P. Clodius tribunus plebis lege lata restituit collegia.* Verba *cum .. agitabantur* videntur significare illa aetate hos ludos non amplius esse celebratos. Servius auctor est Virgilium Aen. VIII. 717 sqq. describere hos ludos.

restituti scilicet a Tarquinio Superbo Laribus ac Maniae] Plinius N. H. XXXVI. extr. refert Tarquinium Priscum Servio Tullio, qui Laris familiaris esse filius crederetur, nato primum Compitalia ludos instituisse Laribus. Dionysius A. R. IV, 14. urbe in certas partes divisa ait Servium Tullium per omnia compita (κατὰ πάντας τοὺς στενωποὺς) sacella iussisse constitui,

Apollinis, quo praeceptum est ut pro capitibus capitibus supplicaretur. Idque aliquamdiu observatum, ut pro familiarium sospitate pueri mactarentur Maniae deae, matri Larum. Quod sacri[233]ficii genus Iunius Brutus consul pulso Tarquinio aliter constituit celebrandum. Nam capitibus allii et papaveris supplicari iussit, ut responso Apollinis satisfieret de nomine capitum, remoto scilicet scelere infaustae sacrificationis: factumque est ut effigies Maniae suspensae pro singulorum foribus periculum, si quod immineret

[Edd. ABGPS.

pro compitis capitibus g in mg. 35. *aliquando* (sup. *vel diu*) B. — *familiarum* vl (chg in mg.). — *pulso Tarquino* vl. *Tarquinio pulso* h-b. — *Apollini* vi. — *ludosque* (om. *ipsos*) v. — *ex triviis* (sup. *vel viis*) S.

in iisque anno quoque sacra celebrari e singulis domibus collatis libis. Lares compita servare dicit Ovidius Fast. II, 612 sq. Augustum compitalicios ludos restituisse, atque instituisse, ut Compitales Lares bis anno floribus ornarentur, refert Sueton. Aug. 31., cf. Ovid. Fast. V, 129 sqq., Vespasiani aetate in urbe CCLXV. compita Larium fuisse Plinius N. H. III, 5. s. 9. § 66. De Mania quae nullo horum locorum commemoratur vid. infra. Cf. Hartung. I. p. 62. Creuzer. III. p. 567. Schwenck. p. 240. Hertzberg. p. 40 sqq. Mueller. Etr. II. p. 90 sqq.

ex responso Apollinis] Hoc nusquam, quod sciam, alias commemoratur.

35. *Maniae deae matri Larum*] *Mania* mater Larum vocatur etiam a Varrone L. L. IX, 38, 62. et ab Arnobio III, 41., ubi vid. not. Hildebrandi. Festo *Mania* est mater vel avia materna Larvarum, Muell. p. 128, 129., ubi Merkel. ad Ovid. Fast. p. ccxix. mavult legi *larium*, sed Arnobius l. c. refert Varronem antiquorum sententias referentem dixisse Larvas esse Lares. Ab Ovidio mater Larum vocatur Fast. II, 570. *Tacita*, v. 581. *Muta*, v. 597. *Lara*, a Lactantio I, 20, 36. *Muta, Lara* vel *Larunda*. Ultimum nomen commemoratur etiam a Varrone L. L. V, 74., et ab Ausonio in edyllio de deis *Lar* dicitur *Larunda progenitus*. Vid. Lobeck. Aglaoph. p. 1081. Mueller. Etrusk. II. p. 101 sqq. Kopp. ad Mart. II. § 164.

capitibus allii] Pontanus confert verba Persii V, 187 sq. *si non Praedictum ter mane caput gustaveris alli*. Adde Plin. N. H. XXVI, 7. s. 19. § 33. *in qua extrema* (radice) *allii caput est*, et XX, 6. s. 23. § 53. *tribus* (allii) *capitibus in aceto tritis*.

infaustae sacrificationis] cf. § 31.

effigies Maniae suspensae] Cf. Festus ap. Paul. lib. X. p. 121. Muell. *Laneae effigies Compitalibus noctu dabantur in compita, quod Lares, quorum is erat dies festus, animae putabantur esse hominum redactae in numerum deorum*, et lib. XIV. p. 239. *Pilae et effigies viriles et muliebres ex lana Compitalibus suspendebantur in compitis, quod hunc diem festum esse deorum inferorum, quos vocant Lares, putarent, quibus tot pilae, quot capita servorum, tot effigies, quot essent liberi, ponebantur, ut vivis parcerent et essent his pilis et simulacris contenti.* Scaliger contulit Martial. Spectac. ep. 22. v. 6. *Iactat ut impositas taurus in astra pilas.* Adde Ascon. in Cornelian. p. 62. Or. *Simulacra effigie hominum ex foeno fieri solebant, quibus obiectis ad spectaculum praebendum tauri irritarentur.* Denique *Maniae* censeo esse dativum, nam haec respondent antecedentibus, *ut pueri mactarentur Maniae deae matri Larum*. Cf. Fest. l. c. et Virgil. Aen. VI, 860. *arma patri suspendet capta Quirino*, et Horat. Carm. I, 5, 15. *Suspendisse potenti Vestimenta maris deo*, id quod moneo propter eos qui vertunt „*die aufgehängten Bilder der Mania*". Vid. Schwenck. p. 249. Pauly Real-Encycl. IV. p. 1480. Mueller. Etrusk. II. p. 101. Nec me movent ea quae e vetere interprete Persii attulit Pontanus: *Manium dicit deformem et ignotum, eo quod Maniae dicuntur indecori vultus personae quibus pueri terren-*

familiis, expiarent: ludosque ipsos ex viis compitorum in quibus agitabantur Compitalia appellitaverunt. Sed perge cetera. Et 36
Praetextatus: Bene et oportune similis emendatio sacrificiorum relata est: sed ex his causis, quae de origine huius festi relatae sunt, apparet Saturnalia vetustiora esse urbe Romana, adeo ut ante Romam in Graecia hoc sollemne coepisse L. Accius in Annalibus suis referat his versibus:

Maxima pars Graium Saturno et maxime Athenae 37
Conficiunt sacra, quae Cronia esse iterantur ab illis,
Eumque diem celebrant: per agros urbesque fere omnes
Exercent epulis laeti: famulosque procurant
Quisque suos, nostrique itidem: et mos traditus illinc
Iste, ut cum dominis famuli epulentur ibidem.

VIII. Nunc de ipso dei templo pauca referenda sunt. Tul- 1
lum Hostilium, cum bis de Albanis, de Sabinis tertio triumphas- [234]

Edd. vicahgspdzb.]
— *appellaverunt* (sup. add. *it*) A. — *perage* Gi-g. 36. *Tunc Praetextatus* i-g. *Tum Praet.* s-b. — *urbe roma* P. *romana* (om. *urbe*) A. — *ante omnia* N. — *laccius* N. — *his verbis* v-g (M a p. m.). — *Maximae* vl. — *Cumque diem* v-g (i *Quumque*) „Lego *Emque d.* Namque *em* pro *eum* veteres dicebant, sicut *emdem* pro *eundem*. Ad Macrobium quod attinet, ingenue fateor magis placere lectionem v. c. *Cumque.*“ Meurs. „*Imque* pro *cumque* fecere, ut fiat illud Festi: *Nis antiqui dicebant pro nobis, sam pro suam, im pro eum.* Gloss. *Im αὐτὸν, εἰς αὐτὸν* Pont. — *fere* „in Ben. exulabat, et *per* additum erat supra versum“. Sic A. „Sed cur tam sollicite appictum *fere omnes?* an historica fide, an qua alia re? Anglicanus diserte *urbesque per omnes.*“ Pont. „Sic lego cum Pontano, et praeterea: *nostrisque itidem est mos traditus illinc.*“ Gron. — *suo* B (G sup. add. *s*). — *nostrisque* g in mg.

VIII. *Caput VIII. De templo Saturni, deque his quae in huius aede aut imagine visuntur: et quomodo intelligenda sint ea quae de hoc deo fabulose dici consueverunt.* ch-b. 1. *Tullium* AGSvi. — *inveni* s-bP.

tur. Haec desumpta sunt e Festo ap. Paul. Diac. lib. XI. p. 144. *Maniae turpes deformesque personae.* Idem lib. XII. p. 129. habet *Manias Aelius Stilo dicit ficta quaedam ex farina in hominum figuras, quia turpes fiant, quas alii maniolas appellent. Manias autem, quas nutrices minitentur parvulis pueris, esse larvas, id est Manes deos deasque, qui aut ab inferis ad superos manant, aut Mania est eorum avia materna.* Meursius quae ad h. l. adnotavit sumpsit e Festo non nominato.

36. *apparet Saturnalia vetustiora esse urbe Romana*] Cf. infra c. 10. § 22. et Athen. XIV, 44. p. 639. b: *Ἑλληνικὸν δὲ τοῦτο τὸ ἔθος. ἐν Κρήτῃ γοῦν τῇ τῶν Ἑρμαίων ἑορτῇ τὸ ὅμοιον γίνεται. ... Εὐωχουμένων γὰρ τῶν οἰκετῶν οἱ δεσπόται ὑπηρετοῦσι πρὸς τὰς διακονίας. καὶ ἐν Τροιζῆνι δὲ μηνὶ Γηραιστίῳ· πανήγυρις δὲ τότε γίνεται πολυήμερος, ἧς ἐν μιᾷ οἱ δοῦλοι μετὰ τῶν πολιτῶν κοινῇ τε ἀστραγαλίζουσι καὶ οἱ κύριοι τοὺς δούλους ἑστιῶσιν .. Βήρωσος δέ .. φησὶ .. ἄγεσθαι ἑορτὴν Σακέαν προσαγορευομένην ἐν Βαβυλῶνι ἐπὶ ἡμέρας πέντε, ἐν αἷς ἔθος εἶναι ἄρχεσθαι τοὺς δεσπότας ὑπὸ τῶν οἰκετῶν, ἀφηγεῖσθαί τε τῆς οἰκίας ἕνα αὐτῶν ἐνδεδυκότα στολὴν ὁμοίαν τῇ βασιλικῇ. .. Μνημονεύει τῆς ἑορτῆς καὶ Κτησίας ἐν δευτέρῳ Περσικῶν ... 45. Βάτων δὲ ὁ Σινωπεὺς .. σαφῶς ἐμφανίζει τὴν τῶν Σατουρναλίων ἑορτὴν Ἑλληνικωτάτην, φάσκων αὐτὴν παρὰ τοῖς Θεσσαλοῖς Πελώρια καλεῖσθαι.*

37. *iterantur*] i. e. referuntur, dicuntur. Sic nominativo cum infinitivo iunctum alias nusquam invenias hoc verbum: ne accusativo quidem cum infinitivo.

VIII, 1. *Tullum Hostilium .. fanum Saturno ex voto consecravisse*]

set, invenio fanum Saturno ex voto consecravisse et Saturnalia tunc primum Romae instituta: quamvis Varro libro sexto, qui est de sacris aedibus, scribat aedem Saturni ad forum faciendam locasse L. Tarquinium regem, Titum vero Larcium dictatorem Saturnalibus eam dedicasse. Nec me fugit Gellium scribere senatum decresse ut aedes Saturni fieret, eique rei L. Furium tribunum
2 militum praefuisse. Habet aram et ante Senaculum. Illic Graeco

[Mss. ABGPS.

— *consecrasse* cah. — *faciendum* Av-g. — *Larcium* BPs-zGP2M. *Lartium* ASh. *Largium* vicag. — *gallium* (sup. *e*) S. — *decresse* ABv-gb „Ms. Sic supra dixit *flesse*, *supplesse*, *scisse*, *implesse*, *consuerunt*, et amoenus in his antiquorum lusus omnibus notus.“ Gron. *decrevisse* GPSs-zM. — *ei* (om. *que*) s-b. 2. *ante senaculum* AB (G a p. m.) s-bPM3. *ante cenaculum* G a sec. m.; SM12. *ante se cenaculum* v-g (h in mg.

Huc fortasse pertinet id quod Dionys. A. R. III, 35. retulit tanquam causam cur Tulli Hostilii aedes fulmine ictae esse dicerentur: ἐκλιπεῖν γὰρ ἐπὶ τῆς ἀρχῆς τῆς ἐκείνου πατρίους τινὰς θυσίας, ἑτέρας δ' οὐχ ὑπαρχούσας ἐπιχωρίους Ῥωμαίοις παραγαγεῖν. — „Dionysius Hal. A. R. II, 50. narrat T. Tatium Sabinum, quem in societatem imperii receperit Romulus, praeter alia templa Romae etiam Saturno aedem ex voto exstruxisse. Caeterum olim in Italia ante Romam conditam plura Saturno fana dicata fuisse et rei natura facile docet et Dionysii I, 34. et VI, 1. auctoritas satis confirmat.“ Zeun. — Cf. Varro L. L. V, 74.

Saturnalia tunc primum Romae instituta] „Huic videtur repugnare locus Livii II, 21. [2.] *Consules*, inquit, *Qu. Cloelius et T. Lartius. Inde A. Sempronius et M. Minutius* [a. u. c. CCLVI.]. *His consulibus aedes Saturno dedicata: Saturnalia institutus festus dies.*“ Zeun. — Cf. ibid. XXII, 1, 19. *Postremo Decembri iam mense ad aedem Saturni Romae immolatum est, lectisterniumque imperatum .. et convivium publicum: ac per urbem Saturnalia diem ac noctem clamatum, populusque eum diem festum habere ac servare in perpetuum iussus.*

aedem Saturni ad forum ... dedicasse] Cf. Dionys. A. R. VI, 1. ἐπὶ τούτων φασὶ τῶν ὑπάτων (Αὔλου Σεμπρωνίου καὶ Μάρκου Μινυκίου) τὸν νεὼν καθιερωθῆναι τῷ Κρόνῳ κατὰ τὴν ἄνοδον τὴν εἰς τὸ Καπιτώλιον φέρουσαν ἐκ τῆς ἀγορᾶς καὶ δημοτελεῖς ἀναδειχθῆναι τῷ θεῷ καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν ἑορτάς τε καὶ θυσίας ... τὴν δὲ γραφὴν τῆς ἱδρύσεως τοῦ ναοῦ τινὲς μὲν ἱστοροῦσι λαβεῖν Τῖτον Λάρκιον τὸν ὑπατεύσαντα τῷ πρόσθεν ἐνιαυτῷ· οἱ δὲ βασιλέα Ταρκύνιον τὸν ἐκπεσόντα τῆς ἀρχῆς. τὴν δὲ καθιέρωσιν τοῦ ναοῦ λαβεῖν Πόστουμον Κομίνιον κατὰ ψήφισμα βουλῆς. Vid. Livii locum modo allatum, et de scriptura nominis *Larcius* Mai. ad Cic. de rep. II, 32.

Gellium] „Est hic C. Gellius annalium scriptor, cuius meminit infra cap. 16. [§ 21.], lib. III, c. 17. [§ 3.]. Restituendum hoc nomen Atticarum noct. scriptori lib. XVIII. cap. 12. [§ 6.], ubi male *Cn. Fellius*. Lego *Cn. Gellius*. Vide eundem A. Gellium lib. VIII. c. 14., lib. XIII, c. 22. [§ 13.] et Censorinum cap. 17. Meurs.

L. Furium tribunum militum] Complures L. Furii Medullini fuerunt tribuni militum consulari potestate (vid. Pauly Real-Encycl vol. III. p. 553 sq.), e quibus quis hic fuerit, non constat. Becker. Handb. I. p. 314. suspicatur aedem Saturni a L. Furio restauratam esse a. u. c. CCCXXIII.

2. *Habet aram et ante Senaculum*] „Onufrius in urbe Roma, regione VIII. quae Forum Romanum appellata: *Templum Saturni cum ara, ubi erat aerarium.* Valerius quoque notavit lib. II. cap. 2., ubi ita constituenda eius verba: *Antea Senatus stationem eo loci peragebat qui hodieque Senatulum appellatur.*“ Pont. — „Ut coenaculum est locus ubi coenatur, ita *Senaculum* videtur esse locus ubi senatores deliberandi causa consistunt. Huc per-

ritu capite aperto res divina fit, quia primum a Pelasgis post ab
Hercule ita eam a principio factitatam putant. Aedem vero Sa- 3
turni aerarium Romani esse voluerunt, quod tempore quo incoluit
Italiam fertur nullum in eius finibus furtum esse commissum, aut
quia sub illo nihil erat cuiusquam privatum:

Edd. vicahgspdzb.]
„*senaculum* ant.“) „*Se* a loci sensu non est alienum.“ Zeun. — *operto* (BS a sec. m.) v-g. — *primo* Edd. 3. *romae* S. — *voluerunt esse* BG. — *in eius finibus nullum esse furtum commissum* v-g. — *sub ipso* G.

tinet locus Livii XLI, 27. [7.] *Clivum Capitolinum silice sternendum curarunt censores et porticum ab aede Saturni in Capitolium ad Senaculum ac super id curiam.* Cf. Duker. ad h. l. Item locus Dionys. Hal. A. R. I, 34., ubi narrat ex Euxeno poeta vetere: *τὸν βωμὸν τῷ Κρόνῳ τοὺς Ἐπειούς ἱδρύσασθαι μεθ' Ἡρακλέους, ὃς ἔτι καὶ νῦν διαμένει παρὰ τῇ ῥίζῃ τοῦ λόφου κατὰ τὴν ἄνοδον τὴν ἀπὸ τῆς ἀγορᾶς φέρουσαν εἰς τὸ Καπιτώλιον.*“ Zeun. — Becker. l. c. p. 286. *Senaculum* rei publicae temporibus non nisi aream quandam fuisse, in qua solerent consistere senatores, coniicit ex loco Livii quem attulit Zeun. et e loco Valerii Maximi quem plenius quam Pontanus exscripsit. Habet enim: *Antea Senatus assiduam stationem eo loci peragebat*, atque addit: *nec exspectabat ut edicto contraheretur, sed inde citatus in curiam venit;* et praeterea affert Varron. L. L. V, 156. *Senaculum supra Graecostasim, ubi aedis Concordiae et basilica Opimia. Senaculum vocatum, ubi senatus aut ubi seniores consisterent.* Contra imperatorum aetate statuit senaculum fuisse locum quo conveniret senatus ad deliberandum, coll. Lamprid. Heliogab. c. 4. Vopisc. Aurel. c. 49., eoque sensu hoc vocabulo uti Festum, qui (p. 347. Muell.): *Senacula*, inquit, *tria fuisse Romae, in quibus senatus haberi solitus sit, memoriae prodidit Nicostratus in libro qui inscribitur de senatu habendo: unum, ubi nunc est aedis Concordiae inter Capitolium et Forum, in quo solebant magistratus dumtaxat cum senioribus deliberare, alterum ad portam Capenam, tertium citra aedem Bellonae, in quo exterarum nationum legatis senatus dabatur.* De *ara Saturni* agit Becker. l. c. p. 313., ubi etiam affert Fest. p. 322. *Saturnii quoque dicebantur qui castrum in imo clivo Capitolino incolebant, ubi ara dicata ei deo ante bellum Troianum videtur.*

illic Graeco ritu capite aperto res divina fit] „H. e. non velato, quamquam frons erat serto circumdata. Cf. infra c. 10. [§ 22.]“ Zeun. — Cf. Dionys. I, 34 : *τήν τε θυσίαν ἣν καὶ ἐπ' ἐμοῦ Ῥωμαῖοι ἔθυον φυλάττοντες τὸν Ἑλληνικὸν νόμον*, et VI, 1. *ἐφ' οὗ τὰς ἐμπύρους ἀπαρχὰς ἔθυον Ἑλληνικοῖς ἔθεσιν*, et Fest. l. c. *quia apud eam supplicant apertis capitibus; nam Italici auctore Aenea velant capita;* Plut. Quaest. Rom. 11. *Διὰ τί τῷ Κρόνῳ θύουσιν ἀπαρακαλύπτῳ τῇ κεφαλῇ.* Idem mos erat in sacrificiis Herculi ad aram Maximam faciendis. Cf. III, 6, 17. Hildebr. ad Arnob. III, 43.

3. *Aedem vero Saturni aerarium Romani esse voluerunt*] Cf. Plutarch. Poplic. 12. *ταμιεῖον μὲν ἀπέδειξε τὸν τοῦ Κρόνου ναὸν, ᾧ μέχρι νῦν χρώμενοι διατελοῦσι*, Q. R. 42. Festus ap. Paul. p. 2. Muell. Solin. 1. p. 2. A. Serv. ad Virg. Aen. VIII, 319 et 322., Georg. II, 502. Becker. l. c. p. 316 sq., Klausen. l. c. — „Aliam assignat causam in illud Persii [II, 59. vid. ed. Iahn. p. 289 sq.]. *Saturniaque impulit aera* interpretes vetus: *Aes*, inquit, *in aede Saturni condebatur nondum argento auroque signato: unde aerarium nomen accepit.* Interpreti assentitur et Cyprianus de idolorum vanitate [I, 3.]: *Hic literas imprimere, hic signare nummos in Italia primus instituit: unde aerarium Saturni vocitatur.*“ Pont.

nullum .. furtum] Cf. Plutarch. Quaest. Rom. l. c. Ovid. Metam. I, 90.

nihil erat cuiusquam privatum] Cf. Ovid. Metam. I, 135 sq. Amor. III, 8, 42. Hesiod. Ἔργ. 90 seq. Arat. 110 sq.

Nec signare solum aut partiri limite campum
Fas erat: in medium quaerebant:

ideo apud eum locaretur populi pecunia communis, sub quo fuis-
4 sent cunctis universa communia. Illud non omiserim, Tritonas cum bucinis fastigio Saturni aedis superpositos, quoniam ab eius commemoratione ad nostram aetatem historia clara et quasi vocalis est, ante vero muta et obscura et incognita: quod testantur
5 caudae Tritonum humi mersae et absconditae. Cur autem Saturnus ipse in compedibus visatur, Verrius Flaccus causam se ignorare dicit: verum mihi Apollodori lectio sic suggerit. Saturnum Apollodorus alligari ait per annum laneo vinculo, et solvi ad diem
[235] sibi festum, id est mense hoc Decembri: atque inde proverbium ductum, deos laneos pedes habere: significari vero decimo mense semen in utero animatum in vitam grandescere, quod, donec
6 erumpat in lucem, mollibus naturae vinculis detinetur. Est porro idem *Κρόνος καὶ χρόνος*. Saturnum enim in quantum mythici

[Mss. ABGPS.
— *Nec*] Virg. Georg. I, 126., ubi legitur: *Ne signare quidem*. 4. *commoratione* hg in mg. — *historia elata* v-g. 5. *dilectio* BG. — *suggerit* (om. *sic*) Sv-g. — *atque* (om. *inde*) A. — *quo donec* B. 6. *Κρόνος καὶ χρόνος* om. A. *ΚΡΟΝΟC ΚΑΙ ΚΡΟΝΟC* G. — *misticum* (in

4. *Tritonas cum bucinis*] Cf. Ovid. Metam. I, 335 sqq.

5. *Cur autem Saturnus ipse in compedibus visatur*] „Lucianus qui in Cronosol. [10. Adde Saturn. 7, 8. Salt. 37.] Saturni compedibus vincti mentionem facit, idem in Astrol. [21.] causam rei arcessit ab orbe Saturni longissime a nobis semoto eiusque motu tardissimo.“ Zeun. — Vid. Creuzer. II, p. 616. Cic. N. D. II, 25, 64; Arnob. IV, 24.

solvi ad diem sibi festum] Cf. Stat. Silv. I, 6, 4 sq. *Saturnus mihi compede exsoluta Et multo gravidus mero December*, et Plutarch. de Is. et Osir. c. 69. *Παφλαγόνες δὲ (τὸν Κρόνον) καταδεῖσθαι καὶ καθείργνυσθαι χειμῶνος, ἦρος δὲ κινεῖσθαι καὶ ἀναλύεσθαί φασιν.*

deos laneos pedes habere] Erasmus Adag. chil. I, cent. 10., 82., (unde etiam adnotationem proxime antecedentem sumpsit Zeunius, qui praeterea citat Cornutum de nat. deor. 7. et Sallust. de diis c. 4.) de hoc proverbio protulit haecce: „Plutarchus in problematis scribit Tyriis fuisse morem ut deorum statuis vincula iniicerent. Quid autem sibi velit vulgatum illud proverbium, mihi nondum satis liquet: nisi forte illud innuit deos ad scelerum ultionem lente quidem procedere, sed tamen aliquando de malefactis poenam sumere vel inopinato.“ Cf. Petron. Sat. 44. *Itaque dii pedes lanatos habent, quia nos religiosi non sumus*, et quae ad Horatii (Carm. III, 2, 31 sq.) verba: *Raro antecedentem scelestum Deseruit pede Poena claudo*, adnotavit Porphyrio: *Hoc proximum est illi quod dicitur deos iratos pedes laneos habere, quia nonnumquam tarde veniunt nocentibus.* Klausen. Aen. p. 1078. censet hoc proverbium referendum esse ad flocculum lanae quem super apice tulerint flamines (coll. Serv. ad Virg. Aen. VIII, 664.).

quod .. mollibus naturae vinculis detinetur] Cf. Plutarch. de Is. c. 65. *διὸ καὶ λέγεσθαι τὴν Ἶσιν αἰσθομένην ὅτι κύει περιάψασθαι φυλακτήριον*, et ib. 68.; Cic. de div. II, 70, 145. *matrona dubitans essetne praegnans visa est in quiete obsignatam habere naturam.*

6. *Est porro idem Κρόνος καὶ Χρόνος*] „Dionys. Hal. A. R. I, 38. *εἴτε Χρόνον αὐτὸν δεῖ καλεῖν, ὡς Ἕλληνες ἀξιοῦσιν, εἴτε Κρόνον, ὡς Ῥωμαῖοι.*“ Zeun. — Cf. infra c. 22. § 8.; Plutarch. Quaest. Rom. 12. *πότερον, ὥσπερ ἔνιοι τῶν φιλοσόφων χρόνον οἴονται τὸν Κρόνον εἶναι*, et de Is. et Osir. 32 *ὥσπερ Ἕλληνες Κρόνον ἀλληγοροῦσι τὸν χρόνον.* Cic. de nat. deor. II,

fictionibus distrahunt, in tantum physici ad quandam verisimilitudinem revocant. Hunc aiunt abscidisse Caeli patris pudenda: quibus in mare deiectis Venerem procreatam, quae a spuma unde coaluit Ἀφροδίτη nomen accepit. Ex quo intellegi volunt, cum 7
chaos esset, tempora non fuisse: siquidem tempus est certa dimensio quae ex caeli conversione colligitur. Tempus coepit inde: ab ipso natus putatur Κρόνος qui, ut diximus, χρόνος est. Cum- 8
que semina rerum omnium post caelum gignendarum de caelo fluerent, et elementa universa quae mundo plenitudinem facerent ex illis seminibus fundarentur: ubi mundus omnibus suis partibus membrisque perfectus est, certo iam tempore finis factus est pro-

Edd. vicahgspdzb.] mg. *mistici*) G. — *Caelii* A a sec. m. (vel *Coel*) v-g. — *proiectis* G. — *quia ea spuma* A. — *undae* vi. 7. *a coelo autem tempus coepit. Inde ab ipso natus Saturnus putatur* Bar. „Cum auctor non amet asyndeta, forte et sensui aptius legeris: *Tempus igitur coepit inde, a quo ipse natus putatur Κρόνος.*" Zeun. — *natum* G. — *Κρόνος* om. A. — *cρωκωc est* A. 8. *fundarentur* Mss. M13P257 „2 Angl. *funderentur*

25.: *Κρόνος enim dicitur, qui est idem ac χρόνος*, ubi vid. not. Creuzeri; Arnob. III, 29. Varro ap. Augustin. de civ. d. VII, 19. Isidor. Orig. VIII, 11, 31. Creuzer. ad Plotin. vol. III, p. 187. — *Καὶ* pro et sic saepius ponitur inter nomina Graeca, ut c. 17. § 21. Cf. in etymologiis § 9. *παρὰ τὴν σάθην*, et *ἀπὸ τοῦ*, c. 17. §§ 5, 7, 16, 19, 37, 39, 46, 50. al., prolegg. p. xiv, 2.

abscidisse Caeli patris pudenda] Cf. Hesiod. Theog. 188., Apollod. Bibl. I, 1, 4. Arnob. IV, 24., ubi vid. not. Hildebr.; Augustin. l. c.

Venerem procreatam] Cf. Hesiod. Theog. 194 sqq. et schol. ad Lycophr. 406. — „Arnobius [l. c.] non longe dissimilibus verbis: *Numquid* (a nobis dicitur) *ex pelagi spuma et ex Coeli genitalibus amputatis Cythereae Veneris concretum coaluisse candorem.*" Pont. coll. Pervigilio Veneris 9 sqq.

7. *cum chaos esset, tempora non fuisse*] „Vide quae supra lib. II. somn. Scip. c. 10. de origine mundi ac temporis disputantur peregregie." Zeun. Cf. Ovid. Metam. I, 5 sqq. et 71.

tempus est certa dimensio cet.] Cf. Comm. II, 10. § 9., Varro L. L. VI, 3. *Tempus esse dicunt intervallum mundi motus* cet., Cic. Tim. 9. *Itaque nesciunt hos siderum errores id ipsum esse quod rite dicitur tempus.* N. D. I, 9, 21. *Secula nunc dico, non ea quae dierum noctiumque numero annuis cursibus conficiuntur: nam fateor ea sine mundi conversione effici non potuisse.* Plotin. Ennead. III. lib. VII. p. 337. B. Fic. *Διὸ καὶ εἴρηται ἅμα τῷδε τῷ παντὶ γεγονέναι (τὸν χρόνον), ὅτι ψυχὴ αὐτὸν μετὰ τοῦδε τοῦ παντὸς ἐγέννησεν. Ἐν γὰρ τῇ τοιαύτῃ ἐνεργείᾳ καὶ τόδε γεγένηται τό πᾶν. καὶ ἣ μὲν χρόνος ὃ δὲ ἐν χρόνῳ. Εἰ δέ τις λέγοι χρόνους λέγεσθαι αὐτῷ καὶ τὰς τῶν ἄστρων φορὰς, ἀναμνησθήτω, ὅτι καὶ ταῦτα φησὶ γεγονέναι πρὸς δήλωσιν καὶ διορισμὸν χρόνου καὶ τὸ ἡμέτερον ἐναργές.*

ab ipso natus] Hoc referendum est ad *caelum*, non, ut Zeunius voluisse videtur, ad *tempus*.

8. *semina rerum*] Idem legitur Ovid. Met. I, 9, et v. 80 sq. *sive recens tellus .. cognati retinebat semina caeli.* Cf. infra c. 17 § 53.

elementa universa] Cf. Cic. Acad. post. I, 7, 26. *Aer .. et ignis et aqua et terra primae sunt* (qualitates)*: ex iis autem ortae, animantium formae earumque rerum quae gignuntur e terra. Ergo illa initia et* (ut e Graeco vertam) *elementa dicuntur.*

ex illis seminibus fundarentur] i. e. conderentur vel, id quod paulo infra sequitur, procrearentur. Qui huius verbi usus licet exemplo omnino aequali confirmari non possit, facilius tamen in hoc verbo statui potuerit, quam in *funderentur*, quod spreta codd. mss. auctoritate in exemplaria typis edita omnia receptum est.

cedendi de caelo semina ad elementorum conceptionem, quippe quae iam plena fuerant procreata. Animalium vero aeternam propagationem ad Venerem generandi facultas ex humore translata est: ut per coitum maris feminaeque cuncta deinceps gignerentur.
9 Propter abscisorum pudendorum fabulam etiam nostri eum Saturnum vocitaverunt, παρὰ τὴν σάθην, quae membrum virile declarat, veluti Sathunnum: inde etiam Satyros veluti Sathunos, quod sint in libidinem proni, appellatos opinantur. Falcem ei quidam [236] aestimant attributam, quod tempus omnia metat exsecet et inci-
10 dat. Hunc aiunt filios suos solitum devorare, eosdemque rursus evomere: per quod similiter significatur eum tempus esse a quo vicibus cuncta gignantur absumanturque et ex eo denuo renascan-
11 tur. Eundem a filio pulsum quid aliud est quam tempora senescentia ab his quae post sunt nata depelli? Vinctum autem,

[Mss. ABGPS.
Edd. M2P6. — *Animalium* Mss. v-p1M123P2567. „Orationis mens immo nec oratio stabit, nisi cum scripto scribas *ad animalium*.“ Pont. (At in A non legitur *ad*). *ad animalium* p2-b. — *translatus* P. — *maris et feminae* A. 9. *abscisorum* ABGv „2 Angl.“. *abscissorum* Sv-g. *abscisionis* s-bP. — *vocitarunt* c-bP. — *ΠΑΡΑΤ quae* A. — *qui* Sv1. *quod* v3-g. — *sathunnum* BGSichgM123. „Non male. Certe ita derivatio Satyrorum inde facilior efficitur.“ Zeun. *Sathunum Chatunnum* Bar. *satunum* A. *Sathurnum* a. Sic coni. Meurs. *saturnum* v3. *Saturnium* v1P7. *Sathimnum* sp. *Sathimum* p2-bP. — *unde* S Edd. A. — *saturos* B (S a p. m.). — *satyros etiam* (S *y* a sec. m.) v-gP7. — *veluti* om. S. — *sathunos* BGv1chg. *satunos* P6. *sathonos* APSM13 „2 Angl.“. *sathonnos* M2. *sathuros* a. *Sathimnos* s-b. „Emendo *Sathyros*.“ Meurs. — *ad libidinem* S. — *quidem* g-z „pro *quidem* lege *quidam*.“ Zeun. — *putant* Edd. S. 10. *gignantur cuncta* G. — *adsumanturque* B. *assumanturque* A. — *et eo* (om. *ex*) v1. 11. *Eun-*

procedendi de caelo semina] Hic soloecismus (cf. prolegg. p. XL.) videtur prodiisse e verborum structura Graecis usitata: τοῦ προϊέναι τὰ σπέρματα. Dicendum erat: *spargendis de caelo seminibus*. Ceterum cf. Ovid. Met. I, 81. *cognati retinebat semina caeli*.

Animalium ... translata est] Verborum constructio haec est: *ad Venerem translata est facultas ex humore generandi animalium aeternam propagationem*. Ita si ordinaveris contortam verborum collocationem, nihil te offendet nisi verborum structura: *generandi animalium propagationem*, pro: *generandi atque in aeternum propagandi animalia*, quam ut expedirent, scripserunt *ad .. propagationem*. At haec offendere non poterit eum qui consideraverit Macrobium in praefatione (§ 13.) scripsisse: *qui venustatem reprehensionis incurri*, alia similia. Vid. prolegg. p. XLII.

ad Venerem generandi facultas .. translata est] „Hoc sensu apud Anacreontem Od. LI, 8. Venus dicitur *Μακάρων φύσιος ἀρχή*.“ Zeun.

9. *παρὰ τὴν σάθην*] Cf. Aristoph. Lysistr. 1119. et vid. not. ad § 6.

Sathunnum] Sic scripsi cum plerisque libris mss., licet iidem infra habeant *Sathunos*: poterat enim Macrobius statuere in nomine *Saturni* natum esse *rn* ex *nn*, ut in nomine *Satyrorum* vel *Saturorum* *r* ex *n*. Analogia quidem flagitare videtur, ut scribamus aut *Sathunum*, ut Cicero de nat. deor. II, 26, 66. dicit: *ut Portunus a portu, sic Neptunus a nando*, aut *Sathumnum*, ut dicitur *Portumnus*, *Vertumnus*.

quod tempus omnia metat] „Ratio quae supra cap. 7. [§ 24.] de falce insigni messis afferebatur, praeferenda esse videtur.“ Zeun.

10. *filios suos solitum .. evomere*] Cf. Hesiod. Theog. 459 et 495. Apollodor. Bibl. I, 1, 5. et I, 2, 1. Varro apud Augustin. de civ. d. VII, 19.

11. *Eundem a filio pulsum*] Cf.

quod certa lege naturae conexa sint tempora, vel quod omnes fruges quibusdam vinculis nodisque alternentur. Nam et falcem 12
volunt fabulae in Siciliam decidisse, quod sit terra ista vel maxime fertilis.

IX. Et quia Ianum cum Saturno regnasse memoravimus, de 1
Saturno autem quid mythici, quid physici aestiment, iam relatum est: de Iano quoque quid ab utrisque iactetur in medium proferemus. Mythici referunt regnante Iano omnium domos religione 2
ac sanctitate fuisse munitas: idcircoque ei divinos honores esse decretos, et ob merita introitus et exitus aedium eidem consecratos. Xenon quoque primo Italicon tradit Ianum in Italia pri- 3
mum dis templa fecisse et ritus instituisse sacrorum: ideo eum in sacrificiis praefationem meruisse perpetuam. Quidam ideo eum 4
dici bifrontem putant, quod et praeterita sciverit et futura providerit. Sed physici eum magnis consecrant argumentis divinita- 5
tis. Nam sunt qui Ianum eundem esse atque Apollinem et Dia- [237]
nam dicant, et in hoc uno utrumque exprimi numen affirment.
Etenim, sicut Nigidius quoque refert, apud Graecos Apollo coli- 6
tur qui *Θυραῖος* vocatur, eiusque aras ante fores suas celebrant,

Edd. vicahgspdzb.] *demque* s-bP. — *nata sunt* G. — *connexa st'* S. — *vel omnes* (om. *quod*) S. — *alternantur* G.

IX. *Caput IX. Qui deus Ianus, deque variis eius dei nominibus et potestate* ch-b. 1. *memoravimus*] c. 7. § 21. *commemoravimus* BG. — *aestimant* P. *existiment* v-g. — *iam relatum est*] c. 7. § 19 sqq. et c. 8. § 5 sqq. 2. *iccirco* (om. *que*) A. — *fuisse decretos* S. 3. *primum* (sup. *o*) S. — *italicum* vl (S sup. *o*). *Italicorum* a. *Italicarum* v3chg (h in mg. *Italicon*). — *ideoque* Bar. — *ideo in sacrificiis eum* G. 4. *cum bifrontem dici* G. *dictum bifrontem* (om. *eum*) S. 5. *magis* v-gb. „Recte, quod orationis seriei convenientius putandum est.“ Zeun. — *dicant et dianam* G. — *nomen* (*o* corr. in *u*) S. 6. *Etenim*

Hesiod. Theog. 491. et 624 sqq. Apollodor. ll. cc. Homer. Il. ξ', 203.

Vinctum] Cf. § 5.

IX, 2. *religione ac sanctitate*] Cf. quae c. 8. § 3. dicuntur de tempore quo Saturnus incoluit Italiam. Cum toto hoc capite conf. Hartung. II. p. 218 sqq.

3. *primum dis templa fecisse*] Cf. Laur. Lyd. IV, 2. *Ἄλλος δέ φησι τὸν Ἰανὸν ἥρωα γενέσθαι καὶ πρῶτον κατασκευάσαι τεμένη καὶ τιμὰς τοῖς θεοῖς ἐπιτελέσαι, καὶ διὰ τοῦτο μνήμην αὐτοῦ ἐν τοῖς ἱεροῖς γενέσθαι.* Aurel. Vict. de orig. gent. R. c. 3. *Iano, qui nihil aliud quam ritum colendorum deorum religionesque induxerat.* Vid. Klausen. II, p. 710 sqq. Inde Pellegrin. p. 104. concludit Etruscos primos aedificasse templa, Quirites non nisi aras vel aediculas.

eum in sacrificiis praefationem meruisse perpetuam] Cf. § 9. et c. 16. § 25. Cic. N. D. II, 27, 67. *principem in sacrificando Ianum esse voluerunt;* Festus s. v. *Chaos* ap. Paul. lib. III. p. 52. Muell. *Cui primo supplicabant, veluti parenti et a quo rerum omnium factum putabant initium.* Arnob. III, 29. *quem in cunctis anteponitis precibus.* Serv. ad Aen. VII, 610. *ideo* (Ianum) *primum in veneratione nominari.* Aurel. Vict. l. c. *in sacris omnibus primum locum Iano detulerunt.* Ovid. Fast. I, 171 sqq. Liv. VIII, 9, 6. Martial. VIII, 8, 3; X, 28, 2. Horat. Sat. II, 6, 21 sq.

4. *quod .. providerit*] Cf. c. 7. § 20.

5. *eum magnis consecrant argumentis divinitati*] Cf. Cic. N. D. II, 24, 62. *quem nostri maiores auguste sancteque Liberum .. consecraverunt,* i. e. ut deum coluerunt.

utrumque exprimi numen] Cf. Boettiger. Id. I, p. 22.

6. *qui Θυραῖος vocatur*] „Eodem sensu idem dicitur *προστατήριος*

ipsum exitus et introitus demonstrantes potentem: idem Apollo apud illos et Ἀγυιεὺς nuncupatur, quasi viis praepositus urbanis: illi enim vias quae intra pomeria sunt ἀγυιὰς appellant: Dianae
7 vero ut Triviae viarum omnium tribuunt potestatem. Sed apud nos Ianum omnibus praeesse ianuis nomen ostendit, quod est simile Θυραίῳ. Nam et cum clavi ac virga figuratur, quasi omnium
8 et portarum custos et rector viarum. Pronuntiavit Nigidius Apollinem Ianum esse Dianamque Ianam, adposita *d* littera quae

[Mss. ABGPS.

quoque sicut nigidius quoque S. — *et ΑΓΥΕΥC* A. *et ΑΤΥΙΕΥC* (sup. add. *Γ*) B. *et atylcis* G. *et ἀγυιεὺς ἄγυϊοις* S. — *atyas* G. 7. *iidem tribuunt* Edd. P. — *nomen etiam ostendit* S. — *quod simile* (om. *est*) P6–z. — *θυραίου* v–g. 7. *et cum virga* v. 8. *quae sepe*

apud Sophocl. Electr. 640. [637.] Cf. Spanh. ad Callim. Hymn. in Dian. 144." Zeun. — Conf. Herald. ad Arnob. VI, 12., qui praeterea citat Tertullian. de idol. c. 15. *Etiam apud Graecos Apollinem θυραῖον et Antelios daemonas ostiorum praesides.*

potentem] „Graecismus pro *praesidem, tutorem, deum tutelarem, qui regat, praesideat.*" Zeun. Cf. § 9; c. 12. § 20; c. 13. § 3; c. 16. § 37; c. 19. §§ 4 et 9. et Horat. Od. I, 3, 1; I, 5, 15; I, 6, 10; Gronov. ad cap. 20. § 6., Kopp. ad Martian. II, § 180.

et Ἀγυιεὺς nuncupatur] „Eodem nomine quoque Apollo apud Demosth. adv. Mid. [p. 531.] appellatur. Auctore vero Hesychio ita dicitur ara pro foribus posita formam columnae prae se ferens. Conf. Phurnut. de nat. deor. 32. sub fin." Zeun. — Cornuti verba haec sunt: *Ἀγυιεὺς δ' ἐκλήθη δεόντως ἱδρυνθεὶς ἐν ταῖς ἀγυιαῖς· καταυγάζει γὰρ ταύτας καὶ πληροῖ φωτὸς ἀνατέλλων, ὡς ἐκ τοῦ ἐναντίου εἴρηται τὸ Δύσετο τ' ἠέλιος σκιόωντό τε πᾶσαι ἀγυιαί.* Apud Suidam s. h. v. inter alia legitur: *Ἀγυιεὺς ὁ πρὸ τῶν αὐλίων θυρῶν κωνοειδὴς κίων ἱερὸς Ἀπόλλωνος καὶ αὐτὸς θεός.* Cf. Aeschyl. Agam. 1089. Eurip. Phoen. 634. Aristoph. Vesp. 875. Av. 1233. Thesm. 488. Pausan. I, 31, 3. c. not. Siebel. Eustath. p. 166. Stephan. Byz. s. v. *Ἀγυιά.*

quae intra pomeria sunt ἀγυιὰς appellant] Cf. c. 7. § 15. Pollux IX, 35. *Ἐντείχιος τόπος εἴσω τείχους .. τὰ δὲ ἔνδον ἀγυιαὶ μὲν κατὰ Ξενοφῶντα καὶ καθ' Ὅμηρον.*

Triviae] Cf. Varro L. L. VII, 16. *Diana est ab eo dicta Trivia, quod in trivio ponitur fere in oppidis Graecis;* et Servius qui Virgilii verba (Aen. VII, 516.): *Triviae longe lacus* interpretatur: *locus haud longe ab Aricia, in quo lacus est qui Speculum Dianae dicitur.* Cf. Laurent. Lyd. III, 7: *καὶ Τριοδῖτιν τὴν Ἑκάτην, οἱονεί τὴν Σελήνην οἱ ποιηταὶ καλοῦσι.*

7. *nomen .. quod est simile Θυραίῳ*] Cf. Cic. N. D. II, 27, 67. *quod ab eundo nomen est ductum, ex quo transitiones perviae iani, foresque in liminibus profanarum aedium ianuae nominantur.* Cf. Laurent. Lyd. IV, 2. *Ὅ γε μὴν Δημόφιλος πρῶτον αὐτὸν βούλεται οἴκους καὶ πυλεῶνας κατασκευάσαι, καὶ ἀπὸ τῆς ἰανούας (θύρας) Ἰανουάριον ὀνομασθῆναι.*

cum clavi et virga] Cf. Ovid. Fast. I, 99. *Ille tenens baculum dextra, clavemque sinistra;* Arnob. VI, 25, *dentata illa qua insignitus est clavis.* et ib. c. 26. ubi inter deorum attributa commemorantur *claves* et *baculi*. Suidas s. v. *Ἰανουάριος: οἱ δὲ πλάττουσιν αὐτὸν ἐν τῇ δεξιᾷ χειρὶ κλεῖδα κατέχοντα, ὡς ἀρχὴν τοῦ χρόνου καὶ ἄνοιξιν τοῦ ἐνιαυτοῦ καὶ θυρῶν.* Laurent. Lyd. IV, 1. *καὶ οἱ μὲν δίμορφον αὐτὸν μυθολογοῦσι, νῦν μὲν κλεῖς τῇ δεξιᾷ φέροντα.* Creuzer. Symb. III, p. 590 sq. Boettiger. Id. I, p. 248 et 258.

portarum custos et rector viarum] i. e. *Θυραῖος καὶ Ἀγυιεὺς*, cf. §§ 2 et 6. Creuzer. III. p. 589.

8. *Apollinem Ianum esse Dianamque Ianam*] Cf. Varro R. R. I, 37, 3. *Nunquam rure audivisti octavo Ianam* [*lunam*] *et crescentem et contra senescentem? et quae crescente luna fieri oporteret,* [*et*] *tamen quae-*

saepe *i* litterae causa decoris adponitur, *reditur redhibetur redintegratur* et similia. Ianum quidam solem demonstrari volunt, et 9 ideo geminum, quasi utriusque ianuae caelestis potentem, qui exoriens aperiat diem, occidens claudat: invocarique primum, cum alicui deo res divina celebratur, ut per eum pateat ad illum cui immolatur accessus, quasi preces supplicum per portas suas ad deos ipse transmittat. Inde et simulachrum eius plerumque 10 fingitur manu dextera trecentorum et sinistra sexaginta et quinque numerum tenens ad demonstrandam anni dimensionem, quae praecipua est solis potestas. Alii mundum, id est caelum, esse 11

Edd. vicahgspdzb.] *littera* (om. *i*) A. — *reditur* om. A. *ut reditur* Edd. 9. *per illum* G. — *ad illum deum* i-g. 10. *Unde* BG. — *dextra* v-g. — *CCCLV* coniicit Pontanus, qui adnotavit: „Est quidem haec anni perfecta dimensio, qualis a Caesare constituta. At quum Numa, qui simulachrum hoc dedicavit, CCCLV solummodo sciverit, malim cum Plinio legere, qui diserte lib. XXXIV. cap. 7. *trecentorum*, inquit, *quinquaginta quinque dierum nota.* Georgius tamen Codinus in Constantinopoli, *περὶ ἀγάλματος Ἰανουαρίου*, cum Macrobio facit." Refragatur Gronovius. Vid. not. — *tercentorum* vl. — *retinens* s-bP. 11. *idem caelum*

dam melius fieri post octavo Ianam [*lunam*] *quam ante?* et Scalig. de vet. ann. Rom. in Graev. thes. VIII. p. 311., Creuzer. l. c. p. 592. Si *Iana* est luna, *Ianus* est sol. Cf. § 9. et Boettiger. Id. I. p. 247 sq.

9. *solem*] Cf. c. 17. § 42. Arnob. III, 29. *quem quidam ex vobis mundum, annum alii, solemque esse prodidere nonnulli.*

geminum, quasi utriusque ianuae caelestis potentem] Vid. not. ad c. 7. § 20. et ad h. c. § 6. Serv. ad Aen. VII. 610. *Quasi mundo ei duas facies dederunt, Orientis et Occidentis.* Isidor. Orig. VIII, 11, 37.

qui exoriens aperiat diem] Cf. Horat. Sat. II, 6, 20. *Matutine pater, seu Iane libentius audis.*

invocarique primum] Cf. § 3.

ut per eum pateat .. accessus] „Hanc sententiam explicat Ovidius Fast. I, 173., ubi Ianus rogatus, cur sibi primo ferantur tura et merum: *Ut per me possis aditum, qui limina servo, Ad quoscunque voles, inquit, habere deos.*" Zeun. Cf. Arnob. III, 29. *quem .. viam vobis pandere deorum ad audientiam creditis*, et Serv. l. c. *Alii Ianum aerem credunt, et quia vocis genitor habeatur, idcirco mandari ei preces nostras ad deos perferendas.*

10. *fingitur manu dextera trecentorum et sinistra sexaginta et quinque numerum retinens*] Cf. Plin. N. H. XXXIV, 7 s. 16. *Ianus geminus a Numa rege dicatus, qui pacis bellique argumento colitur digitis ita figuratis, ut trecentorum sexaginta quinque dierum nota per significationem anni temporis et aevi esse deum indicaret.* (Sic legendum esse probare studui in Sillig. ed. min. vol. V, p. 390., et Münchn. Gel. Anzeig. 1845. N. 218.) Suidas s. v. *Ἰανουάριος: ἕτεροι δὲ τῇ δεξιᾷ τ´, τῇ δὲ ἀριστερᾷ ξέ κατέχοντα ὥσπερ τὸν ἐνιαυτόν.* Laurent. Lyd. IV, 1. *νῦν δὲ (μυθολογοῦσι) τῇ μὲν δεξιᾷ τριακοσίας, τῇ δὲ ἑτέρᾳ ἑξήκοντα πέντε ψήφους ἀριθμοῦντα, ὥσπερ τὸν ἐνιαυτόν.* Ad Plin. l. c. Harduinus ex Bedae libello de indigitatione tom. I. affert haecce: *ut ungues indicis et pollicis in manu dextera blando coniungantur amplexu, haec enim nota trecenta significat: sexaginta index pollici superpositus in laeva manu: quinque demum in eadem manu anularis seu proximus a minimo erectus.* Gronovius corruptela in verbis illis Plinii adductus statuit, quotiens numerum dierum anni mutarent Romani, erexisse eos etiam novos Ianos digitorum positu pro ratione numerorum commutato, ut alium Ianum respexerit Plinius, alium Macrobius et cum eo Codinus. Consentit Boettiger. Id. I. p. 267 sq.

anni dimensionem] i. e. anni solaris, non illius quem Numa instituerat. Cf. c. 13. § 8 sq. Liv. I, 19, 6.

11. *mundum, id est caelum*] Vid.

voluerunt; Ianumque ab eundo dictum, quod mundus semper eat, [238]dum in orbem volvitur et ex se initium faciens in se refertur: unde et Cornificius Etymorum libro tertio: *Cicero,* inquit, *non Ia-*
12 *num sed Eanum nominat, ab eundo.* Hinc et Phoenices in sacris imaginem eius exprimentes draconem finxerunt in orbem redactum caudamque suam devorantem, ut appareat mundum et ex
13 se ipso ali et in se revolvi. Ideo et apud nos in quattuor partes spectat, ut demonstrat simulachrum eius Faleris advectum. Gavius Bassus in eo libro quem de dis conposuit Ianum bifrontem fingi ait, quasi superum atque inferum ianitorem: eundem qua-
14 driformem, quasi universa climata maiestate conplexum. Salio-

[Mss. ABGPS.

GS. — *corficius ethymorum* A. 12. *mundum ex ipso ali* (om. *et* et *se*) S. — *ali* om. G. add. a sec. m. B. 13. *Ideoque et* S. — *demonstret* B a sec. m.; G. — *Phaleris* ca. *Phalaris* (in mg. „*Valeriis*, opinor.“ h; g om. *opinor*). — *adiectum* v3. „In scripto erat *adactum*, quod alii cogitabunt.“ Pont. At in A legitur *advectum*. — *Caius* (vel *C*) v-g. (h in mg. „*Gavius Bassus* ant.“) *Gabius* vult Meurs.; Scriverius defendit *Gavius*. — *Bassus* add. a sec. m. G. — *quasi . . . quadriformem* om. h.

not. ad Comm. I, 20, 8. et quae ex Arnobio et Servio attuli ad h. c. § 9. Adde ex Serv. l. c.: *Alii Ianum mundum accipiunt, cuius caulae ideo in pace clausae sunt. quod mundus undique clausus est.* Ovid. Fast. I, 117 sqq.; Lydus de mens. IV, 2; Varro ap. Augustin. de civ. d. VII, 8. Mueller. Etrusk. II. p. 58. Vid. not. ad c. 7. § 20.

Ianumque ab eundo dictum] Cf. Serv. l. c. *Quidam Ianum Eanum dicunt ab eundo, eumque esse Martem.*

Cicero] Vid. not. ad § 7.

12. *Phoenices .. draconem finxerunt*] Vid. quae de Oanne tradit Creuzerus I. p. 60. et III. p. 634.

13. *in quattuor partes spectat*] Cf. Suidas s. v. *Ἰανουάριος: ἄγαλμα τετράμορφον διὰ τὰς τέσσαρας τροπάς.* Laurent. Lyd. IV, 1. *ἔνθεν καὶ τετράμορφον, ἀπὸ τῶν τεσσάρων τροπῶν,* et Serv. ad Virg. Aen. VII, 607. *Ianum sane apud aliquos bifrontem, apud aliquos quadrifrontem esse non mirum est. Nam alii eum dici dominum volunt, in quo ortus est et occasus: alii anni totius, quem in quattuor tempora constat esse divisum,* et ib. ad v. 610. *alii quattuor* (ei dederunt facies) *secundum quattuor partes mundi.* Augustin. de civ. d. VII, 8. *Cum vero eum faciunt quadrifrontem et Ianum Geminum appellant, ad quattuor mundi partes hoc interpretantur.* Isidor. Orig. VIII, 11, 37. Mueller. Etrusk. II. p. 39.

simulachrum eius Faleris advectum] Pontanum huc referenda esse putantem verba Stephani de urbibus: *Φάλαρα πόλις Θετταλίας*, refutavit Zeunius subiiciens: „Servius [ad Virg. Aen. VII, 607.] quoque auctor est Ianum quadriformem ex Faliscis (leg. *Faliscis*) [ed. Lion. *Phaleris*] Tusciae civitate captis in forum transitorium Romam translatum fuisse. Quapropter existimo Macrobium scripsisse *FalerIs*.“ — Etiam Varro L. L. V, 162. habet *Faleris*. Vid. not. Muelleri ad V, 33. De re vid. Merkel. ad Ovid. Fast. p. CCXXVII.

Gavius Bassus cet.] Cf. Laurent. Lyd. IV, 2. *Ὁ δὲ Γάϊος Βάσσος ἐν τῷ περὶ θεῶν δαίμονα αὐτὸν εἶναι νομίζει τεταγμένον ἐπὶ τοῦ ἀέρος, καὶ δι' αὐτοῦ τὰς τῶν ἀνθρώπων εὐχὰς ἀναφέρεσθαι τοῖς κρείττοσι. ταύτῃ δίμορφος εἶναι λέγεται ἔκ τε τῆς πρὸς ἡμᾶς ἔκ τε τῆς πρὸς θεοὺς ὄψεως.*

universa climata] Videtur spectare ad quattuor caeli regiones. Vid. supra et cf. Herodian. II, 11, 8. *Οὐδέ τι ἦν γῆς μέρος ἢ κλίμα οὐρανοῦ ὅπου μὴ Ῥωμαῖοι τὴν ἀρχὴν ἐξέτειναν.*

14. *Saliorum*] Cf. Laurent. Lyd. IV, 2. *Δυοκαίδεκα πρυτάνεις πρὸς τοῦ Νουμᾶ τοὺς καλουμένους Σαλίους ὁρισθῆναί φασιν, ὑμνοῦντας τὸν Ἰανὸν κατὰ τὸν τῶν Ἰταλικῶν μηνῶν ἀριθμόν.*

rum quoque antiquissimis carminibus deorum deus canitur. Mar-
cus etiam Messala, Cn. Domitii in consulatu collega idemque per
annos quinquaginta et quinque augur, de Iano ita incipit: *Qui
cuncta fingit eademque regit, aquae terraeque vim ac naturam gra-
vem atque pronam in profundum dilabentem, ignis atque animae le-
vem, in inmensum in sublime fugientem, copulavit circumdato caelo:
quae vis caeli maxima duas vis dispares conligavit.* In sacris 15
quoque invocamus Ianum Geminum, Ianum Patrem, Ianum Iu-
nonium, Ianum Consivium, Ianum Quirinum, Ianum Patultium et
Clusivium. Cur Geminum invocemus, supra iam diximus: Pa- 16
trem, quasi deorum deum: Iunonium, quasi non solum mensis
Ianuarii sed mensium omnium ingressus tenentem; in ditione au-
tem Iunonis sunt omnes Kalendae, unde et Varro libro quinto
Rerum divinarum scribit Iano duodecim aras pro totidem mensi-
bus dedicatas: Consivium a conserendo, id est a propagine ge- [239]

Edd. vicahgspdzb.]

14. *Gnei* B. — *eque* (sup. add. *a*) *terraeque* A. — *dilabantem* S. — *animae lumen* P. — *immensum* (om. *in*) i-bP. — *vires* i-g. 15. *concicivum* (*s* add. sup. prius c.) B. — *pacultium* A. *petultium* vl. *patulcium* s-b. — *clausium* v-g. 16. *supra*] § 9. — *omnium mensium* Gs-bP. — *rerum humanarum* Sv-g. — *conservando* (corr. in *conserendo*)

deorum deus] Cf. § 16. Merula ad Ennii fragmenta p. 82. scribi maluit *Divom Deus* propter fragmentum carminis Saliaris quod legitur apud Varron. L. L. VII. § 27. *Divum empta cante, divum deo supplicante.* Vid. Creuzer. III, p. 595.

Cn. Domitii in consulatu collega] „A. U. DCC [Varr. DCCI]. Vid. Ern. Clavis.“ Zeun.

aquae terraeque vim ac naturam gravem] Cf. Comm. I, 22, 4 sqq. et II, 15, 16 sqq. et Ovid. Fast. I, 103 sqq., Varro ap. August. de civ. d. VII, 6.

duas vis] „*Ἀρχαϊκῶς*. Salust. III. Hist. [ap. Priscian. VI, 707.] *Adsuetum ad omnes vis controversiarum.*“ Pont. Adde Lucret. II, 586. *multas vis*, et III, 266. *multae vis*.

16. *Geminum*] Bifrontem geminum dicit Macrobius, cf. § 9. et c. 7. § 20., ut qui geminam habeat faciem, cf. Ovid. Fast. I, 135; item Plinius l. c. ad § 10. Contra Augustinus et Isidorus ll. cc. ad § 13. geminum dicunt quadrifrontem.

Patrem, quasi deorum deum] Cf. § 14. Gell. N. A. V, 12, 5., ubi Gronov. ex Lucil. Sat. I. adscripsit: *Ut nemo sit vestrum quin pater optimus divum* cet. Horat. Sat. II, 6, 20., Epist. I, 16, 59. Arnob. III, 29. Creuzer. III, p. 596 et 599.

Iunonium] Cf. c. 15. § 19. Serv. ad Aen. VII, 610. *Idem Iunonius, inde pulchre Iuno portas aperire dicitur* (cf. ad II, 610). Creuzer. l. c. p. 617., ubi citatur Kopp. ad Mart. Cap. p. 19 sq.; Pellegr. l. c. p. 55. Merkel. ad Ovid. Fast. p. ccxxviii. hoc cognomen a Macrobio l. c. censet non recte referri ad calendas Iunoni consecratas; vid. ib. p. ccxlii. Labeo ap. Laurent. Lyd. IV, 1. *Ἰουνώνιον, τουτέστιν ἀέριον.*

in ditione Iunonis sunt omnes Kalendae] Cf. c. 15. § 19.

Varro libro quinto] Cf. Laur. Lyd. IV, 2. *Φροντήϊος δὲ ἐν τῷ Περὶ ἀγαλμάτων .. οἴεται ... δωδεκάβωμον εἶναι τὸν αὐτοῦ ναὸν κατὰ τὸν τῶν μηνῶν ἀριθμόν.* Alia idem ibid. tribuit Varroni in libro XIII.

duodecim aras] P. Victor refert eas fuisse in regione urbis XIV.

Consivium] Creuzer. III. p. 494. confert Laur. Lyd. l. c. *ὁ Λαβεὼν οὖν φησιν αὐτὸν καλεῖσθαι Ἰανὸν Κοσίβιον τουτέστιν βουλαῖον*, et Plutarch. Romul. 13, 3. *Ὠνόμαζον δὲ τὸν θεὸν Κῶνσον, εἴτε βουλαῖον ὄντα .. εἴτε ἵππειον Ποσειδῶ*, et statuit *Consivium* significare et consulentem et marinum deum. Ambrosch (üb. d. Rel.bücher d. R. p. 12). Laur. Lydi interpretationem refutans ad hominis ortum hoc cognomen refert, quod affert etiam ex Tertull. ad Nat. II, 11. Adde

neris humani quae Iano auctore conseritur: Quirinum, quasi bellorum potentem, ab hasta quam Sabini curin vocant: Patultium et Clusivium, quia bello caulae eius patent, pace clauduntur.
17 Huius autem rei haec causa narratur. Cum bello Sabino quod virginum raptarum gratia commissum est Romani portam quae sub radicibus collis Viminalis erat, quae postea ex eventu Ianua-

[Mss. ABGPS.

A. — *id est propagine* (om. *a*) Sv1. — *a Iano* Av „2 Angl.“. — *quirinium* AB „2 Angl.“. *virinum* P7. — *curin* BGM3P6 (M1P2 a sec. m.). *curim* Edd. PM2. *curium* P5. *corin* M1 a p. m.; P7. *quirin* AS (R1 a p. m.; M1 in mg.). — *pacultium* A. *patulcium* s-bP. *atulcium* P7. — *clysivium* A. *clusivum* M23. *clusinium* H2. *clausium* i-g. — *caulae* ABPvs-zM13P27. *aulae* M2P56. *valvae* GSi-g. *portae* b. „Sic lege cum ed. vet.“ Zeun. 17. *autem* om. A. — *virginem raptarum causa* G. *raptarum virginum gratia* S. — *iuminalis* A. *Capitolini* coni.

Aug. C. D. VII, 9. *Varro enumerare deos coepit a conceptione hominum, quorum numerum exorsus est a Iano.* Ceterum conf. *Opem Consiviam* III, 9, 4.

Quirinum] Cf. Laur. Lyd. l. c. *Κυρῖνον, οἱονεὶ πρόμαχον*, et IV, 2. *φασὶ δὲ τὸν αὐτὸν καὶ ἔφορον τῶν ἐπὶ πόλεμον ὁρμώντων τυγχάνειν.* Hor. Carm. IV, 15, 9. *Ianum Quirini clausit.* Klausen. II. p. 714. Creuzer. l. c. p. 598. Buttmannus Mytholog. p. 90 sq. censet Ianum Quirinum fuisse heroem conditorem gentis Sabinae ut Romulum Quirinum Romanae. Pellegrino l. c. p. 45 sqq. ex Pap. Stat. Silv. V, 129. et ex inscriptione ap. Orell. 2244. coniicit Iano Quirino dedicata fuisse duodecim ancilia.

bellorum potentem] Vid. not. ad § 6.

hasta quam Sabini curim vocant] Cf. Ovid. Fast. II, 475 sq. *Sive quod hasta curis priscis est dicta Sabinis, Bellicus a telo venit in astra deus.* Festus ap. Paul. lib. III, p. 49. Muell. *Curis est Sabine hasta, unde Romulus Quirinus, quia eam ferebat, est dictus*, et s. v. *Coelibari hasta* ib. p. 62. et Kopp. ad Martian. II, 149.

Patultium et Clusivium] Cf. Ovid. Fast. I, 129 sq. *modo namque Patulcius idem, Et modo sacrifico Clusius ore vocor.* Serv. ad Virg. Aen. VII, 610. *Alii Clusivium dicunt, alii Patulcium, quod patendarum portarum habeat potestatem.* Labeo ap. Laur. Lyd. l. c. *Κλουσίβιον ἀντὶ τοῦ ὁδιαῖον, .. Πατούλκιον καὶ Κλούσιον, οἱονεὶ θυρεόν.* Etiam Iuppiter dicitur *Patulcius* et Iuno *Patulcia*, vid. Forcell. s. h. v.

caulae] Vid. Serv. l. c. ad § 11. Praeterea haec vox valde usitata est Lucretio, cf. II, 950; III, 256, 702, 707; IV, 624, 664; VI, 839. Varro L. L. V, 20. et Festus p. 46. Muell. docent *caulas* dictas esse a cavo.

pace clauduntur] Servius ad Virg. Aen. I, 291. refert ter clausum esse Iani templum, primum regnante Numa, tum post bellum Punicum secundum (Varro L. L. V, 164. ait: *Tito Manlio consule bello Carthaginensi primo confecto*), tertium post bellum Actiacum. Cf. Ael. Lamprid. Commod. c. 16. Iul. Capitolin. Gord. c. 26. Procop. Bell. Goth. I, 25, p. 122. Dind.

17. *haec causa narratur*] Cf. Ovid. Fast. I, 263 sqq. Serv. l. c. (cf. ad VII, 610. et ad VIII, 361. et Varro L. L. V, 156. s. v. *Lautolae*). De Niebuhrii coniectura (Roem. Gesch. I. p. 324) egerunt Becker. Handb. I, p. 118 sq. et Merkel. p. CXVIII.

portam quae sub radicibus collis Viminalis erat] Errasse videtur Macrobius. Merkel. p. LXXXV. refert Bunsenium in descript. Urb. I, p. 145. Nibbyi secutum opinionem ab aliena manu profecta censere verba *quae .. erat.* Idem p. CXIX. Macrobium ait minus accurate loqui, incredibile enim esse vetus Romuli pomoerium eo usque pertigisse. Becker. l. c. p. 118 sq. et p. 254 sq. portam illam statuit non fuisse portam urbis, sed fuisse sitam in media urbe, in Argileto, ad forum Romanum, et unum idemque fuisse templum Iani Gemini illamque

lis vocata est, claudere festinarent, quia in ipsam hostes ruebant: postquam est clausa, mox sponte patefacta est: cumque iterum ac tertio idem contigisset, armati plurimi pro limine, quia claudere nequibant, custodes steterunt: cumque ex alia parte acerrimo praelio certaretur, subito fama pertulit fusos a Tatio nostros.
18 Quam ob causam Romani qui aditum tuebantur territi profugerunt: cumque Sabini per portam patentem irrupturi essent, fertur ex aede Iani per hanc portam magnam vim torrentium undis scatentibus erupisse, multasque perduellium catervas aut exustas ferventi aqua aut devoratas rapida voragine deperisse. Ea re placitum, ut belli tempore, velut ad urbis auxilium profecto deo, fores reserarentur. Haec de Iano.

1 X. Sed, ut ad Saturnalia revertamur, bellum Saturnalibus sumere nefas habitum, poenas a nocente isdem diebus exigere [240] piaculare est.
2 Apud maiores nostros Saturnalia die uno finiebantur, qui erat a. d. quartum decimum Kalendas Ianuarias: sed

Edd. vicahgspdzb.] Hartung. Relig. d. Roem. II, p. 224. — *ruebant* ABGs-zM123. *irruebant* Sv-gbP. „Recte. Sic postea *irrupturi*." Zeun. — *ex altera parte* vc-g. 18. *fugerunt* (*pro* add. ab al. m.) A. — *per totam* BG. — *ex sede* B. — *exutas* B. — *exustas ferventi aut* om. dz. — *deperiisse* Edd.

X. *Caput X. Quo die Saturnalia celebrari consueverint, et quod primo uno tantum, deinde pluribus diebus sunt celebrata.* ch-b. — *ut .. revertamur*] cf. c. 7. §§ 18-37. — *ut* om. G. — *a nocentibus* P. 2. *ad quar-*

portam. At Macrobius certe distinguit aedem et portam, cum § 18. dicat: *ex aede Iani per hanc portam.*

ex eventu] Cf. c. 6. § 30. *eventu tali.*

Ianualis vocata est] Cf. Varro L. L. V, 164: *Praeterea intra muros video portas dici. . . 165. Tertia est Ianualis dicta ab Iano, et ideo ibi positum Iani signum et ius institutum a Pompilio, ut scribit in Annalibus Piso, ut sit aperta semper nisi quom bellum sit nusquam.*

mox sponte patefacta est] Contra apud Augustin. de civ. d. III, 13. legitur: *Clausisque portis se tuebantur. Quibus dolo apertis admissisque hostibus intra moenia cet.* Ianum Geminum sua sponte apertum esse prodidit Ael. Lamprid. Commod. c. 16.

18. *undis scatentibus*] Cf. Ovid. Fast. I, 269 sq. *Oraque, qua pollens ope sum, fontana reclusi, Sumque repentinas eiaculatus aquas.* Servius ad Virgil. Aen. I, 291. *alii dicunt Romulo contra Sabinos pugnante, quum in eo esset ut vinceretur, calidam aquam ex eodem loco erupisse, quae fugavit exercitum Sabinorum.*

multas perduellium catervas] Cf. c. 6. § 22. *copiosae matrumfamilias catervae.* — Ceterum cf. Gaius in Dig. L, 16, 234. *Quos nos hostes vocamus, eos veteres perduelles vocabant*, et Cic. de off. I, 12, 37.

velut ad urbis auxilium profecto deo] Aliter Servius ad Virg. VII, 610: *ad auxilium petendum ut pateant.*

X, 1. *bellum Saturnalibus sumere nefas habitum*] Cf. c. 16. § 16. *diebus Saturnaliorum . . . nefas est praelium sumere.* Salust. Iug. 20, 5. *prius tamen omnia pati decrevit quam bellum sumere*, et 83, 1. *Omne bellum sumi facile, ceterum aegerrume desinere.* Suet. Caes. 60. *Proelia non tantum destinato sed ex occasione sumebat.*

2. *Saturnalia die uno finiebantur*] Cf. Liv. II, 21, 2. *Saturnalia institutus festus dies*, et XXII, 1, 19. *postremo Decembri iam mense ad aedem Saturni Romae immolatum est, lectisterniumque imperatum .. et convivium publicum: ac per urbem Saturnalia diem ac noctem clamatum, populusque eum diem festum habere ac servare in perpetuum iussus.* Varro L. L. VI, 22. *Satur-*

postquam C. Caesar huic mensi duos addixit dies, sexto decimo
coepta celebrari. Ea re factum est ut, cum vulgus ignoraret cer-
tum Saturnaliorum diem, nonnullique a C. Caesare inserto die et
alii vetere more celebrarent, plures dies Saturnalia numerarentur:
licet et apud veteres opinio fuerit septem diebus peragi Saturna-
3 lia, si opinio vocanda est quae idoneis firmatur auctoribus. No-
vius enim, Atellanarum probatissimus scriptor, ait:

Olim expectata veniunt septem Saturnalia.

Mummius quoque, qui post Novium et Pomponium diu iacentem
artem Atellaniam suscitavit: *Nostri*, inquit, *maiores, velut bene
multa instituere, hoc optime. A frigore fecere summo dies septem*
4 *Saturnalia.* Sed Mallius ait eos qui se, ut supra diximus, Sa-
turni nomine et religione defenderant per triduum festos insti-
tuisse dies et Saturnalia vocavisse: *unde et Augustus huius*, in-
quit, *rei opinionem secutus in legibus iudiciariis triduo servari fe-*
5 *rias iussit.* Masurius et alii uno die, id est quarto decimo Ka-
lendas Ianuarias fuisse Saturnalia crediderunt: quorum sententiam
Fenestella confirmat, dicens Aemiliam virginem XV. Kal. Ianuar.

[Mss. ABGPS.

tum Mss. v-g. — *concesar* (sup. *gaius*, infra quoque) A. — *addixit* AB GS*H*2 „2 Angl.". *addidit* Edd. P. — *X° VI°* S. — *incerto* A. — *veteri* G. 3. *probatissimus Atellanarum* Edd. P. — *Mumius* P7. *Muminius* M. *Memmius* s-bP. „Sic lego. Eius meminerant Agellius lib. XIX. cap. 9. et Nonius *Clivus.*" Meurs. „*Gaius* sive *C. Memmius* citatur *de triumpho Luculli* a Servio ad Virgil. Aen. IV, 261." Pont. — *et Pomponium* om. BG*H*2. — *facere* B (G a p. m.) P6 N. 4. *supra*] c. 7. § 27. — *saturnino nomine* G. — *defenderent* G. — *vocasse* A. a p. m. — *huius rei, inquit* s-bP. — *ferias servari* v-g. 5. *decimo quarto* a. — *ianuarii affuisse* v-g. — *Fenestella sententiam* S. — *decimo quinto* cha. — *Kal. ianuar.* B. *Kalendarum ianuariarum* Av3-bPS (G a sec. m.).

nalia dicta ab Saturno, quod eo die feriae eius, ut post diem tertium Opalia Opis.

huic mensi duos addixit dies] Cf. c. 14. § 9. *Decembri vero* (Caesar dedit) *quartum et tertium Kalendas Ianuarias.* — Ex librorum mss. auctoritate scripsi *addixit*, licet infra § 23. legatur: *ex adiectis a Caesare huic mensi diebus*, non tam quod ibid. legitur: *quo trium dierum ferias Saturnalibus addixit*, quam quod Sueton. Aug. 32. *ad tres iudicum decurias*, inquit, *quartam addixit ex inferiore censu.*

sexto decimo coepta celebrari] „In Calendario, inquit Harduinus ad Plin. XIX, 34., rustico apud Gruterum pag. 133. die XVI. Calendas Ianuarias assignantur Saturnalia." Zeun.

a C. Caesare inserto die] immo eo die quo celebranda erant mense duobus diebus a Caesare insertis aucto.

septem diebus peragi Saturnalia] Cf. Lucian. Saturnal. 2. *ἑπτὰ μὲν ἡμερῶν ἡ πᾶσα βασιλεία, .. ἐν αὐταῖς δὲ ταῖς ἑπτὰ σπουδαῖον μὲν οὐδὲ ἀγοραῖον διοικήσασθαί μοι συγκεχώρηται, πίνειν δὲ* cet.

3. *A frigore .. summo*] i. e. illo tempore quo summum est frigus. De metro adhuc dubito.

4. *in legibus iudiciariis*] Hae cui anno sint assignandae non constat. Infra § 23. idem constitutum esse dicitur *ex edicto Augusti*, quod Merkel. p. IV. ad edictum pontificium refert, indeque concludit non ante annum u. c. DCCXLI., quo anno pontificatus maximus ad Augustum deferretur, hoc fieri potuisse.

5. *Aemiliam virginem*] Hoc iudicium commemorat Plutarch. Quaest. Rom. c. 83. et Asconius in Milon. § 32. p. 46. Or.: *Quo tempore Sex. Peducaeus tribunus plebis* (a. u. c. DCXXXIX.) *criminatus est L. Metellum Pontificem Maximum totumque collegium pontificum male iudi-*

esse damnatam. Quo die si Saturnalia gererentur, nec causam omnino dixisset. Deinde adicit: *Sequebantur eum diem Saturna-* 6
lia. Mox ait: *Postero autem die, qui fuit tertius decimus Kalendarum Ianuariarum, Liciniam virginem ut causam diceret iussam:* ex [241]
quo ostendit XIII. Kal. Ianuar. profestum esse. Duodecimo vero 7
feriae sunt divae Angeroniae, cui pontifices in sacello Volupiae sacrum faciunt: quam Verrius Flaccus Angeroniam dici ait, quod angores ac sollicitudines animorum propitiata depellat. Masurius 8

Edd. vicahgspdzb.] *cal. ianuariarum* S. *Kalendarum Ianuarium* G a p. m.; vl. — *si* om. S. 6. *adicit* B. *adiecit* (G ex corr.; A del. c) Edd. PS. — *qui fuit tertio decimo cal.* SM. *qui fuit decimus tertius cal.* cah. — *Liciniam* Edd. *Luciniam* Mss. et P6M. — *XIII.* ABGvi. *decimo tertio* c-g. *tertio decimo* s-zS (cf. c. 11. § 50.). *tertium decimum* bP. „Haut dubie sic debet legi. Error (*tertio decimo*) est ortus ex scribendi compendio per incuriam aut inscitiam librariorum.“ Zeun. — *Kalendarum Ianuariarum* AG. *Kalendas* (om. *Ianuar.*) vi. *Kalendarum* (om. *Ianuar.*) c-b BPS. — *profectum* AGP. — *esse post tredecimum diem calendarum ianuariarum. Duo decimo.* G. 7. *angoriae* P. — *angenoriam* B. — *animorum sollicitudines* Edd. P. 8. *Massurius addicit* (A

casse de incesto virginum Vestalium, quod unam modo Aemiliam damnaverat, absolverat autem duas, Marciam et Liciniam (cf. § 6.), *populus L. Cassium creavit, qui de iisdem virginibus quaereret: isque et utrasque eas et praeterea complures alias .. damnavit.* Cf. Supplem. in Liv. LXIII, 7, 8, 11. De gente Aemilia conf. Klausen. Aen. p. 972.

nec] Idem, ut saepius, significat ac *ne .. quidem.* Cf. prolegg. p. XLI.

6. *Kalendarum Ianuariarum*] Idem casus legitur et supra (§ 5.) in plerisque libris mss. et infra (§ 14.) in omnibus. Et hoc loco et § 14. consensus eorum me adduxit ut nihil mutarem, licet non ignorem hanc constructionem nulla praeter libros mss. niti auctoritate: sed paulo supra et infra malui recipere compendium scripturae quod priore quidem loco ex cod. B enotavi. Vide tamen Solin. l. c. ad § 7.

Liciniam] Hanc defendisse L. Licinium Crassum, quum annos XXVII. natus esset, retulit Cicero Brut. 43. § 160. Vid. not. ad § 5. Scripturam *Luciniam*, quae est in libris mss. omnibus, nolui recipere, quia nemo usquam, quod sciam, sic scripsit notae illius gentis Romanae nomen.

7. *feriae sunt divae Angeroniae*] Cf. Varro L. L. VI, 23. *Angeronalia ab Angerona quoi sacrificium fit in curia Acculeia et quoius feriae publicae is dies*, et Festus ap. Paul. lib. 1. p. 17. *Angeronae deae sacra a Romanis instituta sunt, quum angina omne genus animalium consumeretur, cuius festa Angeronalia dicebantur.* Plin. N. H. III, 5. s. 9. § 65. Sill. *Namque diva Angerona, cui sacrificatur a. d. XII. Kalend. Ianuarii, ore obligato obsignatoque simulacrum habet.* Haec excerpsit Solinus I, p. 1. C., nisi quod minus recte scripsit: *Inter antiquissimas sane religiones sacellum colitur Angeronae, cui sacrificatur ante diem duodecimum Kalendarum Ianuariarum,* Macrobius ipse III, 9, 4. deam nominat *Angeronam*, ubi vid. not., et praeterea Salmas. Exercc. Plin. p. 6 sq. et Creuzer. III, p. 714., ubi citantur Saxe de dea Angerona Traiect. 1766., Kopp. ad Mart. Cap. p. 19., Hartung. II, p. 247., Pauly Real-Encyclop. vol. I. p. 481 sq., Boettiger. Kl. Schriften III, p. 288 sqq., cui Plinium potissimum sequenti assentitur Creuzerus. Hartung. l. c. censet os obligatum fuisse ne ederentur mali ominis voces.

in sacello Volupiae] Cf. § 8. *in ara Volupiae;* Varro L. L. V, 34, § 164. *Alteram* (intra muros portam video) *Romanulam ab Roma dictam, quae habet gradus in Nova via ad Volupiae sacellum* (vid. Becker. Handb. I, p. 114.), Augustin. de civ. d. IV, 8. *Volupiae,*

adicit simulachrum huius deae ore obligato atque signato in ara Volupiae propterea collocatum, quod qui suos dolores anxietatesque dissimulant perveniant patientiae beneficio ad maximam vo-
9 luptatem. Iulius Modestus ideo sacrificari huic deae dicit, quod populus Romanus morbo qui angina dicitur praemisso voto sit
10 liberatus. Undecimo autem Kalendas feriae sunt Laribus dedicatae, quibus aedem bello Antiochi Aemilius Regillus praetor in
11 campo Martio curandam vovit. Decimo Kalendas feriae sunt Iovis quae appellantur Larentinalia: de quibus, quia fabulari libet,
12 hae fere opiniones sunt. Ferunt enim regnante Anco aedituum Herculis per ferias otiantem deum tesseris provocasse ipso utriusque manum tuente, adiecta conditione, ut victus coena scortoque

[Mss. ABGPS.

altero *s* eraso) P6. — *alligato* P. — *colligatum* P. 9. *anginia* ABv1M. 10. *Calendarum* c-g. — *Laribus consecratae* s-bP. — *eodem bello* v1. — *antiochiae millius regillus* ABGS. *Antiochiae Aemilius Regilius* v-g. — *vovit* (sup. *vel fovet*) B. 11. *Laurentinalia* (B sup. lin.) M3*H*1. — *quis* (sup. *quia*) G. — *hae fere sunt opiniones* S*H*2. *hae sunt opiniones* (om. *fere*) v-g. 12. *laterculis vel abacis tesseris* G (cf. c. 5. § 11.). — *ipse* (sup. *o*) G. — *multaretur* .. *La-*

quae a voluptate appellata est, et 11. *de voluptate Volupia.*

8. *ore obligato atque signato*] Cf. III, 9, 4.; Plin. et Solin. ll. cc.

9. *angina*] Cf. Fest. l. c.

10. *Laribus .. quibus aedem .. Aemilius Regillus .. curandam vovit*] Cf. Liv. XL, 52, 4. *Idem* (M. Aemilius) *dedicavit aedem Larium Permarinum in Campo. Voverat eam annis undecim ante L. Aemilius Regillus navali proelio adversus praefectos regis Antiochi*, cet. Vid. Hertzberg. p. 33 et 51. Creuzer. III. p. 564. Kopp. ad Martian. II. § 155. — *In Campo Martio curandam* idem valet ac: *quam in Campo Martio aedificandam esset curaturus.*

11. *feriae sunt Iovis*] Cf. § 15.

Larentinalia] Cf. Varro L. L. VI, 3. § 23. *Larentinal, quem diem quidam in scribendo Larentalia appellant, ab Acca Larentia nominatus* cet. *Larentalia* scribit Ovid. Fast. III, 57., quam scripturam apud Macrobium quoque censet praeferendam Zeunius. Sed Lactantius I, 20, 4. habet *Larentinalia.* Vid. Hartung. II. p. 146. Hertzberg. p. 37 sq.

hae fere opiniones sunt] „Sed Antias historicus apud Gellium lib. IV. cap. 7. [§ 6 sqq.] scribit istam meretricem testamento vel Romulum ipsum vel populum R. bonis suis heredem fecisse, adeoque a flamine Quirinali sacrificium ei publice factum esse, et diem e nomine eius in fastos additum. Lactantius vero I, 20. [§ 5.] praeter Larentiam Faustuli uxorem et Floram, quae meretrices immortalitatem fuerint consecutae, etiam *Faulam* memorat [cf. Plutarch. Qu. R. 35. *τῇ δὲ ἑτέρᾳ Λαρεντίᾳ Φαβόλαν ἐπίκλησιν εἶναι λέγουσιν.*], quam ex auctoritate Verrii Herculis scortum fuisse ait. Alteram vero sententiam, quae probabilior esse videtur, qua Acca Larentia Faustuli uxor et Romuli Remique nutrix intelligitur, etiam tuentur Sabinus Masurius apud Gellium l. l. [§ 8.], Ovidius [Fast. III, 55.], Lactantius [l. c. § 2.], atque Plinius N. H. XVIII. 2., qui de adoptione Romuli fratribusque Arvalibus fere eadem tradit quae Massurius.“ Zeun.

12. *ipso utriusque manum tuente*] i. e. utriusque in iaciendo vice fungente. *Manus* significat apud Sueton. Aug. 72. pecuniam post infelicem iactum solvendam. Cf. Augustin. de civ. d. VI, 7. *lusit tesseris secum utraque manu alternante, in una constituens Herculem, in altera se ipsum.* Melius Plutarch. Quaest. Rom. c. 35. *τὴν μὲν ὑπὲρ ἑαυτοῦ, τὴν δὲ ὑπὲρ τοῦ θεοῦ βαλών*, et Romul. c. 5. *τὰς μὲν ὑπὲρ τοῦ θεοῦ τιθεὶς, τὰς δ' ὑπὲρ αὑτοῦ ψήφους.*

multaretur. Victore itaque Hercule illam Accam Larentiam, no- 13
bilissimum id temporis scortum, intra aedem inclusisse cum coena, eamque postero die distulisse rumorem, quod post concubitum dei accepisset munus, ne commodum primae occasionis, cum se domum reciperet, offerendae aspernaretur. Evenisse itaque, ut 14
egressa templo mox a Carutio capto eius pulchritudine conpellaretur: cuius voluntatem secuta adsumptaque nuptiis post obitum viri omnium bonorum eius facta compos, cum decederet, popu- [242]
lum Romanum nuncupavit heredem. Et ideo ab Anco in Vela- 15
bro loco celeberrimo urbis sepulta est, ac sollemne sacrificium

Edd. vicahgspdzb.] *rentiam* om. P. 13. *laurentiam* G (B sup. lin.). — *nobilissimum id tempus* vl. *nob. per id tempus* v-gb. *per id tempus nobilissimum* s-z. — *cumque* (sup. add. *a*). — *nec commodum* Ps-z „Locus hiulcus et corruptus esse videtur. Forte emendatur ita, ut particula *nec* mutetur in *ne*, quae lectio iam reperitur in ed. Colon., et post *accepisset* putemus excidisse, ob similitudinem praecedentis syllabae, particulam *ut*. Caeterum si cui videatur post *munus* reponendum esse *hanc vocem* aut *responsum*, per me facile licet, quamquam hoc non opus esse arbitror propterea quod ἐλλειπτικῶς facile intelligi potest.“ Zeun. 14. *mox templo* v3-g. *mox templa* vl. — *Carucio* s-bP. *carvitio* S. — *sumptaque* v-g. 15. *belabro* A. — *sculpta est* v-g (g in mg.: „qui poste-

13. *Accam Larentiam*] „Alii *Laurentiam* per diphthongum scribunt, ut Plin. l. c., Varro l. c. et Dionysius Hal. A. R. I, 84. et 87. secundum receptam lectionem; alii vero *Larentiam* per simplicem litteram, ut Liv. I, 4., Ovid. l. c., Gellius l. c., Lactantius l. c., Minuc. Felix 25, 9., Plutarchus ll. cc. et Lapi codex Dionysii Hal. l. c. Utra ratio igitur sit praeferenda, nos ignorare fatemur.“ Zeun. — Apud Varronem nunc legitur *Larentia*, apud Plinium et Dionysium idem in nonnullis certe codicibus. Quamquam ergo apud Augustinum l. c. legitur *Laurentinam*, et infra §§ 16. et 17. complures libri mss. exhibent *Laurentiam*, vix dubitandum est quin Macrobius scripserit *Larentiam*. Cf. Muell. Etr. II. p. 101 sq.

nobilissimum scortum] Cf. Augustin. l. c. *nobilissimam meretricem*. Liv. XXXIX, 9, 5. *Scortum nobile*. Serv. ad Virg. Aen. VI, 758. *Illustres. Hoc nomen notitiae fuit, non meriti. Unde etiam in meretricibus invenitur. Nam et nobiles et illustres vocantur.*

id temporis] Gronovius ad cap. 17. § 37. (ubi quidem *id temporis* non pro adverbio ponitur) attulit Minut. Fel. [2, 4.] *id temporis*, et Arnob. lib. V. [c. 5.] *illud temporis*. Adde Cic. Cat. I, 4, 10, al.

quod . . accepisset] Vid. not. ad Comm. I, 13, 18.

offerendae] Est verum participium futuri passivi: *occasionis se oblaturae* vel *quae offerretur*, qui usus non nisi infimae Latini sermonis aetatis est. Vid. Krüger. Gramm. d. lat. Spr. p. 650. Not.

14. *a Carutio*] Apud Augustinum l. c. nominatur *Tarutius*, quae scriptura fide dignior est, cum Plutarchus ll. cc. habeat *Ταῤῥούτιος* vel *Ταῤῥούντιος*, Varro l. c. § 24. commemoret *Accas Tarentinas*, et Gellius l. c. cum Acca Larentia *Caiam Tarratiam*. In verbis *agros Turacem Semurium* (§ 16.) Hertzberg. de diis patr. p. 40. censet latere *Turaciae* nomen. Ciceronis familiaris (cf. de div. II, 47, 98) fuit *L. Tarutius Firmanus*, quem Solinus c. 1. p. 2. D. vocat *Lucium Taruntium*.

15. *in Velabro loco celeberrimo urbis sepulta est*] „*Velabrum*, ait Ern. in Clave, fuit planities inter Capitolium, Palatinum et Aventinum. Cicero quoque Ep. I, 15. ad Brutum hoc in loco *Larentiam* esse sepultam scribit: sed Varro istam mulierem vocat *Accam Taruntiam*, cuius ipse Gellius l. l. mentionem facit.“ Zeun. — Cf. Varro l. c. *Hoc sacrificium fit in Velabro, qua in Novam viam exitur, ut aiunt quidam, ad sepulcrum Accae, ut*

eidem constitutum, quo dis Manibus eius per flaminem sacrificaretur, Iovique feriae consecratae, quod aestimaverunt antiqui animas a Iove dari et rursus post mortem eidem reddi.
16 Cato ait Larentiam meretricio quaestu locupletatam post excessum suum populo Romano agros Turacem Semurium Lintirium et Solinium reliquisse, et ideo sepulchri magnificentia et annuae parentationis
17 honore dignatam. Macer Historiarum libro primo Faustuli coniugem Accam Larentiam Romuli et Remi nutricem fuisse confirmat. Hanc regnante Romulo Carutio cuidam Tusco diviti denuptam auctamque hereditate viri: quam post Romulo, quem educasset, reliquit: et ab eo parentalia diemque festum causa pieta-
18 tis statutum. Ex his ergo omnibus colligi potest et uno die Saturnalia fuisse et non nisi quarto decimo Kalendarum Ianuariarum celebrata: quo solo die apud aedem Saturni convivio dissoluto Saturnalia clamitabantur: qui dies nunc Opalibus inter Sa-

[Mss. ABGPS.

riora leget, videbit legendum esse *sepulta est.*"). — *quod is* A. *quod dis* S. *quod diis* G. — *quia* Edd. P. — *existimaverunt* BSv3-g. *extimaverunt* v1. 16. *Larentiam* om. P. *laurentiam* BG*H*2. — *Romano* om. dzb. — *semmurium* G. — *lintirium* BG. *Litirium* (gh in mg.) Bar. *linterium* ASM „Angl.". *Lincerium* v-g. *Lutirium* s-bP. 17. *laurentiam* BG*H*2. — *Carucio* s-b. *Tarutio* *H*2. — *quam primo* v1. — *pietatis causa* v-gb. *pietatis* (om. *causa*) *H*. 18. *decimo quarto* c-g. — *ianuarium* i. — *convivio soluto* v-agb. *solito* h. „Camerarii et item ed. prisca." Pont. „Ed. Colon. habet *solito*, non male. Etenim, quamquam *dissolutum* a rei festivitate et hilaritate non est alienum: cum tamen auctor de tempore stato solemni et definito loquatur, mihi *solito* orationis seriei convenientius esse videtur. Hinc [§ 23.] *solita celebrari.*" Zeun. Vid. not. — *comitabantur* A*. „An *committebantur*, quomodo *ludos committere*? Aut remotior potius vox fuit scriptumque *comissabantur*,

quod ibi prope faciunt Diis Manibus Servilibus sacerdotes, qui uterque locus extra urbem antiquam fuit, non longe a porta Romanula. Cf. Plut. Rom. 5. et Becker. I, p. 492.

per flaminem] Dialem, puto, cum feriae sint Iovis.

quod aestimaverunt antiqui animas a Iove dari] Cf. Comm. I, 12, 2. *Per has portas animae de caelo in terras meare et de terris in caelum remeare creduntur;* et II, 17, 14. *animae .. permittuntur .. ad naturae suae principia, quod est caelum, .. remeare.* Hertzberg. p. 26. et p. 52. Mueller. Etrusk. II, p. 89.

16. *Semurium*] Hic ager commemoratur a Cicerone Phil. VI, 5, 14.

Solinium] Hoc nomen valde dubium esse dicit Mueller. Etrusk. II, p. 104.

annuae parentationis] Cf. § 15. *sollemne sacrificium eidem constitutum.*

17. *Faustuli coniugem*] Cf. Liv. I, 4, 7. *Ab eo* (Faustulo) *Larentiae uxori educandos latos.*

Romulo .. reliquit] Plutarchus Qu. R. l. c. scripsit τῇ πόλει, Rom. l. c. τῷ δήμῳ, Augustin. l. c. *populo Romano* cf. § 14. Romulum Accae Larentiae filium sese dedisse Sabini Masurii verbis retulit Gellius VI, 7, 8.

18. *Kalendarum Ianuariarum*] Cf. § 6.

convivio dissoluto] „*Dissolutus* ἄσωτος hic est." Pont.

Saturnalia clamitabantur] „Livius XXII, 1. sub fin.: *Convivium publicum*, inquit, *ac per urbem Saturnalia diem ac noctem clamatum* [ubi in ed. Drakenb. interpungitur post *publicum*]. *Convivium et Saturnalia clamare* seu *clamitare* dicitur in praeconibus, qui voce satis clara ad convivium invitant, quod Saturnalibus solet celebrari. Sic apud Martialem [I, 49, 30.] occurrit conviva *clamatus* h. e. invitatus." Zeun. — Ad invitationem hoc

turnalia deputatur, cum primum Saturno pariter et Opi fuerit ascriptus. Hanc autem deam Opem Saturni coniugem credide- 19 runt, et ideo hoc mense Saturnalia itemque Opalia celebrari, quod Saturnus eiusque uxor tam frugum quam fructuum repertores esse credantur: itaque omni iam fetu agrorum coacto ab hominibus hos deos coli quasi vitae cultioris auctores: quos 20 etiam nonnullis caelum ac terram esse persuasum est, Saturnum- [243] que a satu dictum, cuius causa de caelo est, et terram Opem, cuius ope humanae vitae alimenta quaeruntur, vel ab opere per quod fructus frugesque nascuntur. Huic deae sedentes vota con- 21 cipiunt, terramque de industria tangunt, demonstrantes ipsam matrem terram esse mortalibus adpetendam. Philochorus Saturno 22 et Opi primum in Attica statuisse aram Cecropem dicit, eosque deos pro Iove terraque coluisse, instituisseque ut patres familiarum et frugibus et fructibus iam coactis passim cum servis vescerentur cum quibus patientiam laboris in colendo rure toleraverant: delectari enim deum honore servorum contemplatu laboris. Hinc est quod ex instituto peregrino huic deo sacrum aperto ca-

Edd. vicahgspdzb.] vel, ut in Orthographicis scribendum praecipit Velius Longus, *comisabantur?* Super tota voce ita Festus: *Comisatio*, inquit, *a vicis*, *quos Graeci κώμους dicunt, appellatur: quibus in locis alii alios convictus causa invitabant.* Glossae Latinae *comisatum*, *ἐπὶ κῶμον;* Graeci *κῶμον comisatum*, *comisatio.* Aristophanes Pluto (1040): *ἔοικε δ' ἐπὶ κῶμον βαδίζειν*, quod ita vertunt, *videtur ad lascivum convivium ire.*" Pont. „Non est quod de verbo *clamitabantur* dubitemus." Zeun. Vid. not. — *Saturni pariter* z. 19. *iam omni fetu* G. 20. *et terram* Sv-g. — *persuasum esse* B. 21. *et ipsam* s-b. — *terram matrem esse* G. *matrem esse terram* s-b. — *a mortalibus* P. 22. *instituto* (om. *ex*) S (G add.

referendum esse non putaverim, quum Livius l. c. dicat: *diem ac noctem clamatum*, et Martialis XI, 2, 5. *Clamant ecce mei: Io Saturnalia versus.*

qui dies nunc Opalibus .. deputatur] Cf. Varro L. L. VI, 3. § 22.: *Saturnalia dicta ab Saturno, quod eo die feriae eius, ut post diem tertium Opalia Opis.*

19. *Opem Saturni coniugem*] Cf. Varro L. L. V, 10. § 57. *Principes dei Caelum et Terra. Hi dei idem qui Aegypti Serapis et Isis .. Idem principes in Latio Saturnus et Ops.* Festus ap. Paul. lib. XIII, p. 187. Muell. *Opis dicta est coniux Saturni per quam voluerunt terram significari.* Orell. Inscr. 1507. *Locus adsignatus aedi Opis et Saturni.* Klausen. Aen. p. 861. Zeunius confert Cornutum de nat. deor. 6 et 7.

tam frugum quam fructuum repertores] Cf. c. 7. § 24 sq., ubi vid. not. Ad agriculturam pertinet etiam cognomen *Consiviae*, quod Opi datum esse dicitur III, 9, 4. Vid. etiam h. lib. c. 12. § 22.

quasi vitae cultioris auctores] Cf. c. 7. § 24. *quasi vitae melioris auctorem.*

20. *Saturnumque a satu dictum, cuius causa de caelo est*] Cf. c. 8. § 8. et Arnob. IV, 9. *Saturnum praesidem sativis.* Servius ad Virg. Georg. I, 21. refert a satione dictum esse *Satorem* deum.

cuius ope .. alimenta quaeruntur] Cf. Fest. l. c. *quia omnes opes humano generi terra tribuit.* Koppius ad Martian. I. § 72. adnotavit Orph. Hymn. XIII, 11. *Εἰρήνην κατάγουσα σὺν εὐόλβοις κτεάτεσσι.*

21. *terramque de industria tangunt*] Cf. III, 9, 12. *Cum Tellurem dicit manibus terram tangit.*

22. *in Attica*] Cf. c. 7. § 37.

ut patres familiarum .. passim cum servis vescerentur] Cf. c. 11. § 1. Cap. 24. § 23. *religiosae domus dicuntur prius famulos dapibus honorare.*

contemplatu laboris] Cf. c. 16. §

23 pite facimus. Abunde iam probasse nos aestimo Saturnalia uno tantum die, id est quarto decimo Kalendas, solita celebrari: sed post in triduum propagata, primum ex adiectis a Caesare huic mensi diebus, deinde ex edicto Augusti quo trium dierum ferias Saturnalibus addixit: a sexto decimo igitur coepta in quartum
24 decimum desinunt, quo solo fieri ante consueverant. Sed Sigillariorum adiecta celebritas in septem dies discursum publicum et laetitiam religionis extendit.

XI. Tunc Evangelus: Hoc quidem, inquit, iam ferre non [244] possum, quod Praetextatus noster in ingenii sui pompam et ostentationem loquendi vel paulo ante honori alicuius dei adsignari voluit quod servi cum dominis vescerentur, quasi vero curent divina de servis aut sapiens quisquam domi suae contumeliam tam foedae societatis admittat, vel nunc Sigillaria, quae lusum reptanti adhuc infantiae oscillis fictilibus praebent, temptat officio religionis ascribere, et quia princeps religiosorum putatur, nonnulla iam et superstitionis admiscet, quasi vero nobis fas non sit Praetex-

[Mss. ABGPS. (Vinde a verbis *Iocone an serio*, c. 11. § 2.) *ex* a sec. m.). — *operto* G. 23. *extimo* v1. *existimo* Sv3-g. — *decimo quarto* c-g. — *Kalendarum* (vel *Cal.*) Edd. PS. — *prorogata* S. — *huic mense* vi. — *decimo sexto* cah. — *decimum quartum* a (ch *XIIII*).

XI. *Caput XI. Non esse contemnendam sortem servorum, cum et dii horum curam gerant, et multos ex his fideles, providos, fortes, et philosophos quoque fuisse constet. Tum Sigillariorum origo quae fuerit.* ch-b.

1. *noster ingenii* (om. *in*) G. — *paulo* (om. *vel*) S. — *paulo ante*] c. 10. § 22. — *cura sit diis tanta* seu *curent dii ulla* coni. Zeun. — *domui* BG. — *vel Sigillaria* (om. *nunc*) s-z. — *nunc*] c. 10. § 24. — *quae usum* A. — *sectilibus* g in mg. — *ut putatur* A. — *iam et* APSv*H*2. *et* (om. *iam*) BGi-g „2 Angl.". *etiam* s-g. — *vero fas* (om. *nobis*) S. —

31. *aestimatu aetatis;* II, 1, 6. *admixtu voluptatis.*

Hinc est quod . . huic deo sacrum aperto capite facimus.] A Pelasgis et ab Hercule hunc ritum derivat c. 8. § 2.

23. *a Caesare*] Praenomen *C.*, quod bis additur supra § 2, a plerisque codd. mss. c. 11. § 50. abest.

ex edicto Augusti] Cf. § 4.

trium dierum ferias] „Et Caligula post, ut notat Suetonius, unum quoque adiecit, cap. 17. *Et ut laetitiam publicam in perpetuum quoque augeret, adiecit diem Saturnalibus, appellavitque Iuvenalem.* Dio LX. quintum Saturnalium hunc credidit." Pont. — Dio Cassius LIX, 6. *προσεπηύξησε*, inquit, *τὰς ἐλπίδας αὐτῶν τά τε Κρόνια ἐπὶ πέντε ἡμέρας ἑορτάζεσθαι κελεύσας* cet., et LX, 25. *τοῖς τε Κρονίοις τὴν πέμπτην ἡμέραν τὴν καταδειχθεῖσάν τε ὑπὸ τοῦ Γαΐου καὶ μετὰ τοῦτο καταλυθεῖσαν ἀπέδωκε.* Quartum diem quis addiderit non constat: Lipsius Saturn. Serm. I, 3, p. 17. censet quartum diem irrepsisse extremis annis Augusti. Cf. Merkel. ad Ovid. Fast. p. xx.

coepta] Cf. § 2. *coepta celebrari.*

24. *Sigillariorum*] Cf. c. 11. § 46 sqq.

in septem dies] Cf. § 3.

XI, 1. *honori alicuius dei*] i. e. honori ab aliquo deo servis tributo, cf. c. 10. § 22. *delectari enim deum honore servorum.*

quasi vero curent divina de servis] „Hic locus vel corruptus est et corrigendus (vid. app. crit.), vel, quod tutius et melius forte est, graecismi sunt statuendi, *divina* pro *dii* et *de servis* pro *servos*, ut *θεῖα* et *φροντίζειν περί.*" Zeun. — Cf. c. 17. § 1. *divina voluerunt.*

oscillis fictilibus] Cf. § 48. et c. 7. § 31.

princeps religiosorum] Cf. c. 17. § 1. *sacrorum omnium praesul.*

tato aliquando non credere. Hic cum omnes exhorruissent, Prae- 2
textatus renidens: Superstitiosum me, Evangele, nec dignum cui credatur existimes volo, nisi utriusque tibi rei fidem ratio adserta monstraverit. Et, ut primum de servis loquamur, iocone an serio putas esse hominum genus quod di inmortales nec cura sua nec providentia dignentur? An forte servos in hominum numero esse non pateris? Audi igitur, quanta indignatio de servi supplicio caelum penetraverit. Anno enim post Romam conditam 3
quadringentesimo septuagesimo quarto Autronius quidam Maxi-[245]
mus servum suum verberatum patibuloque constrictnm ante spectaculi commissionem per circum egit: ob quam causam in-

Edd. vicahgspdzb.]
aliquando om. P. 2. *nec indignum* S. — *aestimes* s-b. — *asserta ratio* Sv-g. — *monstraverat* (sup. add. *i*) B. — *penetravit* S. 3. *Cap. VII. Historia Atronii de servo punito.* v (i *Cap VI.*). — *quadringentesimo septuagesimo quarto* Mss v-gP6. „Alii“ Meurs *quadring. quadragesimo quarto* s-z. „Corrige CCLXIV. auctore Livio II, 36.“ Zeun. *ducentesimo sexagesimo quarto* b. „Meliores“ Meurs. — *Atronius* Sv-g. — *ob hanc*

2. *cum omnes exhorruissent*] Cf. c. 24. § 8.

renidens] Cf. I, 4, 4.

ratio adserta] sc. a me. Cf. Comm. II, 5, 13. *Et quia animo facilius inlabitur concepta ratio descriptione quam sermone.*

3. *quadringentesimo septuagesimo quarto*] Cum eo loco, ubi haec refert Livius, convenit sane numerus quem proposuit Zeunius, CCLXIV.: sed obsequor codicibus mss. Vid. not. ad § 5.

Autronius quidam Maximus] „Praeter Livium [II, 36.] eandem rem narrant Cicero Divinat. I, 26., Lactant. Inst. II, 7. [§ 20 sqq.], Valer. Max. I, 7, 4., August. Civ. D. IV, 26., Dionys. Hal. A R. VII, [c. 68.], Plutarch. in Coriol. p. 275. [c. 24.], Arnob. VII, p. 244. [c. 39.]. — Dionysio hic vocatur *ἀνὴρ οὐκ ἀφανής*; Valerio et Livio [adde: Arnobio] *quidam paterfamilias* [Plutarch: *οἰκέτην τις αὐτοῦ .. ἐκέλευσεν ἐξάγειν δι' ἀγορᾶς μαστιγοῦντας*, Cicero: *servus per circum .. ductus est*, Augustin.: *in quodam scelerato qui .. ad supplicium duci iussus est*], Lactantio *Antronius Maximus quidam*, ubi alii libb. legunt *Autronius*, alii *Atronius*, alii *Atonius*. Sed Lipsius de cruce III, 3. *Autronius* probandum esse censet.“ Zeun.

patibuloque constrictum] „Patibulum hic non differre a furca recte iudicat Lipsius l. l. Nam Lactantius, Valerius, Livius habent *sub furca* et Cicero *furcam ferens*. Apud Plautum occurrit [Mil. II, 4, 7.] *dispessis manibus patibulum habere*, item [Mostell. I, 1, 53.] *ire patibulatum per vias* etc.; cf. Lips. l. l.“ Zeun. — Adde fragm. Plauti ap. Non. III, 183. *Patibulus* (al. *patibulatus*) *ferar per urbem, deinde affigar cruci.* Arnobius l. c. habet: *servum .. per Circi aream mediam transduxisse caesum virgis, et ex more multasse post patibuli poena*, ubi *patibulum* ponitur pro cruce. Quem morem confirmat Dio Cass. LIV, 3. *τινὰ δὲ ἕτερον (τῶν δούλων) διά τε τῆς ἀγορᾶς μέσης μετὰ γραμμάτων τὴν αἰτίαν τῆς θανατώσεως αὐτοῦ δηλούντων διαγαγόντος καὶ μετὰ ταῦτα ἀνασταυρώσαντος οὐκ ἠγανάκτησε.* Plutarchus l. c. addit *εἶτ' ἀποκτεῖναι*, Dionysius l. c. *ἐπὶ τιμωρίᾳ θανάτου*, Valerius Max., Lactantius, Augustinus ll. cc. *ad supplicium.*

ante spectaculi commissionem] Cf. II, 7, 9. Pontanus apud Valerium Max. pro *priusquam pompa duceretur*, quia in codd. nonnullis legitur *croma*, coniecit legendum esse *acroama*, sed Plutarchus l. c. habet: *ἡ πομπὴ κατὰ τύχην ἠκολούθήκει*, idemque et Dionysius: *πρὸ τῆς πομπῆς*, Livius: *nondum commisso spectaculo*, Cicero: *qui* (ludi) *antequam fierent*, Augustin.: *populo spectante*, Lactantius nihil eiusmodi.

Annio cuidam] „Super hominis huius nomine inter auctores dissensus est. Valerio, Livio, Plutarcho et Dionysio *T. Latinus* appel-

dignatus Iuppiter Annio cuidam per quietem imperavit, ut senatui nuntiaret non sibi placuisse plenum crudelitatis admissum.
4 Quo dissimulante filium ipsius mors repentina consumpsit, ac post secundam denuntiationem ob eandem negligentiam ipse quoque in subitam corporis debilitatem solutus est. Sic demum ex consilio amicorum lectica delatus senatui retulit, et vix consummato sermone sine mora recuperata bona valitudine curia pedibus
5 egressus est. Ex senatus itaque consulto et Maenia lege ad propitiandum Iovem additus est illis Circensibus dies, isque instauratitius dictus est, non a patibulo, ut quidam putant, Graeco nomine *ἀπὸ τοῦ σταυροῦ*, sed a redintegratione, ut Varroni placet,
6 qui *instaurare* ait esse instar novare. Vides, quanta de servo ad deorum summum cura pervenerit. Tibi autem unde in servos tantum et tam inane fastidium, quasi non ex isdem tibi et constent et alantur elementis eundemque spiritum ab eodem princi-

[Mss. ABGPSV.

causam v-g. — *senatu* v1. 4. *debilitatem corporis* S. — *ingressus* (sup. add. *e*) G. 5. *Maenia* AB. *menia* P5P6. „2 Angl.“ *moenia* GV. *Mevia* v-g. *Maevia* s-b. — *dies itaque* b. *dies is qui* s-bP. „Vetus, *isque instauratius.*“ Pont.; at in A est *instauratitius.* — *αποτοις sed* A. 6. *inane* A*BGVM123. „2 Angl.“ „Quod palato quidem non hebeti movendae sit salivae.“ Pont. *immane* Edd. PS. — *quasi non* ...

latur. Lactantius Inst. II, 8. [immo 7, 20. cf. 16, 11.] *Ti. Atinium* extulit, et amplectitur Pighius, qui antiquam et plebeiam ait familiam Atiniam. Certe Macrobii scriptura parum ab hac Lactantii voce deviat, et corrupta potius censenda quam falsa.“ Pont. — Consentit Zeunius, qui recte dicit etiam apud Livium et Valerium reperiri *Ti. Atinium*, apud Ciceronem nonnisi *quendam rusticum Romanum.*

plenum crudelitatis admissum] „Elegantius alii scriptores rem exprimunt, *non sibi placuisse ludis praesultorem* [sic legitur apud Valerium et apud Lactantium: apud Ciceronem vel *praesultorem* vel *praesulem*, apud Livium vel *praesultorem* vel *praesultatorem*]. Graece *ὀρχηστὴν πρὸ τῆς πομπῆς.*“ Zeun.

4. *in subitam corporis debilitatem solutus est*] Cf. Polyb. XI, 24, 5. *Σωματικῇ δυνάμει παραλελυμένος.*

5. *Maenia lege*] Eo tempore quo haec facta esse refert Livius nullus memoratur Maenius tribunus plebis (cf. Real-Enc. IV. p. 1357.). Lex Maenia quam commemorat Cicero Brut. 14, 55. in id fere tempus incidit quod posuit Macrobius, nam lata est a. u. CCCCLXVI. (Cf. Orell. Onom. Tull. III. p. 215.) Quid, si notior haec lex huic imposuit?

illis Circensibus] Cicero l. c.: *Quum bello,* inquit, *Latino ludi votivi maximi primum fierent,* Liv. l. c.: *Ludi forte ex instauratione magni Romae parabantur,* Valerius Max. l. c.: *plebeiis ludis,* Augustin. l. c.: *ut ludi Romani instaurarentur.* Apud Graecos scriptores non additur nomen ludorum. Merkel. ad Ovid. Fast. p. CLIX. de hoc loco agens: „De ludis magnis, inquit, sive Romanis“, quos quidem distinguit Witzschel., Real-Encycl. IV. p. 1208.

ἀπὸ τοῦ σταυροῦ] Vid. not. ad c. 8 § 6.

Varroni] Merkel. l. c. in Rerum divinarum lib. IX. haec censet infuisse.

instaurare ait esse instar novare] Cf. Festus p. 111. Muell. *Instaurari ab instar dictum est, quum aliquid ad pristinam similitudinem reficitur.*

6. *tam inane fastidium*] Pontanus confert Plaut. Mil. [IV, 6, 17.]: *Ergo iste me metus macerat, quod ille fastidiosus est,* et Pers. [I, 1.]: *O quantum est in rebus inane,* et Virg. [Aen. IV, 210.] *inania murmura.*

ex isdem elementis] Cf. c. 8. § 8.

pio carpant? Vis tu cogitare eos quos ius tuum vocas isdem se- 7
minibus ortos eodem frui caelo, aeque vivere aeque mori? Servi sunt? immo homines. Servi sunt? immo conservi, si cogitaveris tantundem in utrosque licere fortunae. Tam tu illum videre liberum potes, quam ille te servum. Nescis, qua aetate Hecuba servire coeperit, qua Croesus, qua Darei mater, qua Diogenes, qua
Plato ipse? Postremo quid ita nomen servitutis horremus? 8
Servus est quidem: sed necessitate, sed fortasse libero animo [246]
servus est. Hoc illi nocebit, si ostenderis quis non sit. Alius libidini servit, alius avaritiae, alius ambitioni, omnes spei, omnes
timori. Et certe nulla servitus turpior quam voluntaria. At nos 9
iugo a fortuna inposito subiacentem tamquam miserum vilemque calcamus: quod vero nos nostris cervicibus inserimus non patimur
reprehendi. Invenies inter servos aliquem pecunia fortiorem: in- 10
venies dominum spe lucri oscula alienorum servorum manibus infigentem: non ergo fortuna homines aestimabo sed moribus. Sibi quisque dat mores: conditionem casus adsignat. Quemadmodum

Edd. vicahgspdzb.]

(§ 15.) *tacebant*] Cf. Io. Saresb. VIII, 12. — *principe* s-z. „Haut dubie legendum est cum ed. Colon. *principio*. Postulat enim sensus.“ Zeun.

7. *Vis tu ... aeque mori*] cf. Sen. Ep. 47. § 8. — *Servi ... conservi*] ib. § 1. — *in utroque* S. — *Tam ... servum*] Sen. l. c. § 8. — *Nescis .. Plato ipse*] ib. § 10. — *coepit* Edd. — *darei* BSV (G eraso e et sup. scr. *i*) Sen. l. c. *darii* AEdd.PSar. — *Plato* BGi-gbPV; cf. § 41. *Platon* ASvs-z Sen. l. c. 8. *Servus est .. voluntaria*] cf. Sen. l. c. § 14 et 15. — *sed fortasse liber animo. Servus est*, interpungere et emendare voluit Meurs. Sic legitur apud Sen. l. c.; sed idem postea habet *ostende* non *si ostenderis*. Zeun. coni. *nocebit? sed ostende sis.* 9. *peior* (sup. *turpior*) G. 10. *oscula ... infigentem*] cf. Sen. l. c. § 11. — *aliorum* Sar. — *Non ergo fortuna .. adsignat*] ib. § 13., ubi tamen legitur: *non ministeriis*, et infra *ministeria casus adsignat*. — *Quemadmodum ... elementa universa quae mundo plenitudinem facerent*. Zeunius confert Comm. II, 12 et 13.

7. *Nescis qua aetate Hecuba servire coeperit* cet.] „Nam expugnata Troia *Hecubam* servam sortitus esse traditur Ulysses. Dictys Cret. V, 13. De *Croeso* servo res satis nota est ex Herodoto [I, 86.] et Iustino [I, 7.]. *Darii mater* fuit Sisygambis, quae ab Alexandro capta est. Vid. Iustin. [XI, 9.], Arrian. [II, 11.] et Curt. [III, 11. 24]. *Diogenem* Cynicum, cum senex Aeginam navigaret, captum esse a piratis venditumque in Creta Xeniadi, qui illum Corinthum reduxerit filiisque regendis praefecerit, narrat Laertius VI, 4, 29., Gellius II, 18 [9. Adde Lactant. III, 25, 16.]. *Platonem* vero, postquam iterum Syracusas venerit, a Dionysio minori Siculorum tyranno venditum esse cuidam Anniceri, auctor est Olympiodorus in vita Platonis.“ Zeun. — De *Platone* vid. Diog. Laert. III, 14, 19. et Lactant. l. c.

8. *libero animo servus est*] „Conferatur hic Ciceronis paradoxon [V.]: *Omnes sapientes liberos esse et stultos omnes servos.*“ Zeun.

si ostenderis] Zeunius putavit aut hoc esse mutandum (Vid. app. crit.), aut *si* ex graecismo positum esse pro *an*. At omnia bene se habent, dummodo interpreteris: „hoc tum demum illi nocebit, si ostenderis“ cet.

omnes spei] Haec non leguntur apud Senecam, neque commendantur Iuvenalis X, 4 sq. verbis: *Quid enim ratione timemus Aut cupimus*, ut vult Pontanus. Namque illud *cupimus* non tam ad spem pertinet, quam ad libidinem, avaritiam, ambitionem.

10. *pecunia fortiorem*] Cf. Hor. Od. III, 3, 49 sq. *Aurum .. spernere fortior.*

Sibi quisque dat mores: conditio-

stultus est qui empturus equum non ipsum inspicit sed stratum eius ac frenos, sic stultissimus est qui hominem aut ex veste aut ex conditione, quae nobis vestis modo circumdata est, aestiman-
11 dum putat. Non est, mi Evangele, quod amicum tantum in foro et in curia quaeras. Si diligenter adtenderis, invenies et domi. Tu modo vive cum servo clementer: comiter quoque et in sermonem illum et nonnumquam in necessarium admitte consilium. Nam et maiores nostri omnem dominis invidiam, omnem servis contumeliam detrahentes, dominum *patremfamilias*, servos *fami-*
12 *liares* appellaverunt. Colant ergo te potius servi tui, mihi crede, quam timeant. Dicet aliquis nunc me dominos de fastigio suo deicere, et quodammodo ad pileum servos vocare, quos debere dixi magis colere quam timere. Hoc qui senserit obliviscetur id
[247] dominis parum non esse quod dis satis est. Deinde qui colitur
13 etiam amatur: non potest amor cum timore misceri. Unde putas adrogantissimum illud manasse proverbium quo iactatur *totidem hostes nobis esse quot servos?* Non habemus illos hostes sed facimus, cum in illos superbissimi contumeliosissimi crudelissimi sumus, et ad rabiem nos cogunt pervenire deliciae, ut quicquid
14 non ex voluntate respondit iram furoremque evocet. Domi enim nobis animos induimus tyrannorum, et non quantum decet, sed quantum licet, exercere volumus in servos. Nam, ut cetera cru-

[Mss. ABGPSV.

putat] ib. § 14. — *conspicit* Sar. — *modo vestis nobis* Edd. *vestis modo nobis* Sen. l. c. 11. *Non est ... domi*] cf. Sen. l c. § 14. — *quaeres* B (G sup. add. *a*). — *vive .. appellaverunt*] cf. Sen. l. c. § 11 sq. — *comiterque et* S. — *nostri maiores* v-g. 12. *Colant ... misceri*] cf. Sen. l. c. § 16 sq. — *servi tui potius* G. — *eicere* (*d* add. a rec. m.) G. — *debere magis dixi* S. — *Haec qui* i-g. — *non parum* S. *parum* (om. *non*) Sen. l. c. ante Fickertum, qui restituit *parum non*. — *et amatur* S.

13. *Unde .. servos* in v1 adnectuntur antecedentibus non addito interrogationis signo. — *adrogantissimum ... sed facimus*] cf. Sen. l. c. § 3 sq. — *quod iactatur* v-g. — *nobis esse hostes* G. *nobis hostes esse* Sv-g. — *et ad rabiem ... evocet*] cf. Sen. l. c. § 17. — (*non ex voluntate*) *non respondit* B. *nobis respondet* G. *responderit* S Sar. — *provocet* Sar.

14. *Domini* Bvc-g (cbg in mg. „Alias *Domi.*"). — *nobis* om. vc-g. — *nobis .. tyrannorum*] cf. Sen. l. c. — *quantum licet*] ib. § 10. *quantum libet*

nem casus adsignat] „Imo iuxta illud: *Sui cuique mores fingunt fortunam* [cf. Corn. Nep. Att. 11, 6. ibique Staveren.]. In Seneca est *ministeria casus assignat.* Epistol. 47." Pont. — „*Suis ea cuique fingitur moribus* inquit Cicero l. l." Zeun. — Cf. Plautus in Trinummo II, 2, 86. *sapiens ipse fingit fortunam sibi.*

12. *ad pileum servos vocare*] Cf. praeter Senecam l. c. Liv. XXV, 32, 9; Sueton. Tib. 4.

Hoc qui senserit] „Seneca l. l. habet *Hoc qui dixerit:* melius, quia praecedit *dicet aliquis.*" Zeun.

13. *totidem hostes nobis esse quot servos*] Cf. praeter Senecam l. c. Erasmi adagia Chil. II. cent. 3. adag. 31., et Festus p. 261. Muell. *Quot servi tot hostes in proverbio est, de quo Sinnius Capito existimat errorem hominibus intervenisse praepostere plurimis enuntiantibus: vero enim similius esse dictum initio quot hostes tot servi.*

cum .. crudelissimi sumus] Fortasse Macrobius coniunctivum, quem sensus flagitat, non posuit quo manifestius significaret rem ita se habere. Sed vid. prolegg. p. XLI.

14. *non quantum decet, sed quantum licet,*] Cf. Sen. de clem. I, 18, 1. *et in mancipio cogitandum est, non quantum illud impune pati possit, sed quantum tibi permittat aequi bo-*

delitatis genera praeteream, sunt qui, dum se mensae copiis et aviditate distendunt, circumstantibus servis movere labra nec in hoc quidem, ut loquantur, licere permittunt: virga murmur omne conpescitur, et ne fortuita quidem verberibus excepta sunt: tussis sternutamentum singultus magno malo luitur. Sic fit ut isti de 15
domino loquantur quibus coram domino loqui non licet. At illi quibus non tantum praesentibus dominis sed cum ipsis erat sermo, quorum os non consuebatur, parati erant pro domino porrigere cervicem et periculum inminens in caput suum vertere: in conviviis loquebantur, sed in tormentis tacebant. Vis exercitas in ser- 16
vili pectore virtutes recenseamus? Primus tibi Urbinus occurrat: qui cum iussus occidi in Reatino lateret, latebris proditis unus ex servis anulo eius et veste insignitus in cubiculo ad quod inruebant qui persequebantur pro domino iacuit, militibusque ingredientibus cervicem praebuit et ictum tamquam Urbinus excepit. [248]
Urbinus postea restitutus monumentum ei fecit titulo scriptionis

Edd. vicahgspdzb.] i-gb quod, „cum *decet* et *licet* non satis, uti sensus requirit, sibi opponantur", probat Zeun. — *ut* .. *praeteream*] cf. Sen. l. c. § 4. — *dum se* ... *tacebant* (§ 15.)] ib. § 2 sq. — *ne in hoc quidem* c-g. — *sine verberibus excepta* v-gbV quod spreta Senecae auctoritate probat Zeun.
15. *sermo erat* v-g. — *pro domino* ABGSvicag*H*2. Sen. l. c. *cum domino* hs-bPV. — *avertere* „habet Seneca: non male." Zeun. 16. *Urbinius* e Valer. Max. legere voluit Meurs. Vid. not. — *addito* v-g.

nique natura, et ib. 2. *quum in servum omnia liceant, est aliquid quod in hominem licere commune ius animantium vetet.*

dum se .. *distendunt*] Melius Seneca l. c.: *ingenti aviditate onerat distentum ventrem.* Idem in iis quae sequuntur habet *ne in hoc quidem, ut loquantur, licet*, ut pleonasmum *licere permittunt* non agnoscat. Vid. not. ad § 21.

nec ... *quidem*] Cf. Comm. I, 1, 4.

virga .. *conpescitur*] Pontanus confert Iuvenal. Sat. XIV. [63.] *Vox domini fremit* [al. *furit*] *instantis virgamque tenentis.*

ne fortuita quidem verberibus excepta sunt] i. e. non excepta sunt quin verberibus puniantur. Cf. Tac. Agric. 15. *Nihil iam cupiditati, nihil libidini exceptum.* Si *verberibus excipere* h. l. idem esset quod verberibus caedere, ut vult Zeunius, non scribendum esset *sine verberibus excepta sunt*, ut ei placuit praeeuntibus edd. vett., sed *verberibus non sunt excepta.*

tussis sternutamentum] Cf. Sen. de ira II, 25, 4. *Quid enim est, cur tussis alicuius aut sternutamentum* ... *nos in rabiem agat?*

15. *isti* .. *illi*] Sic Seneca suae aetatis servos opposuit priscis.

16. *Urbinus*] „Apud Appian. Civil. IV. [44.] et Valerium Maximum VI, 8, 6, ubi eadem narratio extat, dicitur *Urbinius Panopion.*" Zeun. — Immo apud Appianum dicitur *Appius.* Rem nullo posito nomine narraverunt Sen. de ben. III, 25., et Dio Cass. XLVII, 10.

cum iussus occidi in Reatino lateret cet.] Cf. Val. M. l. c. *Qui cum ad dominum proscriptum occidendum domesticorum indicio certiores factos milites in Reatinam villam venisse cognosceat, commutata cum eo veste, permutato etiam anulo,* .. *se in cubiculum ac lectulum recepit et ut Panopionem occidi passus est.* Etiam Seneca l. c. eum dicit fuisse proscriptum. Dio Cass. XLVII, 10. similia retulit non additis nominibus.

postea restitutus] rescissa sc. proscriptione.

titulo scriptionis .. *adiecto*] i. e. inscripto titulo, ut praestare videatur *inscriptionis.* Valer. Max. l. c. *grato titulo.* Minellius adnotavit: „Nam in sepulchro inscribi iussit: *Hic positus qui pro domino sese obtulit hosti.*"

17 qui tantum meritum loqueretur adiecto. Aesopus libertus De-
mosthenis conscius adulterii quod cum Iulia patronus admiserat
tortus diutissime perseveravit non prodere patronum, donec aliis
18 coarguentibus consciis Demosthenes ipse fateretur. Et ne aesti-
mes ab uno facile celari posse secretum, Labienum ope liberto-
rum latentem ut indicarent liberti nullo tormentorum genere con-
pulsi sunt. Ac, ne quis libertos dicat hanc fidem beneficio po-
tius libertatis acceptae quam ingenio debuisse, accipe servi in
19 dominum benignitatem, cum ipse a domino puniretur. Antium
enim Restionem proscriptum solumque nocte fugientem diripien-
tibus bona eius aliis servus conpeditus inscripta fronte, cum post
damnationem domini aliena esset misericordia solutus, fugientem
persecutus est, hortatusque ne se timeret scientem contumeliam
suam fortunae inputandam esse non domino, abditumque ministe-
20 rio suo aluit. Cum deinde persequentes adesse sensisset, senem
quem casus obtulit iugulavit et in constructam pyram coniecit:
qua accensa occurrit eis qui Restionem quaerebant dicens damna-
tum sibi poenas luisse multo acrius a se vexatum quam ipse ve-
21 xarat: et fide habita Restio liberatus est. Caepionem quoque qui
in Augusti necem fuerat animatus, postquam detecto scelere
damnatus est, servus ad Tiberim in cista detulit, pervectumque
Hostiam inde in agrum Laurentem ad patris villam nocturno iti-

[Mss. ABGPSV.

18. *extimes* vi. *existimes* Sc-gb. — *posse celari* S. — *indicaret* A. — *liberto* v. 19. *aliis servis* v. — *aliena esset solutus misericordia* S. *aliena esset solutus custodia* v-g. *aliena esset misericordia sequutus* P. — *inputandum* (sup. add *a*) G. 20. *instructam* (sup. con.) A. — *vexaverat* s-bP. 21. *Hostium* (sup. *a*) G.; cf. III, 16, 10. — *inde agrum* (om. *in*) P. — *ad villam patris* Edd. — *Tum is deinde* S. *Cumis*

17. *Demosthenis*] Quis ille fuerit Demosthenes Augusto aequalis, non constat.

cum Iulia] Cf. II, 5.

18. *Labienum*] Fortasse Qu. Attius Labienus est intelligendus, qui postquam cum P. Ventidio in Parthia pugnavit, per aliquod tempus latuit in Cilicia, cf. Dio Cass. XLVIII, 40. Alius certe est ille quem Appianus l. c. c. 26. proscriptum refert ipsum se tradidisse percussoribus. Vid. tamen Schweighaeus. ad illum locum.

19. *Antium enim Restionem*] „Eandem servi fidem narrat Val. Max. [7.] et Appian. [c. 43.] l. l.“ Zeun. — Adde Dion. Cass. l. c.

aliis] sc. servis. Cf. Val. Max. l. c.: *cum omnes domesticos circa rapinam et praedam occupatos videret*, et: *His, quorum felicior in domo status fuerat, lucro intentis.*

conpeditus inscripta fronte] Dio l. c.: *στιγματίας τις*, Val. l. c.: *servus ab eo vinculorum poena coercitus inexpiabilique litterarum nota per summam oris contumeliam inustus.*

aliena .. misericordia] i. e. non ab ipso domino.

hortatusque .. abditumque] Alterum *que* abundat.

ministerio suo aluit] i. e. victum conquisivit atque apportavit.

20. *quam ipse vexarat*] Dicendum erat *vexavisset*, namque sunt ipsius servi verba. Vid. prolegg. p. xli.

21. *Caepionem*] Zeunius citat Sueton. Tib. 8. Vid. ibid. Octav. 19., Vellei. II, 91, 2. *L. Murena et Fannius Caepio .. cum inissent occidendi Caesaris consilia*, Dio Cass. LIV, 3., Sen. de brev. vit. 5, 4., de clem. I, 9, 5. Haakh. in Pauly Real.-Enc. III, p. 422, 14. addit annum u. c. DCCXXXII.

qui in Augusti necem fuerat animatus] i. e. qui Augusti necandi consilium ceperat, cf. c. 4. § 10.

nere perduxit. Cumis deinde navigationis naufragio una expul- [249] sum dominum Neapoli dissimulanter occuluit: exceptusque a centurione nec pretio nec minis ut dominum proderet potuit adduci.
22 Asinio enim Pollione acerbe cogente Patavinos ut pecuniam et arma conferrent, dominisque ob hoc latentibus, praemio servis cum libertate proposito qui dominos suos proderent, constat servorum nullum victum praemio dominum prodidisse.
23 Audi in servis non fidem tantum sed et facuudum bonae inventionis ingenium. Cum premeret obsidio Grumentum, servi relicta domina ad hostes transfugerunt. Capto deinde oppido impetum in domum habita conspiratione fecerunt et extraxerunt dominam vultu poenam minante ac voce obviis adserente, quod tandem sibi data esset copia crudelem dominam puniendi: raptamque quasi ad supplicium obsequiis plenis pietate tutati sunt.
24 Vide in hac fortuna etiam magnanimitatem exitum mortis ludibrio praeferentem. C.

Edd. vicahgspdzb.] de (om. *inde*) P. 22. *dominis* (om. *que*) B. 23. *sed etiam* S. — *foccundum* c-bP. — *obsidio* om. P. — *hac voce* P. 24. *etiam* om. P. — *C. Vettium* s-bPV. *Cū§'tium* B. *Cuetium* G. *C. Vectium* S

navigationis naufragio] Similis est pleonasmus ac § 14. *licere permittunt.* et c. 14. § 3. *exordium .. ordinationis initurus.*

22. *cogente Patavinos ut pecuniam et arma conferrent*] Videntur haec pertinere ad id quod memoriae tradidit Dio Cassius LV, 25. his verbis: *Ἐπεὶ μηδεὶς πόρος ἀρέσκων τισὶν εὑρίσκετο, ἀλλὰ καὶ πάνυ πάντες, ὅτι καὶ ἐζητεῖτο, ἐβαρύνοντο, ἐσήνεγκεν ὁ Αὔγουστος χρήματα ... Ὡς δ᾽ οὖν ταῦτά τε ἐλάχιστα πρὸς τὸ πλῆθος τῶν ἀναλισκομένων ἦν, καὶ ἀθανάτου τινὸς εὐπορίας ἐδεῖτο, προσέταξε τοῖς βουλευταῖς ζητῆσαι πόρους ἰδίᾳ καὶ καθ᾽ ἑαυτὸν ἕκαστον, καὶ τούτους ἐς βιβλία γράψαντας, δοῦναί οἱ διασκέψασθαι.* Conf. etiam Vellei. II, 76, 2.

23. *facundum bonae inventionis ingenium*] Cf. Liv. XXVIII, 25, 14. *ut ingenia humana sunt ad suam cuique levandam culpam nimio plus facunda;* ubi Duckerus coniecit *fecunda.* Apud Livium adiectivum *facundus* suam magis retinuit vim, sed Macrobius non, ut oportet, a fando, sed a faciendo id videtur derivasse. Adde quod apud Plinium N. H. XXXVI, 10. s. 15. § 72. in bonis codicibus legitur: *ingenio facundo* (Bamb. *facundi*) *Novi mathematici.*

cum premeret obsidio Grumentum cet.] Eandem rem e Claudii Quadrigarii annalibus prodidit Seneca de benef. III, 23., ubi legitur *cum obsideretur Grumentum,* in veteribus quibusdam edd. *Drumentum,* et in aliis e Mureti coniectura *Adrumentum,* quod refert Pontanus, qui non recte adiecit in nonnullis editionibus male esse *Cluentum.* Videtur hoc inde natum esse quod pro *C. Vettium* infra editiones veteres habent *Cluentium.* Commemoratur *Grumentum* Lucaniae oppidum a Livio XXIII, 38, 10., et XXVII, 41, 1., a Plinio N. H. XIV, 6, s. 8. § 69 Sill., et *Grumentini,* incolae ib. III, 11, s. 15. § 98, ubi Harduinus adnotavit: „*Γρούμεντον* Ptolemaeo in mediterraneis Lucanorum oppidis lib. III. cap. 1. et Straboni lib. VI, p. 254.“ Fortasse rem ipsam tangit Florus III, 18., ubi loquens de bello sociali: *Ecce Ocriculum,* inquit, *ecce Grumentum .. caedibus ferro et igne vastantur.*

quod .. sibi data esset copia] Vid. not. ad Comm. I, 13, 18.

obsequiis] Plurali numero similiter usus est Plancus apud Ciceronem ad fam. X, 11, 3.: *Omnia ei obsequia polliceor, si modo rem publ. respicere volet.*

24. *in hac fortuna*] i. e. apud servos, cf. §§ 10 et 30.

exitum mortis] Cf. Vellei. II, 7, 1. *Hunc Ti. Gracchi liberi .. vitae mortisque habuere exitum.*

C. Vettium Pelignum Italicensem]

Vettium Pelignum Italicensem conprehensum a cohortibus suis, ut Pompeio traderetur, servus eius occidit, ac se, ne domino su-
25 perstes fieret, interemit. C. Gracchum ex Aventino fugientem Euporus servus vel, ut quidam tradunt, Philocrates, dum aliqua spes salutis erat indivulsus comes, qua potuit ratione tutatus est: super occisum deinde animam scissis proprio vulnere visceribus
26 effudit. Ipsum P. Scipionem Africani patrem, postquam cum Hannibale conflixerat, saucium in equum servus inposuit et cete-
27 ris deserentibus solus in castra perduxit. Parum fuerit dominis
[250] praestitisse viventibus: quid, quod in his quoque exigendae vindictae repperitur animositas? Nam Seleuci regis servus, cum serviret amico eius a quo dominus fuerat interemptus, coenantem in
28 ultionem domini confodit. Quid, quod duas virtutes quae inter nobiles quoque unice clarae sunt in uno video fuisse mancipio, imperium regendi peritiam et imperium contempnendi magnani-
29 mitatem? Anaxilaus enim Messenius, qui Messanam in Sicilia condidit, fuit Rheginorum tyrannus. Is cum parvos relinqueret liberos, Micytho servo suo commendasse contentus est. Is tutelam sancte gessit, imperiumque tam clementer optinuit, ut Rhegini a servo regi non dedignarentur. Perductis deinde in aetatem pueris et bona et imperium tradidit: ipse parvo viatico

[Mss. BGPSV.

(hg in mg.). *cuectium* A. *Cluentium* v-g. *Ectium* Bar. — *ne Pompeio* v-gb. 25. *c. gracchum* V. *C. Graccum* Gs-d (in z ex errore typogr. *Graccum*). „Corrige *C. Gracchum*, uti est in ed. Colon. et apud Valer. Max. VI, 8, 3.“ Zeun. *Graccum* (om. *C.*) A. — *eoporus* BG. *cupurus* M. — *velut quidam* A. 26. *publicum scipionem* A. — *Annibale* v-z. 28. *inter ignobiles* H2. — *unicae* Svi. — *fuisse* om. P.
29. *Messenus* A „2 Angl.“ — *Micytho* B. *micyt o* G. *Mycitho* Sv-gbP. *mycytho* V. *mycithio* (del. *i*) A. *micitho* s-z. — *regina servo* V.

Apud Senecam, qui de benef. III, 23, 4. eandem rem narravit, dicitur *C. Vettius praetor Marsorum.* Cognomen *Italicensis* ad bellum sociale pertinet, in quo qui contra Romam stabant, ut ait Velleius II, 16, 4., *caput imperii sui Corfinium legerant atque appellarant Italicam*, quo cum loco Kritzius confert Strab. V. p. 369. C. Almelov. et Diodor. Sic. Eclog. lib. XXXVII, 1. Tom. II. p. 539. ed. Wessel., se ipsos autem *Italicenses*, cf. de bello Alex. 53, 4.

25. *C. Gracchum ex Aventino fugientem*] Cf. praeter Valerium Maximum, quem citavit Zeunius, Velleium II, 6, 6., Florum III, 14., Appianum I, 26.

Euporus servus vel .. Philocrates] *Euporum* eum vocat Velleius l. c., *Philocratem* Valerius l. c., qui tamen addit: *Euporum alii hunc vocitatum existimant.*

26. *P. Scipionem .. saucium in equum servus inposuit*] „Livius XXI, 46. [§ 10.] memorat eandem rem ex Coelio scriptore, sed ipse consulis servati decus mavult ad filium delegare.“ Zeun. — Hoc facinus filio tribuunt etiam Valerius Maximus V, 4, 2, Seneca de ben. III, 33., Silius Ital. IV, 456., Polybius X, 3.

27. *dominis praestitisse viventibus*] Ex iis quae antecedunt, § 23 sq., intelligas *fidem* vel *magnanimitatem:* nam *praestitisse* pro *praesto fuisse* positum esse nemo crediderit.

eius] i. e. Seleuci. Hoc moneo, ne quis hoc pronomen iungat proxime sequenti pronomini relativo *quo*, quod pertinet ad *amico.* Amicus ille fuit Ptolemaeus Ceraunus; cf. Pausan. I, 16, 2. Iustin. XVII, 2, 4.

29. *Anaxilaus* cet.] Cf. Iustin. IV, 2., et Diodor. XI, 48 et 66., Herodot. VII, 170; denique Pausan. V, 26, 4., ubi servos vocatur Σμίκυθος.

ipse .. Olympiae .. consenuit] Ali-

sumpto profectus est et Olympiae cum summa tranquillitate consenuit. Quid etiam in commune servilis fortuna profuerit, non 30
paucis docetur. Bello Punico cum deessent qui scriberentur, servi pro dominis pugnaturos se polliciti in civitatem recepti sunt, et Volones, quia sponte hoc voluerunt, appellati. Ad Cannas quo- 31
que victis Romanis octo milia servorum empta militaverunt: cumque minoris captivi redimi possent, maluit se res publica servis in tanta tempestate committere: sed et post calamitatem apud Thrasimenum notae cladis acceptam libertini quoque in sacramentum vocati sunt. Bello sociali cohortium duodecim ex libertinis con- 32
scriptarum opera memorabilis virtutis apparuit. Caesarem, cum milites in amissorum locum substitueret, servos quoque ab amicis accepisse et eorum forti opera usum esse conperimus. Cae- [251]
sar Augustus in Germania et Illyrico cohortes libertinorum conplures legit, quas voluntarias appellavit. Ac, ne putes haec in 33
nostra tantum contigisse re publica, Borysthenitae obpugnante

Edd. vicahgspdzb.]

30. *qui hoc* (*sponte* add. a sec. m.) G. — *vocati* G. 31. *cum* (*quc* add. a sec. m.) G. — *minores* B (G sup. add. *i*). — *Thrasimenum* BV. *thrasimennum* B (G del. altero *n*). *Thrasumenum* Edd. PS. — *nocte* vl. 32. *conscripto* (sup. *arum*) G. — *C. Caesarem* s-bP; cf. c. 10. § 23. — *subsisterent* A. 33. *hoc* S. — *Borysthenitae* h-bP. *borysthcniae* B. *Borystenidae* v-a. *boristenidae* AS. *borystaenide* G.

ter Herodotus l. c.: οὗτος ὅσπερ ἐκπεσὼν ἐκ Ῥηγίου καὶ Τεγέην τὴν Ἀρκάδων οἰκήσας ἀνέθηκε τοὺς πολλοὺς ἀνδριάντας, quem secutus est Pausanias l. c.

30. *in civitatem recepti sunt*] Haec verba non recte addita, cives enim eos non esse factos censet Becker. Handb. II, 1., p. 78.

Volones] Cf. Fest. ap. Paul. lib. XIX, p. 370. Muell. *Volones dicti sunt milites, qui post Cannensem cladem usque ad octo milia, quum essent servi, voluntarie se ad militiam obtulere.* Etiam Liv. XXIII, 35, 6., XXIV, 10, 3. et 14, 3. post pugnam Cannensem commemorat illos Volones. Sed Macrobius de alio belli Punici tempore videtur cogitare, quia § 31. addidit: *Ad Cannas quoque* cet. Cf. Liv. XXV, 20, 4. et 22, 3., XXVII, 38, 8 et 10.

31. *octo milia servorum empta militaverunt*] Desumpta haec sunt e Livio XXII, 57, 11., ubi: *Et aliam,* inquit, *formam novi delectus inopia liberorum capitum ac necessitas dedit, octo milia iuvenum validorum ex servitiis, prius sciscitantes singulos vellentne militare, empta publice armaverunt. Hic miles magis placuit, quum pretio minore redimendi captivos copia fieret.* Cf. Appian. Hist. Rom. VII, 27. Fest. l. c.

post calamitatem apud Thrasimenum notae cladis acceptam] Cf. Liv. XXII, 7, 1. *Haec est nobilis ad Trasimenum pugna atque inter paucas memorata populi Romani clades.*

libertini quoque in sacramentum vocati sunt] Cf. ibid. 11, 8. *Magna vis hominum conscripta Romae erat: libertini etiam, quibus liberi essent et aetas militaris, in verba iuraverunt.*

32. *cohortium duodecim ex libertinis conscriptarum*] Cf. Appian. B. C. I, 49. In epitome libri LXXIV. Livii falso tunc primum militare coepisse dicuntur libertini. De iis quae sequuntur nihil ab aliis reperi relatum.

33. *Borysthenitae*] Cf. Herodot. IV, 18. *Ἀτὰρ διαβάντι τὸν Βορυσθένεα .. ἄνω οἰκέουσι Σκύθαι γεωργοί. τοὺς Ἕλληνες οἱ οἰκέοντες ἐπὶ τῷ Ὑπάνι ποταμῷ καλέουσι Βορυσθενεΐτας, σφέας δὲ αὐτοὺς Ὀλβιοπολίτας,* et 78. *τὸ Βορυσθενεϊτέων ἄστυ· οἱ δὲ Βορυσθενεΐται οὗτοι λέγουσι σφέας αὐτοὺς εἶναι Μιλησίους,* et Mela II, 1, 6., Stephan. Byz. s. h. v. De Zopyrionis expeditione cf. Iustin. XII, 2. In uni-

Zopyrione servis liberatis dataque civitate peregrinis et factis ta-
34 bulis novis hostem sustinere potuerunt. Cleomenes Lacedaemo-
nius, cum mille et quingenti soli Lacedaemonii qui arma ferre
possent superfuissent, ex servis manu missis bellatorum novem
milia conscripsit. Athenienses quoque consumptis publicis opi-
35 bus servis libertatem dederunt. Ac, ne in solo virili sexu aesti-
mes inter servos extitisse virtutes, accipe ancillarum factum non
minus memorabile, nec quo utilius rei publicae in ulla nobilitate
36 repperias. Nonis Iuliis diem festum esse ancillarum tam vulgo
notum est, ut nec origo et causa celebritatis ignota sit. Iunoni
enim Caprotinae die illo liberae pariter ancillaeque sacrificant sub
arbore caprifico in memoriam benignae virtutis quae in ancilla-
37 rum animis pro conservatione publicae dignitatis apparuit. Nam
post urbem captam cum sedatus esset Gallicus motus, res publica
vero esset ad tenue deducta, finitimi oportunitatem invadendi Ro-
mani nominis aucupati praefecerunt sibi Postumium Livium Fi-
denatium dictatorem, qui mandatis ad senatum missis postulavit
ut, si vellent reliquias suae civitatis manere, matres familiae sibi
38 et virgines dederentur. Cumque patres essent in ancipiti delibe-
ratione suspensi, ancilla nomine Tutela seu Philotis pollicita est

[Mss. ABGPSV.
borysteni de V. 34. *dedere* (sup. *runt*) S. 35. *existimes* Sa. *extimes* vichg. — *memorale* (*i* eras. ante *a*) G. — *ac ne quo* Sv-g. 36. *nec causa* G Edd. PV. — *quae ancillarum* (om. *in*) v-g. — *conversatione* BG. 37. *res vero publica* v-g. — *ducta* A. — *fidenatum* (sup. *ium*) G. — *matres familias* (sup. *e*) S. — *darentur* (sup. *dede.*) G. 38. *cytela* A „1 Angl. *Dileta*, alter Angl. *Cythela*". 40. *do-*

versum Dio Chrysost. 36, 4.: *Ἡ δὲ πόλις*, inquit, *ἡ τῶν Βορυσθενιτῶν τὸ μέγεθός ἐστιν οὐ πρὸς τὴν παλαιὰν δόξαν διὰ τὰς συνεχεῖς ἁλώσεις καὶ τοὺς πολέμους. ἅτε γὰρ ἐν μέσοις οἰκοῦσα τοῖς βαρβάροις τοσοῦτον ἤδη χρόνον καὶ τούτοις σχεδόν τι τοῖς πολεμικωτάτοις ἀεὶ μὲν πολεμεῖται, πολλάκις δὲ καὶ ἑάλωκε.*

34. *Cleomenes .. ex servis manu missis bellatorum novem milia conscripsit*] Plutarchus Cleom. 11.: *Ἀναπληρώσας*, inquit, *τὸ πολίτευμα τοῖς χαριεστάτοις τῶν περιοίκων ὁπλίτας τετρακισχιλίους ἐποίησε*, de servis, quod sciam, nihil.

Athenienses quoque .. servis libertatem dederunt] Servos Atheniensium primum pugnasse in proelio Marathonio refert Pausanias I, 32, 3., quod an verum sit dubitat Boeckhius (Staatsh. d. Ath. vol. I. p. 276.). Praeterea conf. Xenoph. Hell. I, 6, 24. *Οἱ δὲ Ἀθηναῖοι .. ἐψηφίσαντο βοηθεῖν ναυσὶν ἑκατὸν καὶ δέκα, εἰσβιβάζοντες τοὺς ἐν ἡλικίᾳ ἅπαντας καὶ δούλους καὶ ἐλευθέρους.* Demosthenes Phil. I. § 36. *ἐμβαίνειν τοὺς μετοίκους ἔδοξε καὶ τοὺς χωρὶς οἰκοῦντας, εἶτ' αὐτοὺς πάλιν ἀντεμβιβάζειν.*

36. *Iunoni .. Caprotinae*] Cf. Varro L. L. VI, 3, 18. *Nonae Caprotinae, quod eo die in Latio Iunoni Caprotinae mulieres sacrificantur et sub caprifico faciunt.* Arnob. III, 30., ubi vid. not. Hildebr. Ad capram Amaltheam cum Eckhelio de numm. vett. V, p. 295. hoc nomen refert Boettigerus Id. II. p. 226.

37. *Nam post urbem captam cet.*] Cf. infra III, 2, 14., Plutarch. Romul. 29. et Camill. 33. Varro l. c.

matres familiae et virgines] Sic Plut. Rom. l. c. *Ἂν οὖν πέμψωσι παρθένους τε συχνὰς καὶ γυναικῶν τὰς ἀνάνδρους*, sed Camill. l. c. *αἰτεῖν παρὰ τῶν Ῥωμαίων παρθένους ἐλευθέρας γυναῖκας.*

38. *ancilla nomine Tutela seu Philotis*] Plut. Rom. l. c. *θεράπαινα Φιλωτίς, ὡς δ' ἔνιοι λέγουσι, Τουτόλα καλουμένη*, et Camill. l. c. *θεραπαινίδα τοὔνομα Τουτούλαν, ὡς δ' ἔνιοι λέγουσι, Φιλωτίδα.*

se cum ceteris ancillis sub nomine dominarum ad hostes ituram: [252]
habituque matrumfamilias et virginum sumpto hostibus cum prosequentium lacrimis ad fidem doloris ingestae sunt. Quae 39
cum a Livio in castris distributae fuissent, viros plurimo vino provocaverunt diem festum apud se esse simulantes: quibus soporatis ex arbore caprifico quae castris erat proxima signum Romanis dederunt. Qui cum repentina incursione superassent, me- 40
mor beneficii senatus omnes ancillas manu iussit emitti dotemque his ex publico fecit et ornatum quo tunc erant usae gestare concessit, diemque ipsum Nonas Caprotinas nuncupavit ab illa caprifico ex qua signum victoriae ceperunt, sacrificiumque statuit annua sollemnitate celebrandum, cui lac quod ex caprifico manat propter memoriam facti praecedentis adhibetur. Sed nec ad phi- 41
losophandum ineptum vel inpar servile ingenium fuit. Phaedon ex cohorte Socratica Socratique et Platoni perfamiliaris adeo, ut Plato eius nomini librum illum divinum de inmortalitate animae dicaret, servus fuit forma atque ingenio liberali. Hunc Cebes Socraticus hortante Socrate emisse dicitur habuisseque in philosophiae disciplinis: atque is postea philosophus inlustris emersit: sermonesque eius de Socrate admodum elegantes leguntur. Alii 42
quoque non pauci servi fuerunt qui post philosophi clari extiterunt: ex quibus ille Menippus fuit, cuius libros M. Varro in saturis aemulatus est, quas alii Cynicas, ipse appellat Menippeas. Sed et Philostrati Peripatetici servus Pompylus et Zenonis Stoici

Edd. vicabgspdzb.]
temque eis Edd. P. — *caprotinas nonas* A. — *ceperunt* AV. 41. *nc* (sup. add. c) V. — *Phaedon ... ἀνάπηρος* (§ 45.)] cf. Gell. N. A. II, 18. — *Foedon* BV. *Fedon* (sup. add. r) AG. *Phedron* v. — *Socrati* (om. *que*) v. — *divinum librum* (om. *illum*) A. — *aluisseque* cod. Reg. apud Gell. l. c. prob. Gron. et Lion. — *eius* om. A. — *dicuntur* S. 42. *satyris* Edd. V. — *appellavit* vc-g. — „*Theophrasti* P, s. *Pompylus* emendo.

ad fidem doloris] Non est quod cum Zeunio quaeramus, num Macrobius scripserit *doli*. Voluerunt enim Romani fidem facere dolori simulato.

ingestae sunt] Miro modo dictum est. Nam alia res est quod Iustinus XI, 14. *Ubi confertissimos hostes*, inquit, *pugnare conspexisset*, eo *se semper ingerebat*.

40. *diemque ipsum Nonas Caprotinas nuncupavit ab illo caprifico*] Cf. Plut. Rom. l. c. *Καὶ Καπρατῖναι μὲν αἱ νῶναι καλοῦνται διὰ τὸν ἐρινεὸν καπρίφικον ὑπὸ Ῥωμαίων ὀνομαζόμενον*, et Camill. l. c. lin. 45. Varro l. c. ad § 36.

41. *Phaedon*] Cf. praeter Gellium, unde haec desumpta sunt, Lactantium III, 25, 15., et Diog. Laert. II, 31 et 105., qui eum captivum in servitutem incidisse tradidit, et Athenaeum XI, 116., p. 507. c.

sermonesque eius de Socrate] i. e. *Σωκρατικοὶ διάλογοι*. Dialogos eius nonnullos commemorant Diogenes Laertius II, 105. (cf. 64.), Suidas, Pollux. Vid. Fabric. Bibl. Gr. II, 23, 39.

42. *Menippus*] De hoc philosopho Cynico, qui fuit auctore Fabricio Bibl. Gr. III, 13. Sinopensis patria, ortu Phoenicius Gadarensis, vid. Diog. Laert. VI, 99 sqq.

cuius libros M. Varro in saturis aemulatus est] Cicero Acad. I, 2, 8. Varronem facit loquentem: *Et tamen in illis veteribus nostris, quae Menippum imitati, non interpretati, quadam hilaritate conspersimus, multa admista ex intima philosophia multa dicta dialectice.* Vid. not. ad c. 7. § 12.

Philostrati] Licet verum sit *Theophrasti*, ut recte vidit Meursius,

[253]servus qui Perseus vocatus est et Epicuri cui Mys nomen fuit philosophi non incelebres illa aetate vixerunt: Diogenes etiam Cy-
43 nicus, licet ex libertate in servitutem venum ierat. Quem cum emere vellet Xeniades Corinthius et, quid artificii novisset, percontatus esset: Novi, inquit Diogenes, hominibus liberis imperare. Tunc Xeniades responsum eius demiratus emisit manu, filiosque
44 suos ei tradens: Accipe, inquit, liberos meos quibus imperes. De Epicteto autem philosopho nobili, quod is quoque servus fuit, recentior est memoria quam ut possit inter oblitterata nesciri.
45 Cuius etiam de se scripti duo versus feruntur, ex quibus aliud latenter intellegas, non omni modo dis exosos esse qui in hac vita cum aerumnarum varietate luctantur, sed esse archanas causas ad quas paucorum potuit pervenire curiositas:

Δοῦλος Ἐπίκτητος γενόμην, καὶ σῶμ' ἀνάπηρος,
Καὶ πενίην Ἶρος, καὶ φίλος ἀθανάτοις.

[Mss. ABGPS (V usque ad § 43.).
Vide Gellium lib. II, cap. 18, et Diogenem Laertium lib. V. [36.] in vita Theophrasti." Meurs. *pompulus* B. (S in mg. *popilius*). *populus* V (G sup. *publius*). *pompilius* H2. *pompolus* As-bPM123. *Polus* v-g. — *Diogenes autem cynicus* BG. 43. *Sceniades* V. — *ec quid* BM3. *hic quid* G. — *percontatus est* BGM3. *percunctatus est* AM12. *percontatus* (om. *esset*) Gell. l. c. — *eiusdem miratus* ABv „2 Angl.". *eius miratus* GSi-g. — *emit et misit manu* coniecerunt Meurs. et Scriver. „Quomodo manu misit quem nondum emerat?" Meurs. *emit et manu emisit* Gell. l. c. Fortasse Macrobius scripsit: *emit et emisit manu.* 45. *illud latenter intelligas* c-b. *latenter intelligas* (om. *aliud*) Gell. l. c. — *omnino* Sv-g. — *dis* om. (sup. add. *is*) G. — *esosos* S. *exosum* A. — *Δοῦλος .. ἀθανάτοις* om. A. (G add. *ut in Gr.*). — *γινομένην* (del. *εν*) S. — *σῶμ' ἀνάπηρος* PSM123 Iacobs Anthol. Gr. *ἐπίγραμμα ἀδέσποτον* DLXXVI. (Anthol. Palat. V. 1, p. 512.) „Thuan. *σῶμα ναπηρος*. Med. *σῶμ' ἀτάπηρος*." Gron. in marg. *COMAN AΠΗΡΟC* B. *σώματι πηρὸς* tamen quem Macrobii ipsius puto esse errorem nolui corrigere.

Diogenes etiam Cynicus, licet ex libertate in servitutem venum ierat.] Sic etiam de diff. 21. § 1. (nam Comm. I, 19, 12. codices mss. suadent, ut scribatur: *licet .. finis sit*) *licet* iungitur cum indicativo modo (de qua constructione vid. Goez. et Kopp. ad Martian. lib. I. § 11. p. 40.) sed deest verbum primarium. Gellius l. c. scripsit: *Diogenes etiam Cynicus servitutem servivit: sed is ex libertate in servitutem venum ierat*, quae Macrobius ita contraxisse videtur, ne plures eiusdem originis voces coniungeret.

43. *quid artificii novisset*] Cf. II, 6, 4. *Quid artium facis.*

emisit manu] Non sine causa Mursius et Scriverius requisiverunt verbum *emit*, quod legitur apud Gellium l. c.: inserere tamen illud nolui refragantibus omnibus libris mss., quamvis facile potuerit excidere propter idem utriusque verbi principium *emi*. Cf. § 40 sq.

44. *De Epicteto*] Cf. Suidas s. h. v. *Ἐπίκτητος Ἱεραπόλεως τῆς Φρυγίας φιλόσοφος, δοῦλος δὲ Ἐπαφροδίτου τῶν σωματοφυλάκων τοῦ βασιλέως Νήρωνος.*

recentior est memoria cet.] E Gellio, quamvis suae aetati minus convenientia, haec transscripsit Macrobius.

45. *de se scripti duo versus*] In Anthologia Graeca (vid. App. crit.) inter *ἀδέσποτα* est hoc epigramma. F. Jacobs. in animadvers. in epigr. Anth. Gr. Vol. III. part. 2. pag. 187. adnotavit: „Vat. C. p. 313. *ἄδηλον*. In Plan. p. 289. St. 427. W. epigrammatis *ἰσοψήφοις* Leonidae Alexandrini annumeratur... Sed Planudem fefellit, quod in vetustissimo exemplari, unde Anthologiam suam decerpsit, praecedebat Leonidae distichon *ἰσόψηφον*."

σῶμ' ἀνάπηρος] Adnotavit F. Ia-

Habes, ut opinor, adsertum non esse fastidio despiciendum ser- 46
vile nomen, cum et Iovem tetigerit cura de servo et multos ex
his fideles providos fortes, philosophos etiam, extitisse constiterit:
nunc de Sigillaribus, ne ridenda me potius aestimes quam sancta
dixisse, paucis recensendum est. Epicadus refert Herculem oc- 47
ciso Geryone, cum victor per Italiam armenta duxisset, ponte qui
nunc sublicius dicitur ad tempus instructo hominum simulachra
pro numero sociorum quos casu peregrinationis amiserat in flu-
vium demisisse, ut aqua secunda in mare advecta pro corporibus
defunctorum veluti patriis sedibus redderentur, et inde usum ta- [254]
lia simulachra fingendi inter sacra mansisse. Sed mihi huius rei 48
illa origo verior aestimatur quam paulo ante memini retulisse:
Pelasgos, postquam felicior interpretatio capita non viventium sed
fictilia, et φωτὸς aestimationem non solum hominem sed etiam
lumen significare docuisset, coepisse Saturno cereos potius accen-

Edd. vicahgspdzb.]

Edd. et Gell. l. c. 46. *dispiciendum* (G sup. *e*) v. — *Iovem*] Cf. § 3. — *et philosophos* AS. — *me ... dixisse*] c. 10. § 24. — *existimes* Sc-g b. *extimes* vi. 47. *casus* G. — *advecta* ABGPM3. *devecta* S Edd. M12. 48. *rei origo* (om. *illa*) A. — *existimatur* Sa. *extimatur* vichg. — *paulo ante*] c. 7. § 31. — *fictitia* g in mg. — *significare* om. P. 49.

cobsius l. c.: „*Πηρωδεὶς δέ τὸ σκέλος ὑπὸ ῥεύματος* dicitur apud Suidam T. I. p. 817. [Fabricius Bibl. Gr. IV, 7. attingit praeterea Simplicii locum infra positum.] Alii [Fabric. l. c. nominat Celsum apud Origenem lib. VII. p. 368. et Caesarium dialogo IV. Idem similia refert tradidisse Nazianzenum in Iulian.] ab irato domino crus eius fractum esse tradebant. Vid. Schweigh. in Epict Dissert. T. III. p. 126. et 130. Dixeris hunc versum obversatum esse Simplicio in Comm. in Euch. 13. p. 102. *αὐτὸς ὁ ταῦτα λέγων Ἐπίκτητος καὶ δοῦλος ἦν καὶ τὸ σῶμα ἀσθενὴς καὶ χωλὸς ἐκ νέας ἡλικίας, καὶ πενίαν ἀκροτάτην ἐπετήδευσεν.*“

Ἶρος*] Cf. Hom. Od. σ', 1. *πτωχὸς πανδήμιος, ὃς κατὰ ἄστυ Πτωχεύεσκ' Ἰθάκης.

47. *Epicadus*] „An eumpse intelligat de illustribus Grammaticis [c. 12.] Tranquillus? *Cornelius Epicadus*, inquit, *L. Cornelii Sullae Dictatoris libertus calatorque sacerdotio augurali.*“ Pont. — Dionysius A. R. 1, 34: *ἄλλοι τινὲς τῶν Ἰταλικῶν μυθογράφων.*

***occiso Geryone*] Cf. c. 12. § 28.**

***ponte qui nunc sublicius dicitur*] Cf. Lactantius I, 21, 6. *Apparet tamen antiquum esse hunc immolandorum hominum ritum, siquidem Saturnus in Latio eodem genere sacrificii cultus est, non quidem ut homo ad aram immolaretur, sed uti in Tiberim de ponte Milvio mitteretur,* ubi Meursius emendat *de ponte Sublicio.* Sane ipse Lactantius citat Ovidii Fast. V, 621 sq. versus: *Tunc quoque priscorum virgo simulacra virorum Mittere roboreo scirpea ponte solet.* Vid. Becker. Handb. I. p. 695 sqq. et notas seqq.**

hominum simulachra*] Cf. Ovid. l. c. et v. 631 sq. *Illum* (Tirynthium) *stramineos in aquam misisse Quirites: Herculis exemplo corpora falsa iaci.

***talia simulacra fingendi*] Cf. Ovid. ll. cc. et Fest. ap. Paul. lib. I. p. 15. Muell. *Argeos vocabant scirpeas effigies quae per virgines Vestales annis singulis iaciebantur in Tiberim*, Varro L. L. VII, 3, 44. *Argei fiunt e scirpeis. Simulacra hominum XXIIII: ea quotannis de ponte Sublicio a sacerdotibus publice deici solent in Tiberim.* Vid. not. ad c. 7. § 31.**

48. *memini retulisse*] Vid. prolegg. p. XL.

***capita non viventium sed fictilia*] Intelligas *significari* ex infinitivo activo *significare* cuius subiectum est φωτὸς *aestimationem*. De huius**

dere et in sacellum Ditis arae Saturni cohaerens oscilla quaedam
49 pro suis capitibus ferre. Ex illo traditum ut cerei Saturnalibus missitarentur, et sigilla arte fictili fingerentur ac venalia pararentur quae homines pro se atque suis piaculum pro Dite Saturno
50 facerent. Ideo Saturnalibus talium commerciorum coepta celebritas septem occupat dies, quos tantum feriatos facit esse, non festos omnes: nam medio, id est tertio decimo Kalendas, fastum probavimus: et aliis hoc adsertionibus ab his probatum est qui rationem anni mensium dierumque et ordinationem a Caesare digestam plenius retulerunt.

XII. Cumque hic facere vellet finem loquendi, subiecit Aurelius Symmachus: Pergin, Praetextate, eloquio tam dulci de anno quoque edissertare, antequam experiaris molestiam consulentis, si quis forte de praesentibus ignorat quo ordine vel apud priscos
[255] fuerit vel certioribus postea regulis innovatus sit? Ad quod discendum ipse mihi videris audientium animos incitasse de diebus mensi additis disserendo. Tum ille eodem ductu orandi re-
2 liqua contexuit. Anni certus modus apud solos semper Aegyptios

[Mss. ABGPS.
cereis S. — *et* ... *pararentur* om. P. 50. *celebritas coepta* ASv-g. — *quos tantum* v-gb probante Zeunio. — *feriatos esse facit* A. Zeunius arbitratur legendum esse: *feriatos facit sed non festos omnes.* — *fastos* (sup. add. *e*) G. — *decimo tertio* c-g. — *fastum* AB (GS sup. add. *e*). Vid. not. *festum* Edd. P. — *a C. Caesare* s-bP.

XII. *Caput XII. Quomodo annum ordinaverit Romulus* ch-b. *Cap. VIII. Quo ordine fuerit annus: quove sit.* v (i *Cap. VII.*). 1. *his* b. — *finem loquendi facere vellet* v-g. — *Perge, mi Praetextate* v-g (hg in mg. „*pergin.* ant."). — *de annoque* BG. — *dicendum* BGSv1. — *audientum* Bs-zS. — *de diebus* ... *disserendo*] c. 10. § 23. — *contexuit* BG

nominis usu singulari conf. prolegg. p. xlii. extr.

in sacellum Ditis arae Saturni cohaerens] Cf. c. 7. § 30 sq., ubi complures arae Saturniae memorantur.

oscilla quaedam] Cf. ibid. *oscilla ad humanam effigiem arte simulata.*

49. *Ex illo traditum ut*] idem valet ac c. 6. § 10. *Hinc deductus mos ut* cet., vel c. 7. § 32. *Inde mos per Saturnalia missitandis cereis coepit.*

pro Dite] i. e. piaculum proprie Diti ferendum.

50. *talium commerciorum*] Referendum esse videtur ad sigilla quae arte fictili fingerentur ac venalia pararentur. Sic *commercia* habet Plinius N. H. XXVI, 4. s. 9. § 18.

quos tantum feriatos facit esse, non festos omnes] i. e. efficit celebritas, ut opera cessent omnibus illis diebus (cf. c. 16. § 9.), non ut diis essent omnes dicati (cf. c. 16. § 2.), Festus ap. Paul. lib. VI, p. 86. Muell. *et aliae (feriae) erant sine die festo, ut nundinae: aliae cum festo, ut Saturnalia, quibus adiungebantur epulationes ex proventu fetus pecorum frugumque.* Similia adnotavit Zeunius.

fastum] i. e. quo fas sit ius dicere, cf. c. 16. §§ 3. et 14. Aut sic aut *profestum* legendum esse probavit Zeunius coll. c. 10. § 23.

a Caesare] Vid. not. ad c. 10. § 23.

XII, 1. *antequam experiaris molestiam consulentis*] i. e. antequam tibi interrogando molestiam afferat, si quis cet. Cf. prolegg. p. xliv. Hanc verbi *consulendi* vim non intellexisse videtur Zeunius, qui coniecit *audientis* vel *consilentis* vel (e Gellio XII, 1, 22.) *consilescentis.*

innovatus] idem fere est quod *novatus* vel *mutatus, aliter constitutus.*

2. *Anni certus modus apud solos semper Aegyptios fuit*] Cf. c. 14. §

fuit. Aliarum gentium dispari numero pari errore nutabat: et, ut contentus sim referendo paucarum morem regionum, Arcades annum suum tribus mensibus explicabant, Acarnanes sex, Graeci reliqui trecentis quinquaginta quattuor diebus annum proprium conputabant. Non igitur mirum in hac varietate Romanos quo- 3
que olim auctore Romulo annum suum decem habuisse mensibus ordinatum, qui annus incipiebat a Martio et conficiebatur diebus trecentis quattuor, ut sex quidem menses, id est Aprilis Iunius Sextilis September November December, tricenum essent dierum, quattuor vero, Martius Maius Quintilis October, tricenis et singulis expedirentur: qui hodieque septimanas habent Nonas, ceteri quintanas. Septimanas autem habentibus ab Idibus revertebantur 4

Edd. vicahgspdzb.]

S*H*2 „Vetus" Pont. *contexit* A Edd. P. 2. *mutabant* „pessime alii" Gron. 3. *quia annus* A*v-g. — *a Martio incipiebat* Sv-g. — *ut quidem sex* G. — *trigenum* G. — *trigenis* G. — *ceterique* A. — *re-*

3. Herodot. II, 4. *Πρώτους Αἰγυπτίους ἀνθρώπων ἁπάντων ἐξευρέειν τὸν ἐνιαυτὸν, δυώδεκα μέρεα δασαμένους τῶν ὡρέων ἐς αὐτόν. ... Αἰγύπτιοι δὲ τριηκοντημέρους ἄγοντες τοὺς δυώδεκα μῆνας ἐπάγουσι ἀνὰ πᾶν ἔτος πέντε ἡμέρας πάρεξ τοῦ ἀριθμοῦ.* Forbiger Handb. d. alt. Geogr. I. p. 525. praeterea affert Diod. Sic. I, 50. Gemin. Elem. astron. c. 6. Alii alia docent. Solinus Polyh. c. 1. p. 3 D.: *Nam ante Augustum Caesarem incerto modo annum computabant, qui apud Aegyptios quatuor mensibus terminabatur.* Accuratius Censorinus de die nat. 19, 4.: *Et in Aegypto quidem antiquissimum ferunt annum bimestrem fuisse; post deinde ab Isone rege quadrimestrem factum: novissime Arminon ad tredecim menses et dies quinque perduxisse.* Idem 18, 10.: *Nam eorum* (Aegyptiorum) *annus civilis solus habet dies CCCLXV sine ullo intercalari.* Contra Plinius N. H. VII, 48 s. 49. § 155 Sill.: *quidam lunae senio* (annum determinabant), *ut Aegyptii.* Plinii et Censorini sententias coniungit Plutarchus Num. 18.: *Αἰγυπτίοις δὲ μηνιαῖος ἦν ὁ ἐνιαυτὸς, εἶτα τετράμηνος, ὥς φασι.* Solin. 1. p. 3 C.: *qui* (annus) *apud Aegyptios quatuor mensibus terminabatur.*

ut contentus sim referendo] Alias Macrobius, ut plerique inferioris aetatis scriptores, adiectivum *contentus* iungit cum infinitivo aut praesentis temporis, ut Comm. II, 14, 24. *persuadere contentus*, aut perfecti, ut c. 11, § 29. *commendasse contentus*, et Comm. I, 13, 2. *neo flesse contentus.* Vid. prolegg. p. XL.

Arcades ... explicabant] Consentiunt Plinius, Solinus, Censorinus ll. cc. Sed Plutarchus l. c.: *ὡς ἔνιοι τῶν βαρβάρων τρισὶ (ἐχρῶντο μησὶν εἰς τὸν ἐνιαυτὸν), καὶ τῶν Ἑλλήνων Ἀρκάδες μὲν τέσσαρσιν, ἓξ δὲ Ἀκαρνᾶνες.*

Acarnanes sex] Consentiunt Solinus, Censorinus, Plutarchus ll. cc.

trecentis quinquaginta quattuor diebus annum proprium conputabant] Sic Numa quoque Graecorum observatione instructus dicitur annum CCCLIV. dierum constituisse c. 13. § 1., ubi vid. not. *Annus proprius* est annus civilis.

3. *annum suum decem habuisse mensibus ordinatum*] Cf. Solin. l. c. Censorin. 20, 3. Ovid. Fast. I, 27 sqq.; III, 121.

et conficiebatur diebus trecentis quattuor, ut sex quidem menses .. tricenum essent dierum, quattuor vero .. tricenis et singulis expedirentur] Aliter Plutarch. Num. 18.: *Ῥωμύλου γὰρ βασιλεύοντος ἀλόγως ἐχρῶντο τοῖς μησὶ καὶ ἀτάκτως, τοὺς μὲν οὐδὲ εἴκοσιν ἡμερῶν, τοὺς δὲ πέντε καὶ τριάκοντα, τοὺς δὲ πλειόνων λογιζόμενοι, .. ἓν φυλάττοντες μόνον, ὅπως ἑξήκοντα καὶ τριακοσίων ἡμερῶν ὁ ἐνιαυτὸς ἔσται.*

qui hodieque .. quintanas] Cf. c. 13. § 7., c. 14. § 8. *Septimanae Nonae* sunt quae incidunt in mensis diem septimum, *quintanae*, quae in quintum. Vid. Laurent. Lyd. III, 7 (4).

Kalendae ad diem septimum decimum, verum habentibus quinta-
5 nas ad octavum decimum remeabat initium Kalendarum. Haec
fuit Romuli ordinatio, qui primum anni mensem genitori suo
Marti dicavit: quem mensem anni primum fuisse vel ex hoc ma-
xime probatur, quod ab ipso Quintilis quintus est, et deinceps
6 pro numero nominabantur. Huius etiam prima die ignem no-
vum Vestae aris accendebant, ut incipiente anno cura denuo ser-
[256] vandi novati ignis inciperet: eodem quoque ingrediente mense
tam in regia curiisque atque flaminum domibus laureae veteres
novis laureis mutabantur: eodem quoque mense et publice et
privatim ad Annam Perennam sacrificatum itur, ut annare peren-
7 nareque commode liceat. Hoc mense mercedes exolvebant ma-
gistris quas conpletus annus deberi fecit, comitia auspicabantur,
vectigalia locabant, et servis coenas adponebant matronae, ut do-

[Mss. ABGPS.

vertebatur vl. 4. *a. d. septimumdecimum* s-bS. — *a. d. octavumdecimum* s-bS. *ad decimum octavum* chg. 5. *quintilis qui quintus* Bar. — *nominabatur* vl. *numerabantur* (sup. *nomin.*) S. 6. *die prima* v-g. — *quam flaminum* Bar. — *et privatim et publice* G. — *perannareque* Avi. *et perennare* S. — *commodi* S. *commodo* B. *quo-*

4. *ab Idibus revertebantur Kalendae* cet.] i. e. computabantur ab Idibus ad Kalendas modo XVII. modo XVIII. dies: quoniam menses qui quintanas habebant Nonas, tricenum, qui septimanas, tricenum et singulorum dierum erant. Cf. c. 13, § 6. *ac post Idus in omnibus a. d. septimum decimum Kalendas conputabatur*, et similia § 7. Verba *revertebantur* et *remeabat* videntur spectare ad dies inde a Kalendis retro numeratos. Cf. c. 14. §§ 8 et 10.

5. *quem mensem anni primum fuisse*] Cf. Solin. et Censorin. ll. cc. Ovid. Fast. III, 97 sqq. Plutarch. Num. c. 19. Serv. ad Virg. Georg. I, 43. Isidor. Orig. V, 33, 5. Laurent. Lyd. de mens. I, 14 et 16; IV, 63.

quod ab ipso Quintilis quintus est] Cf. Solin. Servius ll. cc., Ovid. l. c. 149., Laur. Lyd. IV, 63., Plutarch. l. c. et Quaest. Rom. 19.

6. *ignem novum Vestae aris accendebant*] Cf. Solin. l. c. Ovid. l. c. 143 sq.

tam in regia curiisque atque Flaminum domibus] „Noli existimare pro *tam* legendum *tum* aut *iam*. Nam *atque* significat hic *quam*, ut Plaut. Amphitr. I, 1, 287. *Tam consimile est atque ego.*" Zeun. — At ibi *atque* non ad *tam* pertinet, sed ad *consimile*. Cf. Hand. Tursell. I, p. 469 sq. Fateamur potius Macrobium, si sic scripserit, admisisse barbarismum. — *Curiae* sunt *Curiae veteres*, de quibus vid. Varron. L. L. V, 32, 155., Fest. ap. Paul. lib. III, p. 49. et Becker. Handb. I. p. 100 sq. *Flamines* putaverim esse Dialem Martialem Quirinalem, qui dicebantur maiores.

laureae .. mutabantur] Cf. Solin. l. c. Ovid. l. c. 137 sqq.

ad Annam Perennam] Cf. Ovid. l. c. 145 sq. et 523. Calend. Vatic. Orell. Inscr. II, 387. Martial. IV, 64, 17. Klausen. II, p. 717 sqq.

ut annare perennareque commode liceat] Cf. Laurent. Lyd. de mens. IV, 36.: *καὶ εὐχαὶ δημοσίαι ὑπὲρ τοῦ ὑγιεινὸν γενέσθαι τὸν ἐνιαυτόν.* Creuzer. III, p. 683.

7. *mercedes .. quas conpletus annus deberi fecit*] Pontanus confert Iuvenal. [VII, 242 sq.]: *Haec, inquit, cures, et cum se verterit annus, Accipe, victori populus quod postulat, aurum*, cum scholio vetere: *ut in theatro solent petere quinque aureos. Nam non licebat amplius dare.* — De constructione verborum *deberi fecit*, vid. prolegg. p. XL.

comitia auspicabantur] Cf. Solin. l. c. *adeo ut eius die prima .. senatus et populus comitia agerent.*

vectigalia locabant] Cf. Becker. Handb. II, 2. p. 233. et p. 241 sq.,

mini Saturnalibus: illae, ut principio anni ad promptum obsequium honore servos invitarent, hi, quia gratiam perfecti operis exolverent. Secundum mensem nominavit Aprilem, ut quidam 8
putant, cum aspiratione quasi Aphrilem, a spuma quam Graeci ἀφρὸν vocant, unde orta Venus creditur. Et hanc Romuli adserunt fuisse rationem, ut primum quidem mensem a patre suo Marte, secundum ab Aeneae matre Venere nominaret, et hi potissimum anni principia servarent a quibus esset Romani nominis origo, cum hodieque in sacris Martem patrem Venerem genitricem vocemus. Alii putant Romulum vel altiore prudentia vel 9
certi numinis providentia ita primos ordinasse menses, ut, cum praecedens Marti esset dicatus, deo plerumque hominum necatori, ut Homerus naturae conscius ait:

Ἄρες Ἄρες βροτολοιγὲ, μιαιφόνε, τειχεσιβλῆτα·

Edd. vicahgspdzb.] *modo* (sup. *com.*) G. 7. *hi, quasi* b. „Cl. Salmasius legit: *hi quasi gratiam.* Vide Exercit. Plinianas pag. 18 (p. 13 b. G ed. Trai.) ex verbis Solini.“ Gron. „Haut dubie amplectenda est emendatio Salmasii *quasi* pro *quia*, quod plane alienum est.“ Zeun. 8. *ἀφρὸν vocant* b (suadente Zeunio) P. *aphron vocant* S. *afron vocant* ABGs–z. *vocant ἀφρὸν* v–g. — *fuisse asserunt* s–bP. — *hodie quoque* Sv–gb „Recte.“ Zeun. 9. *vel certe* S. — *nominis* BG. — *Homerus*] Il. ἑ, 31. — *ait naturae conscius* v–gb. — *τειχεσιβλῆτα* BSM12P7. *ΤΕΙΧΕCΙΒΛΕΤΑ* M3. *τειχεσιβάντα* v1P6. *ΤΕΙΛΕCΙΒΑΝΤΑ* P2. *τειχεσιπλῆθα* v3. *τειχεσιπλῆττα* ihg (h ubi profertur suspicio, non mense Martio, sed ex Kalendis Martiis locata esse vectigalia.

et servis coenas apponebant ... hi, quia gratiam perfecti operis exolverent] Simillime Solinus l. c.: *ut .. matronae servis suis coenas ponerent, sicuti Saturnalibus domini: illae, ut per honores promptius obsequium provocarent: hi quasi gratiam repensarent perfecti laboris*, ut ex eodem fonte hausisse videatur. Retinui tamen minus illam quidem blandam scripturam omnium librorum Mss., *quia*; et in coniunctivo *exolverent* inesse puto: „quia putabant sic se gratiam exsolvere perfecti operis.“ Rem eandem tradit Laurent. Lyd. III, 15. (7.), sed alias addit causas, *ὧν αἱ μὲν δι' Ἄρεος τιμὴν δουλεύουσι τοῖς ἄῤῥεσι τῶν οἰκετῶν, διὰ τὴν κρείττονα φύσιν, οἱ δὲ (ἀποτρόπαιον ὥσπερ θεραπείαν εἰσάγοντες τῷ Κρόνῳ) τοῖς ἑαυτῶν δούλοις ἐδούλευον, ὅπως μὴ ταῖς ἀληθείαις νεμεσητόν τι παθόντες εἰς δουλείαν πολεμίων καταπέσωσιν.*

8. *a spuma, .. unde orta Venus creditur*] „Sententiam Macrobii cecinit Ovid. Fast. IV, 61. *Sed Veneris mensem Graio sermone notatum Auguror: a spumis est dea dicta maris.*“ Zeun. — Cf. c. 8. § 6. Censorin. 22, 9. Laurent. Lydus IV, 44. Alia ratio, cur Veneri hic mensis dicatus sit, legitur c. 21. § 6.

hanc Romuli fuisse rationem] „Vid. Ovid. Fast. IV, 23 seqq.“ Zeun. – Adde Plut. Quaest. Rom. 19.

anni principia servarent] i. e. anni principiis praeessent.

Martem patrem] Cf. c. 19. § 3.

Venerem genitricem] Cf. c. 8. § 8. et quae Koppius ad Martian. I. § 85. affert: Dio Cass. XLIX. p. 599. Reim.; Appianus II, p. 470. Steph.; Plin. N. H. VII, 38 s. 39; VIII, 42 s. 64; XXXV, 4 s. 9. et 12 s. 45; Sueton. Caes. 61, 78, 84. Adde Ovid. Fast. IV, 95; Lucret. I, 1; Stat. Silv. I, 2, 172; Stobae. Ecl. I, 10. p. 268 Heer.; Klausen. Aen. p. 897.

9. *altiore prudentia*] „Sic auctor vocat rationem physice explicandarum fabularum.“ Zeun.

certi numinis providentia] i. e. certo quodam numine providente, vel certi cuiusdam numinis iussu. *Prudentia* homini, *providentia* deo tribuitur.

naturae conscius] Cf. Comm. I, 6, 4. et vid. not. ad Sat. I, 7, 17.

secundus Veneri dicaretur, quae vim eius quasi benefica leniret.
10 Nam et in duodecim zodiaci signis, quorum certa certorum numinum domicilia creduntur, cum primum signum Aries Marti ad-
11 signatus sit, sequens mox Venerem, id est Taurus, accepit. Et
[257] rursus e regione Scorpius ita divisus est, ut deo esset utrique communis. Nec aestimatur ratione caelesti carere ipsa divisio: siquidem aculeo velut potentissimo telo pars armata posterior domicilium Martis est, priorem vero partem, cui Ζυγὸς apud Graecos nomen est, nos Libram vocamus, Venus accepit, quae velut
12 iugo concordi iungit matrimonia amicitiasque conponit. Sed Cingius in eo libro quem de fastis reliquit ait inperite quosdam opinari Aprilem mensem antiquos a Venere dixisse, cum nullus dies festus nullumque sacrificium insigne Veneri per hunc mensem a maioribus institutum sit, sed ne in carminibus quidem Saliorum
13 Veneris ulla, ut ceterorum caelestium, laus celebretur. Cingio etiam Varro consentit adfirmans nomen Veneris ne sub regibus

[**Mss. ABGPS.**

in mg. „τειχεσιβλῆτα ant.") τειχεσιπλῆπτα c. τειχεσιπλῆτα s-hP. — *benefica* vl. 10. *signis zodiaci* G. — *adsignatum* BG. — *idem* vl. 11. *existimatur* Sv-g. — *coelesti ratione carere* v-g. *ratione coelesti casti carere* zb (in d in fine paginae legitur *caele-* suppositis syllabis *sti ca-* et altera pagina incipit a *sti carere*). — *ΖΙΓΟC* (sup. *chele*) G. *ΖΥΓΟC* P. 12. *Cingius* BGPSv-gM123. *cignis* (sup. add. *u*) A. *Cincius* s-b (hg in mg). — *de festis* PS. — *antiquius* A. — *caelestium caeterorum* S. — *celebratur* v-g. 13. *Cingio* BGPSv-g. *Cingnio* A. *cingo* laud. Hertz. de Luciis Cinciis p. 32. ex Edd. Brix. a. 1485. et Ven. a. 1492. *Cincio* s-b (hg in mg.). — *nec sub regibus quidem ap. Rom.* AS. *ne sub*

10. *certa certorum numinum domicilia*] Cf. c. 21, 16. *Leonisque inibi signum domicilium solis appellant*, et Comm. I, 21, 24 sqq. Incerti fragm. in edd. Censorini 3, 10.

cum primum signum cet.] Cf. Comm. I, 21, §§ 23 et 26. Incerti fragm. l. c. Serv. ad Virgil. Georg. I, 33. Propter verba *sequens mox* vid. not. ad c. 3. § 3.

11. *Scorpius ita divisus est* cet.] Cf. c. 21. § 25. *Scorpius totus, in quo Libra est*, et Comm. I, 18, 13. *Libram, id est Scorpii chelas*, et Servium l. c.: *Aegyptii duodecim esse asserunt signa, Chaldaei vero undecim. Nam Scorpium et Libram unum signum accipiunt. Chelae enim Scorpii Libram faciunt.* Martian. VIII. § 839. *Scorpius enim tam suum spatium corpore quam chelis occupat Librae.* Schol. ad Arat. 402. *Μέγα δὲ τέρας τὸν Σκορπίον φησί,.. ὅτι δύο ζωδίων ἐπέχει τάξιν.*

12. *Sed Cingius* cet.] Cf. M. Hertz. de Luciis Cinciis p. 32 sqq. Laur. Lyd. IV, 44. *Κίγκιος δὲ ὁ Ῥωμαῖος σοφιστής φησι τὴν Ἀφροδίτην ἐξ ἀφροῦ τεχθῆναι, οἱονεὶ ἐκ τοῦ χιονώδους ἀέρος καὶ τῆς ψυχρᾶς οὐσίας τὸ ἔαρ ἀποτεχθῆναι.* Deinde addit: *οὕτως μὲν οἱ Ἕλληνες.*

quosdam] Hi sunt teste Varrone L. L. VI, 33. (et Censorin. 22, 9.) Fulvius (Nobilior) et Iunius (Gracchanus), ut ait Merkelius ad Ovid. Fast. p. LXXX. Et hanc et Varronis sententiam proferre Plutarchum Num. c. 19 et Isidorum Orig. V, 33, 7. recte monuit Hertzius l. c.

nullus dies festus] Cf. § 15. Plutarchus l. c. *ἐν ᾧ θύουσί τε τῇ θεῷ*, inquit, *καὶ ταῖς καλάνδαις ἐστεφανωμέναι αἱ γυναῖκες μυρσίνῃ λούονται.* Ovidius Fast. IV, 13 tantum: *Venimus ad quartum*, inquit, *quo tu celeberrima, mensem;* sed vid. ibid. 125 sqq. et in primis v. 133.: *Rite deam Latiae colitis matresque nurusque.* Similia habet Laurentius Lydus, qui IV, 45. refert IV. Non. April. Veneri in Cypro apris factam esse rem divinam, unde F. C. Schwenck. p. 177. huic mensi nomen datum esse coniicit.

13. *Varro consentit*] Macrobius videtur respicere locum nobis

quidem apud Romanos vel Latinum vel Graecum fuisse, et ideo non potuisse mensem a Venere nominari. Sed cum fere ante 14 aequinoctium vernum triste sit caelum et nubibus obductum, sed et mare navigantibus clausum, terrae etiam ipsae aut aqua aut pruina aut nivibus contegantur, eaque omnia verno id est hoc mense aperiantur, arbores quoque nec minus cetera quae continet terra aperire se in germen incipiant: ab his omnibus mensem Aprilem dici merito credendum est, quasi Aperilem, sicut apud Athenienses ἀνθεστηριὼν idem mensis vocatur ab eo quod hoc tempore cuncta florescant. Non tamen negat Verrius Flaccus hoc 15 die postea constitutum ut matronae Veneri sacrum facerent: cuius rei causam, quia huic loco non convenit, praetereundum est. [258] Maium Romulus tertium posuit, de cuius nomine inter auctores 16 lata dissensio est. Nam Fulvius Nobilior in fastis quos in aede

Edd. vicahgspdzb.] *regulis quidem Romanorum* P. — *e Venere* h. 14. *aut nubibus contegantur* ABG; cf. VII, 12, 26. *aut nivibus congregantur* vl. — *credendum* (om. *est*) v-gb. „Conieceram *esse*, quia haec quoque, ut praecedentia dependent a superioribus *Varro consentit affirmans.* Video nunc a Stephano appositum verbum *est*, tanquam Cincii ipsius aut Macrobii sit collectio. Potius tamen, licet ei addicat Ms. in charta, sequerer vett. editiones, quae neutrum habent.“ Gron. — *ab eoque quod* G. — *florescunt* A. 15. *hodie* P. — *causa* .. *praetereunda est* P. 16. *posuit*

servatum, L. L. VI, 33. Cf. Spengel. ad h. l., ubi legitur: *quoius* (Veneris) *nomen ego, antiquis literis quod nusquam inveni, magis puto dictum, quod ver omnia aperit Aprilem.* Censorin. 22, 11.

14. *cum fere .. nubibus obductum*] Cf. Laur. Lyd. l. c. ad § 12.

mare navigantibus clausum] Cf. Ovid. Fast. IV, 131. *Vere monet* (Venus) *curvas materna per aequora puppes Ire, nec hibernas iam timuisse minas.*

arbores quoque .. aperire se in germen incipiant] Cf. c. 21. § 6. Censorin. l. c.: *quod tunc fere cuncta gignantur et nascendi claustra aperiat natura.* Ovid. Fast. IV, 127 sq. *Nunc herbae rupta tellure cacumina tollunt, Nunc tumido gemmas cortice palmes agit.* Laurent. Lyd. l. c. *οἱ δὲ Ῥωμαῖοι Ἀπρίλλιον αὐτὸν ὡσανεί ἀπερίλλιον (οἱονεὶ ἀνοικτικὸν τοῦ καιροῦ) φασίν.* Plutarch. l. c. *Τινὲς δὲ οὐ διὰ τὴν Ἀφροδίτην τὸν Ἀπρίλλιον φασὶν, ἀλλ' ὥσπερ ἔχει τοὔνομα ψιλὸν, Ἀπρίλλιον κεκλῆσθαι τὸν μῆνα τῆς ἐαρινῆς ὥρας ἀκμαζούσης ἀνοίγοντα καὶ ἀνακαλύπτοντα τοὺς βλαστοὺς τῶν φυτῶν. τοῦτο γὰρ ἡ γλῶττα σημαίνει.*

merito credendum est] Sic omnes libri Mss. Pro sua ergo vendit hanc sententiam Macrobius.

ἀνθεστηριὼν ... quod hoc tempore cuncta florescant] Hartung. II, p. 143. *Ἀφροδίτη* censet apud Romanos respondisse Floram refragante Hefftero Neue Jahrb. f. Phil. u. Paed. XXX, 3, p. 289.

15. *hoc die*] i. e. aequinoctio verno, cf. § 14.

ut matronae Veneri sacrum faceret] Vid. not. ad § 12. Laurent. Lyd. IV, 45. *Ταῖς τοίνυν Καλένδαις Ἀπριλίαις αἱ σεμναὶ γυναικῶν ὑπὲρ ὁμονοίας καὶ βίου σώφρονος ἐτίμων τὴν Ἀφροδίτην.* Merkel. p. cxxxvii. censet hoc referendum esse ad sacrum Fortunae Virili in aede Veneris Verticordiae faciendum.

cuius rei causam ... praetereundum est] Cf. III, 6, 1. *Mirandum est huius poetae .. doctrinam.* „Huius constructionis paulo insolentioris rationem vid. Perizon. ad Sanct. Minerv. III, 8.“ Zeun. — Vid. Kruegeri Gramm. d. lat. Spr. § 487, 3. et prolegg. p. xl. — Merkelius l. c. Macrobium filio puero plura narrare verecundatum esse putat. Cf. Ovid. Fast. IV, 147 sqq.

16. *lata dissensio*] i. e. magna, ut iuris periti culpam dicunt *latam*

Herculis Musarum posuit Romulum dicit, postquam populum in maiores iunioresque divisit, ut altera pars consilio altera armis rempublicam tueretur, in honorem utriusque partis hunc Maium
17 sequentem Iunium mensem vocasse. Sunt qui hunc mensem ad nostros fastos a Tusculanis transisse commemorent, apud quos nunc quoque vocatur deus Maius qui est Iuppiter, a magnitudine
18 scilicet ac maiestate dictus. Cingius mensem nominatum putat a Maia, quam Vulcani dicit uxorem, argumentoque utitur, quod fla-

[Mss. ABGPS.

tercium A. — *infaustis* S. — *minoresque* A sup. ab ead. m. *iuniores;* hg add. in mg. „*iuniores* ant.“ — *mensem* om s-bP. — *mensem vocasse. Sunt qui hunc* (librario ab errante abaltero *mensem* ad alterum) B (G sup. add. *appellasse*). 17. *quoque* om. G. 18. *Cingnius* A. *Cincius* s-bP (hg in mg.). — *mensem* (sup. add. *maium*) *nominatum putat* B. *nominatum putat mensem* S. *mensem dicit nominatum* G. — *dixit* v-g.

Digest. L, 16, 213. et XI, 6, 1 fin. De re vid. Ovid. Fast. V, 1 sqq.

in aede Herculis Musarum] „Graecis dicitur *Μουσαγέτης*, Musarum ductor, quo nomine ipsum interdum Apollinem appellari Macrobius ait supra Comm. II, 3 [3]. Caeterum Marcium Philippum aedem Herculis Musarum exstruxisse tradit Suet. in Aug. 29.“ Zeun. — At hoc loco sermo est de aede a M. Fulvio Nobiliore Aetolorum victore (a. U. C. DLXXIII. auctore Muellero Handb. d. Archaeol. § 180, 2.) dedicata Herculi et Musis, ut cogitandum non sit de Hercule Musarum. Cf. Hartung. II. p. 31. Becker. Handb. I. p. 612 sq. Merkel. p. CXLIV. A. Weichertum, qui in excursu de aede Herculis Musarum (Imp. Caes. Augusti scriptorum reliq. p. 71 sqq.) studet probare nullum ante Marcianam illam fuisse aedem Herculis Musarum, hic locus omnino fugisse videtur.

postquam populum in maiores iunioresque divisit] Cf. Ovidius Fast. V, 57 sqq.; VI, 83 sqq. Quod Cicero de rep. II, 22., Livius I, 43, 2., Dionys. A. R IV, 16. referunt, Servium Tullium populum in centurias seniorum et iuniorum divisisse, id huc non pertinet. Vid. Becker. l. c. II, 1, p. 144 et 215.

in honorem utriusque partis] Hanc sententiam Fulvio et Iunio tribuunt Varro L. L. VI, 33. et Censorin. 22, 9. Varronem Censorinus l. c. § 12. dicit auctorem esse *Maium* non a *maioribus* sed a *Maia* nomen accepisse: utramque sententiam nullo auctore nominato profert Festus p. 134. Muell. Cf. Ovid. Fast. II. cc. et I, 41; V, 427. *Mensis erat Maius, maiorum nomine dictus.* Isidorus Hisp. Orig. V, 33, 8. habet: *Hunc mensem* (Maium) *maioribus, sequentem vero minoribus Romani consecraverunt*, et 9: *Unde et Iunius* dictus. *Ante enim populus in centurias seniorum et iuniorum divisus erat.* Plutarchus Num. 19. *Εἰσὶ δέ τινες οἱ τούτους ἡλικίας ἐπωνύμους εἶναι λέγοντες πρεσβυτέρας καὶ νεωτέρας· μαιώρης γὰρ οἱ πρεσβύτεροι παρ' αὐτοῖς, ἰουνιώρης δὲ οἱ νεώτεροι καλοῦνται.* (Cf. Quaest. Rom. 86.) Laur. Lyd. IV, 56. *Οὕτως οὖν τοῦ πέμπτου μηνὸς εἰς τιμὴν τῆς γερουσίας πρὸς τοῦ βασιλέως Νουμᾶ διατεθέντος, ἐλείπετο ἄρα τὸν ἕκτον εἰς τιμὴν τῆς νεολαίας ὁρισθῆναι· βουλῇ γὰρ γερόντων καὶ νεωτέρων ἀνδρείᾳ διοικεῖσθαι, ὥς φησι Πλάτων, τὸ πολίτευμα.* (Cf. Censorin. de die nat. 14, 2.)

17. *deus Maius qui est Iuppiter*] Cf. Creuzer. III, 686. Ambrosch. Rel.buech. d. Roem. p. 39.

18. *a Maia, quam Vulcani dicit uxorem*] Apud Laurentium Lydum hoc nunc quidem non legitur, sed notandum est post Maiam eum memorare IV, 54. quattuor Vulcanos. Gellius N. A. XIII, 22, 2. inter comprecationes deum immortalium quae ritu Romano fierent affert *Maiam Vulcani.* Videtur haec dea prisca Romanorum deinde confusa esse cum Maia Graecorum. Cf. Schwenck. p. 174. Hartung. II. p. 110. et p. 261.

men Vulcanalis Kalendis Maiis huic deae rem divinam facit: sed Piso uxorem Vulcani Maiestam, non Maiam, dicit vocari. Con- 19
tendunt alii Maiam Mercurii matrem mensi nomen dedisse, hinc maxime probantes, quod hoc mense mercatores omnes Maiae pariter Mercurioque sacrificant. Adfirmant quidam, quibus Corne- 20
lius Labeo consentit, hanc Maiam cui mense Maio res divina celebratur terram esse hoc adeptam nomen a magnitudine, sicut et Mater Magna in sacris vocatur: adsertionemque aestimationis suae etiam hinc colligunt quod sus praegnans ei mactatur, quae hostia propria est terrae: et Mercurium ideo illi in sacris adiungi dicunt, quia vox nascenti homini terrae contactu datur, scimus autem Mercurium vocis et sermonis potentem. Auctor est Cor- 21
nelius Labeo huic Maiae, id est terrae, aedem Kalendis Maiis dedi-

Edd. vicahgspdzb.] — *Kalendis maias* B. *Kalendas maias* G. 19. *sacrificabant* (punctis positis sub literis *ab*) G. 20. *quidam* add. a sec. m. A. — *hanc Maiam* om. P. — *in sacris* om. P. — *existimationis* S. *extimationis* vichg. — *eo mactatur* P. — *est propria* Sv-g. — *illi qui in sacris* (del. *qui*) A. *illi his sacris* G. — *cum tactu* G. 21. *id est terrae* om. s-bP. „Haud quaquam fastidio, quod fecerunt nuperi, veterum exemplarium et ms. scripturam. Ubique enim hic auctor ita se exponit. Et sic cap. 15. [§. 17.] *Regina sacrorum, id est regis uxor.*" Gron. Cf. c. 17. § 18. —

flamen Vulcanalis] Cf. Varro L. L. V, 15, 84., Hartung. I. p. 159.

Maiestam] Apud Ovidium Fast. V, 43 sqq. *Maiestas* dicitur *Iovis fidissima custos.* Festus apud Paul. lib. XI, p. 136. Muell.: *Maiestas a magnitudine dicta*, quod quidem dubium est an ad hanc deam sit referendum.

19. *Maiam Mercurii matrem*] Cf. Laurent. Lyd. IV, 52. (VI. 1.) *Οἱ δὲ ἀπὸ τῆς Μαίας τῆς Ἄτλαντος τῆς Ἑρμοῦ ἀξιοῦντες ὀνομασθῆναι τὸν Μάϊον πρὸς ἕτερον βλέποντες οὕτω φασίν, ἀλλὰ μὴν καὶ διὰ τὸ ἱερὸν αὐτῆς, ὅτι κατὰ τοῦτον τὸν μῆνα ἱερωθῆναι λέγεται.* Ovid. Fast. V, 85 sqq. VI, 35. Fest. l. c.

quod hoc mense mercatores omnes Maiae pariter Mercurisque sacrificant] Cf. Laurent. Lyd. IV, 53. *ηὔχοντο δέ Μαίᾳ τε καὶ Ἑρμῇ οἱ πραγματευταὶ ἀκίνδυνα τὰ τῶν κερδῶν εἶναι.* Plutarch. Num. 19. *Ἑρμῇ γὰρ ἀνιέρωται.* Huius sacri non meminit Ovidius, vid. Merkel. p. CLXXXII.

20. *hanc Maiam .. terram esse*] Cf. Laur. Lyd. IV, 53. *Τιμῶσιν οὖν κατὰ τοῦτον (τὸν Μάϊον) τὴν Μαῖαν, τουτέστι τὴν Γῆν, θεραπεύοντες.*

Mater Magna] Cf. Lactant. I, 22, 19. *Melissam vero a patre primam sacerdotem Matri Magnae constitutam.*

sus praegnans .. quae hostia propria est terrae] Cf. Ovid. Fast. I, 671 sq. *Placentur matres frugum Tellusque Ceresque Farre suo gravidae visceribusque suis.* Festus ap. Paul. lib. XIV. p. 219. Muell. *Praecidaneam porcam dicebant, quam immolare erant soliti antea quam novam frugem praeciderent.* Porcus castratus, quia mense Maio vel quia Maiae immolabatur, dicebatur *maialis*. Cf. Varron. R. R. II, 4, 21.

quia vox nascenti homini terrae contactu datur] „Vid. Rhodig. Lect. Ant. XXIX, 14." Zeun. — Cf. Laurent. Lyd. l. c. *Μούμμιος δὲ ὁ Ῥωμαῖος τὸν Ἑρμῆν τὸν προχωρητικὸν λόγον εἶναι βούλεται· οὐδὲ γάρ, φησι, πρότερον βρέφος φθέγξαιτο, πρὶν ἂν τῆς γῆς ἐφάψαιτο, ὥστε Μαῖαν εἰς Γῆν καλῶς ἐξελάμβανον οἱ πολλοί*, ubi videtur legendum esse *φθέγξαιτο ἄν, πρὶν κτλ.*

Mercurium vocis et sermonis potentem] Vid. not. ad c. 9. § 6. et Horat. Od. I, 10, 1 sqq. *Mercuri, facunde nepos Atlantis, Qui feros cultus hominum recentum Voce formasti*, Ovid. Fast. V, 663 sqq. *Clare*

[259] catam sub nomine Bonae Deae: et eandem esse Bonam Deam et terram ex ipso ritu occultiore sacrorum doceri posse confirmat: hanc eandem Bonam Faunamque et Opem et Fatuam pontificum
22 libris indigitari: Bonam, quod omnium nobis ad victum bonorum causa est; Faunam, quod omni usui animantium favet; Opem, quod ipsius auxilio vita constat; Fatuam a fando, quod, ut supra diximus, infantes partu editi non prius vocem edunt quam
23 attigerint terram. Sunt qui dicant hanc deam potentiam habere Iunonis, ideoque regale sceptrum in sinistra manu ei additum. Eandem alii Proserpinam credunt, porcaque ei rem divinam fieri, quia segetem quam Ceres mortalibus tribuit porca depasta est:
24 alii *Χθονίαν Ἑκάτην*, Boeoti Semelam credunt. Nec non ean-

[Edd. ABGPS.

hanc eandem etiam v-g. — *Bonam deam* s-bP. — *et Opem* Bs-bP. *Opem* (om. *et*) ASvi. *Opemque* Gc-g. 22. *quod* add. a sec. m. A. — *constet* Edd. — *supra*] § 20. 23. *dicunt* P. — *sceptrum regale* s-bP. — *Χθονίαν Ἑκάτην* om. A. — ΕΚΑΤΗΝ B. 24. *Boeoti* om. AS. *βοιώ-*

nepos Atlantis ... Quo didicit culte lingua favente loqui.

21. *aedem ... dedicatam sub nomine Bonae Deae*] Videtur respicere templum quod dedicasse Claudiam Quintam et restituisse Liviam refert Ovidius Fast. V, 148 sqq. Aliud esse templum quod commemoret Publius Victor in reg. urb. XII. censet Schwenck. p. 202.

eandem esse Bonam Deam et terram] Hoc verum esse negat Hartungus II, p. 198. Cf. Klausen. Aen. p. 849 sqq.; Boettiger. Id. z. Kunstmyth. I. p. 278 sqq.

ex ipso ritu occultiore sacrorum] Sacra Bonae Deae dicuntur a Cicerone de leg. II, 9, 21. *nocturna mulierum sacrificia*, a Plinio N. H. X, 56 s. 77. *opertanea sacra*, a Iuvenale VI, 314. *Bonae secreta Deae.*

Bonam Faunamque et Opem et Fatuam] Cf. Lactant. I, 22, 9. *Faunus ... sororem suam Fatuam Faunam, eamque coniugem, consecravit. .. Idcirco illi mulieres in operto sacrificant et Bonam Deam nominant.* Arnobius V, 18. *Fentam igitur Fatuam, Bona quae dicitur Dea, transeamus.* Serv. ad Virg. Aen. VII, 47. *Quidam deus est Fatuellus: huius uxor est Fatua. Idem Faunus et eadem Fauna*, et ad VIII, 314. *Faunus habuisse filiam dicitur .. disciplinis omnibus eruditam, quam quidam, quod nomine dici prohibitum fuerat, Bonum Deam appellari volunt.* Plutarch. Caes. 9. *Ἔστι δὲ Ῥωμαίοις θεὸς ἣν Ἀγαθὴν ὀνομάζουσιν, ... Ῥωμαῖοι δὲ νύμφην Δρυάδα Φαύνῳ συνοικήσασαν.* — *Ops* Saturni uxor et terra esse dicitur c. 10. § 19 sq.

pontificum libris indigitari] His libris continebantur ritus sacri. Cf. Becker. Handb. I. p. 11. De verbo vid. not. ad c. 17. § 15. et Fest. apud Paul. lib. IX. extr. *Indigitanto, imprecanto*, et *Indigitamenta incantamenta vel indicia.*

22. *Faunam, quod .. favet*] Cf. Serv. ad Virg. Aen. VIII, 314. *Quidam Faunum appellatum volunt eum quem nos propitium dicimus.*

Fatuam a fando cet.] Vid. Creuzer. III, p. 628. Kopp. ad Martian. II. § 167. Lactant. l. c. *quam Gabius Bassus Fatuam nominatam tradit, quod mulieribus fata canere consuevisset, ut Faunus viris.* Apud Isidorum quoque Orig. X, 103. *Fatua* dicitur *Fauni uxor fatidica.*

23. *Proserpinam*] Cf. Plutarch. l. c. *Ἕλληνες δὲ τῶν Διονύσου μητέρων τὴν ἄῤῥητον.* Klausen. Aen. p. 852. Laur. Lyd. IV, 38. *Διόνυσον .. ἐκ Διὸς καὶ Περσεφόνης γενόμενον.*

porcaque ei rem divinam fieri] Cf. § 20. Iuvenal. II, 86 sq. *Atque Bonam tenerae placant abdomine porcae Et magno cratere Deam.* Schwenck. p. 203.

Χθονίαν Ἑκάτην] Creuzerus III, p. 571. ait eam esse Cererem *χθονίαν.*

Boeoti Semelam credunt] Cf. Laurent. Lyd. l. c. *Φέρεται δὲ καί τις μῦθος περὶ αὐτοῦ (τοῦ Διονύ-*

dem Fauni filiam dicunt, obstitisseque voluntati patris in amorem suum lapsi, ut et virga myrtea ab eo verberaretur, cum desiderio patris nec vino ab eodem pressa cessisset: transfigurasse se tamen in serpentem pater creditur et coisse cum filia. Horum omnium haec proferuntur indicia, quod virgam myrteam in templo haberi nefas sit, quod super caput eius extendatur vitis qua maxime eam pater decipere temptavit, quod vinum in templum eius non suo nomine soleat inferri, sed vas in quo vinum inditum est mellarium nominetur et vinum lac nuncupetur, serpentesque in

Edd. vicahgspdzb.]

τιοι v1. *Boeotii* v3-a. — *emelam* AS. — *creditur pater* S. 25. *hoc proferunt indicii* v-gb „Cur mutatum?" Gron. — *in templo* S. — *inditum sit* v-g. — *miliarium* coniecerunt Canterus et Pontanus, hic allata

σου) κατὰ τὸν Ἀπολλόδωρον, ὡς εἴη γεγονὼς ἐκ Διὸς καὶ Γῆς, τῆς δὲ Γῆς Θεμέλης προσαγορευομένης διὰ τὸ εἰς αὐτὴν πάντα καταθεμελιοῦσθαι, ἣν κατὰ συναλλαγὴν ἑνὸς στοιχείου τοῦ σ̄ Σεμέλην οἱ ποιηταὶ προσηγορεύκασι.

24. *nec non eandem Fauni filiam dicunt*] Schwenckius l. c. haec cum antecedentibus, a quibus sane vulgo commate tantum dirimuntur, ita iungit, ut dicat Boeotos eam Fauni filiam dixisse. At quid Fauni filia ad Boeotos? Intellige potius *alii* vel tale quid. Ceterum vid. § 27. et quae ad § 21. attulimus e Servio et e Plutarcho.

obstitisseque voluntati patris cet.] Cf. § 27. Aliter Lactantius l. c. § 11. *Sex. Clodius .. refert Fauni hanc uxorem fuisse, quae quia contra morem decusque regium clam vini ollam ebiberat et ebria facta erat, virgis myrteis a viro usque ad mortem caesam, postea vero, cum eum facti sui poeniteret, et desiderium eius ferre non posset, divinum illi honorem detulisse: idcirco in sacris eius obvolutam vini amphoram poni.* Apud Arnobium, qui fere eadem habet (V, 18.), legitur: *quod, cum ei rem divinam mulieres faciunt, vini amphora constituatur obtecta.* Similia refert Plutarchus Quaest. Rom. 20.

in amorem suum] Vid. prolegg. p. XXXIX.

nec vino] i. e. ne vino quidem. Vid. prolegg. p. XLI.

pressa] Cf. Lactant. IV, 13, 13. *Sed veritate pressus negare non potuit,* et Corn. Nep. Ages. 6, 1. *Quum a plerisque ad exeundum premeretur, .. exire noluit.*

in serpentem] Cf. Plutarch. Caes. 9. *καὶ δράκων ἱερὸς παρακαθίδρυται τῇ θεῷ κατὰ τὸν μῦθον.*

25. *quod virgam myrteam in templo haberi nefas sit*] Schwenckius l. c. censet hoc referendum esse ad domum in qua fierent sacra Bonae Deae, citato Plutarcho (Quaest. Rom. 20): *Κοσμοῦσαι σηκὸν αἱ γυναῖκες οἴκοι μυρσίνας οὐκ εἰσφέρουσι.* Adde (quem locum attulit Pontanus) Arnob. l. c. *quod cum ei divinam rem mulieres faciunt, .. nec myrteas fas sit inferre verbenas.* Cf. apud Senecam (ed. Fickert.) ep. 97. § 2. *extra conseptum,* apud Ciceron. Parad. IV, extr. *opertum Bonae Deae.* Sed Macrobium, qui infra bis *in templo eius* habet, de aede huic deae dedicata cogitasse putaverim.

quod super caput eius extendatur vitis] Cf. Plutarch. Caes. 9. *Ὅθεν ἀμπελίνοις τε τὰς σκηνὰς κλήμασιν ἑορτάζουσι.*

qua .. temptavit] non ipsa vite, sed vino, i. e. succo uvarum ex illa provenientium.

quod .. mellarium nominetur] „*Miliarium* in balneo locum habebat forinsecus inter soliorum spatia, cf. Palladius lib. I, cap. 40. Erant autem *mellaria* eadem quae alvearia. Varro de re rust. III, 16: *Μελιττῶνας ita facere oportet, quos alii μελιττοτροφεῖα appellant, eadem quidam mellaria.* Appellabatur vero vas illud vinarium Bonae Deae sacris inferri solitum *mellarium*, qua ratione sacerdotes eius *Μέλισσαι*. Porphyrius lib. de Nymph. antro [c. 18.]: *τὰς Δήμητρος* (haec eadem cum Bona Dea) *ἱερείας, ὡς τῆς χθονίας θεᾶς μύστιδας, μελίσσας οἱ παλαιοὶ ἐκά-*

templo eius nec terrentes nec timentes indifferenter appareant.
26 Quidam Medeam putant, quod in aedem eius omne genus herbarum sit ex quibus antistites dant plerumque medicinas, et quod
[260] templum eius virum introire non liceat propter iniuriam quam
27 ab ingrato viro Iasone perpessa est. Haec apud Graecos ἡ Θεὸς Γυναικεία dicitur, quam Varro Fauni filiam tradit adeo pudicam, ut extra γυναικωνῖτιν numquam sit egressa nec nomen eius in publico fuerit auditum nec virum umquam viderit vel a viro visa
28 sit, propter quod nec vir templum eius ingreditur. Unde et mulieres in Italia sacro Herculis non licet interesse, quod Herculi,

[Mss. ABGPS.

glossa: *Χαλκεῖον olla, aeneum, miliarium.* Vulgatum *mellarium* defendit Meurs. Vid. not. — *indifferenter* om. s-bP. 26. *in aede* c-g. — *sit* om. G (B add. a sec. m.). 27. *apud grecos* g̃r. dr̃. A. — ἡ ϑεὸς BGbP. ϑεὸς (om. ἡ) Sv-gM123. ὁ ϑεὸς s-z. — *filiam Fauni tradidit* v-g. *Fauni filiam esse tradit* s-z (b *esse tradidit*). — γυναικωνίτιν Edd. om. A. — *vel visa sit a viro* A. *nec a viro visa sit* s-bP. 28. *quia*

λουν. Euripidis Scholiastes ad Hippol. [v. 72.] *Τὰς ἱερείας (Δήμητρος) μελίσσας ἐκάλουν οἱ ποιηταί*, Callimachus Hymno 2. [v. 110.]: *Δηοῖ δ' οὐκ ἀπὸ παντὸς ὕδωρ φορέουσι μέλισσαι.* Ita autem dictae a Melissa filia Melissei Cretensium regis, ut ex Didymi libris ἐξηγήσες Πινδαρικῆς memorat Lactantius lib. I, 22, 19." Meurs. — Adde schol. ad Pind. Pyth. IV, 60.

et vinum lac nuncupetur] Cf. Plutarch. Q. R. 20. *οἶνον σπένδουσι, γάλα προςαγορεύοντες*, et Lobeck. Aglaoph. vol. II. p. 879.

serpentesque ... appareant] Hoc eo referendum censet Hartungus II, p. 198., quod arti medicae praeesse putaretur haec dea. Sed conf. § 24.

indifferenter] Cf. Sueton. Domit. 23. *Occisum eum populus indifferenter tulit.*

26. *Medeam*] Hartungus l. c. cum Bona Dea confert Anguitiam, Medeae sororem, quam Marsi colebant artis medicae magistram, coll. Solin. p. 11. C, Virg. Aen. VII, 759., Sil. Ital. VIII, 498.

in aedem] „Pro *in aede*, archaismus est." Pont. — Vid. not. ad c. 7. § 22. *in aleae lusum.* Contrarium est in antecedentibus (§ 25.) *in quo vinum inditum est.*

omne genus herbarum] Cf. Plutarch. l. c. *καίτοι πᾶσι φιλοτιμούμεναι χρῆσθαι τοῖς βλαστάνουσι καὶ ἀνθοῦσι.*

27. *ἡ Θεὸς Γυναικεία*] Cf. Plutarch l. c. *τῇ Γυναικείᾳ Θεῷ, ἣν Ἀγαθὴν καλοῦσιν.* Similia leguntur apud eundem Caes. c. 9. et Cic. c. 19. Propert. IV, 9, 25. *femineam deam* eam vocat. Est autem *γυναικεία ϑεὸς* quaevis dea a mulieribus coli solita; conf. Hesychium s. v. *Καλλιστώ*, et Fronton. Ep. II, 8, p. 65. Nieb. *Γυναικεία δέ τις αὕτη ϑεὸς παρὰ ταῖς πλείσταις τῶν γυναικῶν ϑρησκεύεται ἡ Ἀπάτη.* Vid. Steph. Thes. s. v. *Γυναικεῖος.*

Varro Fauni filiam tradit adeo pudicam cet.] Cf. § 24., et quae ad § 21. adnotavi e Servio, et Lactant. I, 22, 10. *Eandem Varro scribit tantae pudicitiae fuisse, ut nemo eam, quoad vixerit, praeter virum suum mas viderit, nec nomen eius audierit.* Merkel. ad Ovid. Fast. p. CLXXXVIII. confert Tertullian. ad nat. II, 9.

28. *Unde et mulieres in Italia sacro Herculis non licet interesse*] Eodem fere modo hanc rem tradit Propertius IV, 9. Nulla addita causa Gellius XI, 6, 2: *Nam (mulieres) Herculaneo sacrificio abstinent.* Aliam causam profert Aurel. Vict. de orig. gent. Rom. 6, 6: *Recaranus eo quod Carmentis invitata ad id sacrum non adfuisset, sanxit, ne cui feminae fas esset vesci ex eo quod eidem arae sacratum esset: atque ab ea re divina feminae in totum remotae.* In ambiguo rem relinquit Plutarchus Quaest. Rom. 60. *πότερον ὅτι τῶν ἱερῶν αἱ περὶ τὴν Καρμένταν ὑστέρησαν, . . ἢ διὰ τὰ μυθολογούμενα περὶ τοῦ χιτῶνος καὶ τῆς Δηϊανείρας.*

cum boves Geryonis per agros Italiae duceret, sitienti respondit
mulier aquam se non posse praestare, quod feminarum deae ce-
lebraretur dies nec ex eo apparatu viris gustare fas esset: propter
quod Hercules facturus sacrum detestatus est praesentiam femina-
rum, et Potitio ac Pinario sacrorum custodibus iussit ne mulie-
rem interesse permitterent. Ecce occasio nominis, quoniam Maiam 29
eandem esse et terram et Bonam Deam diximus, coegit nos de
Bona Dea quaecumque conperimus protulisse. Iunius Maium se- 30
quitur, aut ex parte populi, ut supra diximus, nominatus, aut, ut
Cingius arbitratur, quod Iunonius apud Latinos ante vocitatus
diuque apud Aricinos Praenestinosque hac appellatione in fastos
relatus sit, adeo ut, sicut Nisus in Commentariis fastorum dicit,
apud maiores quoque nostros haec appellatio mensis diu manse-
rit, sed post detritis quibusdam litteris ex Iunonio Iunius dictus
sit. Nam et aedes Iunoni Monetae Kalend. Iuniis dedicata est.
Nonnulli putaverunt Iunium mensem a Iunio Bruto qui primus 31

Edd. vicahgspdzb.]

Herculi Edd. P. — *per Italiae agros* v-g. — *posse* om. add. a sec. m. A. — *potio* P. 29. *quoniam Maiam* scripsi e coni. *quoniam* (corr. in *quom iam*, om. *Maiam*) B. *quo Maiam* AG Edd. PSV. — *esse eandem* v-g. — *bonam deam* (om. *et*) AG (B a p. m.). — *diximus*] § 21. — *esse diximus* A. — *quodcumque* G. 30. *Cap. IX. Iunius* v (i *Cap. VIII.*). — *supra*] § 16. — *cingnius* A. *Cincius* s-b. — *Iunonis* v. — *dedicata est* ... *Kalendis Iuniis* (§ 31.) om. add. in mg. G. 31. *quod mense*

cum boves Geryonis .. duceret] Cf. c. 11. § 47.

Potitio ac Pinario] Cf. III, 6, 12 sqq.

custodibus iussit ne .. permitterent] Vid. prolegg. p. XL.

29. *Ecce occasio nominis, quoniam Maiam eandem esse ... diximus*] Pro *quoniam* vulgo legitur *quo*. Pronomen ad antecedens *nominis* referendum ferri nequit; quamobrem Symbol. p. 8. conieci scribendum esse *quoniam Maiam, eandem*. Verae et plenae scripturae videtur altera pars servata esse in cod. B.: *quoniam eandem*, altera in ceteris: *quo Maiam eandem*. Particula *quoniam* bene se habet in causa fortuita. Vid. Stuerenburg. ad Cic. de offic. I, 3, 8., et de particula *ecce* prolegg. p. XLI.

coegit nos .. protulisse] Infinitivus perfecti pro praesenti ponitur, cum non ad idem tempus, quo verbum *coegit*, sed ad id ipsum tempus referatur, quo haec scripta sunt. Conf. prolegg. p. XL. et Hausii not. 453. ad Reisig. lat. Sprachwissensch.

30. *Iunonius*] Cf. Ovid. Fast. VI, 26., ubi Iuno loquitur: *Iunius a nostro nomine nomen habet*, et v. 59 sqq. *Inspice quos habeat nemoralis Aricia fastos: Et populus Laurens, Lanuviumque meum: Est illic mensis Iunonius. Inspice Tibur, Et Praenestinae moenia sacra deae: Iunonale leges tempus.* Festus apud Paul. lib. IX, p. 103. Muell. *Iunium mensem dictum putant a Iunone. Iidem ipsum dicebant Iunonium et Iunonalem.* Censorin. 22, 12. *Iunium quoque a Iunone potius, quam iunioribus, quod illo mense maxime Iunoni honores habentur.*

aedes Iunoni Monetae Kal. Iun. dedicata est] a. u. c. CCCXLVI. L. Furio Camillo, qui eam inter ipsam dimicationem cum Auruncis voverat Iunoni. Locus in arce destinatus est, quae area aedium M. Manlii Capitolini fuerat. Cf. Liv. VI, 20, 13. et VII, 28, 4., Plutarch. Camill. 36., Dio Cass. fr. 31., Ovid. Fast. VI, 183 sqq., Valer. Max. I, 8, 3., Lactant. II, 7, 11., Becker. Handb. I. p. 392 sq., Hartung. II. p. 69., Schwenck. Mythol. d. Roem. p. 41., Boettiger. Id. II, p. 226 et 291. Laur. Lyd. IV, 57. *Καλένδαις Ἰουνίαις ἑορτὴ Ἥρας καὶ εὐχαὶ ἐν τῷ Καπετωλίῳ.*

31. *a Iunio Bruto*] Hanc huius

Romae consul factus est nominatum, quod hoc mense, id est Ka-
[261]lendis Iuniis, pulso Tarquinio sacrum Carnae deae in Caelio
32 monte voti reus fecerit. Hanc deam vitalibus humanis praeesse credunt. Ab ea denique petitur ut iecinora et corda quaeque sunt intrinsecus viscera salva conservet: et quia cordis beneficio, cuius dissimulatione brutus habebatur, idoneus emendationi publici status extitit, hanc deam quae vitalibus praeest templo sacra-
33 vit. Cui pulte fabacia et larido sacrificatur, quod his maxime rebus vires corporis roborentur. Nam et Kalendae Iuniae fabariae vulgo vocantur, quia hoc mense adultae fabae divinis rebus
34 adhibentur. Sequitur Iulius qui, cum secundum Romuli ordinationem Martio anni tenente principium Quintilis a numero vocaretur, nihilominus tamen etiam post praepositos a Numa Ianuarium ac Februarium retinuit nomen, cum non videretur iam quintus esse, sed septimus: sed postea in honorem Iulii Caesaris Dictatoris legem ferente M. Antonio M. filio consule Iulius ap-

[Mss. ABGPS.

(om. *hoc*) A. 32. *ab eademque* S. — *emendatione* BG. — *hanc quae* (sup. add. *deam*) A. 33. *fabacia* ABP (S a p. m.) v1hs-zM13 (M2 a sec. m.). *fabatia* Gv3. *fabaria* S a sec. m.; icagb (M2 a p. m.). — *lardo* S. — *vires maxime his rebus* v-g. — *vocant* B. 34. *Cap. X. Iulius.* v (i *Cap. IX.*). In B verba *Sequitur . . . secundum* scripta sunt literis maiusculis. — *Marti filio* B. — *ad quartum* Mss. v-g. — *Quinti-*

nominis derivationem alias frustra quaesivi. Carnae diem festum commemorat Ovid. Fast. VI, 101 sqq.

sacrum Carnae deae] Cf. Ovid. l. c., ubi dea cardinis esse dicitur, de qua re vid. Merkel. p. cxciv sq., Hartung. II. p. 228., Schwenck. p. 126 sq., Creuzer. III. p. 597. Nomen derivatur et a *cardine* et a *carne*. Vide tamen ne ea quae h. l. sequuntur ad καρδίαν potius nos ducant.

voti reus] i. e. quia suscepto voto se numini obligarat, cf. III, 2, 6.

32. *cuius dissimulatione brutus habebatur*] „*Brutus* h. e. stupidus. Livius I, 56, [8.]: *ex industria*, inquit, *factus ad imitationem stultitiae, quum se suaque praedae esse regi sineret, Bruti quoque haut abnuit cognomen* etc.“ Zeun. — Adde ib. § 7. *iuvenis longe alius ingenio quam cuius simulationem induerat*; et ipsum Macrobium III, 20, 5.

33. *pulte fabacia et larida*] Cf. Ovid. Fast. VI, 169 sqq. *Pinguia cur illis gustentur larda Kalendis, Mixtaque cum calido sit faba farre, rogas? Prisca dea est, aliturque cibis quibus ante solebat, Nec petit ascitas luxuriosa dapes.* Plin. N. H. XVIII, 12. s. 30. § 118. *Quin et prisco ritu fabacia* (farina) *suae religionis diis in sacro est.* A Martiale V, 78, 10. in frugali coena commemoratur: *Et pallens faba cum rubente lardo.*

34. *Quintilis a numero*] Cf. § 5.

post praepositos a Numa Ianuarium ac Februarium] Cf. c. 13, § 2 sqq. Aliam sententiam secutus est Plutarchus Num. 18: Πολλοὶ δέ εἰσιν, οἳ καὶ προστεθῆναι τούτους ὑπὸ Νομᾶ τοὺς μῆνας λέγουσι τόν τε Ἰανουάριον καὶ τὸν Φεβρουάριον. Idem c. 19. Romanos ab initio non nisi decem menses habuisse concedit. — Censorinus, 20, 4 *Postea sive a Numa, ut ait Fulvius, sive, ut Iunius, a Tarquinio XII. facti sunt menses.* Laurent. Lyd. I, 16. ἐπὶ δὲ Νουμᾶ προσετέθησαν Ἰανουάριος καὶ Φεβρουάριος.

non .. iam quintus, sed septimus] Laurent. Lyd. IV, 63. Τὸν Ἰούλιον μῆνα πέμπτον μὲν ἄν τις ἀπὸ τοῦ πολιτικοῦ, ἕβδομον δὲ ἀπὸ τοῦ ἱερατικοῦ λάβοι ἐνιαυτοῦ. Plutarch. Num. 19. συνέβαινεν αὐτοῖς τὸν εἰρημένον μῆνα πέμπτον μὲν ὀνομάζειν, ἕβδομον δὲ ἀριθμεῖν.

in honorem Iulii Caesaris .. Iulius appellatus est] „Conf. Sueton. in Caes. 76., Dio Histor. lib. XLIV. [c. 5.], Plutarchus in Numa [c. 19.] et alii.“ Zeun.

pellatus est, quod hoc mense a. d. quartum Idus Quintiles Iulius procreatus sit. Augustus deinde est qui Sextilis antea vocabatur, 35
donec honori Augusti daretur ex senatusconsulto cuius verba subieci: CUM IMPERATOR CAESAR AUGUSTUS MENSE SEXTILI ET PRIMUM CONSULATUM INIERIT. ET TRIUMPHOS TRES IN URBEM INTULERIT. ET EX IANICULO LEGIONES DEDUCTAE SECUTAEQUE SINT EIUS AUSPICIA AC FIDEM. SED ET AEGYPTUS HOC MENSE IN POTESTATEM POPULI ROMANI REDACTA SIT. FINISQUE HOC MENSE BELLIS CIVILIBUS INPOSITUS SIT. ATQUE OB HAS CAUSAS HIC MENSIS HUIC [262] IMPERIO FELICISSIMUS SIT AC FUERIT. PLACERE SENATUI UT HIC MENSIS AUGUSTUS APPELLETUR. Item plebiscitum factum ob eandem rem Sexto Pacubio tribuno plebem rogante. Mensis Sep- 36
tember principalem sui retinet appellationem: quem Germanici ap-

Edd. vicahgspdzb.]
lis BGv-g. 35. *Cap. XI. Augustus* v (i *Cap. X.*). — *deinde qui* (om. *est*) S. — *ante vocatus est* s-bAP. — *senatus consultu* G. — *intulerit in urbem* Sv. — *sed aegiptus* (om. *et*) A. *et Aeg.* (om. *sed*) v-g. — *hoc mensi* (*bellis*) B. — *Idem* v-g. „Non auscultandum: disparari enim debent *plebiscitum* et *senatus consultum.*“ Pont. — *Pacuvio* S; cf. II, 4, 4; III, 8, 7; VI, 1, 36; VI, 5, 14. 36. *Cap. XII. September.* v (i *Cap. XI.*). — *septembris* G. — *sui retineret* BG. *sui nominis retinet*

legem ferente M. Antonio .. consule] Cf. Censorin. 22, 16.: *Quintilis Iulius cognominatus est C. Caesare V. et M. Antonio Coss. anno Iuliano secundo* (a. u. c. DCCX.).

quod hoc mense ... procreatus sit] Aliter Laurent. IV, 66.: *Φασὶ δὲ αὐτὸν τὸν Ἰούλιον ἑπτάμηνον τεχθῆναι καὶ διὰ τοῦτο τὸν ἕβδομον μῆνα τοῦ ἱερατικοῦ ἐνιαυτοῦ εἰς τὴν οἰκείαν μεταβαλεῖν προσηγορίαν.*

35. *donec honori Augusti daretur*] „Suetonius in Aug. 31. non nisi duas commemorat huius mutationis causas, primum consulatum et insignes victorias quae Augusto obtigerint.“ Zeun. — Easdem Dio Cass. LV, 6. Cf. Censorin. l. c.: *Qui autem Sextilis fuerat, ex S. C. Marcio Censorino C. Asinio Gallo Coss. in Augusti honorem dictus est Augustus, anno Augusti vicensimo* (a. u. c. DCCXLVI.).

PRIMVM CONSVLATVM INIERIT] XIV. Kal. Sept. a. u. c. DCXI. Cf. Weichert. Imp. Caes. Augusti scriptor. reliq. vol. I. p. 210., Dio Cass. XLVI, 43 sq.

TRIVMPHOS TRES] Dio Cass. LV, 6. dicit tantum: *καὶ μάχας πολλὰς καὶ μεγάλας ἐνενικήκει*, ut Suetonius l. c.

EX IANICVLO LEGIONES DEDVCTAE] Dubito an huc referri possit id, quod eo tempore quo Octavianus ad ineundum consulatum Romam profectus est, factum refert Dio Cass. XLVI, 45.: *Κἀκ τούτου καὶ οἱ στρατηγοὶ ἔκ τε τοῦ Ἰανικούλου κατέβησαν καὶ τούς τε στρατιώτας καὶ ἑαυτοὺς αὐτῷ παρέδωκαν.*

AEGYPTVS etc.] a. u. c. DCCXXV. Cf. Dio Cass. LI, 17.

FINIS .. BELLIS CIVILIBVS INPOSITVS SIT] Cf. Vellei. II, 88. *Dum ultimam bello Actiaco Alexandrinoque Caesar imponit manum, M. Lepidus ... interficiendi, simul in urbem revertisset, Caesaris consilia inierat. Tunc .. C. Maecenas .. speculatus est .. consilia iuvenis, et .. oppresso Lepido immane novi ac resurrecturi belli civilis restinxit initium.* (c. 89. 3.) *Finita vicesimo anno bella civilia.*

36. *September principalem sui retinet appellationem*] Dio Cass. LV, 5. refert nonnullos Septembrem, ut Augusti mensem natalem, *Augustum* nominare voluisse, sed praetulisse ipsum Sextilium. Tiberius auctore Suetonio Tib. 26. intercessit, ne mensis September *Tiberius* et October *Livius* vocaretur; nec prospere successit Domitiani conatus, de quo vid. not. seq.

quem Germanici appellatione .. in-

37 pellatione, Octobrem vero suo nomine Domitianus invaserat. Sed ubi infaustum vocabulum ex omni aere vel saxo placuit eradi, menses quoque usurpatione tyrannicae appellationis exuti sunt: cautio postea principum ceterorum diri ominis infausta vitantium mensibus a Septembri usque ad Decembrem prisca nomina reser-
38 vavit. Haec fuit a Romulo annua ordinata dimensio, qui, sicut supra iam diximus, annum decem mensium dierum vero quattuor et trecentorum habendum esse constituit, mensesque ita disposuit, ut quattuor ex his tricenos singulos, sex vero tricenos
39 haberent dies. Sed cum is numerus neque solis cursui neque lunae rationibus conveniret, nonnumquam usu veniebat ut frigus anni aestivis mensibus et contra calor hiemalibus proveniret: quod ubi contigisset, tantum dierum sine ullo mensis nomine patiebantur absumi quantum ad id anni tempus adduceret quo caeli habitus instanti mensi aptus inveniretur.

1 XIII. Sed secutus Numa, quantum sub caelo rudi et seculo
[263] adhuc inpolito solo ingenio magistro conprehendere potuit, vel

[Mss. ABGPS.

v1. *sibi retinet* v3-ag. — *ex Germanici appellatione.* v3-ag (in v add. *Cap. XIII. October;* in i *Cap XII. October*). — *suo* (*nomine* add. ab al. m.) A. 37. *infactum voc.* B. — *usurpationem* coni. Gron. coll. Comm. I, 9, 3. et 13, 6. — *appellatione* (sup. *is*) P. 38. *annua a romulo* S. — *supra*] § 3. — *iam supradiximus* BG. — *instituit* s-bP. — *menses quoque* S. — *et singulos* Sv-g Bar. 39. *assumi* v-g „Male." Zeun. — *ad anni* (om. *id*) h. — *aptum* G.

XIII. *Caput XIII. De ordinatione anni per Numam: et quae causa fuerit intercalandi: quoque tempore primum intercalatum sit.* ch-b. *Cap. XIIII. Divisio anni per nummam.* v (i *Cap. XIII.*). 1. *quantum sae-*

vaserat] Cf. Sueton. Domit. 13. *Post autem duos triumphos Germanici cognomine assumpto Septembrem mensem et Octobrem ex appellationibus suis Germanicum Domitianumque transnominavit: quo altero suscepisset imperium, altero natus esset.* Plutarch. Num. 19. *Τοὺς δὲ ἐφεξῆς Δομετιανὸς εἰσεποίησε ταῖς αὑτοῦ ἐπωνυμίαις οὐ πολὺν χρόνον, ἀλλὰ τὰς αὑτῶν ἀναλαβόντες πάλιν ἐκείνου σφαγέντος ὁ μὲν ἕβδομος ὁ δὲ ὄγδοος καλοῦνται.*

37. *ubi infaustum vocabulum ... placuit eradi*] Cf. Sueton. Domit. 23. *Senatus adeo laetatus est, ut ... eradendos ubique titulos abolendamque omnem memoriam decerneret.*

cautio postea principum .. prisca nomina reservavit] „At huic Macrobii sententiae repugnat historia de Commodo Imperatore. Herodianus enim I, 14., scriptor fide dignissimus, narrat a Commodo nomina mensium esse immutata, quorum pleraque nomina coniunctionem habuerint cum Hercule, quem Commodus sibi imitandum proposuerat. Atque Lampridius et Xiphilinus ista nomina nova diserte commemorant." Zeun. — Cf. Censorin. 22, 17. *Postea vero multi principes nomina quaedam mensum inmutaverunt suis nuncupando nominibus, quod aut ipsi postmodum mutaverunt, aut post obitum eorum illa nomina pristina suis reddita mensibus sunt.* Sic iam antea Nero Aprilem appellavit *Neroneum*, ut ait Suetonius Nero 55.

diri ominis infausta] Cf. I, 7, 15. *religionis suae observata* et prolegg. p. xxxix.

39. *instanti mensi*] i. e. praesenti. Vid. not. ad de diff. 15, 1.

XIII, 1. *sub caelo rudi*] *Caelum rude* videtur opponi *perpetuae caeli serenitati* apud Aegyptios, quae commemoratur Comm. I, 21, 9.

solo ingenio magistro ..., vel quia Graecorum observatione forsan instructus est] Cf. Plutarch. Num. 1. *Λεγομένου δ' οὖν, ὡς Νομᾶς γένοιτο Πυθαγόρου συνήθης, οἱ μὲν ὅλως*

quia Graecorum observatione forsan instructus est, quinquaginta
dies addidit, ut in trecentos quinquaginta quattuor dies, quibus
duodecim lunae cursus confici credidit, annus extenderetur. At- 2
que his quinquaginta a se additis adiecit alios sex retractos illis
sex mensibus qui triginta habebant dies, id est de singulis singu-
los, factosque quinquaginta et sex dies in duos novos menses pari
ratione divisit: ac de duobus priorem Ianuarium nuncupavit pri- 3
mumque anni esse voluit, tamquam bicipitis dei mensem respi-
cientem ac prospicientem transacti anni finem futurique principia,
secundum dicavit Februo deo, qui lustrationum potens creditur:
lustrari autem eo mense civitatem necesse erat, quo statuit ut

Edd. vicahgspdzb.] *culo rudi et adh. inpol.* **coni. Meurs.** — *quinquaginta et quattuor dies* **B.** *quinquaginta dies et IIII*or **G.** **2.** *his quinquaginta* *diebus* **BP.** — *illis mensibus sex* **v.** **3.** *principium* **B a sec. m.; G.** — *civitatem eo*

ἀξιοῦσι μηδὲν Ἑλληνικῆς παιδεύσεως Νομᾷ μετεῖναι, καθάπερ ἢ φύσει δυνατὸν καὶ αὐτάρκη γενέσθαι πρὸς ἀρετὴν, ἢ βελτίονι Πυθαγόρου βαρβάρῳ τινὶ τὴν τοῦ βασιλέως ἀποδοῦναι παίδευσιν, οἱ δὲ Πυθαγόραν μὲν ὀψὲ γενέσθαι, ... Πυθαγόραν δὲ τὸν Σπαρτιάτην... πλανηθέντα περὶ τὴν Ἰταλίαν συγγενέσθαι τῷ Νομᾷ καὶ συνδιακοσμῆσαι τὴν πολιτείαν.

quinquaginta dies addidit] ad trecentos quattuor qui fuerant, cf. c. 12. § 3. Cur Solinus l. p. 3. E. et Censorinus 20, 4. unum et quinquaginta dies dicant additos, e nota sequente elucet; contra aliam sententiam secutum esse Plutarchum elucet e notis ad c. 12. § 3. et § 34.

ut in trecentos quinquaginta quattuor dies .. annus extenderetur] Infra § 5. legitur: *Paulo post Numa in honorem inparis numeri .. unum adiecit diem.* Consentit ergo Macrobius cum Censorino, qui l. c.: *Facti sunt*, inquit, *dies CCCLV, quamvis luna XII. suis mensibus CCCLIIII. dies videbatur explere. Sed ut unus dies abundaret, aut per imprudentiam accidit, aut, quod magis credo, ea superstitione qua impar numerus plenus et magis faustus habebatur*, et cum Solino qui l. c. tantum: *Lunari computatione*, inquit, *annum peraequarunt quinquaginta et uno die auctis .. Sic annus habere quinque atque quinquaginta et trecentos dies coepit.* Plutarchus, cuius ratio, ut dixi, praeterea non convenit, Num. 18.: *Ὡς τοῦ μὲν σεληνιακοῦ τριακοσίας πεντήκοντα τέσσαρας ἔχοντος ἡμέρας.* Cf. Martian. VIII. § 866. c. not. Koppii.

2. *retractos illis sex mensibus cet.*] Cf. c. 12, § 3., Censorin. l. c. *Sex illis cavis mensibus dies sunt singuli detracti*, et Solin. l. c.

3. *bicipitis dei*] Cf. c. 7. § 20. et Plutarch. Num. 19.

Februo deo] Cf. Hartung. II, p. 179. Mueller. Etr. II. p. 79. Laur. Lyd. IV, 20. (V, 1.) *Τῷ Φεβρουαρίῳ μηνὶ ἀπὸ Φεβρούας θεᾶς οὕτω προσαγορευομένης τὸ ὄνομα γέγονεν. Φεβρούαν δὲ ἔφορον καθαρτικὴν τῶν πραγμάτων οἱ Ῥωμαῖοι παρέλαβον. Ἀνύσιος δὲ ἐν τῷ Περὶ μηνῶν Φεβροῦον τὸν καταχθόνιον εἶναι τῇ Θούσκων φωνῇ λέγει, καὶ θεραπεύεσθαι πρὸς τῶν Λουπερκῶν ὑπὲρ ἐπιδόσεως τῶν καρπῶν.* (Apud Martianum II, § 149. Iuno dicitur *Februalis ac Februa*, ubi vid. Kopp.) Censorin. 22, 13 sq. *Februarium a februo. Est februum quidquid expiat purgatque.* Varro L. L. VI, 4, 33. *Ego magis arbitror Februarium a die Februato. Februare* idem esse quod purgare, lustrare, et *februa* purgamenta praeter Censorin. l. c., docent Varro l. c. et apud Non. 114, 22., Festus ap. Paul. lib. VI. p. 85. Muell., Ovid. Fast. II, 19 sqq., Plutarch. Num. 19.

lustrationum potens] Vid. not. ad c. 9. § 6.

ut iusta dis Manibus solverentur] Cf. c. 14. § 7. Varro l. c. *Ab diis inferis Februarius appellatus, quod tum his parentetur.* Solin. et Plutarch. ll. cc. Ovid. Fast. II, 33 sqq. et 52. Lambini Supplem. ad Cic. de legg. II, 21.

4 iusta dis Manibus solverentur. Numae ordinationem finitimi mox
secuti totidem diebus totidemque mensibus, ut Pompilio placuit,
annum suum conputare coeperunt: sed hoc solo discrepabant,
quod menses undetricenum tricenumque numero alternaverunt.
5 Paulo post Numa in honorem inparis numeri, secretum hoc et
ante Pythagoram parturiente natura, unum adiecit diem quem
[264] Ianuario dedit, ut tam in anno quam in mensibus singulis prae-
ter unum Februarium inpar numerus servaretur. Nam quia duo-
decim menses, si singuli aut pari aut inpari numero putarentur,
consummationem parem facerent, unus pari numero institutus uni-
6 versam putationem inparem fecit. Ianuarius igitur Aprilis Iunius
Sextilis September November December undetricenis censebantur
diebus et quintanas Nonas habebant, ac post Idus in omnibus a.
7 d. septimum decimum Kalendas conputabatur. Martius vero Maius
Quintilis et October dies tricenos singulos possidebant. Nonae in
his septimanae erant: similiterque post Idus decem et septem dies
in singulis usque ad sequentes Kalendas putabantur: sed solus
Februarius viginti et octo retinuit dies, quasi inferis et deminutio
8 et par numerus conveniret. Cum ergo Romani ex hac distribu-
tione Pompilii ad lunae cursum sicut Graeci annum proprium
conputarent, necessario et intercalarem mensem instituerunt more

[Mss. ABGPS.

mense GS. 4. *ordinare coeperunt* S. — *undetrigenumque* (om. *tricenum*) G (B add. sup. *tricenum*). — *in numero* v-g Bar. 5. *duodecim mensibus* AS. — *si* om. S. — *pari* (om. *numero*) G. — *unius amputationem* (i. e. *univ̄sam put.*) v. 6. *ac primo idus* v. — *ad septimum decimum Kalendas conputabantur* Mss. (v *Kalē*; i *Kal.*; a *Kalendae*). *septemdecim ad Calendas computabantur* chg; cf. § 7. 7. *possidebant singulos* G. — *decem septem* ABG (B sup. add. *et*; G a s. m. *decembris*). — *dies* om. (add. post *in singulis*) G. — *computabantur* v-g. *diminutio* v-g. 8. *Cap. XV. De intercalatione* v (i *Cap. XIIII.*). —

5. *Numa .. unum adiecit diem*] Vid. Censorin. l. c. ad § 1. et Laurent. Lyd. III, 7, (4.) Ὁ Νουμᾶς πανταχοῦ τὸν περιττὸν (ἀλλ' οὐ τὸν ἄρτιον) ἀριθμὸν τιμῶν.

et ante Pythagoram] Cf. Plutarch. l. c. ad § 1. Solin. l. c.: *Hortante observatione imparis numeri, quem Pythagoras monuit proponi in omnibus oportere.* Comm. II, 1, 13. *Pythagoras tanti secreti compos.* De impari numero Zeunius iubet conferri Virgil. Ecl. VIII, 75. *numero deus inpare gaudet* et quae Macrobius tradit de numerorum ratione Comm. I, 6. Adde Festum ap. Paul. lib. IX. p. 199. Muell. Plin. N. H. XXVIII. 2. s. 5. § 23. Plutarch. Quaest. Rom. 25.

praeter unum Februarium] Cf. § 7.

6. *quintanas Nonas*] Cf. § 7. *Nonae in his septimanae erant*, et c. 15. § 7. *Hinc aliis quintus a Kalendis dies aliis septimus Nonas facit*, et c. 12. § 3.

post Idus .. conputabatur] i. e. proximus ab Idibus dies dicebatur a. d. XVII. Kal.

7. *quasi inferis .. par numerus conveniret*] Cf. Laur. Lyd. III, 44. Ὅτι τὸν Φεβρουάριον ἐπίτηδές φασι τοὺς Θούσκους ἐλαττῶσαι, ἐπειδὴ ταῖς τῶν καταχθονίων ἑορταῖς φαίνεται πρὸς τοὔνομα χωρηθείς, καὶ οὐ θεμιτὸν ἦν ἴσα τοῖς οὐρανίοις αὐτοὺς τιμᾶσθαι. ibid. IV, 44. (V, 1.) Ὃν πατρίως Ῥωμαῖοι Φεβρουάριον καλοῦσι, κατὰ τὸ ἄπειρον τοῦ ἀριθμοῦ Πλούτωνι καὶ τοῖς καταχθονίοις ἀφωρίσθη. Solin. l. c. *Propter pares* (dies) *Februarius quasi ominosus diis inferis deputatur.* Lobeck Aglaoph. lib. II. p. 249 f.

8. *intercalarem mensem*] Dicebatur *Mercedonius*, cf. Kalend. Rom.

Graecorum. Nam et Graeci, cum animadverterent temere se tre- 9 centis quinquaginta quattuor diebus ordinasse annum (quoniam appareret de solis cursu, qui trecentis sexaginta quinque diebus et quadrante zodiacum conficit, deesse anno suo undecim dies et quadrantem), intercalares stata ratione commenti sunt, ita ut octavo quoque anno nonaginta dies, ex quibus tres menses tricenum dierum conposuerunt, intercalarent. Id Graeci fecerunt, 10 quoniam erat operosum atque difficile omnibus annis undecim dies et quadrantem intercalare. Itaque maluerunt hunc numerum [265] octies multiplicare, et nonaginta dies, qui nascuntur si quadrans cum diebus undecim octies conponatur, inserere in tres menses, ut diximus, distribuendos: hos dies ὑπερβαίνοντας, menses vero ἐμβολίμους appellitabant. Hunc ergo ordinem Romanis quoque 11 imitari placuit: sed frustra, quippe fugit eos diem unum, sicut supra ammonuimus, additum a se ad Graecum numerum in hono-

Edd. vicahgspdzb.] *intercalare* vl. — *constituerunt* BG. 9. *statuta ratione* vc-g. 10. *Idem graeci* S. — *operosum erat* P. — *inter tres* S. — *ut diximus*] § 9. — ὑπερβαίνοντας om. A. — ἐμβολίμους Bahdzb. ἐμβολίσμους Svicgsp P7. „Lego ἐμβολίμους. Simile mendum in Solino cap. 3. et Isidoro lib. VI. cap. 17. [§ 22] quos ambos una opera restitue.“ Meurs. „Lege ἐμβολίμους. Vide Claud. Salmasium in Exercit. Plinianis.“ [p. 14. b. F.] Pont. „Recte iam legitur in Camerariana et in aliis ad marginem ita corrigitur. Soli Stephano visum est auctorem pariter et lectorem vexare.“ Gron. ΕΜΒΟΛΙΣΜΟΙΣ G. ΕΜΒΟΛΙΣΜΟΣ P. — *cro impellitabant* (om. ἐμβολίμους) A. 11. *unum diem* s-bP. — *supra*] § 5. — *additum* (om. *a se*) P. *additum esse* s-z. „A quonam additus iste numerus? a Romanisne an a Graecis? aegre prima fronte exsculpseris. Quare cum scripto et ve-

ap. Grut. 133., Plutarch. Caesar 59.; vel *Mercedinus*, cf. Plut. Num. 18., quod apud veteres nomen fuisse Novembris mensis refert Laurent. Lyd. IV, 92. Fuisse eum XXII. dierum docuit Plutarchus ll. cc.

more Graecorum] Cf. Censorin. 18, 2 sqq. Solinus l. c.

9. *octavo quoque anno*] An *nono quoque*, siquidem *tertio quoque die* idem est quod *alternis diebus*? At c. 14. § 15. legitur *quinto quoque incipiente anno* pro eo quod est ib. § 13., *quarto quoque anno confecto*, et ib. § 6. dicitur *quarto quoque anno* quod est apud Plinium N. H. II, 8 s. 6. § 35. *quinto anno*. Cf. c. 18. § 5. et Censorinus 18, 4. *Est octacteris facta, quae tunc ennaeteris vocitata, quia primus eius annus nono quoque anno redibat*, et Solin. l. c. *Graeci ergo singulis annis XI. dies et quadrantem detrahebant, eosque octies multiplicatos in annum nonum reservabant, ut contractus nonagenarius numerus in tres menses per tricenos dies scinderetur, qui anno nono restituti efficiebant dies quadringentos quadraginta quattuor, quos embolimos vel hyperballontas nominabant*, ubi Meursius non recte contendit esse scribendum *in annum octavum*. Cf. §§ 12. et 13.; et not. ad c. 16. § 34. Forbiger Handb. d. alt. Geogr. I, p. 527. recte monet non uno anno tres hos menses esse intercalatos. Vid. § 12.

10. *hos dies ὑπερβαίνοντας, menses vero ἐμβολίμους appellitabant*] Paulo aliter Solinus l. c. Salmasius Exerc. Plin. p. 14. b. G. sq. adnotavit: „Dies etiam ipsi ἐμβόλιμοι, ut Solinus vult: nam ex his et menses illi constabant. Hesychius: ἐμβόλιμον τὸν μῆνα καὶ τὴν ἡμέραν. Plutarchus quoque ἐμβολίμους μῆνας et ἐμβολίμους ἡμέρας vocat.“ Apud Plutarchum ll. cc. menses dicuntur ἐμβόλιμοι, sed apud Dionem Cass. XLIII, 26. et XLVIII, 33. dies, ubi quidem sermo est de anno a Iulio Caesare ordinato.

rem inparis numeri. Ea re per octennium convenire numerus at-
12 que ordo non poterat. Sed nondum hoc errore conperto per octo annos nonaginta quasi superfundendos Graecorum exemplo conputabant dies, alternisque annis binos et vicenos, alternis ternos vicenosque intercalantes expensabant intercalationibus quattuor. Sed octavo quoque anno intercalares octo affluebant dies ex singulis quibus vertentis anni numerum apud Romanos super
13 Graecum abundasse iam diximus. Hoc quoque errore iam cognito haec species emendationis inducta est. Tertio quoque octennio ita intercalandos dispensabant dies, ut non nonaginta sed sexaginta sex intercalarent, conpensatis viginti et quattuor diebus pro illis qui per totidem annos supra Graecorum numerum creverant.
14 Omni autem intercalationi mensis Februarius deputatus est, quoniam is ultimus anni erat: quod etiam ipsum de Graecorum imitatione faciebant. Nam et illi ultimo anni sui mensi superfluos interserebant dies, ut refert Glaucippus qui de sacris Athe-
15 niensium scripsit. Verum una re a Graecis differebant. Nam illi
[266] confecto ultimo mense, Romani non confecto Februario sed post

[Mss. ABGPS.

tuste vulgato legendum *additum a se.* Ab ipsis Romanis adiectus iste dies, et, ut supra docuit, a Numa." Pont. 12. *binos vicenos* (om. *et*) v. — *ternos et vicenos* s-bP. — *intercalantes vicenosque* S. *vicenosque intercalares* v3-b. — *intercalatores octo* A (G a sec. m.) Svic. „Non male." Zeun. *intercalantes octo* s-b. — *et ex* G. — *vertentibus* G. — *supra* s-b. — *habuisse* P. — *diximus*] §§ 5 et 11. 13. *ita dispensabant inter dies calendos* S. — *sed LXVII* BG. — *quatuor et viginti* a. *XXIIII* vi. *viginti quatuor* chg. — *creverunt* G a p. m. 14. *scribit* Ps-z. „Praeferendum est *scripsit.*" Zeun. 15. *Nam et illi* S. — *ultimo*

12. *octavo quoque anno*] Vid. not. ad § 9. Sed h. l. minus reprehendendum est *octavo quoque*, quia agitur de re quae effecta sit octo annorum spatio, non quae instituta sit post annum octavum.

vertentis anni] i. e. *περιπλομένου ἐνιαύτου.* Est h. l. annus civilis, ut apud Censorin. 20, 2. *Annum vertentem Romae .. statim ab initio duodecim mensum fuisse scripserunt.* Cf. c. 14. § 4.

13. *haec species emendationis inducta est*] Censorinus et Solinus hanc rationem non commemorant. Vid. not. ad § 19. Iac. Gronovius in Observationum lib. II. cap. XVIII. eam a Scaligeri et Petiti criminationibus defendit.

Tertio quoque octennio] Haec non congruunt cum iis quae sequuntur: *conpensatis viginti et quattuor diebus qui per totidem annos ... creverant.* Namque tertio octennio nondum praeterierant viginti quattuor anni quibus hic numerus dierum cresceret. Itaque Macrobius scribere debebat aut: *tertio quoque octennio conpensatis .. diebus qui .. crescerent*, aut: *quarto quoque octennio conpensatis .. diebus qui .. creverant*, ut c. 14. § 14. recte dicitur: *ut illi tres dies qui per annos triginta et sex .. excreverant sequentibus annis duodecim nullo die intercalato devorarentur.* Vid. not. ad § 9.

14. *quoniam is ultimus anni erat*] Cf. c. 12. § 5. Sed h. cap. § 3. Numa dicitur Ianuarium primum et Februarium secundum anni mensem esse voluisse, quod cum his non satis convenire videtur. Schwenckius p. 276. a Decemviris demum hunc mensium ordinem refert esse constitutum. E Macrobii his locis elucet Numam duplicem instituisse mensium ordinem, ut esset in vita Ianuarius primus et Februarius secundus mensis, in rebus sacris Ianuarius undecimus et Februarius duodecimus, id quod confirmat etiam Laurentius Lyd. l. c. ad c. 12. § 34. At in intercalando

vicesimum et tertium diem eius intercalabant, Terminalibus scilicet iam peractis: deinde reliquos Februarii mensis dies, qui erant quinque, post intercalationem subiungebant: credo vetere religionis suae more, ut Februarium omni modo Martius consequeretur. Sed cum saepe eveniret ut nundinae modo in anni principem 16
diem modo in Nonas caderent (utrumque autem perniciosum rei publicae putabatur), remedium quo hoc averteretur excogitatum est: quod aperiemus, si prius ostenderimus cur nundinae vel primis Kalendis vel Nonis omnibus cavebantur. Nam quotiens inci- 17
piente anno dies coepit qui addictus est nundinis, omnis ille annus infaustis casibus luctuosus fuit: maximeque Lepidiano tumultu opinio ista firmata est. Nonis autem conventus universae multi- 18
tudinis vitandus existimabatur, quoniam populus Romanus exactis etiam regibus diem hunc Nonarum maxime celebrabat, quem natalem Servii Tullii existimabat: quia, cum incertum esset quo

Edd. vicahgspdzh.] om. P. — *tertium eius diem* BG. *tertium diem* (om. *eius*) v-g. — *Terminalibus scil. iam peractis* om. P. — *mensis* om. G. — *qui erat quintus* G a p. m. — *omnino Martius sequeretur* v-g. 16. *Cap. XVI. De nundinis* v (i *Cap. XV.*). — *caederent* B. *cederent* G. — *quod hoc* A. 17. *incurrente anno* v. — *additus est* G. *adiectus est* v-g. 18. *Cap. XVII. De nonis* v (i *Cap. XVI.*). — *aestimabatur* Ps-z. — *celebrat* S. *celebrabant* s-bP. — *existimabant* Edd. P. — *natus esset* v-g. — *no-*

pristinus ille ordo erat servandus, cf. c. 14. §§ 10 et 11., et not. sequ.

15. *Terminalibus scilicet iam peractis*] Cf. Censorin. 20, 6. *Inter Terminalia et Regifugium intercalatum est.* Varro L. L. VI, 3, 13. *Terminalia*, inquit, *quod is dies anni extremus constitutus; duodecimus enim mensis fuit Februarius, et quom intercalatur, inferiores quinque dies duodecimo demuntur mense.* Agebantur Terminalia VII. Kal. Mart. Cf. Ovid. Fast. II, 637 sqq. Hartung. II. p. 52.

16. *nundinae*] Cf. c. 16. §§ 6 et 28 sqq.

primis Kalendis .. cavebantur] Cf. Dio Cass. XLVIII, 33. *Καὶ ἡμέρα ἐμβόλιμος παρὰ τὰ καθεστηκότα ἐνεβλήθη, ἵνα μὴ ἡ νουμηνία τοῦ ἐχομένου ἔτους τὴν ἀγορὰν τὴν διὰ τῶν ἐννέα ἡμερῶν ἀγομένην λάβῃ, ὅπερ ἀπὸ τοῦ πάνυ ἀρχαίου σφόδρα ἐφυλάσσετο.* Similem superstitionem prodidit ex aetate posteriore Laurent. Lydus IV, 10. (5.) *Εἰ μὲν γὰρ συνέβη ἡμέρᾳ ἡλίου συνδραμεῖν τὴν ἑορτὴν τῶν Καλενδῶν, πολέμους καὶ ἀρχόντων διαφθορὰς ... ἀνέμενον.*

17. *quotiens incipiente anno dies coepit qui addictus est nundinis*] i. e. quotiens primo anni die erant primae nundinae.

omnis annus .. luctuosus fuit] Cf. Dio Cass. XL. 47. *Κἀκ τούτου οὔτε τι ἄλλο χρηστὸν συνέβη, καὶ ἡ ἀγορὰ ἡ διὰ τῶν ἐννέα ἀεὶ ἡμερῶν ἀγομένη ἐν αὐτῇ τῇ τοῦ Ἰανουαρίου νουμηνίᾳ ἤχθη. καὶ τοῦτό τε αὐτούς, ὡς οὐκ ἀπὸ ταὐτομάτου συμβάν, ἀλλ' ἐν τέρατος λόγῳ γενόμενον, ἐθορύβει.*

Lepidano tumultu] „Rei gravitas, quae commemoratur, facile indicat intelligendum esse tumultum illum, quem excitavit M. Lepidus Consul a. u. c. DCLXXV. de actis L. Sullae, quem vehementer oderat, rescindendis; sed Q. Catulo, altero Consule, intercedente, magna seditio et bellum civile ortum est. Vid Cic. Catil. III, 10. Suet. Caes. 3. Oros. V, 22.“ Zeun. — Adde Flor. III, 23. Liv. Epit. XC. Plutarch. Pomp. 15. Appian. I, 107. Contra Merkelius ad Ovid. Fast. p. XXXII. „Immo, inquit, est ille anni DCCXI., de quo Dio XLVI, 50 sqq., Vellei. II, 64., Cic. epp. XII, 8 et 10. Eo enim anno necesse est littera nundinalis fuerit A.“ Cuius ratio videtur constare.

18. *natalem Servii Tullii*] Cf. c. 16. § 33.

mense Servius Tullius natus fuisset, Nonis tamen natum esse constaret, omnes Nonas celebri notitia frequentabant: veritos ergo qui diebus praeerant, ne quid nundinis collecta universitas ob desiderium regis novaret, cavisse ut Nonae a nundinis segregaren-
19 tur. Unde dies ille, quo abundare annum diximus, eorum est permissus arbitrio qui fastis praeerant, uti, cum vellent, intercalaretur, dummodo eum in medio Terminaliorum vel mensis intercalaris ita locarent, ut a suspecto die celebritatem averteret nundi-
[267] narum. Atque hoc est quod quidam veterum retulerunt non solum mensem apud Romanos verum etiam diem intercalarem
20 fuisse. Quando autem primum intercalatum sit, varie refertur, et Macer quidem Licinius eius rei originem Romulo adsignat. Antias libro secundo Numam Pompilium sacrorum causa id invenisse contendit. Iunius Servium Tullium regem primum intercalasse commemorat, a quo et nundinas institutas Varroni placet.

[Mss. ABGPS.
nis tantum vl. — *notitia celebrabant* P. — *regis desiderium* Edd. 19. *dies* om. P. — *diximus*] § 5. — *ut, cum* v-g. — *intercalarentur* (del. *n*) A. *intercalarent* v-g. — *dummodo ... intercalaris* om. S. — *averterent* Edd. P. 20. *primo* s-bP. — *intercalatum est* S. 21. *tuti-*

omnes Nonas celebri notitia frequentabant] i. e. tanta celebritate, ut rem multis notam esse appareret. Cf. Sen. ep. 19. § 2. *Tanta notitia te invasit*, et de re cf. infra c. 15. § 13. et c 16. § 33., Varr. L. L. VI, 4, 28. *Eodem die* (Nonis) *in urbem ab agris ad regem conveniebat populus.*

veritos ergo .. cavisse] Sententiarum structura minus recte procedit, nec liquet, unde veniat accusativus cum infinitivo.

qui diebus praeerant] „Paulo post [§ 20.] *qui fastis praeerant:* sunt intelligendi pontifices. Hinc Iulius Caesar et Augustus, ut pontifices, fastos corrigendos susceperunt.“ Zeun. — Cf. c. 14. § 1.

collecta universitas] „*Universitas* pro multitudine seu plebe est inferioris latinitatis significatio.“ Zeun.

19. *dies ille ... eorum est permissus arbitrio*] Censorinus 20, 6., Solinus, p. 4. A., Ammianus Marcell. XXVI, p. 334 Lind., sacerdotum arbitrio intercalandi rationem omnino fuisse permissam referunt; et sane Macrobius c. 14. § 1., ut Plutarchus Caes. 59. Sueton. Caes. 40., videtur concedere sacerdotibus maiorem quam in singulos dies datam fuisse potestatem.

dummodo .. ita locarent cet.] Hoc loco haud scio an Macrobius errorem commiserit. Equidem certe putaverim non quaeri, in quo loco positus sit ille dies, sed utrum additus sit an omissus: nam addito tantum vel dempto die id efficitur, ut in certum quendam diem non incidant nundinae. Denique verba *in medio Terminaliorum* minus quadrant cum iis quae leguntur § 15., *Terminalibus iam peractis.*

a suspecto die] i. e a primis Kalendis vel Nonis, cf. § 16.

20. *Macer .. Licinius .. Romulo adsignat*] Cf. Censorin. 20, 2. *Annum vertentem Romae Licinius quidem Macer et postea Fenestella statim ab initio duodecim mensum fuisse scripserunt: sed magis Iunio Gracchano et Fulvio et Varroni et Suetonio aliisque credendum, qui decem mensum putaverunt fuisse.*

Antias .. Numam Pompilium ... id invenisse contendit] Item Plutarchus Num. 18., Censorinus 20, 4. *Postea sive a Numa, ut ait Fulvius, sive, ut Iunius, a Tarquinio XII. facti sunt menses et dies CCCLV.* Hanc anni ordinationem Macrobius (§ 1.) et ipse Numae tribuit, sed quis primus intercalarem mensem instituerit, incertum relinquit: quamquam § 8. ad Pompilii distributionem annorum dicit pertinere mensem intercalarem.

a quo et nundinas institutas] Cf. c. 16. § 33.

Tuditanus refert libro tertio Magistratuum Decemviros, qui de- 21 cem tabulis duas addiderunt, de intercalando populum rogasse: Cassius eosdem scribit auctores: Fulvius autem id egisse M'. Acilium consulem dicit ab urbe condita anno quingentesimo sexagesimo secundo, inito mox bello Aetolico. Sed hoc arguit Varro scribendo antiquissimam legem fuisse incisam in columna aerea a L. Pinario et Furio consulibus, cui mentio intercalaris ascribitur. Haec de intercalandi principio satis relata sunt.

XIV. Verum fuit tempus cum propter superstitionem inter- 1 calatio omnis omissa est: nonnumquam vero per gratiam sacerdotum, qui publicanis proferri vel inminui consulto anni dies volebant, modo auctio modo retractio dierum proveniebat: et sub [268] specie observationis emergebat maior confusionis occasio. Sed 2 postea C. Caesar omnem hanc inconstantiam temporum vagam adhuc et incertam in ordinem statae definitionis coegit adnitente sibi M. Flavio scriba, qui scriptos dies singulos ita ad dictatorem re-

Edd. vicahgspdzb.] *danus* ABGP2; cf. c. 16. § 32. *tutidianus* P. *tundanus* P5. — *magistratum* A. — *Fulvius* (om. *autem*) SM12P7. *Flavius* v-g „Quae lectio praeferenda videtur propterea, quod nusquam me legere memini scriptorem Fulvium, at certe apud Plin. N. H. IX, 8. occurrit *Flavius Alfius* scriptor, quam noster forte intelligit.“ Zeun. At cf. c. 12. § 16. — *M'. Acilium* scripsi e coni. *Manium* b. *Martium* B (G a sec. m.) ShgP7. *Marcium* AM1P25. *Marcum* PM3. *M.* v-a. *Marium* M2. *Matium* G a p. m. Vid. not. — *Actonico* P. — *Sed hunc* s-bP. — *antiquissimam legem scribendo* G. — *in columpnia* A. — *ponario* (sup. *i*) B. — *mensis intercalaris* coni. Zeun. — *sint* A Edd. P.

XIV. *Cap. XIV. Quem in modum primus Iulius, deinde Augustus Caesares annum correxerint.* ch-b. 1. *propter suspictionem* S. — *amissa* B a p. m.; G. — *qui cum* (vel *quum*) v-g. — *proveniebant* vl. 2. *gaius caesar* AB. — *statutae* Sv-g. — *diffinitionis* GS. — *M. Favio* ch „Male.“ Zeun. *Cn. Flavio* coni. Meurs Vid. not. — *possit* vl.

21. *Decemviros qui decem tabulis duas addiderunt*] a. u. c. CCCCXLVIII. Cf. Liv. III, 37, 4.

M'. Acilium] Sic scripsi, cum praenomen solum ferri non possit, et *M'. Acilium* latere videretur in scriptura *Marcium.* Fuit autem M'. Acilius consul a. u. c. DLXII. e fastis Capitol. Ad eundem spectant ea quae sequuntur: *Inito mox bello Aetolico.* Cf. Liv. XXXVI, 1. et 3, 7 sqq. Zeunius censuit legendum esse *Cn. Manlium* (qui fuit consul anni u. c. DLXIV. e fastis Capitol.) et *mox* significare *paulo ante*, quod ita tantum fieri posset, ut *mox* referretur ad verbum *egisse.* Vid. Hand. Tursell. III, p. 661 sq.

incisam in columna aerea] De hoc more vid. Kopp. ad Martian. I, § 97.

a L. Pinario et Furio consulibus] „Quorum consulatus incidit in annum u. c. CCLXXXII. e ratione Cat.“ Zeun. — Immo e ratione Varr.

cui .. ascribitur] Hic arctior requiritur sententiarum nexus.

XIV, 1. *per gratiam sacerdotum*] „*Vitio pontificum* ait Suetonius Caes. 40.“ Zeun. — Vid. not. ad c. 13. § 19.

proferri] „eo loco idem est quod *augeri.*“ Pont. — Cf. Solin. c. 1. p. 4. A. *qui plerumque gratificantes rationibus publicanorum pro libidine sua subtrahebant tempora vel augebant.*

2. *adnitente sibi M. Flavio scriba*] „Praestantissimos a Caesare adhibitos esse philosophos et mathematicos narrat Plutarchus [Caes. 59.]. Plinius vero N. H. XVIII. s. 57. [§ 211.] commemorat Sosigenem astrologiae peritum, cuius opera dictator sit usus in anno ad solis cursum accommodando.“ Zeun. — Hic M. Flavius scriba aliunde

tulit, ut et ordo eorum inveniri facillime posset et invento certus
3 status perseveraret. Ergo C. Caesar exordium novae ordinationis initurus dies omnes qui adhuc confusionem poterant facere consumpsit: eaque re factum est ut annus confusionis ultimus in quadringentos quadraginta tres dies protenderetur. Post hoc imitatus Aegyptios solos divinarum rerum omnium conscios ad numerum solis, qui diebus tricenis sexaginta quinque et quadrante
4 cursum conficit, annum dirigere contendit. Nam sicut lunaris annus mensis est, quia luna paulo minus quam mensem in zodiaci circumitione consumit, ita solis annus hoc dierum numero colligendus est quem peragit dum ad id signum se denuo vertit ex quo digressus est: unde annus vertens vocatur, et habetur

[Mss. ABGPS.

3. *gaius caesar* AB. — *ordinationis nove* A. — *confusionem adhuc* v-g. — *tenderetur. Post haec* s-bP „Ed. Col. *protenderetur*, non male.“ Zeun. — *omnium rerum* G. — *diebus tricenis* bP. *diebus singulis tricenis* s-z „Media vox a Stephano apposita quid ponderis apportet, non video. Nec Ms. nec ullae ante eum edd. agnoscunt.“ Gron. 4. *annus* (om. *mensis*) S. — *qui a luna* GS. — *circuitione* v-g. 5. *Virgilius*] Aen.

non est notus. Meursium, qui Cn. illum Flavium qui ius civile ac fastos vulgaverit (cf. c. 15. § 9.) intelligendum esse putavit, refutavit Gronovius, annos amplius ducentos inter eos interesse demonstrans.

3. *C. Caesar exordium novae ordinationis initurus*] „Anno u. c. DCCVII., cum Caesar tertium gerebat consulatum.“ Zeun. — Cf. Censorin. 20, 8. *C. Caesar pontifex maximus suo III. et M. Aemilii Lepidi consulatu, quo retro delictum corrigeret* cet. De pleonasmo *exordium initurus* vid. not. ad c. 11. § 21.

dies omnes .. consumpsit] h. e. illi anno inseruit, non ratione vulgata computatos. Cf. Dio Cass. XLIII, 26. *ἑπτὰ καὶ ἑξήκοντα ἡμέρας ἐμβαλὼν, ὅσαιπερ ἐς τὴν ἀπαρτιλογίαν παρέφερον*, praeter mensem scilicet intercalarem in illum annum incidentem, ut ait Censorin. l. c.: *duos menses intercalarios dierum sexaginta septem in mensem Novembrem et Decembrem interponeret, cum iam mense Februario dies tres et viginti intercalasset.*

ut annus confusionis ultimus in quadringentos quadraginta tres dies protenderetur] „Consentit Censorinus cap. 20. [§ 8.], nisi quod *dies XLV.* dicat. Solinus vero loco citato indubie mendosus: *Ille ergo annus solus CCCXLIII. dies habet.* Scribo: *CCCCXLIII. dies h.* Suetonius in Iulio Caesare cap. 40. cum dicit annum eum habuisse XV. menses, eodem recedit.“ Gron. — Apud Solinum praeterea offendit, quod dicit: *dies XXI. et quadrantem simul intercalavit.* Nam, ne alia commemorem, quadrans in intercalatione non potest computari. Censorinus 20, 8.: *ut .. duos menses*, inquit, *intercalarios dierum LXVII. in mensem Novembrem et Decembrem interponeret.* In numero dierum consentit Dio l. c. Quid ergo, si statuimus Solinum scripsisse: *menses II. et quadrantem intercalavit*, nisi mavis *menses III. et quadrantem*, quia Censorinus adiecit: *cum iam mense Februario dies tres et viginti intercalasset.* Ceterum etiam Suetonius ut Censorinus l. c. dicit inter Novembrem et Decembrem mensem interiectos esse duos menses praeter intercalarium qui in eum annum incidisset.

imitatus Aegyptios] Cf. c. 16. § 39. et c. 12. § 2.

divinarum rerum omnium conscios] „H. e. astronomicarum.“ Zeun. — Praeterea vid. not. ad I, 7, 17.

4. *annus vertens*] H. l. est annus naturalis, ut apud Censorin. 19, 1. *Annus vertens est natura, dum sol percurrens XII. signa eodem unde profectus est redit*, vel, ut ait Livius I, 19, 6 *solidus annus, qui solstitiali circumagitur orbe.* Cf. c. 13. § 12.

magnus, cum lunae annus brevis putetur. Horum Virgilius 5
utrumque conplexus est:

Interea magnum sol circumvolvitur annum.

Hinc et Ateius Capito annum a circuitu temporis putat dictum, quia veteres *an* pro *circum* ponere consuerunt, ut Cato in Originibus: *Arator an terminum*, id est *circum terminum*, et *ambire* dicitur pro *circumire*. Iulius ergo Caesar decem dies observationi 6
veteri superadiecit, ut annum trecenti sexaginta quinque dies, quibus sol lustrat zodiacum, efficerent: et, ne quadrans deesset, sta- [269]
tuit ut quarto quoque anno sacerdotes, qui curabant mensibus ac

Edd. vicahgspdzb.]

III, 284. — *complexus* (om. *est*) Sv1. — *circumvolvitur orbem* P. — *Hinc et ateius* G. *hinc aetate ius* B a p. m. *hic etate uis* A. *hinc et ab eius* B a sec. m.; P. *Hinc Ateius* (om *et*) Edd. S — *ponere solebant* BG v-g. — *Arator an terminum* scripsi e coni. *Oratorum an terminum* AB PSP56 „Mss.“ *orator. an terminum* G. *oratorum: An terminum* v-gM13 P2. *oratorum. amterminum* M2P7. *an terminum* (om. *oratorum*) s-b. „In vetere codice, *Cato in Originibus oratorum.* Emendo et interpungo: *Cato in Originibus. Oratores am terminum.*“ Meurs. „In Scripto ego inveni: *Oratorum anterminum*, quomodo reponendum“ Pont. — *id est circum terminum* om. *H*2. — *ambire* (om. *dicitur*) v-gbBP „Dele τὸ *dicitur* et vide praecedentia.“ Gron. 6. *tricenti sexaginta* B. *trecenti* (vel *CCC*) *et LXV*. v-g. — *Zodiacum lustrat* s-bP. — *ut ne* B (G sup. *et*). —

et habetur magnus] Cf. Comm. II, 11, 6. Contra Censorinus c. 18. dicit *annum magnum* esse complurium annorum periodum, cf. ib. § 1. *Nunc de annis maioribus dicam, quorum magnitudo adeo diversa .. est, ut alii annum magnum esse in annis vertentibus duobus, alii in multis milibus annorum arbitrati sint*, qualis annus is est, quem *vere vertentem* dicit Cicero Somn. VII, 3, et *mundanum* Macrobius Comm. II, 11, 8.

5. *Arator an terminum*] Interpreteris: *Ducatur sulcus circum terminum.* Sic ut scribendum esse coniicerem me adduxerunt praeter ea quae exhibent codd. mss. ea quae leguntur apud Isidorum Hispalensem Orig. XV, 2, 3.: *Locus enim futurae civitatis sulco designabatur, id est aratro. Cato: Qui urbem, inquit, novam condet, tauro et vacca aret, ubi araverit, murum faciat.* Cf. Symbol. p. 12. Muell. Etr. II, p. 142 sq. et Fest. lib. XX. p. 375. Muell.: *Urvat Ennius in Andromeda significat circumdat, ab eo sulco qui fit in urbe condenda urvo aratri*, unde forsitan quis conieccrit esse legendum: *Urvator.* Pontanus dicit Ios. Scaligerum ad Festum s. v. *Antermini* (p. 324. Lind.) docere non divulse legendum esse *an terminum*, sed coniuncte *anterminum*, et addit: „In glossario est *Anterminus*, Διχόθεν ὅρος.“ Quod quidem non congruit cum sententia Scaligeri qui *anterminum* iunctum cum nomine *oratorum* statuit esse genitivum numeri pluralis adiectivi *antermen.*

6. *observationi veteri*] e qua annus factus erat dierum CCCLV, cf. c. 13. §§ 1 et 5.

quarto quoque anno] Cf. Dio Cass. XLIII, 26. Τὴν μέντοι μίαν τὴν ἐκ τῶν τεταρτημορίων συμπληρουμένην διὰ πέντε καὶ αὐτὸς ἐτῶν ἐσήγαγεν. Censorinus 20, 10. *Instituit ut peracto quadriennii circuitu dies unus, ubi mensis quondam solebat, post Terminalia intercalaretur.* Suetonius autem l. c., ut Macrobius: *ut unus dies quarto quoque anno intercalaretur.* Cf. § 13. et vid. not. ad c. 13. § 9.

qui curabant] Haec ἐν παρενθέσει dicta sint. Cf. § 8. *ne .. religionem, quae stato erat die .. corrumperet*, et c. 16. § 30., *ut rustici, qui ... veniebant, litus conponerent.* Similia vid. infra § 10.

curabant mensibus ac diebus] Non recte Zeunium de hac constructione mutanda cogitasse apparet ex aliis hisce locis: c. 21. §

diebus, unum intercalarent diem, eo scilicet mense ac loco quo etiam apud veteres mensis intercalabatur, id est ante quinque ultimos Februarii mensis dies, idque bissextum censuit nominan-
7 dum. Dies autem decem, quos ab eo additos diximus, hac ordinatione distribuit: in Ianuarium et Sextilem et Decembrem binos dies inseruit, in Aprilem autem Iunium Septembrem Novembrem singulos: sed neque mensi Februario addidit diem, ne deum inferum religio inmutaretur, et Martio Maio Quintili Octobri servavit pristinum statum, quod satis pleno erant numero, id est die-
8 rum singulorum tricenorumque. Ideo et septimanas habent Nonas, sicut Numa constituit, quia nihil in his Iulius mutavit: sed Ianuarius Sextilis December, quibus Caesar binos dies addidit, licet tricenos singulos habere post Caesarem coeperint, quintanas tamen habent Nonas, et ab Idibus illis sequentes Kalendae in undevicesimum revertuntur, quia Caesar quos addidit dies neque ante Nonas neque ante Idus inserere voluit, ne Nonarum aut Iduum religionem, quae stato erat die, novella conperendinatione

[Mss. ABGPS.

diebus ac mensibus G „Haud dubie excidit particula *de*. Nam noster solet graecismo abreptus verbo *curare* iungere *de*; ut supra cap. 11. [§ 1.]“ Zeun. — *mensis* om. s-bP. — *ante ultimos quinque* S. — *bisextum* c-gb. Meurs. 7. *diximus*] § 6. — *mense februario* S. — *deo infero* B a sec. m.; G ichgb „Haec lectio praeferenda esse videtur, quia supra c. 13. [§ 3.] ait Februarium mensem Februo deo dicatum esse.“ Zeun. Vid. not. *deum infero* B a p. m. — *imitaretur* v. *mutaretur* (sup. *im*) S. 8. *sic Numma* (om. *ut*) vl. — *Iunius* vl. — *Calendas* chg. — *undevicesimum* (om. *in*) ABP. — *statuto* AGSv-g. — *erant* s-bP.

24. *δύναμις ἡλιακὴ*, *quae fructibus curat*; VII, 12, 2. *ab eo qui corporibus curat*, et 16, 23. *Qui vitro solvendo formandoque curant.*

ante quinque ultimos Februarii mensis dies] Cf. c. 13. § 15.

idque bissextum censuit nominandum] Cf. Laurent. Lyd. III, 4. *Ὅτι βίσεξτον λέγεται διὰ τὸ δὶς πρὸ ἓξ Καλενδῶν Μαρτίων ἀριθμεῖν παρὰ τετραετίαν Ῥωμαίους*, et III, 7. Celsus Dig. L, 16, 98. (quem citat Ulpian. ib. IV, 4, 3. § 3.) *Id biduum*, inquit, *pro uno die habetur, sed posterior dies intercalatur, non prior*, e quibus hoc alterum falsum esse videtur. Nam sic esset intercalatum post Regifugium. Vid. not. ad c. 13. § 15. Ulpianus l. c. obscurius: *posterior dies Kalendarum intercalatur.* Merae fabulae sunt quae de bissexto leguntur apud Isidorum Orig. VI, 17, 26. Censorinus l. c. tantum: *quod nunc*, inquit, *bissextum vocatur.* Hanc ibi servavit scripturam O. Iahnius: neque codices mei suffragantur Meursio ad h. l., Heusingero in observat. antibarb., Freundio in lexico, flagitantibus ut scribatur *bisextum*.

7. *binos dies inseruit*] ut essent dierum XXXI, qui fuerant dierum XXIX. Cf. c. 13. § 6.

singulos] ut essent dierum XXX. Vid. ibid.

deum inferum] „Si quis malit (vid. app. crit.) genitivum *deum inferum* retineri, intelligendi sunt dii Manes, quibus illo mense lustrando civitatem iusta solvebantur.“ Zeun. — Cf. c. 13. § 7.

servavit pristinum statum cet.] Vid. ibid.

8. *septimanas habent Nonas*] Vid. not. ad c. 12. § 3. Censorin. 20. § 10.

sicut Numa constituit] et ante eum Romulus. Cf. c. 12. § 3. et c. 15. § 7.

quintanas tamen habent Nonas] Cf. c. 13. § 6.

ab Idibus illis] i. e. illorum mensium.

novella conperendinatione] Vox no-

corrumperet. Sed nec post Idus mox voluit inserere, ne feria- 9
rum quarumque violaretur indictio: sed peractis cuiusque mensis
feriis locum diebus advenis fecit: et Ianuario quidem dies quos
dicimus quartum et tertium Kalendas Februarias dedit, Aprili
sextum Kalendas Maias, Iunio tertium Kalendas Iulias, Augusto
quartum et tertium Kalendas Septembres, Septembri tertium [270]
Kalendas Octobres, Novembri tertium Kalendas Decembres, De-
cembri vero quartum et tertium Kalendas Ianuarias. Ita factum 10
est ut, cum omnes hi menses quibus dies addidit ante hanc ordi-
nationem habuissent mensis sequentis Kalendas ad septimum de-
cimum revertentes, postea ex augmento additorum dierum hi qui
duos acceperunt ad nonum decimum, qui vero unum, ad octa-
vum decimum haberent reditum Kalendarum. Feriarum tamen 11
cuiusque mensis ordo servatus est. Nam si cui fere tertius ab
Idibus dies festus aut feriatus fuit et tunc a. d. sextum decimum
dicebatur, etiam post augmentum dierum eadem religio servata
est, ut tertio ab Idibus die celebraretur, licet ab incremento non
iam a. d. sextum decimum Kalendas sed a. d. septimum deci-

Edd. vicahgspdzb.]

9. ***inferre*** **dzb. — *dies* om. s-z „Ed. Col ante *quos* habet *dies*. Non male." Zeun. — *aprilis* A. — *tertium Kalendas Majas* i-gb „quae est vera lectio." Zeun. — *tercium et quartum* G. — *Septembris* v-g. *Septembreis* s-z. — *Octobris* v-z. — *Decembris* v-g. — *tertium et quartum* B signis supra positis restituto ordine (G *tertium*). 10. *facta est* A. — *a. d. septimumdec.* dzb. — *augumento* SvIa. — *a. d. nonumdec.* dzb. — *a. d. oct.* dzb. 11. *feriae tertius* vI. — *et cum* chg. — *ad sext.* Mss. v-p. — *augumentum* vIa. — *reservata est* BG. — *ab idus die* AB. — *ad sextum decimum* Mss. sp. *ad decimum sextum* v-g. — *ad septimumdecimum* BPSv-p. *ad septimum* (om. *decimum*) A (G add. a sec. m.). —**

vella **apud superioris aetatis scriptores in re rustica in primis usurpata est. *Conperendinatio* non sine causa haec mutatio dicitur, quia bini inserendi erant nonnullis saltem mensibus dies.**

9. *nec*] i. e. ne quidem. Vid. prolegg. p. XLI.

***mox*] i. e. continuo vel parvo intervallo. Vid. not. ad c. 3. § 3.**

***feriarum ... indictio*] Idem fere est quod *feriarum tempus*.**

***diebus advenis*] i. e. additis. Alii scriptores animantes tantum dicunt advenas.**

***sextum Kalendas Maias*] Hoc ferri non posse censuit Zeunius, cum Floralia essent celebrata die IV. Kal. Maias, uti Plinius XVIII, 69. et alii traderent. At Floralia non eo solo die agebantur, sed compluribus, ita ut ne mense quidem Aprili finirentur. Cf. Ovid. Fast. IV, 947. *Exit et in Maias sacrum Florale Kalendas*, et V, 184. *Incipis Aprili, transis in tempora Maii.* Itaque dies Aprili mensi inserendus post has ferias inseri non poterat: inserendus ergo erat ante eas, idque factum est peractis Robigalibus (quae erant VII. Kal. Mai.), i. e. VI. Kal. Mai. Quod demonstravi Münch. Gel. Anz. 1845. N. 219.**

10. *ad septimum decimum revertentes*] Cf. § 8. *sequentes Kalendae in undecimum revertuntur*, et c. 12. § 4. *Septimanas autem habentibus* (Nonas) *ab Idibus revertebantur Kalendae ad diem septimum decimum*, et infra: *haberent reditum Kalendarum*. Ad rem quod attinet, conf. c. 13. § 6. rationem Numae, et c. 16. § 40.

***qui duos acceperunt ... qui vero unum*] Cf. § 7. et Censorin 20, 9 sq.**

11. *fere*] i. e. de more consueto. Cf. Hand. Tursell. II. p. 693.

***ut .. celebraretur*] sc. dies festus aut feriatus.**

non iam*] i. e. inde ab illo tempore non, ut *iam* post *ab incremento

mum, si unus, a. d. octavum decimum, si duo sunt additi, diceretur.
12 Nam ideo novos dies circa finem cuiusque mensis inseruit, ubi finem omnium quae in mense erant repperit feriarum, adiectosque omnes a se dies fastos notavit, ut maiorem daret actionibus libertatem: et non solum nullum nefastum sed nec comitialem quemquam de adiectis diebus instituit, ne ambitionem magistratuum augeret adiectio.
13 Sic annum civilem Caesar habitis ad lunam dimensionibus constitutum edicto palam posito publicavit. Et error hucusque stare potuisset, ni sacerdotes sibi errorem novum ex ipsa emendatione fecissent. Nam cum oporteret diem
[271] qui ex quadrantibus confit quarto quoque anno confecto, antequam quintus inciperet, intercalare: illi quarto non peracto sed
14 incipiente intercalabant. Hic error sex et triginta annis permansit: quibus annis intercalati sunt dies duodecim, cum debuerint intercalari novem. Sed hunc quoque errorem sero deprehensum correxit Augustus, qui annos duodecim sine intercalari die transigi iussit, ut illi tres dies qui per annos triginta et sex vitio sacerdotalis festinationis excreverant sequentibus annis duodecim nullo
15 die intercalato devorarentur. Post hoc unum diem secundum ordinationem Caesaris quinto quoque incipiente anno intercalari

[Mss. ABGPS.
unus aut ABGv. — *ad octavum decimum* Mss. sp (vi *ad XVIII*). *ad decimum octavum* chg. — *additi sunt* s-bP. — *dicentur* vl. 12. *nonos* vl. — *feriatum* S. — *omnes* om. s-bP. *omnis* via. *omneis* chg. — *factos* S. 13. *ad limen* A. — *hucusque error* v-g. — *a quadrantibus* G. — *cumfit* A. 14. *ut illi tres dies ... intercalari iussit* (§ 15.) om. S. 15. *anno incipiente* BG.

sit pleonasmus. Cf. Hand. Tursell. III, p. 130.

12. *circa finem .. inseruit*] Cf. Censorin. l. c. *eosque dies extremis partibus mensum adposuit* cet.

fastos notavit cet.] Cf. c. 16. § 14.

nec] Vid. § 9.

ne ambitionem magistratuum augeret] i. e. ut maior privatis daretur libertas agendi, neve tam facile in iniquum tempus quis posset detrudi comperendinatione. Cf. Cic. in Verr. Act. I, 10, 31.

13. *habitis ad lunam dimensionibus constitutum*] An forte *ad solem?* Cf. § 3. *ad numerum solis .. annum dirigere contendit.* Cf. Laurent. Lyd. III, 4. *Αὔτον δὲ (τὸν Καίσαρα) δέκα καὶ μίαν ἐπεμβαλόμενον ἡμέραν τοῖς σεληνιακοῖς μησὶν ἐπιδοῦναι, καὶ ταύτῃ ἡλιακὸν ἀποτελέσαι τὸν ἐνιαυτόν.* At idem III, 7 extr. *Ἤρεσε δὲ ὅμως τῷ Καίσαρι καὶ μετὰ τὴν ἡλιακὴν τῶν μηνῶν διατύπωσιν τὰς σεληνιακὰς ἑορτὰς τοῖς μησὶ καταλεῖψαι;* et Plutarch. Quaest. Rom. 24. *Ὅτι ταῖς τῆς σελήνης διαφοραῖς ὁρίζοντες τὸν χρόνον ἑώρων ἐν τρισὶ γινομένην διαφοραῖς τὴν σελήνην κατὰ μῆνα ταῖς μεγίσταις.*

error hucusque stare potuisset] i. e. fieri potuisset, ut nullus inde nasceretur error, ut Solinus, qui l. c. (p. 4. B.) eadem fere refert: *Et tunc quoque,* inquit, *vitium admissum est per sacerdotes.*

confit] Cf. c. 15, § 1. et Comm. II, 3, 2.

quarto quoque anno confecto, antequam quintus inciperet] Cf. § 6. Solinus l. c. *Et oporteret confecto quarto anno id observari, antequam quintus auspicaretur.* Poterat certe dici *quinto quoque anno.* Vid. not. ad c. 13. § 9.

14. *annis permansit*] De hoc ablativi usu vid. Krueger. Gramm. § 374, b. De re vid. Sueton. Aug. 31.

devorarentur] i. e. compensarentur, cf. c. 13. § 13., vel repensarentur, ut ait Solinus l. c.

iussit, et omnem hunc ordinem aereae tabulae ad aeternam custodiam incisione mandavit.

XV. Tunc Horus: Dies quidem hic, inquit, intercalaris, an- 1
tequam quintus annus incipiat, inserendus cum Aegypti matris artium ratione consentit: sed nihil in illorum mensibus explicandis videtur operosum, quos tricenum dierum omnes habent: eoque explicitis duodecim mensibus, id est trecentis sexaginta diebus exactis, tunc inter Augustum atque Septembrem reliquos quinque dies anno suo reddunt, annectentes quarto quoque anno exacto
intercalarem, qui ex quadrantibus confit. At hic non a primo in 2
ultimum mensis diem ad incrementum continuum numerus accedit, sed post Kalendas dirigitur in Nonas: inde ad quasdam Idus [272]
deflecti audio: post rursus, ni fallor, immo ut nunc quoque re-
tulisti, in sequentes Kalendas. Quae omnia quid sibi velint, scire 3
equidem vellem. Nam illud nec consequi posse me spero, ut vocabula conprehendam quae singulis apud vos diebus adduntur, dum alios fastos variisque alios nominibus nuncupatis. Nundinas quoque vestras nescire me fateor: de quibus observatio tam diligens tam cauta narratur. Haec nec mihi erubescendum est ignorare peregrino: a te vero, Praetextate, discere nec civem puderet.
Tunc Praetextatus: Non solum tibi, inquit, Hore, cum sis Aegypto 4
oriundus, sed ne nobis quidem, quibus origo Romana est, erubescendum puto quaerere quod quaesitu dignum omnes veteres

Edd. vicahgspdzb.]

XV. *Caput XV. De Kalendis Idibus ac Nonis.* ch-b. 1. *eo quod* v-gbP „quae lectio est recipienda, male a Stephano eiecta.“ Zeun. 2. *unde* s-bAP. 3. *ne consequi* Svl. — *me spero posse* G. — *variisque aliis* A. — *me nescire* G. — *narratur*] c. 13. § 16 sqq. — *Hoc* S. — *ne mihi* vl. 4. *inquit tibi* Ss-bP. — *ab hominibus* (sup. *omn.*) G.

15. *ad aeternam custodiam*] i. e. ut hic ordo in aeternum servaretur.

XV, 1. *Aegypti matris artium*] Cf. Comm. I, 19, 2. *Plato Aegyptios omnium philosophiae disciplinarum parentes secutus est*, et h. l. c. 14. § 3. *imitatus Aegyptios solos divinarum rerum omnium conscios.*

eoque] Cf. Hand. Tursellin. II. p. 410 sq.: „Additur novum, quod ex antecedente prodit, praedicatum, ubi nos dicimus: *und eben darum, eben daher.* Nonnulli scriptores *eoque* etiam ab initio sententiae ponere amant, imprimis Velleius et Quintilianus.“

inter Augustum atque Septembrem] Cf. Censorin. 18, 10. *Ad Aegyptiorum vero annum magnum luna non pertinet, quem Graece κυνικὸν Latine canicularem vocamus, propterea quod initium illius sumitur, cum primo die eius mensis, quem vocant Aegyptii Θωυθί, caniculae sidus exoritur:* ubi O. Iahnius citat Ideler. Chron. I. p. 124 sqq.

annectentes .. intercalarem] Aliter Censorinus l. c.: *Nam eorum annus civilis solos habet dies CCCLXV. sine ullo intercalari: itaque quadriennium apud eos uno circiter die minus est quam naturale quadriennium, eoque fit, ut anno MCCCCLXI. ad idem revolvatur principium*, ubi V. D. citat Ideler. l. c. p. 157 sq.

confit] Vid. c. 14. § 13.

2. *hic*] i. e. apud Romanos.

accedit] i. e. progreditur. Vid. prolegg. p. XLIII.

ad quasdam Idus] Horum facit nescientem quid sint Idus. Vid. seqq.

3. *nec*] Vid. c. 16. § 9.

dum .. nuncupatis] Singularis hic est particulae *dum* usus. Tenet enim locum particulae *quum*.

putaverunt. Nam de Kalendis Nonis et Idibus deque feriarum variis observationibus innumeros auctores cura quaestionis exercuit: et ideo nos quae de his ab omnibus dicta sunt in unum
5 breviter colligimus. Romulus, cum ingenio acri quidem sed agresti statum proprii ordinaret imperii, initium cuiusque mensis ex
6 illo sumebat die quo novam lunam contigisset videri. Quia non continuo evenit ut eodem die semper appareat, sed modo tardius modo celerius ex certis causis videri solet, contigit ut, cum tardius apparuit, praecedenti mensi plures dies, aut cum celerius, pauciores darentur: et singulis quibusque mensibus perpetuam numeri legem primus casus addixit. Sic factum est ut alii tri-
7 ginta et unum alii undetriginta sortirentur dies. Omnibus tamen
[273] mensibus ex die Nonarum Idus nono die repraesentari placuit: et inter Idus ac sequentes Kalendas constitutum est sedecim dies esse numerandos. Ideo mensis uberior duos illos quibus augebatur dies inter Kalendas suas et Nonas habebat. Hinc aliis quin-
8 tus a Kalendis dies aliis septimus Nonas facit. Caesar tamen, ut supra diximus, stata sacra custodiens, nec in illis mensibus quibus binos adiecit dies ordinem voluit mutare Nonarum, quia peractis totius mensis feriis dies suos rei divinae cautus inseruit.
9 Priscis ergo temporibus, antequam fasti a Cn. Flavio scriba invi-

[Mss. ABGPS.

— *colligemus* v3-bP. 5. *Romulus enim* s-bP. 6. *quia vero* c-b. — *sic contingit* v1. *sic contigit* v3. — *adduxit* S a sec. m. — *At sic* G. 7. *Omnibus sibi ex die* P. — *nonarum id est nona* A (P *nono*). — *die derepraesentari* B (G. del. *de*). — *et cal. sequentes* S. — *dies numerandos* (om. *esse*) P. 8. *supra*] c. 14. § 8. — *statuta* S. — *die suo rei divinae cautus* (ut *cautus* haberetur pro substantivo quod significaret: „quidquid in sacris cavendum et religionis gratia vitandum aut omittendum esset“, vid. § 12.) coniecit Lipsius Elector. I, 21. id quod placuit Pontano, sed refutatum est a Gronovio. 9. *Gn.* (om. *a*) AG.

4. *scriptores cura quaestionis exercuit*] i. e. auctores curiose quaesiverunt.

colligimus] Non negaverim melius se habere futurum tempus. Sed libri mss. demonstrare videntur et hoc loco et infra, ubi in edd. inseruntur particulae *enim* et *vero*, auctoris indiligentiam ab aliis postea esse correctam.

6. *ex certis causis*] Huc fortasse pertinet quod de luna dicit Laurent. Lyd. III, 7.: *Ὀξυτέραν γάρ, ὡς Ἀριστοτέλης φησί, ποιεῖται τὴν πορείαν τὴν πρὸς τῷ χειμερινῷ τροπικῷ, βραδυτέραν δὲ τὴν πρὸς τῷ θερινῷ, ὁμαλὴν δὲ τὴν πρὸς τῷ ἰσημερινῷ.* Sed vide ne etiam cogitandum sit de caelo nubibus obtecto.

primus] positum esse videtur pro *primo*.

7. *repraesentari*] i. e. computari, suum diem iis constitui, quo quasi adessent.

sedecim dies] Cf. c. 13. § 6. et Mueller. Etr. II. p. 327.

mensis uberior] i. e. mensis quivis uberior vel omnes menses uberiores.

8. *dies suos*] „Quibus auxit annum, cum eum ex lunari solarem faceret.“ Gron. — Cf. c. 14. § 9. *locum diebus advenis fecit*, et § 12. *novos dies*.

rei divinae cautus] „Hoc modo prospiciens, ne qua in re divina offensio fieret. *Cautus rei divinae*, ut *felices studiique locique* et similia. Vid. eadem cap. 14. [§ 8.]“ Gron. — Comparaverim potius: Cic. N. D. II, 22, 58.: *Natura .. provida utilitatum opportunitatumque omnium*, et Tac. Ann. IV, 38. *Rerum vestrarum providum*.

tis Patribus in omnium notitiam proderentur, pontifici minori haec provincia delegabatur, ut novae lunae primum observaret aspectum visamque regi sacrificulo nuntiaret. Itaque sacrificio a rege et minore pontifice celebrato idem pontifex calata, id est vocata, in Capitolium plebe iuxta curiam Calabram, quae casae Ro-

Edd. vicahgspdzb.]
— *provintia* (sup. add. *de*) B. *providentia* GP. 10. *kalata* s-z. *Kalabram* s-z. *Kalebram* B. *Calatam* g in mg. — *quinquies dicto* Ac-g.

9. *antequam fasti ... proderentur*] „Hanc rem tradunt copiose Plinius N. H. XXXIII, 6. [c. 1. § 17.], Liv. IX, 46. [§ 5.], Valer. Max. II, 5. [2.] et Cicero passim rem attigit.“ Zeun. — Becker. Handb. I. p. 22. affert Cic. p. Mur. 11, 25. et ad Att. VI, 1, 18. Adde Digest. I, 2, 7. Aedilis curulis fuit Cn. Flavius a. u. c. CCCCXLIX.

invitis Patribus] Cf. Plinius l. c. § 18. *Additum Flavio, ut simul et tribunus plebis esset, quo facto tanta senatus indignatione exarsit, ut anulos ab eo abiectos fuisse in antiquissimis reperiatur annalibus.*

pontifici minori] Cf. §§ 10., 12. et 19. Ex his locis videtur elucere non nisi unum priscis temporibus fuisse pontificem minorem, nisi forte Macrobius dicere voluit unum e pontificibus minoribus. Tres commemorantur in orat. de harusp. resp. 6, 12. Praeterea vid. Liv. XXII, 57, 3. *L. Cantilius, scriba pontificis, quos nunc minores pontifices adpellant* (ubi vid. notas interpretum. Eadem fere leguntur apud Iul. Capitolinum in Macrino c. 7.). Vid. inscriptiones ap. Orell. 643. et 2153., Hartung. I. p. 209 sqq.

haec provincia delegabatur] Cf. c. 7. § 1. *Cui provincia erat admittere.*

regi sacrificulo] Cf. § 12. *a rege sacrorum*, § 19. *regina sacrorum, id est regis uxor.* Liv. II, 2, 1. *Quia quaedam publica sacra per ipsos reges factitata erant, ne ubiubi regum desiderium esset, regem sacrificulum creant.* Fest. l. XVIII. p. 318. Muell. *Sacrificulus rex appellatur, qui ea sacra quae facere reges sueverant, facit.* Dionys. A. R. IV, 74. Ἵνα δὲ καὶ τοὔνομα τῆς βασιλικῆς ἐξουσίας, πάτριον ὑπάρχον ἡμῖν, ... αὐτῆς ἕνεκα τῆς ὁσίας φυλάττηται, ἱερῶν ἀποδεικνύσθω τις ἀεὶ βασιλεὺς ὁ τὴν τιμὴν ταύτην ἕξων διὰ βίου πάσης ἀπολελυμένος πολεμικῆς ἀσχολίας ἓν τοῦτο μόνον ἔχων ἔργον, ὥςπερ ὁ βασιλεὺς, τὴν ἡγεμονίαν τῶν θυηπολιῶν, ἄλλο δ' οὐδέν, (cf. ibid. V, 1.). Hartung. I. p. 159.

10. *calata .. plebe iuxta curiam Calabram*] Cf. Servius ad Virg. Aen. VIII, 654. *Curiam Calabram dicit, quam Romulus texerat culmis: ad quam calabatur, i. e. vocabatur, senatus. vocabatur et populus a rege sacrificulo, ut, quoniam adhuc fasti non erant, ludorum et sacrificiorum praenoscerent dies.* Varro L. L. VI, 4, 27. *Primi dies mensium nominati Calendae ab eo quod his diebus calantur eius mensis Nonae a pontificibus, quintanae an septimanae sint futurae, in Capitolio in curia Calabra sic: Dies te quinque calo, Iuno Covella. Septem dies te calo, Iuno Covella* (al. *Novella*; cf. ibid. V, 1, 13.). Laurent. Lyd. III, 7. Καλένδας δὲ αὐτὰς οἱ παλαιοὶ προσηγόρευσαν ἐξ Ἑλληνικῆς σημασίας ἀπὸ τοῦ καλεῖν τὸν ἀρχιερέα τὴν βουλὴν ἐν τῇ λεγομένῃ Καλαβρᾷ βασιλικῇ, καὶ σημαίνειν εἴτε χρὴ κατὰ τὴν πεμπταίαν, εἴτε κατὰ τὴν διχότομον τῆς σελήνης ἐπιτελέσαι τὴν τῶν Νωνῶν ἑορτήν. Verr. Fast. Praenest. Cal. Ian. (apud Pellegrin. Andeut. p. 107.): *quos Pontifex minor quo | libet | mense ad Nonas sin|gulas calat in Capi|tolio id curia Cala|bra|.* Festus ap. Paul. lib. III, p. 49. Muell. *Calabra curia dicebatur, ubi tantum ratio sacrorum gerebatur,* cum adnott. p. 369. Lind. Quod orthographiam attinet, magis sibi constare Carrionis (in ed. s) rationem, scribentis *Kalabra*, non nego: sed libris mss. obtemperandum esse duxi.

quae casae Romuli proxima est] Veteres scriptores alii (Dionys. A. R. I, 79. Plutarch. Rom. 20., et Notit. Urbis Rom. reg. X.) casam

muli proxima est, quot numero dies a Kalendis ad Nonas superessent pronuntiabat: et quintanas quidem dicto quinquies verbo
11 καλῶ, septimanas repetito septies praedicabat. Verbum autem καλῶ Graecum est, id est *voco:* et hunc diem, qui ex his diebus qui calarentur primus esset, placuit Kalendas vocari. Hinc et ipsi curiae ad quam vocabantur Calabrae nomen datum est, et classi,
12 quod omnis in eam populus vocaretur. Ideo autem minor pontifex numerum dierum qui ad Nonas superessent calando prodebat, quod post novam lunam oportebat Nonarum die populares qui in agris essent confluere in urbem accepturos causas feriarum a rege

[Mss. ABGPS.

11. *Graecum* (om. *est*) S. — *kalarentur* s-z. — *Kalabrae* s-z. *Calatae* g in mg. — *et classi ... vocaretur* om. s-bP „Addebatur in Anglicano, et vetustis item editionibus.“ Pont. — *in eam omnis* G. 12. *superesset* A. — *kalando* s-z. — *populos* P. — *accepturos cautus sacrorum* „lego et ita in Macrobio scriptum diserte primae editionis.“ Lips. Elector. I, 21. p. 120. „At meus et item vetuste cusi diserte *causas fe-*

Romuli in Palatio fuisse tradiderunt, alii (Senec. Consol. ad Helv. 9. § 3. Ovid. Fast. III, 184. Valer. Max. IV, 4, 11. Dio Cass. XLVIII, 43. et LIV, 29., qui, ubi Palatium commemorat LIII, 16., dicit tantum *πρὸς τὴν τοῦ Ῥωμύλου προσενοίκησιν*) locum incertum relinquunt, alii (Vitruv. II, 1. Virgil. Aen. VIII, 653 sq. Senec. Controv. II, 1 et 6.) videntur dicere eam fuisse in Capitolio. Becker. Handb. I. p. 401 sq. statuit Macrobium errorem commisisse adductum verbis Virgilii (Aen. VIII, 653 sq.): *Stabat pro templo et Capitolia celsa tenebat, Romuleoque recens horrebat regia culmo,* male intellectis, quae Servius l. c. recte non ad casam Romuli, sed ad curiam ipsam Calabram retulisset; idemque studet docere non obesse huic suae sententiae locos ab aliis allatos: sed vide ne praeferenda sit Lipsii ratio, qui ad Senecam (Consol. ad Helv. l. c.) adnotavit haecce: „Quid autem in hoc dissensu dicimus? Ego nihil, nisi duplicem casam Romuli fuisse: veram et veterem in Palatio, alteram adsimilem, religionis causa in monte Capitolino, ubi omnia aut praecipua sacra.“ Cf. Merkel. ad Ovid. Fast. p. CXLVI. Philologus I, 1. p. 82 sq.

dicto quinquies verbo καλῶ] Aliter Varro l. c. Laurentius Lydus modum pronuntiandi non addidit.

11. *placuit Kalendas vocari*] Aliam derivationem profert Plutarchus Quaest. Rom. 24. *Ὀνομάζουσι τὸν μὲν ἀφανισμὸν αὐτῆς (τῆς σελήνης) καὶ τὴν κρύψιν Καλάνδας, ὅτι πᾶν τὸ κρύφα καὶ λάθρα κλὰμ, καὶ κηλᾶρε τὸ λανθάνειν.* Sed idem paulo supra: *ὡς οἱ περὶ τὸν Ἰόβαν ἱστοροῦσιν, ὅτι ταῖς Καλάνδαις ἐκάλουν τὸν δῆμον οἱ ἄρχοντες καὶ κατήγγελλον εἰς πέμπτην τὰς Νόννας.* Cf. Laur. Lyd. et Varr. ll. cc.

curiae .. Calabrae] Haec videntur esse coniungenda, ut verba *ad quam vocabantur ἐν παρενθέσει* dicta sint. Nam si construis: *curiae nomen datum est Calabrae*, minus bene adiungitur simplex dativus *classi.*

et classi, quod omnis in eam populus vocaretur] „Cui etymo et Fabius astipulatur lib. I. cap. 10. [6, 33.] *Iam fit*, inquit, *et classis a calando.*“ PONT. — Non recte Carrio unum cod. P secutus haec eiecit.

12. *populares*] Cf. Capitolin. M. Aurel. 17.: *Pestilentia gravis multa milia et popularium et militum interemerat*, ubi Casaubonus: „Urbanam multitudinem vocat *populares*, et militibus opponit ... Ulpianus de officio praefecti urbi: *Debet etiam dispositos milites stationarios habere ad tuendam popularium quietem.*“ Haec leguntur Digest. I, 12, 1, § 12, et paulo supra: *Quies quoque popularium et disciplina spectaculorum ad praefecti urbi curam pertinere videtur.*

accepturos causas feriarum] „Id est: quae feriae cur aut cui deo

sacrorum sciturosque, quid esset eo mense faciendum. Unde qui- 13
dam hinc Nonas aestimant dictas, quasi novae initium observa-[274]
tionis, vel quod ab eo die semper ad Idus novem dies putantur:
sicut apud Tuscos Nonae plures habebantur, quod hi nono quo-
que die regem suum salutabant et de propriis negotiis consule-
bant. Iduum porro nomen a Tuscis, apud quos is dies *Itis* vo- 14
catur, sumptum est. *Item* autem illi interpretantur Iovis fidu-
ciam. Nam cum Iovem accipiamus lucis auctorem, unde et Lu-

Edd. vicahgspdzb.]
riarum promunt; possitque videri probum, nisi vox *causas* turbaret. Fecerim itaque ex ea *pausas feriarum.*" Pont coll. Symmachi loco: *Ubi tuendis feriis modus nullus est, pausa nulla*, et Lucretii [III, 943.] *Frigida quem semel est vitai pausa secuta.* „Haud difficile iudicium est." Gron. Vid. not. — *scripturosque* s-z. „Placet magis veteris codicis lectio *sciturosque.*" Meurs. „Quaeris quis sit vetus ille codex? Quodvis exemplar editum ante Stephanum." Gron., qui recte monuit rusticos veteres Romanos non ita fuisse scribendi peritos. — *quod esset* v. 13. *existimant* Sa. *extimant* vichg. — *vel quia* S „Forte auctor posuit *vel ab eo quod.*" Zeun. — *die* om. hs-z. — *ab idibus* (sup. *ad idus*) G. — *putentur* AGSv-g. — *quod ii* PS. — *nona* (sup. *o*) A. 14. *Cap. XVIII. De idibus* v (i *Cap. XVII.*). — *tis* P. *idis* g in mg. — *vocabatur* G a sec. m. — *interpretabantur* Edd. P. — *in carmine* s-bP. — *Δία*

essent celebrandae." Gron. — Cf. Varro L. L. VI, 3, 13. *Rex quom ferias menstruas Nonis Februariis edicit, hunc diem Februatum appellat*, et 4, 28. *Eodem die in urbem ab agris ad regem conveniebat populus. Harum rerum vestigia in sacris Nonalibus in arce, quod tunc ferias primas menstruas, quae futurae sint eo mense, rex edicit populo.* Muellerus Etrusk. II, p. 326. monet significari responsa Lucumonum Tuscorum.

13. *Unde quidam hinc Nonas aestimant dictas* etc.] Cf. Varro l. c.: *Nonae appellatae, aut quod ante diem nonum Idus semper, aut quod, ut novus annus calendae Ianuariae ab novo sole appellatae, novus mensis ab nova luna Nonis.* Laurent. Lyd. III, 7. *Αὕτη δὲ ἡ προσθήκη παρὰ Ῥωμαίοις Νῶναι καλεῖται, ἀντὶ τοῦ ἐννέα, τοσαῦται γάρ εἰσιν.* Plutarch. Qu. R. 24. *Τὴν δὲ πρώτην φάσιν Νόννας τῷ δικαιοτάτῳ τῶν ὀνομάτων (ὀνομάζουσι) νουμηνίαν οὖσαν.*

putantur] idem est h. l. ac *computantur.*

apud Tuscos] Cf. Mueller. Etrusk. II. p. 326.

regem suum salutabant] Muellerus Etrusk. II. p. 367. confert Fest. lib. XVII. p. 270. s. v. *Redhostire: Veiens regem salutat* cet. Illum vide etiam p. 324.

et .. consulebant] Cf. c. 13. § 19. et c. 16. § 33.

14. *apud quos is dies Itis vocatur*] Cf. Varro l. c. *Idus ab eo quod Tusci Itus, vel potius quod Sabini Idus dicunt.* Cf. Mueller. Etrusk. II. p. 323.

Iovem ... Lucetium Salii ... canunt] „Glossae: *Lucerius*, Ζεύς. Sed illud putem rectius. Marc. Capella ut Iovem *Lucetium* sic Iunonem *Lucetiam* dicendam censuit. Ait lib. II. c. 5. [§ 149.] *Te Lucinam, quod lucem nascentibus tribuas, ac Lucetiam convenit nuncupari.*" Pont. — Cf. Fest. ap. Paul. lib. X, p. 114. Muell. *Lucetium Iovem appellabant, quod eum lucis esse causam credebant;* Gellius N. A. V, 12, 6 sq. *Dictus est* (Iovis) *et Lucetius, quod nos die et luce quasi vita ipsa afficeret et iuvaret. Lucetium autem Iovem Cn. Naevius in libris belli Punici appellat;* Servius ad Virg. Aen. IX, 570. *Sane lingua Osca Lucetius est Iuppiter, dictus a luce, quod praestare dicitur hominibus.* Praeterea Muellerus ad Varronem l. c. adnotavit: „Nomen *Leucesius* inesse videtur iis versibus quos Terentius Scaurus de orthogr. p. 2261. P. e Saliari carmine apposuit." Plutarch. l. c. *Ἡ*

cetium Salii in carminibus canunt et Cretenses *Δία τὴν ἡμέραν* vocant, ipsi quoque Romani Diespitrem appellant, ut diei patrem.
15 Iure hic dies Iovis fiducia vocatur, cuius lux non finitur cum solis occasu, sed splendorem diei et noctem continuat inlustrante luna: quod semper in plenilunio, id est medio mense, fieri solet: diem igitur, qui vel nocturnis caret tenebris, Iovis fiduciam Tusco nomine vocaverunt: unde et omnes Idus Iovis ferias observandas
16 sanxit antiquitas. Alii putant Idus, quod ea die plena luna videatur, a videndo *vidus* appellatas, mox litteram *v* detractam: sicut contra, quod Graeci *ἰδεῖν* dicunt, nos *v* littera addita *videre* dicimus. Nonnullis placet Idus dictas vocabulo Graeco, *οἷον ἀπὸ τοῦ εἴδους*, quod eo die plenam speciem luna demonstret. Sunt qui aestimant Idus ab ove Iduli dictas, quam hoc nomine vocant
17 Tusci, et omnibus Idibus Iovi immolatur a flamine. Nobis illa

[Edd. ABGPS.

τὴν ἡμ. om. A. 15. *cum solis occasu non finitur* v-g. — *diei et noctis* Edd P. „Scriptus habet *noctem*. Elicio ex vestigiis prioris lectionis, *splendorem diei et noctu continuat*, vel ex hac *splendore diei et noctem*.“ Pont. — *contineat* P. — *diem vero* v-g. — *quod vel* Bar. — *Iovi feriatas* g in mg. 16. *eo die* S. *die* (add. *ea*) G. — *vidus* (sup. add. *quasi*) G. *idus* P. — *sicut greci contra quod* G. — *dicunt ἰδεῖν* S. *iden dicunt* A. ΙΔΕΙΝ *dicere* G. — *οἷον ... εἴδους* om. A. *ἀπὸ τοῦ εἴδους* om. *οἷον*) vicag. — *ea die* G. — *demonstrat* (sup. add. *e*) B. — *existimant* S. *aestiment* s-z. *existiment* v-gbP. — *a bove* v3. — *Iovi* vs-bPM12P567. *Iovis* ABSM3P2. *ovis* Gi-g. 17. *proprior*

τῷ Διὶ τὴν ἐπωνυμίαν ἀποδιδόντες. Laur. Lyd. l. c. ad § 18.

Diespitrem appellant, ut diei patrem] Cf. Varro L. L. V, 10, 66. *Hoc .. ostendit antiquius Iovis nomen; nam olim Diiovis et Diespiter dictus;* i. e. *dies pater.* Gellius l. c. *Itemque Iovis Diespiter appellatus, id est diei et lucis pater;* Servius l. c.: *Ipse est enim nostra lingua Diespiter, i. e. diei pater. Horatius* [Carm. I, 34, 5 sq. cf. III, 2, 29.] *Namque Diespiter plerumque per purum tonantes Egit equos.*

15. *splendorem diei et noctem continuat*] i. e. per noctem. Non est ergo quod cum Pontano scribamus *noctu*.

in plenilunio] Cf. Laurent. Lyd. III, 7. *Πληνιλούνιον τὰς Εἴδους καλοῦντες, οἱονεὶ πληροσέληνον.* Plutarch. l. c. ad § 16.

Iovis ferias] Cf. Laur. Lyd. l. c. *Ὅθεν καὶ Διὸς αὐτὴν ἑορτὴν, οἷον ἡλίου, νενομίκασι, δι' οὗ σύμφαμεν φωτίζεσθαι τὴν σελήνην*, et l. c. ad § 18.

16. *οἷον ἀπὸ τοῦ εἴδους*] Cf. Laur. Lyd. l. c. *Τὸ δὲ τῶν Εἰδῶν ὄνομα παρὰ μὲν τοῖς πολιτικοῖς ἐκ τοῦ εἴδους τῆς σελήνης, παρὰ δὲ τοῖς ἱερεῦσιν ἀπὸ θυσίας τρόπου εὑρίσκομεν εἰσενηνεγμένον;* Plut. Q. R. 24. *Ἢ διὰ τὸ κάλλος καὶ τὸ εἶδος, ὁλοκλήρου καθισταμένης τῆς σελήνης.*

ab ove Iduli dictas] Cf. Festus ap. Paul. lib. IX, p. 104. Muell. *Idulis ovis dicebatur, quae omnibus Idibus Iovi mactabatur.* Laur. Lyd. l. c. et Ovid. Fast. I, 56. et 587 sq. Ceterum ab *Idibus* dicta esse videtur *ovis Idulis* (cf. *sacra Idulia* ap. Fest. l. c. ad § 19.), ut a *tribu tribulis*. Itaque illi derivationi similis esset haec: „*Ostern vom Osterlamm*.“ Cf. Mueller. Etrusk. II. p. 323 sq.

quam hoc nomine vocant Tusci, et .. Iovi immolatur a flamine] Ipse olim putabam haec ferri non posse, ideoque (Symbol. p. 8.) conieci legendum esse *Iovi ovis*. At e pronomine *quam*, ut saepius apud Macrobium (vid. prolegg. p. XXXIX extr. et nott. ad Comm. I, 6, 77.) intelligendus est nominativus *quae*. Sensus esse videtur: „namque hoc nomen, quod a Tuscis prodiit, datur ovi quae quibusvis Idibus Iovi

ratio nominis vero propior aestimatur, ut Idus vocemus diem qui dividit mensem. *Iduare* enim Etrusca lingua *dividere* est: unde *vidua*, quasi *valde idua*, id est *valde divisa:* aut *vidua*, id est *a* [275]
viro divisa. Ut autem Idus omnes Iovi ita omnes Kalendas Iu- 18
noni tributas et Varronis et pontificalis adfirmat auctoritas. Quod etiam Laurentes patriis religionibus servant, qui et cognomen deae ex cerimoniis addiderunt, Kalendarem Iunonem vocantes, sed et omnibus Kalendis a mense Martio ad Decembrem huic deae Kalendarum die supplicant. Romae quoque Kalendis omnibus, prae- 19
ter quod pontifex minor in curia Calabra rem divinam Iunoni facit, etiam regina sacrorum, id est regis uxor, porcam vel agnam in regia Iunoni immolat: a qua etiam Ianum Iunonium cognomi-

Edd. vicahgspdzb.] p2dz. — *extimatur* v1. *existimatur* Sv3-gb. — *inde* hs-bP. — *idua* (sup. add. *v*) *valde idua* S. 18. *confirmat* v-g. — *calendarem* (in mg.: „al: *calarem*") S. — *Kalendarem* (sup. *u*) *diessuplicant* B. *Kalendarum dies supplicant* G. — *supplicabant* P. 19. *Kalabra* s-z. — *id est regis uxor* om. s-b. Defendit has voces Gronov. ad c. 12. § 21. — *idem* A. — *regis* om. P. — *in regia Iunonis* S. — *vocatum esse diximus* a flamine immolatur." De re conf. § 18.

17. *diem qui dividit mensem*] Hanc interpretationem probat Muellerus l. c.

aut vidua] Vide ne legendum sit: *aut viri idua*, quo magis haec accommodentur ad ea quae sequuntur.

18. *Idus omnes Iovi, .. omnes Kalendas Iunoni tributas*] Cf. § 15. et c. 9. § 16. Laurent. Lyd. III, 7. Ἰστέον δὲ ὅτι αἱ Καλένδαι Ἥρας ἑορτὴ ἐτύγχανον, τουτέστι σεληνης, .. τὰς δὲ Εἰδοὺς .. Διΐ, ἤγουν ἡλίῳ, ἀνέφερον. Plutarch. l. c. ad § 14. Ovid. Fast. I, 55 sq. *Vendicat Ausonias Iunonis cura Kalendas. Idibus alba Iovi grandior agna cadit.*

pontificalis .. auctoritas] i. e. auctoritas commentariorum pontificum, quos commemorat Livius IV, 3, 9.

Laurentes] Commemorantur, quia Laurentum erat unum ex antiquissimis Latii oppidis. Cf. Virg. Aen. VII, 171.

omnibus Kalendis .. huic deae Kalendarum die supplicant] Haec iamdiu mihi sunt suspecta (cf. Symbol. l. c.): sed qua ratione sint emendanda, nondum liquet. Verba *Kalendarum die* (vel *dies*, ut legitur in codd. BG) huc inserta esse putaverim e sequentibus (§ 19.): *huic deae cuncti Kalendarum dies videntur ascripti.*

a mense Martio ad Decembrem] i. e. mensibus veteribus. Cf. c. 12. § 3.

19. *pontifex minor*] cf. § 10.

regina sacrorum] *Regina* tantum vocatur apud Festum ap. Paul. Diac. lib. IX. s. v. *inarculum*, p. 113. Muell. et apud Servium ad Virg. Aen. IV, 137.

in regia] Non regiam Numae, quae erat coniuncta cum templo Vestae, sitam in radicibus Palatii finibusque fori Romani (ut ait Serv. ad Virg. VIII, 363.), sed domum regis sacrificuli, et h. l. et c. 16. § 30. et apud Varron. L. L. VI, 3, 12. (*Agonales, per quos rex in regia arietem immolat*) esse intelligendam statuit Pellegrin. Andeutungen etc. p. 40., qui tamen videtur neglexisse locum Festi p. 290. Muell. *Sacram viam quidam appellatam esse existimant,... quod eo itinere utantur sacerdotes Idulium sacrorum conficiendorum causa. Itaque ne catenus quidem, ut vulgus opinatur, sacra appellanda est a regia ad domum regis sacrificuli, sed etiam a regis domo ad sacellum Streniae, et rursus a regia usque in arcem*, ubi et diserte a regia distinguitur domus regis sacrificuli, et videtur significari pompa quaedam in sacris Idulibus a domo regis sacrificuli in regiam instituta, ut in hac sane ovis immolata esse

natum diximus, quod illi deo omnis ingressus, huic deae cuncti
20 Kalendarum dies videntur ascripti. Cum enim initia mensium maiores nostri ab exortu lunae servaverint, iure Iunoni addixerunt Kalendas, lunam ac Iunonem eandem putantes: vel quia luna per aerem meat, unde et Graeci lunam Ἄρτεμιν nuncuparunt, id est ἀερότομιν, quod aera secat, Iuno autem aeris arbitra est, merito initia mensium, id est Kalendas, huic deae consecraverunt.
21 Nec hoc praetermiserim, quod nuptiis copulandis Kalendas Nonas et Idus religiosas, id est devitandas, censuerunt. Hi enim dies praeter Nonas feriati sunt: feriis autem vim cuiquam fieri piaculare est: ideo tunc vitantur nuptiae, in quibus vis fieri vir-

|Mss. ABGPS.
s-bP. — *diximus*] c. 9. § 15. — *omnes* S. — *ascribi* G. 20. *initium* v. — *servarint* S. — *Kalendas* (vel *Cal.*) *addixerunt* v-g. *addixerunt dctadas* P. — ἄρτεμιν i. *artemin* S. ἄρτεμην hgs. Correxit H. Stephanus in praefatione. — *nuncupaverunt* v-g. — *id est* Mss. s-b. *quasi* v-g. „Lectionem aliarum editionum hic nequaquam mutandam censuissem, quum particulam *quasi* in locis huiusmodi usitatissimam illisque aptissimam esse constet.“ H. Steph. l. c. — ἀερότομιν Pv1P6. ἀερότεμιν SM2. ἀεροτόμην v-b. *epotomin* AG (B a sec. m.). *epotomon* B a p. m. *epitomin* M3. *epitomim* (in mg. a sec. m. ἄρτεμιν) M1. — *autem* (sup. *enim*) G. 21. *Nonas* om. P. — *consuerunt* v1. *consueverunt* v3. —

videatur. De regia vid. Becker. Handb. I. p. 223 sqq.

20. *ab exortu lunae*] Cf. § 5. *ex illo .. die quo novam lunam contigisset videri.*

lunam ac Iunonem eandem putantes] Cf. Varro l. c. ad § 10 et V, 10, 69. *Ab Latinis Iuno Lucina dicta: .. a quo parientes eam invocant, luna enim nascentium dux, quod menses huius.* Cic. de nat. deor. II, 27, 68. *Luna a lucendo nominata: eadem est enim Lucina. Itaque, ut apud Graecos Dianam eamque Luciferam, sic apud nostros Iunonem Lucinam in pariendo invocant.* Laurent. Lyd. III, 7. *Οἱ γὰρ φυσικοί, .. Δία μὲν τὸν ἥλιον, Ἥραν δὲ τὴν σελήνην ἐνόμιζον εἶναι,* et IV, 29. *Κατὰ δὲ τὴν πρώτην τοῦ Μαρτίου μηνὸς Ἥραν ἐτίμων, οἱονεὶ τὴν σελήνην.*

Ἄρτεμιν .., id est ἀερότομιν] Sic ut scribatur suadent codd. mss., et cf. Crameri Exc. e Theognost. Canon. Cod. Barocc. 50. f. 108. in H. Stephani Thes. Gr. l. s. v. *ἀεροτόμος: Ἄρτεμις ἡ σελήνη ἀερότομίς τις οὖσα ἡ τέμνουσα τὸν ἀέρα.* Contra Laurent. Lydus II, 1. *Ἄρτεμιν, οἱονεὶ ἀερότεμιν, σελήνην.* et Etymol. magnum et Gudianum s. v. *Ἄρτεμις: ἀερότεμίς τις οὖσα,* et Clemens Alex. Strom. V, 564. B. *ἀεροτόμος τις οὖσα.*

Iuno autem aeris arbitra est] „Cf. Phurnut. de N. D. 3.“ Zeun. — Cf. c. 17. § 54., c. 20. § 10., lib. III, c. 4. § 8., et Comm. I, 17, 15. Cic. de nat. deor. II, 26, 66. *Aer autem, ut Stoici disputant, interiectus inter mare et caelum, Iunonis nomine consecratur.* Arnob. III, 30. *Si aer illa* (Iuno) *est, quemadmodum vos ludere ac dictare consuestis Graeci nominis praeposteritate repetita.* Plutarch. Is. et Osir. c. 32. Kopp. ad Martian. I, § 67. II, § 150. et 160., ubi affert Isidor. Etym. VIII, 11, 98. — *Arbitra* dicitur, ut Notus apud Horatium Od. I, 3, 15. *arbiter Hadriae.*

21. *religiosas, id est devitandas*] Cf. III, 3, 8 sqq. Festus p. 278. Muell. *Dies autem religiosi, quibus nisi quod necesse est nefas habetur facere, et quod homini ita facere non liceat, ut, si id faciat, contra deorum voluntatem videatur facere.* Vid. not. ad c. 16. § 14.

hi enim dies .. feriati sunt] Kalendae tribuebantur Iunoni, Idus Iovi. Cf. §§ 15 et 18.

piaculare est] Cf. Festus apud Paul. lib. XIV. p. 244. Muell. *Piacularia auspicia appellabant quae sacrificantibus tristia portendebant.*

in quibus vis fieri virgini videtur] Cf. Plutarch. Q. R. 29. *Ἢ βούλονται δοκεῖν εἰσιέναι βιαζομένας, οὐχ ἑκού-*

gini videtur. Sed Verrium Flaccum iuris pontificii peritissimum dicere solitum refert Varro, quia feriis tergere veteres fossas liceret, novas facere ius non esset, ideo magis viduis quam virgini- [276]
bus idoneas esse ferias ad nubendum. Subiciet aliquis: Cur ergo 22
Nonis, si feriatus dies non est, prohibetur celebritas nuptiarum? Huius quoque rei in aperto causa est. Nam quia primus nuptiarum dies verecundiae datur, postridie autem nuptam in domo viri dominium incipere oportet adipisci et rem facere divinam, omnes autem postriduani dies seu post Kalendas sive post Nonas Idusve ex aequo atri sunt, ideo et Nonas inhabiles nuptiis esse dixerunt, ne nupta aut postero die libertatem auspicaretur uxoriam aut atro immolaret quo nefas est sacra celebrari.

XVI. Sed quia nos ad commemorationem dierum ordo de- 1

Edd. vicabgspdzb.]

fieri vis ASv-g. — *virginibus* Edd. — *Valerium Flaccum* coni. Merkelius ad Ovid. Fast. p. xcv. addens: „Is est L. Valerius C. f. P. n. Flaccus flamen Martialis qui in fastis Capitolinis consul anni u. c. 622. refertur.“

22. *Subiecit* S. — *ergo iunonis* S. — *primus nuptiarum* (om. *dies*) B. — *postridiani* AS (G sup. *u*). *postriani* (sup. add. *du*) B. — *postera die* v-g.

XVI. *Caput XVI. Quae discrimina diversitatesque fuerint dierum*

σας, ὅπου μέλλουσι διαλύειν τὴν παρθενίαν. Cf. Romul. 15. et not. proxime seq. Festus p. 289. Muell. *Rapi simulatur virgo ex gremio matris* cet. Hartung. II. p. 88.

quia feriis tergere veteres fossas liceret] Cf. III, 3, 10.; Columell. II, 22.; Serv. ad Virg. Georg. I, 272.; Hildebrand. ad Arnob. IV, 7.

magis viduis quam virginibus idoneas esse ferias ad nubendum] Cf. Plutarch. Q. R. 105. *Διὰ τίνα αἰτίαν ἐν ταῖς δημοσίαις ἑορταῖς ἔθος οὐκ ἔστι γαμεῖσθαι παρθένους, αἱ δὲ χῆραι γαμοῦνται; πότερον, ὡς ὁ Βάῤῥων εἴρηκεν, ὅτι λυπούμεναι μὲν αἱ πάρθενοι γαμοῦνται, χαίρουσαι δὲ αἱ γυναῖκες· ἑορτῇ δὲ δεῖ μηδὲν λυπουμένους ποιεῖν μηδὲ πρὸς ἀνάγκην; ἢ μᾶλλον ὅτι ταῖς μὲν παρθένοις καλὸν μὴ ὀλίγων, ταῖς δὲ χήραις αἰσχρὸν πολλῶν ὄντων γαμεῖσθαι, ... ἢ ὅτι καὶ τὰς Σαβίνων θυγατέρας ἁρπάσαντες ἐν ἑορτῇ παρθένους οὔσας, εἰς πόλεμον κατέστησαν, ἐξοιωνίσαντο γαμεῖν παρθένους ἐν ἱεραῖς ἡμέραις;*

22. *verecundiae datur*] ut nuptae liceat esse otiosae, necdum res divina ei sit facienda.

dominium incipere ... adipisci] In duobus his verbis inest pleonasmus quidam. Videtur autem hoc dominium esse moderatio rerum domesticarum, cui infra opponitur *libertas uxoria*.

omnes .. postriduani dies .. ex aequo atri sunt] Cf. c. 16. § 21 sqq. Fest. lib. XIII. p. 178. Muell. *Nonarum dies item Iduum, Kalendarum nuptiis alieni habentur, quia novae nuptae sic diem postridie nuptias creditur atrum inluciscere* cet.

ideo et Nonas inhabiles nuptiis esse] Ipsas nefastas habitas esse dicit Laurent. Lyd. III, 7: nefastis autem diebus nuptias celebrare non licuisse apparet ex Ovid. Fast. II, 557 sq. VI, 219 sq. Quod Pontanus adnotavit: „De Maio quoque mense notum adagium: *Mense malas Maio nubere vulgus ait*“, de eo vid. Ovid. Fast. V, 487 sqq., Plutarch. Q. R. c. 86., Erasm. Adag. Chil. 1, Cent. 4. Ad. 9.

ne nupta .. libertatem auspicaretur uxoriam] ut quae non adipisceretur dominium, neque curaret res domesticas. Cf. Liv. XXXIV, 2, 14. *Omnium rerum libertatem, immo licentiam (si vera dicere volumus), desiderant.* et Ovid. Fast. I, 167 sq. *Tempora commisi nascentia rebus agendis, Totus ab auspicio ne foret annus iners.* Hartung. II, 221.

atro] Cf. c. 16. § 21 sqq. Muell. Etr. II. p. 328.

duxit, de hoc quoque quod Hori nostri consultatio continet pauca
2 dicenda sunt. Numa ut in menses annum, ita in dies mensem quemque distribuit, diesque omnes aut festos aut profestos aut intercisos vocavit. Festi dis dicati sunt: profesti hominibus ob administrandam rem privatam publicamque concessi: intercisi deo-
3 rum hominumque communes sunt. Festis insunt sacrificia epulae ludi feriae: profestis fasti comitiales conperendini stati praeliares: intercisi in se non in alia dividuntur: illorum enim dierum
[277] quibusdam horis fas est, quibusdam fas non est ius dicere. Nam, cum hostia caeditur, fari nefas est: inter caesa et porrecta fari licet: rursus, cum adoletur, non licet. Ergo de divisione festo-
4 rum et profestorum dierum latius disserendum est. Sacra celebritas est vel cum sacrificia dis offeruntur vel cum dies divinis

[**Mss. ABGPS.**

apud Romanos. **ch-b.** **1.** *Hori nostri consultatio*] **cf. c. 15. § 3.** **2.** *Cap. XIX. De divisione dierum* **v** (**i** *Cap. XVIII.*). — *mensem quoque* **S.** — *festi dies diis* **s-b.** — *et hominum* **G.** **3.** *proeliares* **ABGSvl.** *proeliales* **s-bP.** — *non alia* (**om.** *in*) **vl.** — *fas non est. quibusdam fas est* **A.** — *rursus . . . non licet* **om. P.** — *est disserendum* **S.** **4.** *cum*

XVI, 2. *Numa .. dies .. omnes .. vocavit*] **Cf. Liv. I, 19, 7.** *Idem nefastos dies fastosque fecit, quia aliquando nihil cum populo agi utile futurum erat.*

festi dis dicati sunt] **Cf. §§ 4—12. Cic. in Pis. 22, 51.** *Qui* (**dies**) *quasi deorum immortalium festi atque solennes apud omnes sunt .. celebrati.* **Hartung. I. p. 152.**

profesti] **Cf. §§ 13—15. Fest. lib. XVI. p. 253. Muell.** *diem profestum diem sine feriis esse.* **Non. 434, 3.** *Profesti dies, a festivitate vacui.* **Plin. N. H. XVIII, 6, 8, 40.** *peiorem* (**esse patremfamilias**) *qui profestis diebus ageret quod feriatis deberet.*

3. *illorum enim dierum quibusdam horis fas est . . . ius dicere*] **Cf. Varro L. L. VI, 4, 31 sq.** *Intercisi dies sunt, per quos mane et vesperi est nefas, medio tempore inter hostiam caesam et exta porrecta fas; a quo quod fas tum intercedit, aut eo est intercisum nefas, intercisum. Dies qui vocatur sic: Quando rex comitiavit, fas, is dictus ab eo quod eo die rex sacrificiolus itat ad comitium, ad quod tempus est nefas, ab eo fas; itaque post id tempus lege actum saepe. Dies qui vocatur: Quando stercum delatum, fas, ab eo appellatus quod eo die ex aede Vestae stercus everritur et per Capitolinum clivom in locum defertur certum.* **Ovid. Fast. I, 49 sqq.** *Nec toto perstare die sua iura putaris: Qui iam fastus erit, mane nefastus erat. Nam simul exta deo data sunt, licet omnia fari, Verbaque honoratus libera praetor habet.*

inter caesa et porrecta] **„Proprie est, inquit Ernest. in Clav., tempus interiectum inter victimae mactationem et extorum in aram impositionem, quo tempore fari licet.“ Zeun. — Cf. III, 2, 2., ibique not., Varro, Ovid. ll. cc. Plenius Varro L. L. VI, 3, 16.** *inter quoius exta caesa et porrecta.* **Abierunt haec in proverbium, cf. Cic. ad Att. V, 18, 1.** *Ne quid inter caesa et porrecta, ut aiunt, oneris mihi addatur aut temporis.* **Erasmi Adag. Chil. I, Cent. 3, Ad. 60.**

cum adoletur] **sc. hostia, vel eius exta tantum. Cf. Ennius ap. Lactant. I, 11, 63.** *Eamque hostiam, quam ibi sacravit, totam adolevit.* **Ovid. Fast. III, 803.** *Viscera qui tauri flammis adolenda dedisset.* **Servius ad Virg. Aen. I, 704.** *Adolere proprie est augere. In sacris autem κατ' εὐφημισμὸν adolere per bonum omen dicitur. Nam in aris non adolentur aliqua, sed cremantur.* **Melius Doederlinus Synon. IV, p. 254. ad nidorem refert hoc verbum.**

4. *Sacra celebritas*] **i. e. dies festus.**

epulationibus celebratur vel cum ludi in honorem aguntur deorum vel cum feriae observantur. Feriarum autem publicarum ge- 5
nera sunt quattuor. Aut enim stativae sunt aut conceptivae aut imperativae aut nundinae. Et sunt stativae universi populi com- 6
munes certis et constitutis diebus ac mensibus et in fastis statis observationibus annotatae, in quibus praecipue servantur Agonalia Carmentalia Lupercalia: conceptivae sunt quae quotannis a magistratibus vel sacerdotibus concipiuntur in dies vel certos vel etiam incertos, ut sunt Latinae Sementivae Paganalia Compitalia:

Edd. vicahgspdzb.] *diis* A. *cum dis* S. 6. *in fas statis* P. — *observantur* GS. — *vel a sacerdotibus* B a sec. m. s-bP. — *in dies certos* (om. *vel*) s-bP. — *vel incertos etiam* G. — *sementinae: Paganalia* vi. *Paganalia: Sementinae*

cum dies divinis epulationibus celebratur] Cf. Arnob. VII, 32. *Iovis epulum cras est*, c. not. Hildebr. Idem epulum commemoratur a Livio XXV, 2, 10; XXXI, 4, 7; XXXIII, 42, 11. Valer. Max. II, 1, 2. Vid. Hartung. I. p. 164.

feriae] Cf. Festus ap. Paul. lib. VI, p. 85. Muell. *Feria a feriendis victimis vocata*, et p. 86. *Feriae aliae erant sine die festo, ut nundinae, aliae cum festo, ut Saturnalia, quibus adiungebantur epulationes ex proventu fetus pecorum frugumque.*

6. *Et sunt stativae* cet.] Cf. Fest. apud Paul. lib. XVII, p. 345. *Stata dicebantur sacrificia quae certis diebus fiebant*, et Ovid. Fast. II, 525 sq. *Curio legitimis nunc Fornacalia verbis Maximus indicit, nec stata sacra facit.* Varro L. L. VI, 3, 25. *statutos dies* dixit.

Agonalia] „In honorem Iani quotannis sunt celebrata. Vid. Ovid. Fast. I, 317.“ Zeun. — Cf. Varr. L. L. VI, 3, 12. *Agonales, per quos rex in regia arietem immolat, dicti ab agone, eo quod interrogatur a principe civitatis et princeps gregis immolatur.* Commemorantur c. 4. § 9. ubi vid. not.

Carmentalia] „Sacrificia tertio Idus Ian. celebrata in honorem Evandri matris, quam, uti auctor est Dionys. Hal. A. R. I, 31., Latini vocant *Carmentam*, sed Graeci Themin. Cf. Ovid. Fast. I, 461.“ Zeun. — Cf. Varro l. c. *Carmentalia nominantur, quod sacra tum et feriae Carmentis*, de qua vid. not. ad c. 5. § 1. Carmentalia agebantur bina a. d. III. Id. Ian. et XVIII. Kal. Febr. Cf. Ovid. l. c. et 617 sqq. Hartung. II, p. 199. Schwenck. p. 164 sq.

Lupercalia] „Sacrificia in honorem Panis, qui apud Arcadas antiquissimus habitus est deus, ab Evandro Arcade instituta et mense Febr. post solstitium hibernum celebrata. Dionys. Hal. Ant. I, 32.“ Zeun. — Cf. Varro l. c. 13. *Lupercalia dicta, quod in Lupercali luperci sacra faciunt*, i. e. in Luperci vel Panis Lycaei fano eius sacerdotes. Agebantur a. d. XV. Kal. Mart. Cf. Ovid. Fast. II, 265 sqq. Dionys. l. c. Hartung. II, p. 178. Schwenck. p. 140 sqq.

Conceptivae sunt cet.] Consentit Festus, nisi quod in incertos tantum dies has ferias dicit concipi, ap. Paul. lib. III, p. 62. Muell. *Conceptivae feriae ea festa dicebantur, quae incertis diebus observabantur quotannis, ut Sementinae Compitaliciae*, Varro L. L. VI, 3, 25 sq. non item. Nam is conceptivas ferias non eas solas vocat quae quotannis concipiantur, quas dicit *annales*, sed etiam *imperativas*. Addit enim: *Praeterea feriae conceptivae quae non sunt annales, ut hae quae dicuntur sine proprio vocabulo, aut cum perspicuo, ut Novendialis, sunt.* Vid. Merkel. ad Ovid. Fast. p. cliv.

Latinae] „Cf. Varro de L. L. V, 3. [l. c.]: *Similiter Latinae feriae dies conceptivus dictus a Latinis populis, quibus ex Albano monte ex sacris carnem petere fuit ius cum Romanis.*“ Zeun. — Vid. not. ad § 17., Hartung. II, p. 19 sq., Schwenck. p. 16 sqq.

Sementivae] „Cf. Varro l. c.: *Sementivae* [Muell. *Sementinae*] *fe-*

imperativae sunt quas consules vel praetores pro arbitrio potestatis indicunt: nundinae sunt paganorum itemque rusticorum, qui-
7 bus conveniunt negotiis propriis vel mercibus provisuri. Sunt praeterea feriae propriae familiarum, ut familiae Claudiae vel Aemiliae seu Iuliae sive Corneliae, et si quas ferias proprias
8 quaeque familia ex usu domesticae celebritatis observat. Sunt singulorum, uti natalium fulgurumque susceptiones, item funerum atque expiationum: apud veteres quoque qui nominasset Salutem Semoniam Seiam Segetiam Tutilinam ferias observabat: item fla-

[Mss. ABGPS.
c-g. — *paganorum id est rusticorum* v-gb „quod haud dubie est probandum propterea, quod non modo *itemque* in tali loco alienum est a consuetudine Macrobii, sed etiam discrimen inter utrumque hominum genus non apparet.“ Zeun. — *qui negociis* vl. 7. *Claudiae familiae* v-g (g in mg. *Claudianae*). 8. *ut in atanalium* A. *ut in natalium* Svl. *ut natalium* v3-b. — *observabant* P. — *flaminea* S a p. m. —

riae dies is, qui a pontificibus dictus: appellatus a semente, quod sationis causa susceptae. Cf. Ovid. Fast. I, 657.“ Zeun — Cf. Laurent. Lyd. III, 6.: *Αἱ τοῦ σπόρου ἑορταὶ αἱ λεγόμεναι παρὰ Ῥωμαίοις σημαντίβαι, τουτέστι σπόριμοι, οὐκ ἔλαχον ὡρισμένην ἡμέραν· ... ἤγοντο δὲ ἐπὶ δύο ἡμέρας, οὐκ ἐφεξῆς, ἀλλὰ μέσον γινομένων ἑπτά· καὶ τῇ μὲν πρώτῃ ἱεροποίουν Δήμητρι, οἷον τῇ Γῇ, .. εἶτα μετὰ ἑπτὰ ἡμέρας Κόρῃ.* Ovidius Fast. I. 661 sq.: *Utque dies incerta sacri, sic tempora certa, Seminibus iactis est ubi fetus ager.* Vid. Merkel. p. CLV. Hartung. II, p. 85. Schwenck. p. 198.

Paganalia] „Festa rusticorum. Vid. Ovid. Fast. I, 669.“ Zeun. — Cf. Varro l. c.: *Paganicae eiusdem agriculturae causa susceptae, ut haberent in agris omnes pagi, unde paganicae dictae sunt.* Dionysius Hal. A. R. IV, 15. refert a Servio Tullio terra in pagos divisa instituta esse Paganalia. Vid. Merkel. l. c., Hartung. II, p. 77., Schwenck. p. 197 sq., Becker. Handb. II, 1, p. 172.

Compitalia] „De his vid. nostrum supra cap. 7. [§ 34.].“ Zeun. — Vid. not. ad c. 4. § 9. Verba quibus concipi solebant leguntur ib. § 27.

Imperativae] Has in conceptivarum feriarum numero referre Varronem supra diximus. Cf. § 9. *indictis conceptisque.*

Nundinae] Vid. infra § 28 sqq.

paganorum itemque rusticorum] Videtur Macrobius distinxisse paganos et rusticos, sed quomodo, non liquet. Becker. Handb. II, 1, p. 174. id dicit, ut rusticas tribus urbanis, opponi paganos montanis, coll. Varr. L. L. VI, 24., orat. p. domo 28., Fest. p. 245.

negotiis propriis vel mercibus provisuri] Cf. § 34. *ad mercatum legesque accipiendas.*

7. *ut familiae Claudiae cet.*] Non videtur Macrobius cogitare de certis quibusdam feriis, sed exempli tantum causa commemorare familias nonnullas satis notas.

8. *natalium fulgurumque susceptiones cet.*] Cf. Censorin. c. 2 et 3. Hartung. I. p. 38 sq., p. 126 sq., Liv. I, 20, 6 et 7. *Cetera quoque omnia publica et privata sacra pontificis scitis subiecit* (Numa). .. *Nec caelestes modo cerimonias, sed iusta quoque funebria placandosque Manes, ut idem pontifex edoceret, quaeque prodigia fulminibus aliove quo visu missa susciperentur atque curarentur.* Horat. Od. III, 8; IV, 11, 17.

Salutem] Hanc Romanis eandem deam fuisse ac Graecis Hygeam demonstrat Kopp. ad Martian. I, § 45.

Seiam Segetiam Tutilinam] Cf. Augustin. IV, 8. *Sata frumenta quamdiu sub terra essent, praepositam voluerunt habere deam Seiam: cum vero iam super terram essent et segetem facerent, deam Segetiam: frumentis vero collectis atque reconditis, ut tuto servarentur, deam Tutilinam praeposuerunt.* Paulo aliter Plinius N. H. XVIII, 2. § 8. *Hos enim deos tunc maxime nove-*

minica quotiens tonitrua audisset feriata erat, donec placasset
deos. Adfirmabant autem sacerdotes pollui ferias, si indictis con- 9
ceptisque opus aliquod fieret. Praeterea regem sacrorum flami-[278]
nesque non licebat videre feriis opus fieri: et ideo per praeconem
denuntiabant, ne quid tale ageretur, et praecepti neglegens mul-
tabatur. Praeter multam vero adfirmabatur eum qui talibus die- 10
bus inprudens aliquid egisset porco piaculum dare debere: pru-
dentem expiare non posse Scaevola pontifex adseverabat: sed Um-
bro negat eum pollui qui opus vel ad deos pertinens sacrorumve
causa fecisset vel aliquid ad urgentem vitae utilitatem respiciens
actitasset. Scaevola denique consultus, quid feriis agi liceret, re 11

Edd. vicabgspdzb.]

feriata esset G a p. m. 9. *aliquod opus* S. — *ideo* (om. *et*) s-b. — *per praeciam* coni. Meurs. qui adnotavit: „Nam quibus id muneris dabatur *Praeciae* dicebantur. Cf. Fest. s. h. v. Scioli isti librarii non intelligentes in *praeconem* mutarunt, bella et felici, ut videbatur, emendatione.“ — *denuntiabant* B. *denuntiabatur* s-bP. 10. *affirmabant* v-gb. „quod concinnius videtur et superiori *affirmabant autem* melius respondet.“ Zeun. — *dari* B (G a p. m.). *expiari* „B“ „Num forte pro *dare* legi debet *facere?* aut *porcum piaculo dare?*“ Zeun. — *affirmabat* Ps-z „Libri prisci *asseverabat:* nam vix versu supra dictum iam *affirmabant.*“ Pont. „Lege *asseverabat*, ut repetitio fastidiosa verbi *affirmare* vitetur, quam auctor magnopere fugit.“ Zeun. — *sacrorumve* (om. *causa*) A* „Nec est cur exprimamus *causa.*“ Pont. 11. *Quapropter*

rant, Sciamque a serendo, Segestam a segetibus appellabant, quarum simulacra in circo videmus. Tertiam ex his nominare sub tecto religio est. Tertia illa videtur fuisse Tutilina. Cf. Varron. apud Non. 247, 29. *Tutilinam inauspicato nominari nefas erat.* Hartungus II, 131. censet fuisse Semoniam.

flaminica] „Vid. Gellius X, 15.“ Zeun. Ubi non haec ipsa sed similes commemorantur flaminum et flaminicarum religiones. Cf. § 30.

9. *per praeconem denuntiabant*] Hi praecones alias dicebantur *praeciae* vel *praeciamitatores*. Cf. Fest. ap. Paul. l. XIV. p. 224. Muell. *Praecias dicebant qui a flaminibus praemittebantur, ut denuntiarent opificibus, manus abstinerent ab opere, ne, si vidisset sacerdos facientem opus, sacra pollucrentur*, et lib. XVI, p. 248. *Praeciamitatores* (al. *Praeclamitatores*) *dicebantur qui flamini Diali .. antecedebant clamantes, ut homines se ab opere abstinerent, quia his opus facientem videre irreligiosum erat*, ubi non additur feriis tantum hoc esse factum. Macrobio autem consentit Servius ad Virg. Georg. I, 268: *Sunt enim aliqua, quae si festis diebus fiant, ferias polluant: quapropter et pontifices sacrificaturi praemittere calatores suos solent, ut sicubi viderint opifices adsidentes opus suum prohibeant, ne pro negotio suo et ipsorum oculos et cerimonias deum attaminent.* Cf. Plut. Quaest. Rom. 25. Ῥωμαῖοι δὲ τὸ παλαιὸν ἐν ταῖς ἑορταῖς οὐδὲν ᾠκονόμουν οὐδὲ ἐφρόντιζον ἀλλ᾽ ἢ περὶ τοὺς θεοὺς ἠσχολοῦντο, καὶ τοῦτο ἔπραττον, ὥσπερ ἔτι νῦν προκηρύττουσιν οἱ ἱερεῖς ἐπὶ τὰς θυσίας βαδίζοντες, et Num. 14., ubi legitur: ὅταν ἄρχων πρὸς ὄρνισιν ἢ θυσίαις διατρίβῃ, βοῶσιν ὂκ ἄγε.

10. *porco piaculum dare*] Similiter Cicero de leg. II, 22, 57. *porco femina piaculum pati*, et, id quod magis mirum est, Liv. VIII, 10, 12. *piaculum hostia caedi.*

prudentem expiare non posse] sc. commissum. An legendum est cum cod. „B“ *expiari?* Cf. Varro L. L. VI, 4, 30. *Praetor qui tum fatus est, si imprudens fecit, piaculari hostia facta piatur: si prudens dixit, Q. Mucius ambigebat eum expiari ut impium non posse.*

spondit: quod praetermissum noceret. Quapropter si bos in specum decidisset eumque paterfamilias adhibitis operis liberasset, non est visus ferias polluisse: nec ille qui trabem tecti fractam
12 fulciendo ab inminenti vindicavit ruina. Unde et Maro omnium disciplinarum peritus, sciens lavari ovem aut lanae purgandae aut scabiei curandae gratia, pronuntiavit tunc ovem per ferias licere mersari, si hoc remedii causa fieret:

Balantumque gregem fluvio mersare salubri.

Adiciendo enim *salubri* ostendit avertendi morbi gratia tantummodo, non etiam ob lucrum purgandae lanae causa, fieri conces-
13 sum. Haec de festis et qui inde nascuntur, qui etiam nefasti vocantur. Nunc de profestis et qui ex his procedunt loquamur, id
14 est fastis comitialibus conperendinis statis praeliaribus. Fasti sunt quibus licet fari praetori tria verba sollemnia, *do dico addico;*
[279] his contrarii sunt nefasti: comitiales sunt quibus cum populo agi licet; et fastis quidem lege agi potest, cum populo non potest, comitialibus utrumque potest: conperendini quibus vadimonium licet dicere: stati qui iudicii causa cum peregrino instituuntur, ut Plautus in Gurgulione:

[Edd. ABGPS.

om. s-z „quam particulam sensus videtur postulare." Zeun. — *fulciendo fractam* G. 12. *scabie* A. *scabiae* Bv. — *Balantumque*] Georg. I, 272. — *mersare adiiciendoque salubri* (om. priori *salubri*) S. 13. *nefasti* A a sec. m. Edd. P15 (P2 a p. m.). *nefesti* A a p. m. BGSM123 P57. — *loquamur* v-gbP. — *praeliaribus* AGv-g. *preliabus* (sup. *ri*) S. *proelialibus* Bs-bP. 14. *comitiales ... utrumque potest* om. S. — *licet agi cum populo* G. — *in Gurgulione*] I, 1, 5. — *Gurgulione. status* ABPSviaM13P2567. *Curgulione. status* GM2. *Curculione: Si status*

11. *si bos in specum decidisset*] Comparavit Pontanus Evangelium Matthaei c. 12. v. 2. et Lucae c. 14. v. 5.

12. *sciens lavari ovem aut lanae purgandae aut scabiei curandae gratia*] Cf. III, 3, 11 sq. et Cato R. R. 96. *Deinde lavito (oves) in mari: si aquam marinam non habebis facito aquam salsam, ea lavito. Si haec sic feceris, neque scabrae fient et lanae plus et meliorem habebunt.* Colum. II, 22. *Vetant quoque lanarum causa lavari oves, nisi propter medicinam: ... sunt enim vitia quorum causa pecus utile sit lavare.*

13. *qui etiam nefasti vocantur*] Cf. § 14.

de profestis] Cf. § 2.

14. *Fasti sunt quibus licet fari ..: his contrarii sunt nefasti*] Cf. Varro L. L. VI, 4, 29 sq. *Dies fasti, per quos praetoribus omnia verba sine piaculo licet fari ... Contrarii horum vocantur dies nefasti, per quos dies nefas fari praetorem: do dico addico; itaque non potest agi; necesse est enim aliquo eorum uti, cum lege quid peragitur*, ibid. 7, § 53., Fest. ap. Paul. Diac. lib. VI. p. 93. Muell., ibid. lib. XII. p. 164 sq. Liv. l. c. ad § 2. Ovid. l. c. ad § 3. Rein Privatrecht p. 455 sq. Gellius N. A. IV, 9, 5. *Religiosi dies dicuntur tristi omine infames impeditique, in quibus et res divinas facere et rem quampiam novam exordiri temperandum est, quos multitudo imperitorum prave et perperam nefastos appellant;* et V, 17, 1., ubi dies *atri* distinguuntur a nefastis.

Comitiales] Cf. Varro VI, 4, 29. *Comitiales dicti, quod tum ut coiret populus constitutum est ad suffragium ferendum; nisi si quae feriae conceptae essent, propter quas non liceret, ut Compitalia et Latinae.* Fest. ap. Paul. lib. III. p. 38. Muell., Ovid. Fast. I, 53.

Conperendini, quibus vadimonium licet dicere] Forcellin. haec interpretatur: „i. e. in quos transferri

— *Status condictus cum hoste intercessit dies.*

Hostem nunc more vetere significat peregrinum. Praeliares ab 15
iustis non segregaverim, siquidem iusti sunt continui triginta dies quibus exercitui imperato vexillum russi coloris in arce positum

Edd. vicahgspdzb.]

ch-b. 15. *Praeliares* Gv-g. *preliares* ASP7. *proeliares* B. *proeliales* s-bP. — *a iustis* BG. — *continui* om. P (G add. a sec. m.). — *exercitu imperato* coni. Meurs. *exercitui imperando* coni. Zeun. Vid. not. — *ruffi* vi. *rufi* c-g (h in mg.: „*russi* ant.“). — *preliares* ASP7.

licet causae actionem“, et addit Gai. Instit. IV. § 15. *Posteaquam iudex datus esset, comperendinum diem, ut ad iudicem venirent, denuntiabant.* Neque tamen *quibus* est dativus. Sed *vadimonium dicere* videtur esse explicandum ut *causam dicere*, ut sit agere causam vadimonio in certam quandam diem dilatam. Sic *vadimonium sistere* dicit Cato ap. Gell. II, 14, 1. et Cic. p. Quint. 8, 29., et *respondere vadato* Horat. Sat. I, 9, 36.

Stati] Cf. Fest. l. XVIII. p. 314. Muell.: *Status dies vocatur qui iudicii causa est constitutus cum peregrino: eius enim generis ab antiquis hostes appellabantur quod erant pari iure cum P. R. atque hostire ponebatur pro aequare. Plautus* cet. Vid. not. seq.

Hostem nunc more vetere significat peregrinum] Cf. Festus l. c. et Cic. de off. I, 12, 37.: *Hostis enim apud maiores nostros is dicebatur, quem nunc peregrinum dicimus. Indicant duodecim tabulae ut* STATVS DIES CVM HOSTE, quem locum citavit Zeunius.

15. *Praeliares a iustis non segregaverim*] C. O. Muellerus ad Festum p. 103. bene monuit non dicere Macrobium dies iustos eosdem esse quos praeliares, sed se non disiunctim tractare velle iustos et praeliares. Adde, quod utrosque ad rem militarem pertinere intelligebat.

iusti sunt cet.] Cf. Festus ap. Paul. lib. IX, p. 103. Muell.: *Iusti dies dicebantur triginta, quum exercitus esset imperatus et vexillum in arce positum.* Etiam in iudiciis hoc nomen obtinebat. Cf. Gell. XX, 1, 42.: *Confessi igitur aeris ac debiti iudicatis triginta dies sunt dati conquirendae pecuniae causa, quam dissolverent, eosque dies decemviri iustos appellaverunt, velut quoddam iustitium, i. e. iuris inter eos quasi interstitionem quandam et cessationem, quibus diebus nihil cum iis agi iure posset.*

exercitui imperato] „Non est, quod cum Meursio legamus *exercitu.* Nam eiusmodi dativi loco praepositionis *ad* haut infrequentes sunt, inprimis apud Livium. Sed pro *imperato* sensus requirit *imperando*, ut esset sensus ad exercitum imperandum, h. e. delectum militum habendum, erectum esse vexillum. Caeterum hunc ritum respicit Cicero ad Attic. X, 17. [immo 15, 2.] Phil. V. [11, 29.]: *num quando perditis civibus vexillum quo concurrant, defuturum putatis?*“ Zeun. — Dativus bene se habet, dum intelligas: *quo concurrat.* Quid sit *exercitum imperare*, bene docuit I. F. Gronovius Observ. lib. I. cap. 1.: idem non recte Varronem L. L. VI, 88 sqq. et Laelium Felicem apud Gellium XV, 27, 4. secutus ad comitia tantum centuriata hanc dictionem retulit. Ad rem militarem eam retulisse Macrobium apparet, et consentit Servius ad Virg. Aen. VIII, 1. Vid. Mueller. ad Festum l. c.

vexillum russi coloris in arce positum est] Cf. Fest. l. c. et Serv. l. c., ubi legitur: *Qui fuerat ducturus exercitum, ibat ad Capitolium et exinde proferens duo vexilla unum roseum* (al. *russeum*), *quod pedites evocabat, et unum caeruleum, quod erat equitum .... Alii album et roseum vexilla tradunt et roseum bellorum, album comitiorum signum fuisse.* In Capitolio, non in Ianiculo, vexillum positum esse contra Dion. Cassium (cf. XXXVII, 27: ἀνέδραμεν ἐς τὸ Ἰανίκουλον .. καὶ τὸ σημεῖον τὸ στρατιωτικὸν κατέσπασεν) defendit Lipsius de milit. Rom. I, 3, p. 21 sq.

est, praeliares autem omnes quibus fas est res repetere vel ho-
16 stem lacessere. Nam cum Latiar, hoc est Latinarum sollemne, concipitur, item diebus Saturnaliorum, sed et cum Mundus patet,
17 nefas est praelium sumere: quia nec Latinarum tempore, quo publice quondam induciae inter populum Romanum Latinosque firmatae sunt, inchoari bellum decebat, nec Saturni festo, qui sine ullo tumultu bellico creditur imperasse, nec patente Mundo, quod sacrum Diti patri et Proserpinae dicatum est: meliusque occlusa
18 Plutonis fauce eundum ad praelium putaverunt. Unde et Varro ita scribit: *Mundus cum patet, deorum tristium atque inferum*

[Mss. ABGPS.
proeliares BG. *proeliales* s-bP. — *res* om. SP7. 16. *latiarum* v. *latia* ic. *latiare* ag. — *hoc* (om *est*) P7. — *incipitur* A „in B supra con scriptum *in*, sicut in alio Angl. *incipitur*". 17. *Quare nec* v-g. — *quod publice* BG. — *nam saturni* A. 18. *quom* v. — *dilectum*

praeliares] Cf. Fest. ap. Paul. lib. XIV. p. 226. Muell. *Praeliares dies appellantur, quibus fas est hostem bello lacessere. Erant enim quaedam feriae publicae, quibus nefas fuit id facere.*

res repetere] Cf. Varro L. L. V, 15, 86. *Per hos* (feciales) *fiebat ut iustum conciperetur bellum. ... Ex his mittebantur, antequam conciperetur, qui res repeterent.*

16. *Latiar, hoc est Latinarum sollemne*] Cf. Cic. ad Quint. fr. II, 4 extr. *Dies erant duo qui post Latinas habentur religiosi: ceteroqui confectum erat Latiar.* Praeterea vid. not. ad § 6. Klausen. Aen. p. 792 sqq.

diebus Saturnaliorum .. nefas est praelium sumere] Cf. c. 10. § 1. *bellum Saturnalibus sumere nefas habitum*, ubi vid. not.

cum Mundus patet] „Ex Plutarcho in Romulo p. 23. [c. 11.], Festo et Servio ad Aen. III, 134. patet *mundum* fuisse fossam seu aram deorum inferorum." Zeun. — Festi lib. XIII. p. 154 sq. Muell. verba haec sunt: *Mundus, ut ait Capito Ateius in lib. VII. pontificali, ter in anno patere solet, diebus his: postridie Volcanalia* [i. e. a. d. IX. Kal. Aug. Adde: *et ante diem III. Non. Oct.*] *et ante diem VI. Id. Nov.: qui quid ita dicatur sic refert Cato in commentariis iuris civilis: Mundo nomen inpositum est ab eo mundo qui supra nos est: forma enim eius est, ut ex his qui intravere cognoscere potui adsimilis illi. Eius inferiorem partem veluti consecratam dis Manibus clausam omni tempore, nisi his diebus qui supra scripti sunt, maiores censuerunt habendam, quos dies etiam religiosos iudicaverunt ea de causa, quod quo tempore ea quae occultae et abditae religionis deorum Manium essent, veluti in lucem quandam adducerentur, et patefierent, nihil eo tempore in rep. geri voluerunt: itaque per eos dies non cum hoste manus conserebant, non exercitus scribebatur, non comitia habebantur, non aliud quicquam in rep., nisi quod ultima necessitas admonebat, administrabatur.* Vid. § seq. et Hartung. II. p. 91. Schwenck. Myth. d. Roem. p. 228 sq. Creuzer. III. p. 570. Mueller. Etr. II. p. 96.

17. *quia nec Latinarum tempore ... inchoari bellum decebat*] Cf. Dionys. A. R. IV, 49. *Τοῦ δὲ μένειν εἰς ἅπαντα τὸν χρόνον τὰ συγκείμενα ταῖς πόλεσι πρόνοιαν ὁ Ταρκύνιος λαμβάνων ἱερὸν ἔγνω κοινὸν ἀποδεῖξαι Ῥωμαίων τε καὶ Λατίνων· ... ἀγαπητῶς δὲ πάντων τὸ πρᾶγμα δεξαμένων τόπον μὲν ἀπέδειξεν ἔνθα ποιήσονται τὴν σύνοδον, ἐν μέσῳ μάλιστα τῶν ἐθνῶν κείμενον, ὄρος ὑψηλὸν, ὃ τῆς Ἀλβανῶν ὑπέρκειται πόλεως, ἐν ᾧ πανηγύρεις τε ἀνὰ πᾶν ἔτος ἄγεσθαι καὶ ἐκεχειρίας εἶναι πᾶσι πρὸς πάντας ἐνομοθέτησε, θυσίας τε συντελεῖσθαι κοινὰς τῷ Λατιαρίῳ Διῒ καὶ συνεστιάσεις. .. ταύτας τὰς ἑορτάς τε καὶ θυσίας μέχρι τῶν καθ' ἡμᾶς χρόνων τελοῦσι Ῥωμαῖοι Λατίνας καλοῦντες*, et not. ad c. 10. § 1.

qui sine ullo tumultu bellico creditur imperasse] Cf. c. 7. § 23 sqq.

quasi ianua patet: propterea non modo praelium committi, verum etiam dilectum rei militaris causa habere, ac militem proficisci, navem solvere, uxorem liberum quaerendorum causa ducere, religiosum est. Vitabant veteres ad viros vocandos etiam dies qui es- 19
sent notati rebus adversis: vitabant etiam feriis, sicut Varro in Augurum libris scribit in haec verba: *Viros vocare feriis non oportet: si vocavit, piaculum esto.* Sciendum est tamen eligendi 20
ad pugnandum diem Romanis tunc fuisse licentiam, si ipsi infer- [280]
rent bellum: at cum exciperent, nullum obstitisse diem, quo minus vel salutem suam vel publicam defenderent dignitatem. Quis enim observationi locus, cum eligendi facultas non supersit? Dies autem postriduanos ad omnia maiores nostri cavendos pu- 21
tarunt, quos etiam atros velut infausta appellatione damnarunt: eosdem tamen nonnulli communes velut ad emendationem nominis vocitaverunt. Horum causam Gellius Annalium libro quinto decimo et Cassius Hemina Historiarum libro secundo referunt.

Edd. vicahgspdzb.] BM (AG a p. m.). *delectum* S (AG a sec. m.) Edd. P. — *ad militem* (sup. c) A. — *navim* s-bP. 19. *scripsit* BG. — *in augurum libris* (vel *libro*) *scribit inesse haec verba* coni. Merkel. ad Ovid. Fast. p. cxv., coll. Gell. XIII, 14. Serv. ad Aen. III, 537; VIII, 95 al. — *oportere* S. 20. *fuisse tunc* S. — *aut* (del. *u*) *cum acciperent* (sup. *ex*) A. 21. *postridianos* As-bP. — *eiusdem* P. — *vocitarunt* G. — *Gallius* i. — *deci-*

18. *Mundus cum patet, deorum .. inferum quasi ianua patet*] Haec satis clare demonstrant Pontanum non recte cogitare de Cereris Eleusiniae mundo quem commemorat Apuleius de mag. c. 13. Debebat potius respicere ad ea quae leguntur apud Paul. Diac. p. 128. Muell.: *Manalem lapidem putabant esse ostium Orci per quod animae inferorum ad superos manarent, qui dicuntur manes.* Cf. Creuzer. et Mueller. ll. cc.

19. *ad viros vocandos*] „Etsi alias haec forma significat populum ad censum vocare [cf. Varr. L. L. VI, 9, 86.]: cum tamen hic de re militari sit sermo, videtur valere milites (qui saepe viri vocantur, ut in illo *vir virum legit*) certo ritu ad proelium invitare." Zeun. — Immo ad militiam convocare. Cf. Serv. ad Virg. Aen. X, 241.: *Viros vocari significat eos qui necessitate in bellum, non voluntate, conveniunt.*

qui essent notati rebus adversis] Qui dicebantur *atri* et *religiosi*. Vid. praeter ea quae h. l. sequuntur Gellium ll. cc. ad § 14. Talis erat inprimis *dies Alliensis* (XV. Kal. Sext.), de quo vid. Varron. L. L. VI, 4, 32. et F. Lachmann. in dissertatione Gottingae 1822 scripta. Hartung. I. p. 152. et praeter ea quae citantur ad § 21. Lips. Excurs. ad Tac. Ann. XV. c. 31.

si vocavit] Omittitur more Graeco subiectum *aliquis*, vel *is cui hoc negotium datum est.*

20. *cum exciperent*] sc. ab aliis illatum. Sic Latini dicunt *excipere impetus* (Caes. B. C. I, 58, 1.), Graeci ἀναδέχεσθαι πόλεμον (Polyb. I, 88, 12. al.).

21. *Dies autem postriduanos* cet.] „Conf. Gellius V, 17." Zeun. — Gellii verba sunt haec: *Verrius Flaccus in quarto de verborum significatu dies qui sunt postridie Kalendas Nonas Idus, quos vulgus imperite nefastos dicit, propter hanc causam dictos habitosque atros esse scribit* cet. Adde c. 15. § 22. Ovid. Fast. I, 58. Varr. L. L. VI, 4, 29. Fest. lib. XII. ext. p. 178. lib. XVII, p. 278. Muell. Liv. VI, 1, 12. Hartung. l. c. Merkel. ad Ovid. Fast. p. xxxiii. Sed nomen *dies postriduani* praeter Macrobium (et h. l. et c. 15. § 22.) nemo habet scriptorum Latinorum.

communes] i. e. omnibus pariter infausti.

22 Anno ab urbe condita trecentesimo sexagesimo tertio a tribunis
militum Virgilio Mallio Aemilio Postumio collegisque eorum in
senatu tractatum, quid esset propter quod toties intra paucos an-
nos male esset afflicta res publica; et ex praecepto Patrum L.
Aquinium haruspicem in senatum venire iussum religionum re-
23 quirendarum gratia dixisse: Q. Sulpicium tribunum militum ad
Alliam adversus Gallos pugnaturum rem divinam dimicandi gratia
fecisse postridie Idus Quintiles, item apud Cremeram multisque
aliis temporibus et locis post sacrificium die postero celebratum
24 male cessisse conflictum. Tunc Patres iussisse ut ad collegium
pontificum de his religionibus referretur, pontificesque statuisse
postridie omnes Kalendas Nonas Idus atros dies habendos, ut hi
25 dies neque praeliares neque puri neque comitiales essent. Sed et

[Mss. ABGPS.

moquinto hg (v-a *XV.*). 22 *tribunis* (om. *a*) z. — *Virgilio* BPS ag-zM12. *vergilio* M3. *vergillio* G. *vergio* A „2 Angl.". *Virgulo* vich. *Virginio* b „Haec nomina corrupta corrigenda sunt ex Liv. VI, 1. *Virginio, Manlio, Aemilio, Postumio.*" Zeun. — *Mallio* Mss. v1s-zM123. *Manlio* v3-gb. — *Aemilio* ABGP (S a sec. m.) s-bM3. *aelio* S a p. m. *aeolio* M12. *Eolio* vich. *Coelio* h (g *Caelio*). — *Postumio* As-bBGP M1. *Posthumio* v-gM23. *posthumo* S. — *inter* v-g. — *Licinium* v1. *Lucinium* v2. *Locinium* v3. — *Aquilium* verum esse censent Lachmann. de die Alliensi p. 4. et Mueller. Etr. II. p. 35. — *haruspicem* Bs-bP. *aruspicem* AGc-g. *auruspicem* Svi. 23. *Q. Sulpicium ... postridie Idus*] Gell. N. A. V, 17, 2. — *quintum supplicium* A. — *Aliam* s-z. — *adversum* Edd. P. — *fecisse dimicandi gratia* G. — *quintilis* v-g. 24. *praeliares* AGv-g. *preliares* S. *proeliares* B. *proeliales* s-bP.

22. *Anno ab urbe condita trecentesimo sexagesimo tertio cet.*] Ab Orellio in Fast. cons. p. XVI. a. u. c. CCCLXIV., qui est vulgo annus CCCLXV., afferuntur tribuni militares consulari potestate *L. Verginius Tricostus*, *A. Manlius Capitolinus*, *L. Aimilius Mamercinus II.*, *L. Postumius Regillensis Albinus*, *L. Valerius Poplicola II.*, *P. Cornelius:* iidem a Livio VI, 1, 8.

Virgilio Mallio] Haec nomina licet e Livio mutanda sint in *Virginio Manlio*, id quod docuit Zeunius, libris tamen mss. obsequendum putavi.

collegisque eorum] i. e. L. Valerio et P. Cornelio.

23. *item apud Cremeram .. post sacrificium die postero celebratum male cessisse conflictum*] Apud Cremeram bello Veiente cecidisse sex et trecentos Fabios constat: C. Horatio et T. Menenio consulibus a. u. c. CCLXXVI. Cf. Liv. II, c. 50 sq. Gell. N. A. XVII, 21, 13. Verba *die postero* Lipsius in excursu ad Taciti Annal. lib. XV, c. 41., quem cum Livio VI, 1. citavit Zeunius, non recte coniunxit cum verbis *male cessisse conflictum*, ideoque iniuste reprehendit Macrobium. Videtur autem *die postero* h. l. idem esse quod *die postriduano*. Alio eoque vulgari sensu in eadem re exponenda verbis *postero die* bis usus est Livius II, 48, 10, et 49, 2. Ceterum Macrobius auctores suos non dicit referre clades ad Alliam atque ad Cremeram eodem die esse acceptas, id quod legitur apud Liv. VI, 1, 11., Plutarch. Camill. c. 19., Tacit. Hist. II, 91.: minus igitur quam hi scriptores abhorret a ratione Ovidii, qui Idibus Februariis dicit (Fast. II, 195.) cecidisse Fabios. Namque verba Macrobii non prohibent quin postridie Idus Februarias hoc factum esse putetur. Cf. Merkel. p. LXIII et CIII. — *Conflictus* significat pugnam, ut apud Pacat. Paneg. ad Theodos.

24. *ut hi dies neque praeliares neque puri neque comitiales essent*] Cf. §§ 14 et 15. *Dies puri* alias non commemorantur, ut quis putare possit esse legendum *neque*

Fabius Maximus Servilianus pontifex in libro XII. negat oportere
atro die parentare; quia tunc quoque Ianum Iovemque praefari|281|
necesse est, quos nominari atro die non oportet. Ante diem 26
quoque quartum Kalendas vel Nonas vel Idus tamquam inomina-
lem diem plerique vitant. Eius observationis an religio ulla sit
tradita quaeri solet: sed nos nihil super ea re scriptum inveni-
mus, nisi quod Q. Claudius Annalium quinto cladem illam vastis-
simam pugnae Cannensis factam refert ante diem quartum Nonas
Sextiles. Ad rem sane militarem nihil attinere notat Varro, 27
utrum fastus vel nefastus dies sit, sed ad solas hoc actiones re-
spicere privatas. Quod autem nundinas ferias dixi potest argui, 28
quia Titus de feriis scribens nundinarum dies non inter ferias re-
tulit sed tantum sollemnes vocavit: et quod Iulius Modestus ad-
firmat Messala augure consulente pontifices, an nundinarum Ro-
manarum Nonarumque dies feriis tenerentur, respondisse eos nun-
dinas sibi ferias non videri: et quod Trebatius in libro primo Re-
ligionum ait nundinis magistratum posse manu mittere iudiciaque

Edd. vicahgspdzb.]

25. *praefare* A. 26. *Ante diem ... Sextiles*] Gell. l. c. § 3. — *Ante quartum* (om. *diem quoque*) A. — *innominalem* coni. Meurs. adiiciens: „Innominalis est nefastus". — *sextilis* Sv-g. 27. *Ad eam rem* S. 28. *nundinis* (sup. *a*) A. — *dixi*] § 8. — *Titius* dzb. *Cincius* coni. Merkelius in prolegg. ad Ovid. Fast. p. LXXVI., adiiciens: „ea nomina permutata sunt apud Io. Sarisber. VIII, 7. vel potius apud Macrobium II, 9. [III, 13, 13.], ubi vide Meursium", probante M. Hertzio de Luc. Cinciis p. 35 sq. cf. III, 2, 11. — *nundinens* (sup. *as*) A. —

iusti. Sed purus dies videtur opponi religioso, ut apud Ciceronem de legg. II, 22, 57. *familia pura* opponitur *funestae*, quae religione teneatur (cf. ib. § 55.). Noctes dicuntur *pure* haberi, quae sint a voluptate liberae, Plaut. Asin. IV, 1, 62.

25. *negat oportere atro die parentare*] Cf. Cic. l. c. § 55. *Eas* (denicales ferias) *in eos dies conferre ius, ut neque ipsius neque publicae feriae sint*. Cf. Hartung. I. p. 50.

Ianum Iovemque praefari] Cf. c. 9. §§ 3 et 9. et quae attulit Hartung. II. p. 32. Varro ap. Augustin. de civ. dei VII, 9. *Penes Ianum prima, penes Iovem summa*, Cato R. R. 134. *Thure vino Iano Iovi Iunoni praefato* et 141. *Ianum Iovemque vino praefamino*, Liv. VIII, 9, 3. *Iane, Iupiter* cet.

26. *inominalem diem*] i. e. diem infaustum, mali ominis. De hoc die Cannensi et de aliis qui erant similiter religiosi, vid. Merkel. ad Ovid. Fast. p. XXXIII.

27. *utrum fastus vel nefastus dies sit*] *Utrum — vel* pro *utrum — an* alias nusquam apud Macrobium me legere memini.

28. *et quod Iulius Modestus*] Particula *quod* h. l. et infra in verbis *et quod Trebatius* post antecedens *quia* eo magis offendit, quod in principio huius enuntiati alio sensu legitur *quod*.

Messala] Quis hic fuerit non constat.

magistratum posse manu mittere] sc. servum vindicta. Cf. Rein. Privatrecht p. 271 sq. Proprie quidem non manu misit servum magistratus, sed dominus apud magistratum. Cf. Liv. XLI, 9, 10 sq. *Ad legem et edictum consulis senatus consultum adiectum est: ut dictator consul interrex censor praetor qui nunc esset, apud eorum quem manu mitteretur, in libertatem vindicaretur, ut iusiurandum daret qui eum manu mitteret, civitatis mutandae causa manu non mittere*.

iudiciaque addicere] Cf. verba solennia (§ 13.) *do dico addico*, et Varr. L. L. VI, 7, 61. *Hinc illa: .. prodixit diem, addixit iudicium*,

29 addicere. Sed contra Iulius Caesar sexto decimo Auspiciorum libro negat nundinis concionem advocari posse, id est cum populo agi: ideoque nundinis Romanorum haberi comitia non posse. Cornelius etiam Labeo primo Fastorum libro nundinis ferias esse
30 pronuntiat. Causam vero huius varietatis apud Granium Licinianum libro secundo diligens lector inveniet. Ait enim nundinas Iovis ferias esse, siquidem flaminica omnibus nundinis in regia Iovi arietem soleat immolare: sed lege Hortensia effectum ut fa-
[282] stae essent, uti rustici, qui nundinandi causa in urbem veniebant, lites conponerent: nefasto enim die praetori fari non licebat.
31 Ergo qui ferias dicunt a mendacio vindicantur patrocinio vetustatis: qui contra sentiunt aestimatu aetatis quae legem secuta
32 est vera depromunt. Harum originem quidam Romulo adsignant, quem communicato regno cum T. Tatio sacrificiis et sodalitatibus institutis nundinas quoque adiecisse commemorant, sicut Tu-
33 ditanus adfirmat. Sed Cassius Servium Tullium fecisse nundinas dicit, ut in urbem ex agris convenirent urbanas rusticasque res ordinaturi. Geminus ait diem nundinarum exactis iam regibus coepisse celebrari, quia plerique de plebe repetita Servii Tullii memoria parentarent ei nundinis: cui rei etiam Varro consentit.

[Mss. ABGPS.

adiicere vichg. 29. *decimosexto* hg. — *nundinas ferias* G a sec. m.; S a p. m. *nundinis feriis* A. 30. *Caium Licinianum* g in mg. — *invenit* vl. — *ut rustici* A. 32. *quidem* ch. — *tutidanus* ABG; cf. c. 13. § 22. *tudidanus* S. *tutidianus* P. 33. *ut et in* vl. *in* (sup. add. *ut*) G. — *Geminius* g „sola editio Lugdunensis" Pont. „V. c. Sed *Geminus* rectum est." Meurs. — *servi* AB. — *in nundinis* s-bP.

quod interpretantur „litigandi potestatem fecit", et in verbis XII. tabularum apud Gell. XVII, 2, 10. *Post meridiem praesenti litem addicito.*

29. *haberi comitia non posse*] Cf. § 14. et Fest. l. XIII. p. 173. Muell. *Nundinas feriarum diem esse voluerunt antiqui, ut rustici convenirent mercandi vendendique causa, eumque nefastum, ne, si liceret cum populo agi, interpellarentur nundinatores.* Plin. N. H. XVIII, 3, § 13. *Nundinis urbem revisitabant et ideo comitia nundinis haberi non licebat, ne plebs rustica avocaretur.*

nundinis ferias esse pronuntiat] Cf. Fest. l. c. et ap. Paul. Diac. lib. VI. p. 86. Muell. *et aliae* (feriae) *erant sine die festo, ut nundinae.* et Mueller. Etr. II. p. 325.

30. *diligens lector*] Cf. Comm. II, 5, 28. *non otiosus lector.*

siquidem flaminica .. soleat immolare] Cf. de flaminica § 8., et de toto hoc sacro Hartung. I, pp. 151., 159., II. p. 33. Pellegrin. Andeut. pp. 40, 77, 108.

in regia] Vid. not. ad c. 15. § 19.

lege Hortensia] Videtur lata esse a Q. Hortensio dictatore a. u. c. CCCCLXVII. Vid. Real-Enc. II. p. 538., IV. p. 974., V. p. 777.

qui .. veniebant] Vid. not. ad c. 14. § 6.

nundinandi causa] Cf. Fest. l. c. ad § 29. *mercandi vendendique causa*, et § 34.

nefasto .. non licebat] Cf. § 14.

31. *aestimatu aetatis*] Vid. not. ad c. 10. § 22.

32. *Romulo adsignant*] Cf. Dionys. A. R. II, 18. Ἐκεχειρίας τε αὖ καὶ πανηγύρεις καὶ πόνων ἀναπαύλας καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα .. κατεστήσατο, et *nundinarum* πανήγυρις ap. Cic. ad Att. I, 14, 1.

33. *Servium Tullium fecisse nundinas*] Cf. c. 13. § 21.

parentarent ei nundinis] Cf. c. 13. § 18. Mueller. Etr. II. p. 324 sq. et Hartung. vol. I. p. 314.

Rutilius scribit Romanos instituisse nundinas, ut octo quidem 34 diebus in agris rustici opus facerent, nono autem die intermisso rure ad mercatum legesque accipiendas Romam venirent, et ut scita atque consulta frequentiore populo referrentur, quae trinundino die proposita a singulis atque universis facile noscebantur. Unde etiam mos tractus ut leges trinundino die promulgarentur. 35 Ea re etiam candidatis usus fuit in comitium nundinis venire et in colle consistere unde coram possent ab universis videri: sed haec omnia neglegentius haberi coepta et post abolita, postquam internundino etiam ob multitudinem plebis frequentes adesse coe-

Edd. vicahgspdzb.]

34. *Retulius* (*u* sup. *e*) A. — *preposita* A. — *nascebantur* vl. 35. *internundino* BGbP (hg in mg) „Hoc recipiendum, vel *in internundino*.“ Gron. *in ternundino* s-z. *trinundino* v „Ms“ Gron. *in trinundino*

34. *octo quidem diebus*] Immo *septem*. Cf. Varro R. R. II. praef. § 1. *Itaque annum ita diviserunt* (maiores) *ut nonis modo diebus urbanas res usurparent, reliquis VII. ut rura colerent.* Dionys. A. R. VII, 58. *Αἱ δ' ἀγοραὶ Ῥωμαίοις ἐγίνοντο .. δι' ἡμέρας ἐννάτης. ἐν δὲ ταύταις συνιόντες ἐκ τῶν ἀγρῶν οἱ δημοτικοὶ εἰς τὴν πόλιν, τάς τ' ἀμείψεις ἐποιοῦντο τῶν ὠνίων, καὶ τὰς δίκας παρ' ἀλλήλων ἐλάμβανον ... τὰς δὲ μεταξὺ τῶν ἀγορῶν ἑπτὰ ἡμέρας αὐτουργοί τ' ὄντες οἱ πολλοὶ καὶ πένητες ἐν τοῖς ἀγροῖς διέτριβον.* Hanc rationem veram esse demonstrant octo litterae nundinales ABCDEFGH: Namque nundinae ipsae computabantur pro die primo. Vid. not. ad c. 13. § 9. et Real-Encycl. s. v. *Calendarium.* Drakenborch. ad Liv. III, 35. 1.

intermisso rure] i. e. intermisso opere rustico.

scita atque consulta] i. e. plebiscita et senatus consulta. Cf. Fest. lib. XVIII. p. 293. Muell. *Scita plebei appellantur ea quae plebs suo suffragio sine patribus iussit plebeio magistratu rogante*, Pompon. de orig. iur. fragm. § 12. *Plebiscitum, quod sine auctoritate patrum est constitutum: .. Senatus consultum, quod solum senatu constituente inducitur sine lege.* et Dionys. l. c. *τά τε κοινὰ, ὅσων ἦσαν κύριοι κατὰ τοὺς νόμους καὶ ὅσα ἡ βουλὴ ἐπιτρέψειεν αὐτοῖς, ψῆφον ἀπαλαμβάνοντες ἐπεκύρουν.*

trinundino die] Non recte rem intellexisse videtur Macrobius, nisi forte *diem* dixit pro tempore: nam non uno die ea de quibus esset deliberandum promulgabantur sed trinum nundinum i. e. per trinas nundinas. Cf. Cic. Phil. V, 3, § 8. *Ubi est promulgatio trinum nundinum?* p. domo 16, 42. *Si, quod in ceteris legibus trinum nundinum esse oportet, id in adoptione satis est trium esse horarum, nihil reprehendo*, et 17, 45. *trinum nundinum prodicta die*, et p. Flacc. 7, 15. *re multos dies promulgata.* Et h. l. et § seq. erat ergo dicendum *per trinundinum*, sc. tempus.

35. *Unde mos tractus ut cet.*] Cf. c. 6. § 10. *Hinc deductus mos ut cet.*

Ea re] i. e. propterea, ut saepe dicitur *quare*.

in comitium nundinis venire et in colle consistere cet.] Cf. Liv. XXVI, 18, 6. *Moesta itaque civitas .. comitiorum die tamen in campum descendit ... 7. Quum subito P. Cornelius .. professus se petere, in superiore, unde conspici posset, loco constitit*, et Cic. ad fam. XVI, 12, 3. *Ad consulatus petitionem se venturum: ... praesentem trinum nundinum petiturum.* Haud scio an non recte duas res diversas confuderit Macrobius. Namque ad nundinas non tam pertinet illud *in colle consistere*, quod per se non eleganter dictum est, sed *adesse et populo Romano supplicare*, ut ait Cicero de pet. cons. 2, 8. Cf. ibid. 8, 31. *Perquiras et investiges homines ex omni regione, eosque cognoscas, appelas, confirmes, cures ut in suis vicinitatibus tibi petant et tua causa quasi candidati sint.*

internundino] i. e. tempore quod

36 perunt. Est etiam Nundina Romanorum dea a nono die nascentium nuncupata, qui lustricus dicitur. Est autem dies lustricus [283] quo infantes lustrantur et nomen accipiunt: sed is maribus nonus, octavus est feminis.

37 Plene, ut arbitror, anni ac mensium constitutione digesta habet Horus quoque noster quod de dierum vocabulis et observatione consuluit. Et scire equidem velim, numquid sit quod argutus Niligena et gentis accola numerorum potentis ex hoc ordine Romanae dispensationis inrideat, an Tuscum quoque Tibe-
38 rim aliquid ex disciplinis suis hausisse consentiat. Subiecit Eustathius: Non solum Horus noster, gravis vir et ornatus, sed nec quisquam alius, ut aestimo, tam futilis posset esse iudicii, qui Romani anni sic ad unguem, ut aiunt, emendatum ordinem non probaret, cui maiorem gratiam et tenax memoria et luculenta oratio referentis adiecit. Nec mirum, si haec digeries morsum reprehensionis evasit, cui accersita est ab Aegypto postremae cor-
39 rectionis auctoritas. Nam Iulius Caesar ut siderum motus, de quibus non indoctos libros reliquit, ab Aegyptiis disciplinis hausit, ita hoc quoque ex eadem institutione mutuatus est, ut ad so-
40 lis cursum finiendi anni tempus extenderet. Latii vero veteres incolae, quia nihil iam tum discere ab Aegypto licebat, ad quam nullus illis commeatus patebat, morem Graeciae in numerandis

[Mss. ABGPS.

i-g. *inter trinundino* S (A del. *ter*). 36. *lustricus dies* BG. — *sed his* ABGS. 37. *Pleni* S. — *quoque* om. s-bP. — *consulit* z. — *quidem* BG. — *discipulis* (in mg. *disciplinis*) S. — *habere* (sup. *hausisse*) G. 38. *Eustachius* AGvic. — *inter* (sup. *nr̃*) *graves* (sup. *i*) B. *noster inter graves vir* G. — *existimo* Sagb. *extimo* vich. — *Nec mirum ... evasit reprehensionis* (sic) add. in mg. G. — *arcessita* d-bP. 39. *de eadem* (sup. *ex*) G. 40. *ab aegyptiis* vl. — *mensium*

interest inter binas nundinas. Eodem sensu e Mar. Victorin. art. gramm. I, 2469. affertur *internundinium*.

36. *Nundina Romanorum dea*] Haec hoc solo loco commemoratur a scriptore vetere. Cf. Hartung. I. p. 151. et II. p. 244.

dies lustricus] „*Lustricus dies*, *Nominalia* Tertulliano cap. 6. libro de Idololatria. Glossarium: *Nominalia*, *ὀνοματοθεσία*.“ Pont. — Cf. Fest. ap. Paul. Diac. lib. X. p. 120. Muell. *Lustrici dies infantium appellantur*, *puellarum octavus*, *puerorum nonus*, *quia his lustrantur atque iis nomina imponuntur*. *Γενέθλια* hos dies dixisse Graecos monet Muellerus ad h. l., *Ἀμφιδρόμια* Scaliger ad eundem. Commemoratur *dies lustricus* apud Sueton. Ner. 6. et ex emend. Meursii Arnob. III, 4. Cur pueris nono, puellis octavo die data essent nomina, disseruit Plutarch. Quaest. Rom. c. 102. Vid. praeterea Lobeck. I. p. 434. Hartung. II. p. 244. Becker. Gall. I. p. 26.

37. *consuluit*] Vid. prolegg. p. XLIV.

Niligena] Ibid. p. XXX sq.

gentis .. numerorum potentis] Vid. not. ad c. 9. § 6. et cf. c. 15. § 1.: *Aegypti matris artium*.

Tuscum quoque Tiberim] Hoc dictum esse videtur propter antecedens *Niligena*.

38. *Non solum*] Altera negatio intelligenda est ex iis quae sequuntur: *nec quisquam alius*, quasi sequatur *sed ne .. quidem*, vid. prolegg. p. XLI.

ad unguem] Cf. Colum. XI, 2, 13. Horat. Sat. I, 5, 32., A. P. 294.

ab Aegypto] Cf. c. 14. § 3.

39. *ad solis cursum*] Cf. l. c. *ad numerum solis*.

40. *nihil iam tum*] Exspectes ni-

mensium diebus secuti sunt, ut retroversum cedente numero ab augmento in diminutionem conputatio resoluta desineret. Ita 41 enim nos decimum diem deinde nonum et postea octavum dicimus, ut Athenienses *δεκάτην καὶ ἐννάτην φθίνοντος* soliti sunt dicere. Homerus quoque, cum ait: 42

Τοῦ μὲν φθίνοντος μηνός, τοῦ δ' ἱσταμένοιο, [284]

quid aliud nisi illum *φθίνοντα* dicit cuius paulatim deficientis supputatio in nomen desinit secuturi, et *ἱστάμενον* illum qui praecedit numerum successurus priori in defectum meanti? Quod 43 et Homerus vester Mantuanus intellegens, illud stare dici ad quod acceditur, ait:

Stat sua cuique dies,

extremum diem stare dicens, quasi ad quem per omnes eatur. Idem poeta doctrina ac verecundia iuxta nobilis, sciens Romanos 44 veteres ad lunae cursum et sequentes ad solis anni tempora digessisse, utriusque seculi opinioni reverentiam servans: *Vos*, quoque inquit,

Edd. vicahgspdzb.]

numerandis v. 41. *δεκάτην ... φθίνοντος* om. A (G *ut in Gr.*) — *δεκάτη καὶ ἐνάτη* S. 42. *Homerus*] *Οδ.* ξ', 162. — *Τοῦ .. ἱσταμένοιο* om. A (G *ut in gr.*). — *φειΝΟΝΤΟϹ* BP. — *τογϲΔ* P. — *illum φειΝΟΝΤΑ* ABP. *illum ἱστάμενον* vl. — *et ἱστάμενον* om. A. *et ϲταΜΕΝΟΝ* G. *ἱστάμενον* (om. *et*) G. *et φθίνοντα* vl. — *precepit* B. — *illum numerum* G. 43. *noster* v-g. „Male. Nam Eustathii verba sunt.“ Pont. — *istud* (sup. *illud*) S. — *Stat*] Aen. X, 467. — *per omnes statur* s-bP (*tatur* „B“). 44. *id est* B. *item* z. — *Vos*] Georg. I, 5. — *inquit: Vos, quoque* Ps-z. *Vos o clarissima mundi Lumina inquit* v-g. „Locus Virhildum illo tempore. Cf. Hand. Tursell. vol. III. p. 123 sq.

retroversum cedente] Cf. Claud. Mamert. de statu animae I, 7. *Radii corporum repercussu retroversim cedentes.*

ab augmento in diminutionem] i. e. a maiore numero ad minorem. Revera Graeci tantummodo ab augmento ad diminutionem transierunt in computandis mensium diebus.

41. *δεκάτην .. φθίνοντος*] Constat Athenienses in tres partes divisisse menses, ut primum numerarentur deni dies *μηνὸς ἀρχομένου* vel *ἱσταμένου*, deinde deni *ἐπὶ δέκα* vel *μηνὸς μεσοῦντος*, denique deni et alternis mensibus, qui erant dierum undetricenorum, noveni *ἐπ' εἰκάδι*, vel inversa computatione *δεκάτη, ἐννάτη* (aut *ἐννάτη, ὀγδόη*) *κ. τ. λ. μηνὸς φθίνοντος* vel *παυομένου* vel *λήγοντος* vel *ἀπιόντος*. Cf. Wachsmuth. Hellen. Alt.kunde II, 2, p. 496. ed. I. — De particula *καὶ* vid. prolegg. p. XIV. 2.

42. *ἱστάμενον ... meanti*] Haec mensis pars, si ad eiusdem mensis extremam partem spectamus, *praecedit illum numerum* (in diminutionem computatum), sed si ad priorem mensem (*τὸν φθίνοντα*) spectamus, *successura est in defectum meanti*. Cf. supra: *in nomen desinit secuturi*, et Ovid. Fast. I, 705. *At quae venturas praecedit sexta Calendas.* An forte legendum est: *qui illum praecidit numerum*, hoc sensu: „qui finem facit illi numero“, ut *illum numerum* etiam ad mensem antecedentem possimus referre? Melius certe hoc convenit cum iis quae sequuntur. Non recte vulgo comma ponitur post *illum*, ut iungatur *ἱστάμενον illum*, non *illum numerum*.

43. *Homerus vester Mantuanus*] Sic ait Eustathius Graecus. Eandem rationem videmus servatam libro quinto. Vid. nott. ad V, 1, 4. et ad V, 2, 17. Praeterea conf. V, 1, 4. *facundia Mantuani*.

44. *iuxta*] Vid. not. ad c. 2. § 15.

Romanos veteres .. digessisse] Cf. c. 12. § 39.; c. 13. § 1.; c. 14. § 3.

— labentem caelo qui ducitis annum,
Liber et alma Ceres,

tam lunam quam solem duces anni hac invocatione designans.

XVII. Hic Avienus: Hoc equidem mecum multum ac frequenter agitavi, quid sit quod solem modo Apollinem modo Liberum modo sub aliarum appellationum varietate veneremur. Et quia sacrorum omnium praesulem esse te, Vetti Praetextate, di-
[285]vina voluerunt, perge, quaeso, rationem mihi tantae sub uno no-
2 mine in nominibus diversitatis aperire. Tum Vettius: Cave aestimes, mi Aviene, poetarum gregem, cum de dis fabulantur, non ab adytis plerumque philosophiae semina mutuari. Nam quod omnes paene deos, dumtaxat qui sub caelo sunt, ad solem refe-

[Mss. ABGPS.

gilii recte expressus est in Ed. vet. quam Stephanus temere, ut saepe, neglexit.“ Zeun. *inquit: Vos o clarissima mundi Lumina* b. — *quae* v-gb.

XVII. *Caput XVII. Omnes deos referri ad Solem. Et quod ex variis Apollinis ostendatur nominibus, ipsum eundem esse deum, quem Solem dicimus.* ch-b. 1. *Hinc* vi. — *mutlo mecum multum* A. — *sole* A. — *Et qui* A. — *Veti* G. *Vecti* ASv-g — *numine* cah „Non male.“ Zeun. — *in omnibus* AGs-bP. 2. *Tunc* G. — *Vetius* G. *Vectius* ASv-g. — *Cave ne* G. — *existimes* Sagb. *extimes* vich. — *de his* (sup.

Liber et alma Ceres designans] Haec ansam dant sequenti disputationi. Vid. not. ad c. 3. § 16.

XVII, 1. *sacrorum omnium praesulem esse te*] i. e. omnibus sacris te praeesse. Salmasius ad Vopisc. Antonin. Philos. 4. p. 302. affert glossam veterem: *prosaltor*, ὁ ἐν τοῖς ἱεροῖς προορχούμενος. Cf. prolegg. p. XXII sqq. et c. 19. § 17.; 24. § 23.

divina] Vid. not. ad c. 11. § 1.

tantae sub uno nomine in nominibus diversitatis] Malueris forsitan: *in numinibus*, quod videtur commendari iis quae leguntur § 4.: *ostendit unius dei effectus varios pro variis censendos esse numinibus.* At sequitur ibidem: *ita diversae virtutes solis nomina dis dederunt*, et c. 19. § 6. legitur: *Et certe ratio naturalis exigit, ut di caloris caelestis parentes magis nominibus quam re substantiaque divisi sint*, et h. l. paulo supra: *quod solem ... sub aliarum appellationum varietate veneremur.* Quod in quibusdam codd. et edd. legitur, *in omnibus*, id quomodo defendi possit nescio, nisi forte huc vis referre c. 23. § 20. *Solem esse omnia et Orpheus testatur his versibus.* An forte probandum est quod in nonnullis edd. legitur, *sub uno numine?* Videtur suffragari quod legitur c. 18. § 7. *Solem ac Liberum patrem eiusdem numinis habendum:* et Serv. ad Virg. Georg. I, 5. *Stoici dicunt non esse nisi unum deum et unam eandemque potestatem, quae pro ratione officiorum nostrorum variis nominibus appellatur:* at refragatur praepositio *sub*, quae facilius iungitur cum *nomine*, et supra: *sub aliarum appellationum varietate.* Quae ego recepi, ea hoc significant: „perge rationem diversorum nominum sub uno solis nomine latentium aperire“. Cf. Comm. I, 3, 2. *Omnium .. quinque sunt principales et diversitates et nomina.*

2. *cum de dis fabulantur*] Cf. Comm. I, 2, 21. *de dis fabulati sunt.*

ab adytis .. philosophiae semina mutuari] Inest κατάχρησις quaedam. Sed conf. Eurip. Hippol. 619 sqq. *Χρῆν ... σοῖσιν ἐν ναοῖς βροτοὺς παίδων πρίασθαι σπέρμα.*

deos .. qui sub caelo sunt] Hi videntur opponi diis inferis.

ad solem referunt] Aliter Augustin. de civ. D. IV, 11. *Hi omnes dii deaeque sit unus Jupiter: sive sint, ut quidam volunt, omnia ista partes eius sive virtutes eius.*

runt, non vana superstitio sed ratio divina commendat. Si enim 3
sol, ut veteribus placuit, *dux et moderator* est *luminum reliquo-
rum*, et solus stellis errantibus praestat, ipsarum vero stellarum
cursus ordinem rerum humanarum, ut quibusdam videtur, pro
potestate disponunt, ut Plotino constat placuisse, significant: ne-
cesse est ut solem, qui moderatur nostra moderantes, omnium
quae circa nos geruntur fateamur auctorem. Et sicut Maro, cum 4
de una Iunone diceret: *Quo numine laeso*, ostendit unius dei ef-
fectus varios pro variis censendos esse numinibus, ita diversae
virtutes solis nomina dis dederunt: unde ἓν τὸ πᾶν sapientum
principes prodiderunt. Virtutem igitur solis quae divinationi cu- 5
rationique praeest Apollinem vocaverunt: quae sermonis auctor
est Mercurii nomen accepit. Nam quia sermo interpretatur co-
gitationes latentes, Ἑρμῆς ἀπὸ τοῦ ἑρμηνεύειν propria appella-
tione vocitatus est. Virtus solis est quae fructibus, effectus eius- 6
dem est qui frugibus praeest. Et hinc natae sunt appellationes
deorum sicut ceterorum qui ad solem certa et archana ratione
referuntur: et, ne tanto secreto nuda praestetur adsertio, auctori-
tates veterum de singulis consulamus.
Apollinis nomen multiplici interpretatione ad solem refertur, 7

Edd. vicahgspdzb.]
diis) G. 3. *dux*] Cic. Somn. Scip. IV, 2. — *reliquorum luminum* vichg. — *vel ut Plotino* Edd. S. 4. *Et sic* v. — *Maro*] Aen. I, 8. — *de iunone* (sup. add. *una*) B. — *una* .. *pro variis* om. A. — *solis virtutes* A. — *sapientium* G; cf. I, 6, 6. 5. Ἑρμῆς .. ἑρμηνεύειν om. A. (G *ut in gr.*). Ita etiam in seqq. plerumque omittuntur in his Mss. Graeca, id quod non singulis locis putavi adnotandum. 7. *Cap. XX. De Apollinis variis nominibus.* v (i *Cap. XIX.*). — *peragam* S.

3. *praestat*] Idem valet ac *praeest*, ut dux et moderator, cf. § 21.

ut Plotino constat placuisse] Conf. Comm. I, 19, 27.

4. *pro variis censendos esse numinibus*] Conf. Servius ad Virg. Aen. I, 8.: *Namque Iuno multa habet numina* (al. *nom.*) ... *Sunt et alia eius numina* (al. *nom.*). *Merito ergo dubitat, quod eius laeserit numen Aeneas.* Adstipulatur Gossrau ad Virg. l. c. Alias huius loci interpretationes protulerunt et ipse Servius et Heynius in Excurs. ad Aen. lib. I. et Wagnerus ad h. l. Praeterea conf. Lobeck. Aglaopham. I. p. 598., qui citat Maximum Grammat. in epist. ad Augustin. XVI, 15, 15.

sapientum principes] Xenophanes inprimis et post eum Melissus. Cf. Isocr. Hel. encom. p. 208. D. *Μέλισσον, ὃς ἀπείρων τὸ πλῆθος πεφυκότων τῶν πραγμάτων ὡς ἑνὸς ὄντος τοῦ παντὸς ἐπεχείρησεν ἀποδείξεις εὑρίσκειν.*

5. *quae divinationi curationique praeest*] Cf. § 13. sqq. et c. 18. § 6.

quae sermonis auctor est cet.] Cf. c. 19. § 9. *quia mentis potentem Mercurium credimus, appellatumque ita intellegimus ἀπὸ τοῦ ἑρμηνεύειν.*

6. *Virtus solis est quae fructibus, effectus eiusdem qui frugibus praeest.*] Haec ego sic intelligo: „Sol sua ipsius virtute fructus elicit ex arboribus, idemque efficit, ut arantium opera non pereat, sed fruges exeant e terra.“

ceterorum qui ad solem ... referuntur] Haec verba videntur spectare ad eos qui commemorantur cap. 21.

7. *ordinem pergam*] Cf. § 31. *quod obliquum circulum .. pergit.* Sic Terentius Hec. I, 2, 119., Salustius Iug. 79, 5: auct. belli Afr. 69, 5. dixerunt *iter pergere*. Infinitivus *pangere*, qui in edd. legitur, debetur interpolatori.

Plato .. ἀπὸ τοῦ ἀποπάλλειν τὰς ἀκτῖνας] Sic e codicibus hic locus

[286] cuius rei ordinem pergam. Plato solem *Ἀπόλλωνα* cognominatum scribit *ἀπὸ τοῦ ἀποπάλλειν τὰς ἀκτῖνας*, id est a iactu radiorum: Chrysippus [Apollinem], *ὡς οὐχὶ τῶν πολλῶν καὶ φαύλων οὐσιῶν τοῦ πυρὸς ὄντα*, primam enim nominis litteram retinere significationem negandi: *ἢ ὅτι μόνος ἐστὶ καὶ οὐχὶ πολλοί*, nam et Latinitas eum, quia tantam claritudinem solus optinuit,

[Mss. ABGPS.

pergam pandere Edd. — *scribit cognominatum* BG. — *ΑΠΟΠΑΛΛΕΙΝ* B M123. *ἀπὸ πάλλειν* P6. *ΑΠΟΠΑΜΕΙΝ* P2. *ΑΠΟΠΑΛΙΕΙΝ* G. *ΑΠΑΛΛΕΙΝ* P. *πάλλειν* vica. *ἀεὶ βάλλειν* h. *βάλλειν* g. *ἀεὶ πάλλειν* s-b. *ἀπολλεῖν* S. Vid. not. — *a iactura divorum* A. — *πολλῶν* (om. *τῶν*) S. *ΤΩΝΤΟ ΠΟΛΛΟΝ* P2. — *τοῦ πυρὸς* (om. *ὄντα*) S. *ΤΟΝ ΠΥΡΟCΟΝΤΑ* P2. — *prima* s-bBP. — *enim* om. P6. — *litterarum* A (G a p. m.). *litera* s-bP. — *retinet* s-bP16. — *claritatem* cbgb. — *solis* dz. 8. *ab multis* G. —

est constituendus, sed non convenit cum iis quae apud Platonem legimus in Cratylo p. 405 sq., ubi Apollinis nomen interpretans inter alia dicit: *διὰ δὲ τὸ ἀεὶ βολῶν ἐγκρατὴς εἶναι τοξικῇ ἀεὶ βάλλων ἐστί;* **sed Palladis nomen interpretans p. 406 extr.:** *τὸ γάρ που ἢ αὐτὸν ἢ τι ἄλλο μετεωρίζειν ἢ ἀπὸ τῆς γῆς ἢ ἐν ταῖς χερσὶ πάλλειν τε καὶ πάλλεσθαι … καλοῦμεν*, **quae confudisse videtur Macrobius. E priore illo loco Camerarius scripsit** *ἀπὸ τοῦ ἀεὶ βάλλειν*. **H. Stephanus in epistola ad lectorem: „Vulgares, inquit, editiones** *βάλλειν* **habent, ista autem** *πάλλειν:* **et hoc quidem magis mihi placet, quod aptius sit etymologiae nominis** *Ἀπόλλων*: **sed illud vicissim magis probandum videri potest, quoniam cum Macrobiana interpretatione melius convenit … Scimus enim** *βάλλειν* **esse potius** *iacere* **quam** *quatere*: **ut vicissim** *πάλλειν* **potius** *quatere* **(aut** *vibrare* **seu** *agitare*) **quam** *iacere*. **Quid si vero (quod cum Platonis venia dictum sit) vocem hanc** *Ἀπόλλων* **potius a verbo** *ἀπάλλειν* **deducamus, ut** *Ἀπόλλων* **quasi** *Ἀπάλλων* **vocatus sit? Atqui** *ἀπάλλειν* **non dicitur. Fateor: sed in etymologiis plerisque multo plus libertatis sibi concedit Plato, quam ut fingamus** *ἀπάλλειν* **per syncopen ex** *ἀποπάλλειν* **factum: ex quo** *ἀπάλλειν* **sit** *Ἀπάλλων*, **ex quo** *Ἀπόλλων*. **Alioqui si** *βάλλειν*, **non** *πάλλειν*, **scripsit Plato,** *Ἀπόλλων* **quasi** *βάλλων* **dictus fuerit: quod multo durius est."**

Chrysippus [Apollinem]] **Nomen dei uncis inclusi, quia et h. l. et infra ex antecedentibus supplendum est:** *solem Ἀπόλλωνα cognominatum scribit*, **cf. Symbol. p. 8.**

ὡς οὐχὶ τῶν πολλῶν … καὶ οὐχὶ πολλοί] **Cf. Plutarch. de** *EI* **Delph. p. 393 C.** *Ἀπόλλων μὲν γάρ οἷον ἀρνούμενος τὰ πολλὰ καὶ τὸ πλῆθος ἀποφάσκων ἐστίν*, **et de Is. et Os. p. 381. F.** *Οἱ δὲ Πυθαγόρειοι καὶ ἀριθμοὺς καὶ σχήματα θεῶν ἐκόσμησαν προσηγορίαις· … τὸ δὲ ἓν Ἀπόλλωνα πλήθους ἀποφάσει καὶ ἁπλότητι τῆς μονάδος* **ex emend. Wyttenbachii, Animadv. III, p. 206. Plotin. Enn. V. lib. V. p. 525. D.** *Ὅθεν καὶ Ἀπόλλωνα οἱ Πυθαγορικοὶ συμβολικῶς πρὸς ἀλλήλους ἐσήμαινον ἀποφάσει τῶν πολλῶν*, **cum nota Creuz. Laur. Lyd. II, 3. p. 15.** *Ἀναφέρεται δὲ ἡ μονὰς εἰς Ἀπόλλωνα, τουτέστιν εἰς τὸν ἕνα Ἥλιον, ὃς Ἀπόλλων λέγεται, διὰ τὸ ἄπωθεν εἶναι τῶν πολλῶν. καὶ Ῥωμαῖοι δὲ αὐτὸν Σόλεμ, ἤτοι μόνον, λέγουσι.* **Clemens Strom. lib. I. p. 151.** *Ἀπόλλων μυστικῶς κατὰ στέρησιν τῶν πολλῶν νοούμενος, ὃ εἷς ἐστι θεός.* **Hesychius:** *Ἀπόλλων .. ἐτυμολογεῖται ὁ μὴ μετὰ πολλῶν συναριθμούμενος.* **Osannus ad Cornut. p. 371. e vita Platonis ap. Heeren. Bibl. f. alt. Lit. u. Kunst. fasc. 5. ined. p. 8. profert:** *Ἀπόλλων γὰρ δηλοῖ ὁ κεχωρισμένος τῶν πολλῶν· τὸ γὰρ ἀπ στερητικὸν μόριον.*

nam et Latinitas cet.] **Cf. Comm. I, 20, 4. Laur. Lyd. l. c. Varro L. L. V, 10, 68.** *Sol, vel quod ita Sabini, vel solus ita lucet, ut ex eo deo dies sit.* **Cicero N. D. II, 27, 68:** *Iam Apollinis nomen est Graecum: quem solem esse volunt: … cum sol dictus sit, vel quia solus ex omnibus sideribus est tantus, vel*

solem vocavit: Speusippus, quod ex multis ignibus constet vis 8
eius, *ὡς ἀπὸ πολλῶν οὐσιῶν πυρὸς αὐτοῦ συνεστῶτος:* Cleanthes, *ὡς ἀπ' ἄλλων καὶ ἄλλων τόπων τὰς ἀνατολὰς ποιουμένου,* quod ab aliis atque aliis locorum declinationibus faciat ortus: Cornificius arbitratur Apollinem nominatum *ἀπὸ τοῦ ἀναπολεῖν,* 9
id est quia intra circuitum mundi quem Graeci *πόλον* appellant impetu latus ad ortus refertur: alii cognominatum Apollinem putant *ὡς ἀπολλύντα τὰ ζῶα:* exanimat enim et perimit animantes, cum pestem intemperie caloris inmittit, ut Euripides in Phae- 10
thonte:

Ὦ χρυσοφεγγὲς ἥλι', ὥς μ' ἀπώλεσας,
ὅθεν σ' Ἀπόλλων' ἐμφανῶς κλῄζει βροτός,

item Archilochus:

Ἄναξ Ἄπολλον, καὶ σὺ τοὺς μὲν αἰτίους
σήμαινε, καὶ σφᾶς ὄλλυ' ὥσπερ ὀλλύεις.

Denique inustos morbo *Ἀπολλωνοβλήτους καὶ ἡλιοβλήτους* ap- 11
pellant: et quia similes sunt solis effectibus effectus lunae in iu-

Edd. vicahgspdzb.] *constat* A. — *Cleanthes* cum Graecis om. A. ΚΛΕΑΝΘΗΣ B. ΚΛΕΑΝΤΗΣ P. — *ἀπ' ἄλλων καὶ ἄλλων τόπων τὰς* h ΑΠΟΛΛΟΝ ΚΑΙ ΤΟ ΛΛΩΝ ΤΟΠΩ ΤΑΣ P. ΑΠΑΛΛΟΝ ΚΑΙ ΑΛΛΟΝ ΤΟΣ B. *ἀπ' ἄλλων καὶ ἄλλων τὰς* (om. *τόπων*) s-bS. *ἀπ ἄλλων τὰς* (om. *καὶ ἄλλων τόπων*) v-g. „Vitiose." Zeun. 9. *qui intra* AS. *qui* (*intra* add. a sec. m.) G. — ΠΟΛΛΟΝ P. — *ἀπόλυντα* S. — *τὰ* om. BG. 10. *in phetonte ut in gr. et quia similes* (sup. *item archilocus ut in gr. appellant*) G. *in Phaetonte*] fragm. ed. Matth. p. 265. — *ἀπόλεσας* s-h. — *θην σι* N. — *Ἀπόλλων'* a Porson ad Orest. 584. *Ἀπόλλων* ich-bP Matth. *Ἄπολλον* v (BR ΑΠΟΛΛΟΝ). *απολλωνι* N. *ἀπόλλωνος* S. — *ἀμφανῶς* Sv1. — *κλῄζει* Pors. et Matth. *κλήζει* viaN (BPR ΚΛΗΖΕΙ). *βλήζει* S. *κλήσει* ch-b. — *Idem* v-g. — *Archilochus*] Trimetr. IV. p. 65. ed. Ign. Liebel. — *Ἀπόλλων* Schg (b *Ἄπολλων*). — ΚΑΙΣΙ P. ΚΑΥΣΙ P2. — *μὲν τοὺς αἰτίους* S. *τοὺς μαιτίους* vic. *τους μεν σιτοις* N. — *σήμαινε* aN. ΣΗΜΑΙΝ BP26R. *σημαίνῃ* S. *πήμαινε* hs-b. — ΣΦΕΑΣ P2. — *ὄλλυ* om. S. *οὔλλυ'* vic. *ὄλλυσ'* P7. — *οσπερ* N. ΟΣΠΕΠ BP2R. — *ἀπόλλυσ.* SP7. *αλυεις* N. 11. *inustus* v1. — ΑΠΟΛΛΟΝΟΒΛΝΤΟΥΣ P. *ἀπολλονοβλήτους* v. *ἀπόλλων ὁ βλητοῦς* i. *ἀπολλονωβλήτους* c-g. — *effectibus* om. hs-b. „Ms. Thuan. et ed. Iunt. (Mss. vicag) auctius: *effectibus effectus*, quae vox propter similitudinem praecedentis facile potuit omitti iniuria typothetae." Gron.

quia, cum est exortus, obscuratis omnibus solus apparet, cum not. Creuzeri. Martian. lib. II. § 187.: *Solem te Latium vocitat, quod solus honore Post patrem sis lucis apex*, cum not. Koppii, qui praeter alios affert Fulgent. myth. I, 11, p. 43. Munck.

9. *ὡς ἀπολλύντα τὰ ζῶα*] Creuzer. Symb. vol. II. p. 681. confert Aeschyli Agamem. v. 1078 sqq. *Ἄπολλον, Ἄπολλον, Ἀγυιεῦ τ', ἀπόλλων ἐμός. Ἀπώλεσας γὰρ οὐ μόλις τὸ δεύτερον.* Cornut. c. 32. *Τινὲς δὲ αὐτόθεν Ἀπόλλωνα αὐτὸν ἀπὸ τοῦ ἀπολλύναι φασὶν εἰρῆσθαι· καὶ γὰρ τὸν ἀπολλύντα ταύτην τὴν διακόσμησιν τοῦτον εἶναι διὰ τοῦ διατμίζειν ἀδιαλείπτως πάντοθεν αὐτῇ τὸ ὑγρὸν καὶ τῷ αἰθέρι προσκατατάττειν.* Fulgentius l. c. *Ἀπόλλων enim Graece perdens dicitur, quod fervore suo omnem sucum virentium decoquendo perdat herbarum.*

10. *τοὺς μὲν αἰτίους σήμαινε*] Cf. Aesch. Prom. 619. *Σήμηνον ὅστις ἐν φάραγγί σ' ὤχμασεν.*

11. *inustos morbo*] quem nos dicimus *Sonnenstich*.

ἡλιοβλήτους] De arbore Aelian. H. A. VIII, 26. *Καὶ ἔοικεν ἡλιοβλήτῳ ὑπ' αὐχμοῦ βιαίου ξηρῷ γεγενημένῳ.*

vando nocendoque, ideo feminas certis adflictas morbis *σεληνο-*
12 *βλήτους* et *Ἀρτεμιδοβλήτους* vocant. Hinc est quod arcu et sagittis Apollinis simulachra decorantur, ut per sagittas intellegatur vis emissa radiorum:

[287] *Αὐτὰρ ἔπειτ' αὐτοῖσι βέλος ἐχεπευκὲς ἐφιεὶς*
βάλλ'.

13 Idem auctor est et publicae sospitatis, quam creditur sol animantibus praestare temperie: sed quia perpetuam praestat salubritatem et pestilens ab ipso casus rarior est, ideo Apollinis simulachra manu dextra Gratias gestant, arcum cum sagittis sinistra: quod ad noxam sit pigrior, et salutem manus promptior largiatur.
14 Hinc est quod eidem attribuitur medendi potestas, quia temperatus solis calor morborum omnium fuga est. Nam *ὡς ἀπελαύνοντα τὰς νόσους Ἀπόλλωνα* tamquam *Ἀπέλλωνα* cognominatum
15 putant. Quae sententia Latinae quoque nominis enuntiationi congruens fecit, ne huius dei nomen verteremus, ut Apollinem apellentem mala intellegas, quem Athenienses *Ἀλεξίκακον* appel-

[Mss. ABGPS.

in marg. — *CΕΛΗΝΟΒΛΗΤΟΥC* (B *ΤΟΙC*) *ΕΤ ΑΡΤ.* BPR. *σεληνοβλήτους καὶ* Edd. S. — *vocent* ABGR. 12. *radiorum. unde Homerus:* v3-b. — *Αὐτὰρ*] Il. *α'*, 51. — *βάλλ'* om. S. 13 *quoniam creditur* G a sec. m. *quia cred.* A a sec. m. — *temperiem* A (G a sec. m.) — *casu* S. — *dextera* ASv-g. — *et ad salutem* G. — *dextera manus* vichg. *dextra manus* b. „Hanc lectionem sensus necessario requirit.“ Zeun. *dextera* (om. *manus*) a. 14. *Nam* om. cum Graecis G. *nam tam* v-g. — *ΩCΑΠΕΛΛΥΝΟΝΤΑ* P. *ὡς ἀπελούντα* S. — *ἀπολλων* v1. — *tamquam* om. cum Graecis (add. sup.) G. *tanquam ἀπέλλονα ἀπόλλωνα* S. *quam ἀπελῶνα* v1. *quam ἀπόλωντα* v3. *quam ἀπολῶντα* i. *quam ἀπολοῦντα* ca. *quam ἀπολλοῦντα* g. *quam ἀπολλῦντα* (in mg.: „In ant. ita: *Nam ὡς ἀπελαύνοντα τὰς νόσους tanquam ἀπέλλωνα cogn.*“) h. 15. *latini* v-g. — *appellentem* (sup. *ant*) G. *apellantem* A. *appellantem* vi.

σεληνοβλήτους] Conf. scholiast. ad Arist. Nub. v. 397. qui vocem *βεκκεσέληνε* interpretatur: *οἷον σεληνόβλητε καὶ ἀπόπληκτε.*

13. *sospitatis*] Vid. prolegg. p. XLII.

manu dextra Gratias gestant] Cf. schol. in Pind. Olymp. XIV, 13.: *Ἦσαν αὗται ἱδρυμέναι (αἱ Χάριτες) ἐν τοῖς δεξιοῖς τοῦ Ἀπόλλωνος*, et 16.: *ἐν γοῦν Δελφοῖς ἐπὶ τῆς δεξιᾶς εἰσιν ἱδρυμέναι τοῦ Ἀπόλλωνος.* Pausan. IX, 35, 1. *Καὶ Ἀγγελίων τε καὶ Τεκταῖος, οἵ γε Διονύσου τὸν Ἀπόλλωνα ἐργαζόμενοι Δηλίοις τρεῖς ἐποίησαν ἐπὶ τῇ χειρὶ αὐτοῦ Χάριτας.* In manu sinistra eas positas esse refert Plutarchus de mus. 14. *Καὶ ἡ ἐν Δήλῳ δὲ τοῦ ἀγάλματος αὐτοῦ (Ἀπόλλωνος) ἀφίδρυσις ἔχει ἐν μὲν τῇ δεξιᾷ τόξον, ἐν δὲ τῇ ἀριστερᾷ Χάριτας.* Vid. C. O. Müller. Handb. d. Archaeol. § 359. 5.

sit pigrior] sc. Apollo. Ad sinistram manum haec retulisse videtur qui infra inseruit *dextera*, nisi haec vox tantummodo interpretatio est verborum *manus promptior*.

14. *ὡς ἀπελαύνοντα τὰς νόσους*] Cornut. c. 32. *Τὸν δ' Ἀπόλλωνα ὡς ἀπολύοντα ἡμᾶς τῶν νόσων ἢ ἀπελαύνοντα ἀφ' ἡμῶν αὐτὰς ἢ ἀπολούοντα ταύτας ταύτης τετευχέναι τῆς προσηγορίας.*

Ἀπέλλωνα] Cf. Fest. ap. Paul. lib. I. p. 22. Muell. *Apellinem antiqui dicebant pro Apollinem.* Muell. Etrusk. II. p. 69.

15. *quem Athenienses Ἀλεξίκακον appellant*] Cf. Pausan. VIII, 41, 5: *Τὸ δὲ ὄνομα (Ἐπικούριος) ἐγένετο τῷ Ἀπόλλωνι ἐπικουρήσαντι ἐπὶ νόσῳ, καθότι καὶ παρ' Ἀθηναίοις ἐπωνυμίαν ἔλαβεν Ἀλεξίκακος, ἀποτρέψας καὶ τούτοις τὴν νόσον*, et I, 3, 3.: *Ὃν δὲ καλοῦσιν Ἀλεξίκακον Κάλαμις ἐποίησε. τὸ δὲ ὄνο-*

lant. Sed et Lindii colunt Apollinem *Λοίμιον*, hoc cognomine finita pestilentia nuncupatum. Eadem opinio sospitalis et medici dei in nostris quoque sacris fovetur. Namque virgines Vestales ita indigitant: *Apollo Medice, Apollo Paean.* Cum ergo sint 16
huiusce sideris, id est solis, duo maximi effectus, alter quo calore temperato iuvat mortalium vitam, alter quo iactu radiorum nonnumquam pestiferum virus inmittit, duo eademque cognomina circa singulos effectus propriis enuntiationibus signant, appellantes deum *Ἰήϊον* atque *Παιᾶνα:* quae cognomina utrique effectui apta sunt, ut sit *Ἰήϊος ἀπὸ τοῦ ἰᾶσθαι*, id est a sanando, et *Παιὰν ἀπὸ τοῦ παύειν τὰς ἀνίας*, et rursus *Ἱήϊος ἀπὸ τοῦ ἱέναι*, ab inmittendo,

Edd. vicahgspdzb.] *aspellentem* c-gbP. „Melius“ Zeun. — *et* (om. *sed*) s-bP. — *lindi* „2 Angl.“. *lidii* ig. *lydii* G (S in mg.). *indi* S. — *et medici* (sup. add. *quoque*) S. 16. *mortalium vitam iuvat* v-g. *iuv. mort. vitas* (*as* in ras.) A. — *immittit virus* Sv-g. — *ἰήον* S. — *cognominata* A. — *sunt apta* v-g. — *ἴηος* S. *ιιος* B. — *id est* om. s-bP (G *obtinuit* sup. add. *h. a sanando*). — *παίανα* S. — *παίειν* s-z. „*Παύειν* recipiendum puto propterea, quod ut prius nomen *Ἰήιος* a duplici origine auctor derivat, ita et posterius *παιὰν* a duplici causa eaque contraria arcessendum putat *ἀπὸ τοῦ παύειν* et *παίειν*.“ Zeun. — *ιιιος* BP. om. AG. *ἰήϊος* Edd. *ἰήος* S. — *id est ab immittendo* v-g. *ἐφιεὶς ab immitendo* S. — *βέλος*]

μα τῷ θεῷ γενέσθαι λέγουσιν, ὅτι τὴν λοιμώδη σφίσι νόσον ὁμοῦ τῷ Πελοποννησίῳ πολέμῳ πιέζουσαν κατὰ μάντευμα ἔπαυσε Δελφῶν. Vid. Sillig. Catal. Art. p. 115.; Visconti Musée Pie-Clém. vol. I. p. 144., ubi *Ἀλεξίκακος* recte vertitur *Averruncus.* Eustath. 786, 62. *Οἱ μεθ' Ὅμηρον Ἀλεξίκακον εἶπον Δία καὶ Ἀπόλλω καὶ Ἡρακλῆν.*

Λοίμιον] Vid. not. ad § 47.

in nostris quoque sacris] Cf. Merkel. p. ccxxxiv.: „Praeterea inde ab anno U. C. CCCXXII. ex iussu librorum Sibyllinorum teste Livio IV, 25, 3, is Apollo ... coli coepit; vide Ambrosch. p. 171. ann. 66. et Clausen. p. 258—271., p. 1098 sqq., plerumque propter pestilentias, abortus vel similia morbosa prodigia expianda.“

indigitant] i. e. in precibus invocant dei virtutes nominibus in iure divino constitutis indicantes. Cf. c. 12, § 21. Ambrosch. üb. d. Relig.büch. d. Röm. p. 35. Klausen. Aen. p. 908.; Hildebrand. ad Arnob. IV, 25., Pellegr. p. 21, qui dicit *indigitare* idem valere atque *indigitem invocare*, coll. Serv. ad Virg. Aen. VIII, 330. *Nam et a pontificibus indigitari solet* (Tiberinus). Cf. etiam Varron. de lib. educ. ap. Non. p. 352.: *Quam deam solent indigitare etiam Pontifices.* Tertullian. Ieiun. 16. *Indigitare precem.* Fest. ap. Paul. lib. IX. p. 114. Muell. *Indigitanto, imprecanto.*

16. *Ἰήϊον atque Παιᾶνα*] Cf. Soph. Oed. Tyr. 154. *Ἰήϊε Δάλιε Παιάν*, et ibid. 1087. *Ἰήϊε Φοῖβε.* Aesch. Agam. 147. *Ἰήϊον δὲ καλέω Παιᾶνα.* Homerus brevius Il. ό, 365. et ύ, 152. *ἤϊε Φοῖβε.* Cornut. l. c. p. 193. *Ος. Καθ' ἣν ἔννοιαν καὶ Παιήων ἐκλήθη καὶ ἰατρὸς ἔδοξεν εἶναι*, et p. 201. *Παιᾶνα δ' αὐτὸν ἐκάλεσαν εἴτουν κατὰ ἀντίφρασιν ἐξιλαστικόν, ἵνα μὴ νόσους αὐτοῖς ἀναπέμπῃ, .. εἴτε ὡς τῷ ὄντι τοῦ ἀέρος ὑγείας τῷ σώματι αἰτίου γενομένου.*

ut sit Ἰήϊος ἀπὸ τοῦ ἰᾶσθαι ... et rursus Ἱήϊος ἀπὸ τοῦ ἱέναι] Cf. Hesychius: *ΙΗΙΟΣ, δασέως μὲν ὁ Ἀπόλλων ἀπὸ τῆς ἀφέσεως καὶ τῆς τοξείας, ψιλῶς ἀπὸ τῆς ἰάσεως, ἰατρὸς γὰρ ὁ θεός.* Suidas: *Ἰήϊος ὁ τοξότης*, et *Ἰήϊος γὰρ ὁ Ἀπόλλων, εἰς ὃν ἡ ἁγνεία τῶν λοιμῶν ἀναφέρεται.* Etymol. Gud. *Ἰηϊε, ἰατρὲ, ἐὰν δὲ δασύνεται, τοξότα.* In schol. ad Hom. Il. ό, 365. (*ἤϊε*) inter alia similia leguntur haec: *Ἀρίσταρχος δασύνει παρὰ τὴν ἕσιν τῶν βελῶν· ὁ δὲ Ἡρωδιανὸς ψιλοῖ* (al. *οἱ δὲ περὶ τὸν Κρά-*

[288] — *βέλος ἐχεπευκὲς ἐφιείς,*

17 et *Παιὰν ἀπὸ τοῦ παίειν*, a feriendo. Optinuit tamen ut, cum sanitatem dari sibi precantur, *ἰὴ Παιὰν* per *η* litteram enuntient, id est *medere Paean:* cum autem *ἴε Παιὰν* per *ε* litteram dicunt cum aspiratione prioris litterae, significant hoc dici in aliquem adversa precatione, *βάλε Παιὰν*, id est *inmitte feriendo:* qua voce ferunt Latonam usam, cum Apollinem hortaretur impetum Pythonis incessere sagittis, cuius rei naturalem rationem suo loco red-
18 dam. Hanc vocem, id est *ἴε Παιὰν*, confirmasse fertur oraculum Delphicum Atheniensibus petentibus opem dei adversus Amazonas Theseo regnante. Namque inituros bellum iussit his ipsis
19 verbis semet ipsum auxiliatorem invocare hortarique. Apollodorus in libro quarto decimo *περὶ θεῶν Ἰήϊον* [solem] scribit [ita]

[Mss. ABGPSV.

cf. § 12. — *παιαν απο του παιειν βελος εχεπευκες εφιεις ει a ferendo* B. *βέλος ἐχεπευκὲς. Παιάν ἀπὸ τοῦ παίειν a feriendo* S. *βέλ. ἐχ. ἐφιεις καὶ Παιάν α. τ. π. id est a feriendo* v-g. 17. *precatur* BG. — *ιη παιαν per ητασι literam* P. *ιη πανητα litteram* BG. *ἰήιε* (vel *ἰήιε*) *παιὰν p. η. litt.* v-g. „Perperam. Forte auctor scripsit *ἰὴ, ἰὴ Παιάν.*" Zeun. citato Callimacho. Vid. not. — *medere παιαν* AB (S *παῖαν*). — *ιε παιαν per ε litteram dicunt* A. (Conf. Athenaeus lib. XV. p. 701. *ἴε παῖ.*) *ιη παιαν per ε litt. dic.* BP. *ιε ταιαν per ε litt. dic.* G. *per ε l'ram dicunt ἴε παιαν* S. — *βαλε* PM123. Athenaeus l. c. ed. Schweigh. *παλε* BG. *βάλλε* S Edd. et Athen. l. c. vulgo. — *impetum* om. P. — *suo loco*] § 53.
18. *idē le παιαν* A. *id est ιη παιαν* B. „Quatuor has voces ut glossema subolentes inducere mavelim." Pont. „Quid differt haec enuntiatio ab illa praecedenti (§ 16.) *huiusce sideris, id est solis?* Haec vana fastidia memini iam supra [ad cap. 12. § 21.] occucurrisse." Gron. — *invocari* v-g. 19. *decimoquarto* c-g. — *ηιον* BM2. *τηιον* M3. *ἥλιον* (in mg. *ἰήον*) S. *ἴνιον* i. — *scribit* (om. *ita*) v-gbP. „Particulam *τητα ψιλῶς*)· *ἀεὶ γὰρ τὸ η̄ πρὸ φωνήεντος ψιλοῦται· οἱ δὲ παρὰ τὴν ἴασιν ἢ τὸ ἰέναι· ἥλιος γάρ ἐστι.* Eadem fere habet Eustathius ad eundem locum p. 1020. et p. 500.: *καθά που καὶ Ἀπόλλων ἤϊος ὁ ἱεὶς ὡς τοξικὸς, ἢ ὁ ἰατρικός.* Athenaeus VIII. p. 363. B. Bacchum ait cognominatum fuisse *Ἰήϊον.*

Παιὰν ἀπὸ τοῦ παύειν .. et Παιὰν ἀπὸ τοῦ παίειν] Cf. Hesych. *Ὦναξ Παιὼν, ὦ βασιλεῦ, ὁ κακὰ παύων, Ἄπολλον.* et Etymol. Gud. *Παίανες* (sic!), *παρὰ τὸ παύσω παύων καὶ κατὰ τροπὴν τοῦ ῡ εἰς ῑ. καὶ οὕτως ὁ Δίδυμος.* Contra Aristophanes Pac. 453. *ΧΟΡ. Ἡμῖν δ' ἀγαθὰ γένοιτ', ἰὴ Παιὼν, ἰή. ΤΡ. Ἄφελε τὸ παίειν, ἀλλ' ἰὴ μόνον λέγε.*

17. *ἰή ... ἴε*] Cf. Suidas s. h. v.: *Τοῦτο ψιλοῦται, ὅταν μὴ ᾖ ἐν ὕμνῳ, ἐκεῖ γὰρ δασύ ἐστιν.* Cui adstipulatur schol. ad Aristoph. Ran. 1307. Athenaeus XV, p. 701. D. *Ἔνιοι δὲ παρεγκλίνοντές τε τὴν λέξιν καὶ ἐπὶ τοῖς δεινοῖς ἀλεξητήριόν τινα παροιμίαν λέγουσιν ἰὴ παιών· καὶ οὐχὶ ἵε παῖ.*

ferunt Latonam usam] Idem refert Athenaeus l. c., nisi quod habet *ἵε παῖ.* Contra Callimachus Hymn. in Apoll. 103. *Ἐπηΰτησε δὲ λαὸς, Ἰὴ ἰὴ παιῆον, ἵει βέλος,* et Claudianus in Praef. in Rufin. 11.: *Omnis Io Paean regio sonat,* quos citavit Zeunius. Adde Terentianum Maur. 1587. *Delphici feruntur accolae Hortantes acuisse animum bellantis, ... ἰὴ Παιάν.*

18. *confirmasse fertur oraculum Delphicum*] Haec res nunc apud veteres scriptores nusquam, quod sciam, legitur, sed tradita esse videtur ab uno ex illis scriptoribus quos commemorat Plutarchus Thes. c. 26.

19. *Ἰήϊον [solem] scribit [ita] appellari Apollinem*] Ea quae in codd. leguntur ferri non posse apparet: non sufficit autem, ut cum edd.

appellari Apollinem *ἀπὸ τοῦ κατὰ τὸν κόσμον ἵεσθαι καὶ ἰέναι,* quod sol per orbem impetu fertur. Sed Timotheus ita: 20

Σύ τε, ὦ τὸν ἀεὶ πόλον οὐράνιον
λαμπραῖς ἀκτῖσ' ἥλιε βάλλων,
πέμψον ἑκαβόλον ἐχθροῖσι βέλος
σᾶς ἀπὸ νευρᾶς, ὦ ἴε Παιάν.

Eundem deum praestantem salubribus causis *Οὔλιον* appellant, 21 id est sanitatis auctorem, ut ait Homerus:

Οὖλέ τε καὶ μάλα χαῖρε.

Meandrius scribit Milesios *Ἀπόλλωνι Οὐλίῳ* pro salute sua immolare. Pherecydes refert Thesea, cum in Cretam ad Minotau-

Edd. vicahgspdzb.]

ita non sensus magnopere postulat.“ Zeun. — *Apollinemque* v-g. — *ἕεσθαι* v-g. — *καὶ ἱέναι* ics-b. *καιεναι* B. 20. *σύ τε ὦ* PSP7NR. *ϲιτεω* B. *οὔ τε ὦ* P6. *συτω* v. *συτῶ* ic. *σύ τ' ὦ* h-b. *σύ γε ὦ* a. — *τονειν ο α ον* N. — *ααмτραιc* B. *ἅμα ταῖς* P6 (g in mg. *ἅμα τοῖς*). — *ακτισιν α τε* N. — *ΗΛΙΒΑΛΛΩΝ* R. — *ΗΛΙΒΑΛΛΟΝ* B. — *ΝΕΥΡΑ* BR. — *ωιε παιαν* PN. *ωεπαιαν* BR. *ὦ παιὰν* (om. *ἴε*) SP7. *παιὰν* (om. *ὦ ἴε*) Edd. 21. *ΟΥΛΙΟΝ* P. (ras.) *ΛΙΟΝ* (sup. *Λ* add. ε) B. — *Οὖλε*] Odyss. ώ, 402. — *Meandrius* AGs-bP. *Meandri* B. *Meandrus* S. *Menandrus* v-g (h in mg. „*Macandrius* ant.“). „Emendo: *Leandrius*.“ Meurs. Vid. ind. auct. — *ἀπόλλονι* S. — *Pherecydes* om. A. — *cum cretam* (om. *in*)

vett. deleamus *ita*, quod poterat sane nasci e verbis *scribit appellari* per *διττογραφίαν:* nam delendum est aut *solem* aut *Apollinem*, e quibus potest illud esse interpretatio vocis *Ἰήϊον* non recte lectae, hoc additum per *διττογραφίαν* propter id quod sequitur, *ἀπὸ τοῦ*, nisi mavis deletis verbis *Ἰήϊον solem* scribere: *Apollodorus ... scribit ita appellari Apollinem*, quod a me propositum in Symbol. p. 7. retinere nolui, quia nimis remotum est nomen *Ἰήϊον*.

ἰέναι] Admittendum non esse *ἱέναι*, quod in plerisque edd. legitur, iam vidit Heynius ad Apollodor. p. 390. Cf. supra not. ad § 16.

20. *Σύ τε, ὦ*] Hiatus et h. l. et infra in *ὦ ἴε* exclamatione defenditur. Cf. Buttm. Ausf. Gr. vol. II. p. 391. Matthiae Ausf. Gr. § 42. Versus ego primus distinxi, ad quos restituendos scripsi e coniectura *ἀκτῖσ'* pro *ἀκτῖσιν*, et contra *ἐχθροῖσι* pro *ἐχθροῖς*, et e codice P revocavi *ὦ ἴε*. Imperativus *ἴε* si omittitur, e dimetro anapaestico fit paroemiacus. In *ἀκτῖσ'* movet me elisio, quam in hoc casu rarissimam esse dicit Buttmannus l. c. § 30. Not. 4. Sed tamen recipere eam ausus sum lectis iis quae habet Matthiaeus l. c. § 44., quum aliter nescirem versus ordinare. Nam si admisso participio aoristi scripsissem: *ἥλιε λαμπραῖς ἀκτῖσι βαλὼν*, id minus etiam, opinor, esset probandum. Ceterum *τὸν ἀεὶ* non est iungendum cum sequenti nomine *πόλον*, sed est intelligendum *χρόνον*, ut apud Sophocl. Electr. 1071.: *Προδοτος δὲ μόνα σαλεύει Ἠλέκτρα τὸν ἀεὶ πατρὸς Δειλαία στενάχουσα.*

21. *praestantem*] Vid. not. ad § 3.

Οὔλιον] Cf. Strabo XIV, 1. p. 166. Tauchn.: *Οὔλιον δ' Ἀπόλλωνα καλοῦσί τινα καὶ Μιλήσιοι καὶ Δήλιοι, οἷον ὑγιαστικὸν καὶ παιωνικόν· τὸ γὰρ οὔλειν ὑγιαίνειν· ἀφ' οὗ καὶ τὸ οὐλὴ καὶ τὸ Οὖλέ τε καὶ μέγα χαῖρε, ἰατικὸς γὰρ ὁ Ἀπόλλων.* Eustathius ad Hom. Il. *ά*, 36 p. 32.: *Δήλιοι Οὔλιον τιμῶσιν Ἀπόλλωνα, ἤγουν ὑγιαστικόν.* Adde quae leguntur in Steph. Thes. Gr. l. ed. Paris.: „Schol. Hom. Il. *έ*, 515. Cram. An. Paris. vol. III p. 211, 20. *Ἀπόλλων Οὔλιος ὁ ποιῶν οὔλλειν, ἤγουν ὑγιαίνειν, κατὰ τὸ Οὖλέ τε καὶ μέγα χαῖρε.* Conf. Buttmann. Lexil. vol. I. p. 190. Sunt etiam qui *Οὔλιον* Apollinem dictum velint, quod pestem et *ὄλεθρον* immittat.“ et Suid.: *Οὔλιος ὁ Ἀπόλλων. ἰατρὸς γὰρ ἦν· σημαίνει δὲ καὶ ὀλέθριος.* Boettiger. Id. I. p. 50.

Thesea .. vovisse .. Ἀπόλλωνι Οὐλίῳ] Plutarch. Thes. 18. tantum

rum duceretur, vovisse pro salute atque reditu suo Ἀπόλλωνι
22 Οὐλίῳ καὶ Ἀρτέμιδι Οὐλίᾳ. Nec mirum, si gemini effectus variis nominibus celebrantur, cum alios quoque deos ex contrario
[289] in eadem re duplici censeri et potestate accipiamus et nomine, ut Neptunum quem alias Ἐνοσίχθονα, id est terram moventem, alias Ἀσφαλίωνα, id est stabilientem, vocant: item Mercurius hominum mentes vel oculos et excitat et sopit, ut ait poeta:

Εἵλετο δὲ ῥάβδον, τῇτ' ἀνδρῶν ὄμματα θέλγει.

23 Unde et Apollinem, id est solem, modo sospitatem modo pestem significantibus cognominibus adoramus, cum tamen pestis quae ab eo noxiis inmittitur aperte hunc deum bonis propugnare
24 significet. Hinc est quod apud Pachynum Siciliae promuntorium Apollo Libystinus eximia religione celebratur. Nam cum Libyes invasuri Siciliam classem adpulissent ad id promuntorium, Apollo, qui ibi colitur, invocatus ab incolis inmissa hostibus peste et paene cunctis subita morte interceptis Libystinus cognomi-
25 natus est. Nostris quoque continetur annalibus similis eiusdem dei praesentiae maiestas. Nam cum ludi Romae Apollini celebrarentur ex vaticinio Marcii vatis carmineque Sibyllino, repentino hostis adventu plebs ad arma excitata occurrit hosti, eoque tempore nubes sagittarum in adversos visa ferri et hostem fugavit et victores Romanos ad spectacula dei sospitalis reduxit: hinc

[Mss. ABGPS.

S. — *novissime* A. — *οὐλαίω καὶ ἀρτ. οὐλαία* S. 22. *et neptunum* B. — *terram ... id est* om. B. — *stabilentem* S. — *mentes oculos* (om. *vel*) ASv1. *mentes et oculos* v3-g. — Εἵλετο] Hom. Il. ώ, 343. — *ΕΙΑΤΟ* P. — *ΘΕΤΑΝΔΡΟΝ* B. — *ΕΛΚΕΙ* B. *ΤΕΛΓΕΝ* P. 23. *inmittitur noxiis* G. 24. *Libystinus .. Apollo* om. AP. — *lybies* G. *Libyci* Edd. 25. *ludi primo Romae* v-gb. „Melius." Zeun. — *celebrarent* v1. — *Marcii* As-bGS. *Martii* Bv-g. *Marti* P. — *hosti occurrit* v-g. —

dicit: Ἔθηκεν ὑπὲρ αὐτῶν τῷ Ἀπόλλωνι τὴν ἱκετηρίαν.

22. *gemini effectus*] Cf. § 16.

Ἐνοσίχθονα] Commode Creuzer. vol. II. p. 260. affert schol. ad Hom. Od. ά, 74. *Ἐνοσίχθων, ὁ τὴν γῆν κινῶν· ἔνοσις γὰρ ἡ κίνησις.*

Ἀσφαλίωνα] Alias vocatur *Ἀσφάλιος*. Cf. Eustath. ad Hom. Il. ά, 36. p. 32. *Ὥσπερ γὰρ Ποσειδῶν πῇ μὲν σεισίχθων τὸ φοβερὸν, πῇ δὲ ἀσφάλιος τὸ εὔφημον, οὕτω καὶ ἥλιος πῇ μὲν ἀπόλλων, πῇ δὲ ἀλεξίκακος.* Creuzer. l. c. ait Meletemm. I. p. 31. Not. 30. se disseruisse de hoc cognomine et confert Heliodor. Aethiop. VI. p. 232. (Cor. p. 207.). Pausan. VII, 21. (ubi legitur *Ἀσφαλιαῖος*) et III, 11, 8. Strabon. I, p. 57. (p. 155. Tzsch.) et, ubi coniunguntur cognomina *Ἀσφάλιος* et *Γαιήοχος*. Plut. Thes. 36., et Schol. ad Aristoph. Acharn. 509. 683. Suid. s. h. v. Apud Homerum Od. δ', 216. *Ἀσφαλίων* famulus est Menelai.

Εἵλετο cet.] Debebat Macrobius addere versum qui sequitur: *ὧν ἐθέλει, τοὺς δ' αὖτε καὶ ὑπνώοντας ἐγείρει.* Non recte Zeunius citavit Od. ώ, 2, ubi eadem fere, sed aliis verbis, leguntur. Recte autem adiecit Virg. Aen. IV, 242.: *Tum virgam capit: hac animas ille evocat Orco Pallentes, alias sub tristia Tartara mittit: Dat somnos adimitque, et lumina morte resignat.*

23. *bonis propugnare*] „Id est *pro bonis pugnare.*" Pont. — „Infra cap. 20. [§ 8.] *Ipse creditur Gigantas interemisse, cum caelo propugnaret.*" Gron.

24. *Apollo Libystinus*] Hoc uno loco, quod sciam, hoc dei cognomen commemoratur.

25. *Marcii vatis*] Cf. § 28. et ind. auct.

intellegitur praelii causa, non pestilentiae, sicut quidam aestimant, ludos institutos. Haec est autem huius aestimationis ratio, quod 26
tunc sol super ipsum nostrae habitationis verticem fulget. Nam Cancer in aestivo tropico est, in quo meante sole radii temperatam nostram non eminus sed superne demissi rectis fulgoribus lustrant: unde aestimatum est a nonnullis ad propitiandum tunc [290]
maxime deum caloris Apollinaribus litari. Sed invenio in litte- 27
ris hos ludos victoriae, non valitudinis causa, ut quidam annalium scriptores memorant, institutos. Bello enim Punico hi ludi ex libris Sibyllinis primum sunt instituti, suadente Cornelio Rufo decemviro, qui propterea Sibylla cognominatus est, et postea corrupto nomine primus coepit Sylla vocitari. Fertur autem in 28
carminibus Marcii vatis, cuius duo volumina inlata sunt in senatum, inventum esse ita scriptum: *Hostem, Romani, si ex agro expellere vultis, vomicam quae gentium venit longe, Apollini censeo*

Edd. vicahgspdzb.]
existimant Sv-g. 26. *existimationis* Sv3-g. *extimationis* vl. — *existimatum* Sab. *extimatum* vichg. — *ante in illis* (in mg. *a nonnullis*) S. — *tunc* om. S. 27. *litteris* om. S. — *victoriae non valitudinis causa ... spectare iussus* (§ 29.)] cf. Liv. XXV, 12. §§ 9—14. — *enim* om. P. — *Ruffo* vic. — *corruptione* (om. *nomine*) S. — *Sylla coepit* Edd. — *sibylla* (sup. *silla*) G. — *vocari* (sup. add. *it*) S. 28. *Martii* BGS v-g. — *inventumque* S. — *ita* om. A. — *ex agro* om. Liv. l. c. — *vomi-*

26. *huius aestimationis*] Intellige: opinionis eorum qui pestilentiae causa ludos institutos esse putant.

tunc] i. e. eo tempore quo ludi Apollinares celebrantur. Conf. Calendarium (Real-Encycl. vol. II. p. 68.): *Prid. Non. Iul. Ludi Apollin. Cancer medius occidit, calor.*

super ipsum .. verticem] Cf. Comm. I, 21, 2 et 4.

in aestivo tropico] Cf. Comm. II, 7, 4. Ibid. I, 6, 57. nunc demum video Macrobium errasse, cum scripserit: *a tropico verno usque ad auctumnale tropicum*, pro: *ab aequinoctio verno usque ad auctumnale aequinoctium*. Cf. ibid. I, 12, 1., ubi Cancer dicitur tropicum signum.

rectis fulgoribus lustrant] mire dictum est pro: *sie fallen in verticaler Richtung auf.* Opponuntur *transversi radii* § 31.

Apollinaribus litari] i. e. sacra fieri ludis Apollinaribus. Ceterum conf. III, 5, 4.

27. *invenio in litteris*] Vide Festum l. XVIII. p. 326. Muell. et Klausen. I. p. 258 sq. Zeunius adnotavit disputationem hanc de ludis Apollinaribus auctorem hausisse ex Livio XXV, 12. Rectius dixisset Livium illo loco eadem fere tradere: nam nihil ille de Cornelio Rufo Sibylla, quem § 3. Sullam tantummodo vocat: ne senatus quidem consulta eadem apud illum leguntur: nam primum et tertium contracta sunt in unum secundo loco positum: *Ut decemviri sacra Graeco ritu facerent iisque hostiis: Apollini bove aurato et capris duabus albis auratis, Latonae bove femina aurata.* Reliqua vid. infra et in App. crit.

victoriae, non valitudinis causa] Supra, § 25. iam dixit: *praelii causa, non pestilentiae.*

Sylla] Sic hoc nomen scribitur in omnibus codd. et edd., et huic scripturae suffragatur etymologia. Cf. Schneider. Elementarlehre I. p. 47 sq.; Gellius N. A. I, 12, 16. *P. Cornelius, cui primum cognomen Sullae* (edd. vett. *Syllae*) *impositum est.* Charis. I, 18, 40. p. 85. *Sibyllam Epicadus de cognominibus ait appellatum qui ex Sibyllinis libris primo sacrum fecit, deinde Syllam.*

28. *duo volumina*] Livius l. c. habet tantum: *Ex huius Marcii duobus carminibus.* Alterum h. l. commemoratur. Vid. ind. auctorum.

vomicam quae] Codices secutus

vovendos ludos qui quotannis comiter Apollini fiant. His ludis faciendis praesit is praetor qui ius populo plebique dabit summum: decemviri Graeco ritu hostiis sacra faciant. Hoc si recte facietis, gaudebitis semper fietque res publica melior: nam is divus extin-
29 *guet perduelles vestros qui vestros campos pascunt placide.* Ex hoc carmine cum procurandi gratia dies unus rebus divinis impensus esset, postea senatus consultum factum: *uti decemviri, quo magis instruerentur de ludis Apollini agundis reque divina recte facienda, libros Sibyllinos adirent.* In quibus cum eadem reperta nuntiatum esset, censuerunt Patres: *Apollini ludos vovendos faciendosque, inque eam rem duodecim milia aeris praetori et duas* [291] *hostias maiores dari*, decemvirisque praeceptum: *ut Graeco ritu hisce hostiis sacrum facerent, Apollini bove aurato et capris duabus albis auratis, Latonae bove femina aurata.* Ludos in circo
30 populus coronatus spectare iussus. Haec praecipue traditur origo ludorum Apollinarium. Nunc ex aliis quoque huius dei nomini-
31 bus eundem esse Apollinem et solem probemus. *Λοξίας* cogno-

[Mss. ABGPS.

camque quae Edd. et Liv. l. c — *comiter* ABGvls-zSM123 Liv. l. c. *communiter* v3-g (a cŏiter) bP. „Nec male.“ Meurs. „Melius et rei aptius, h. e. publicis sumtibus.“ Zeun. Vid. not. — *Apollini* om. s-bP. „Illud *Apollini* quoque libris Livianis comprobatur.“ Zeun. — *hostiis sacrificant* B. — *Haec si recte faxitis* et *res vestra* Liv. l. c. — *divos* s-bP. — *extinguit* c-g. — *campos vestros* A. 29. *agundis ... Apollini* om. (add. in mg. sed: *cum idem repente nuntiatum esset. censuerunt apollini patres* cet.) G. — *faciundosque, et quando ludi facti essent duodecim milia aeris praetori ad rem divinam* et *dandas* Liv. l. c. — *decemque viris* v-g. — *praeceptum est* Edd. P. — *sacrum* „Scripto aberat, benissime (sic!). Notum hoc Maronis [Ecl. III, 77.]: *Cum faciam vitula.* Et mirum quam affectet eius ubique dictionem Macrobius.“ Pont. At in *A* legitur *sacrum*. 31. *Loxias* Edd. et Mss. — *cognominatus*

sum, non editiones Liviumque, quia *vomicam* habendum esse videtur pro appositione nominis *hostem.*

comiter] Varro L. L. VII, 89. explicat: „*hilare ac lubenter*“, i. e. „*freudig*“. Apud Livium quidem quae sequuntur: *quum populus dederit ex publico partem, privati uti conferant pro se quisque*, ea suffragantur scripturae *communiter.* At vide ne haec orta sint ex huius vocis praepostere illatae explicatione.

praetor] i. e. praetor urbanus. Cf. Ernesti Clav. Cic. s. h. v.

Graeco ritu] Cf. III, 6, 17.

29. *dari*] Concinnius est id quod apud Livium legitur, *dandas.*

bove aurato et capris] Zeunius conferri iubet Virg. Aen. IX, 627., X, 271. et Clarkium ad Odyss. γ', 438. Adde Gossrau ad Virg. Aen. V, 366., qui inter alia confert Plin. N. H. XXXIII, 3. [§ 39. Sill.] *Deorum vero honori in sacris nihil aliud excogitatum est quam ut auratis cornibus hostiae, maiores dumtaxat, immolarentur.*

31. *Λοξίας*] Alii hoc Apollinis cognomen interpretantur *παρὰ τὸ λοξῶς μαντεύεσθαι:* sed cum iis auctoribus quos sequitur Macrobius facit Achilles Tat. Isag. in Arat. p. 169. A. *Ὁ ζωδιακὸς καὶ λοξίας ὑπό τινων καλεῖται, ἐπειδὴ ἥλιος τὰς ὁδοὺς ἐν αὐτῷ πορεύεται λοξός. Ἐν δὲ τῷ ἡλίῳ ὁ Ἀπόλλων, ὃς καλεῖται Λοξίας ὑπὸ τῶν ποιητῶν, εἶναι πιστεύεται.* Utramque interpretationem prodidit Cornut. c. 32. p. 197. Os. *Λοξῶν δὲ καὶ περισκελῶν ὄντων τῶν χρησμῶν οὓς δίδωσι Λοξίας ὠνόμασται· ἢ ἀπὸ τῆς λοξότητος τῆς πορείας ἣν ποιεῖται διὰ τοῦ ζωδιακοῦ κύκλου*, ubi Osannus citat Diodor. I, 98., Laert. in Zenonis vita p. 455., Plutarch. de plac. philos. II, 12. p. 88. a quo laudatur etiam *Οἰνοπίδης ὁ Χῖος.* Cf. V, 22, 13.

minatur, ut ait Oenopides: *ὅτι ἐκπορεύεται τὸν λοξὸν κύκλον ἀπὸ δυσμῶν ἐπ' ἀνατολὰς κινούμενος*, id est quod obliquum circulum ab occasu ad orientem pergit: aut, ut Cleanthes scribit: *ἐπειδὴ καθ' ἕλικας κινεῖται· λοξαὶ γάρ εἰσιν καὶ αὗται*, quod flexuosum iter pergit: *ἢ ὅτι λοξὰς τὰς ἀκτῖνας ἵησιν ἐφ' ἡμᾶς βορείους ὄντας νότειος ὤν*, vel quod transversos in nos a meridie inmittit radios, cum simus ad ipsum septentrionales. De-
32 lius cognominatur *ἀπὸ τοῦ δῆλα καὶ φανερὰ πάντα ποιεῖν τῷ φωτὶ*, quod inluminando omnia clara demonstret. *Φοῖβος* ap-
33 pellatur, ut ait Cornificius, *ἀπὸ τοῦ φοιτᾶν βίᾳ*, quod vi fertur: plerique autem a specie et nitore *Φοῖβον*, id est *καθαρὸν καὶ λαμπρὸν*, dictum putant. Item *Φάνητα* appellant *ἀπὸ τοῦ φαί-*
34 *νειν:* et *Φανεὸν*, *ἐπειδὴ φαίνεται νέος*, quia sol cotidie renovat sese: unde Virgilius: *Mane novum.* Camerienses, qui sacram Soli 35

Edd. vicahgspdzb.] B. — *Oenopides* BGhs-bP27. *Enopides* cP5. *Aenopides* vagP6. *Aenopiades* i. *oenipides* P. *noepides* A „B". *Xenopides* S. — *ΛΟΖΟΝ* B. *λόξονα* S. — *ἐπ' ἀνατολὰς* B a sec. m.; PSP267. *ΕΠΑΝΤΟΛΑC* B a p. m. *ἐτ' ἀνατολας* v1. *ἀνατολὰς* (om. *ἐπ'*) v3. *εἰς ἀνατολὰς* i-b. „Forte legendum *quod per obliquum.*" g in mg. — *pergit ut* (om. *aut*) A. — *κατ' ἕλικας* S. — *γὰρ καὶ* (om. *εἰσὶν*) S. — *fluxuosum* S. — *inter pergit* A. *pergit iter* Edd. PS. — *λοξὰς τὰς* P167. *ΛΟΖΛCΤΛC* B. *λόξας* (om. *τὰς*) S. — *ἵησι* c-g. *ἰήσει* v. *ἰήσειν* i. *ΗCΙΝ* B. — *βορείου ὄντας* S. *ΟΥCΟΝΤΑC* B. *βορείας οὔσας* g in mg. — *νότιος* Edd. S. 32. *cognominatus* B. — *ἀπὸ τοῦ δηλῶσαι ἢ δηλὰ* S. — *demonstrat* (sup. *e*) A. 33. *appellatus* BG. — *quo die fertur* B (G add. a sec. m.). — *Phoebon* S. *phebon* AB. *Phoebum* Edd. GP. 34. *Phaneta* Mss. et Edd. — *ἀπὸ τοῦ φαίνεσθαι* S. — *ΕΤΦΛΝΕΟΝ* BP. *et Φανεὸν* om. v-a(AG). *et Φαναῖον* h-b. *καὶ νέον* S. — *Mane*] Georg. III, 325. 35. *Ca-*

transversos] **i. e. non superne demissos rectis fulgoribus lustrantes, ut ait § 26.**

32. *Delius*] Hoc cognomen a Delo insula erat derivandum, quam rationem ubique respuit Macrobius. Sed etiam Cornutus l. c. p. 196. Os.: *Δήλιον δὲ*, inquit, *αὐτὸν ὠνόμασαν καὶ Φαναῖον ἀπὸ τοῦ δηλοῦσθαι δι' αὐτοῦ τὰ ὄντα καὶ φωτίζεσθαι τὸν κόσμον.* Cf. infra § 56. Diodor. V, 77. Thuc. III, 104. Soph. Ai. 695. Aristoph. Nub. 592 sqq.

33. *Φοῖβον, id est καθαρὸν καὶ λαμπρὸν*] Cf. Cornut. l. c. p. 195. *Φοῖβος μὲν λέγεται διὰ τὸ καθαρὸς εἶναι καὶ λαμπρός.* Vid. not. ad *Χρυσοκόμας*, § 47.

34. *Φάνητα*] Cf. c. 18. § 12 sq. Alii Phaneta dixerunt Herculem. Vid. Creuzer. II, pp. 224, 226, 246.

Φανεὸν] Hanc scripturam e meis codicibus recepi, interpretationi quae sequitur aptissimam, quamquam Cornutus l. c. ad § 32. suffragatur ei qua Macrobium donavit Camerarius, *Φαναῖον:* quod nomen a portus et promontorii in Chio insula nomine derivat Osannus l. c. p. 373 sq. Adde Strab. XIV, 1. p. 182. Tauchn. *Φάναι λιμὴν βαθὺς καὶ νεὼς Ἀπόλλωνος.*

35. *Camerienses*] „Lego *Camirenses*, ut paulo post [§ 45.]. Camirus una de tribus urbibus Rhodi, quae soli sacra insula. Apud Theocritum quoque in epigrammatis [20.], ubi est *Πείσανδρος ξυνέγραψεν ὡ 'κ Καμερίου.* Emendant viri magni *Καμείρου*, ego *Καμίρου.* Neque in eo solum, sed et in Strabone: *Κάμιρος* enim urbis nomen, *Κάμειρος* autem conditoris. Pindarus Olymp. Od. VII. [v. 135. Heyn.]. Eustathius ad Dionysium: *Καὶ Κάμιρος διὰ τοῦ ῑ γραφομένη πρὸς ἀντιδιαστολὴν τοῦ κυρίου. Ὁ γὰρ Κάμειρος τὸ κύριον γράφεται διὰ τοῦ διφθόγγου.*" Meurs. — Legitur sane *Καμιρεὺς*, apud Stephanum Byzant. *Κάμιρος, πόλις ἐν Ῥόδῳ, ... ὁ πολίτης Καμιρεύς.* Contra apud Strabon. XIV, 2. p. 198. Tauchn. et Diodor. V,

incolunt insulam, *Ἀειγενέτῃ* Apollini immolant, *τῷ τὸν ἥλιον ἀεὶ γίγνεσθαι καὶ ἀεὶ γεννᾶν*, id est quod semper exoriens gignitur, quodque ipse generat universa inseminando fovendo producendo
36 alendo augendoque. Apollinis Lycii plures accipimus cognominis causas. Antipater Stoicus Lycium Apollinem nuncupatum scribit [292] *ἀπὸ τοῦ λευκαίνεσθαι πάντα φωτίζοντος ἡλίου*. Cleanthes Lycium Apollinem appellatum notat, quod, veluti lupi pecora ra-
37 piunt, ita ipse quoque humorem eripit radiis. Prisci Graecorum primam lucem, quae praecedit solis exortus, *λύκην* appellaverunt *ἀπὸ τοῦ λευκοῦ*. Id temporis hodieque *λυκόφως* cognominant.
38 De quo tempore ita poeta scribit:

[Edd. ABGPS.

marienses S. *Camienses* a. — ΑΕΙΓΕΝΕΤΗ PS. ΑΕΙΓΕΝΕΤΙ BG. *ἀειγενέτην* v1. *ἀεὶ γενετῇ* v3i. *ἀειγενητῇ* ca. *ἀειγεννητῇ* h-p. *ἀειγεννητῃ* d. *ἀειγεννήτῃ* zb. — *τῶ τὸν ἥλιον ἀεὶ γίγνεσθαι καὶ ἀεὶ γεννᾶν* P. „Sic legendum.“ Pont. „At quare ita? Non indigemus voce *ἥλιον*, quia de eo solo agitur. Ms. et Edd. (v-gb; i *αὐτὸν*; g *τῶν*) constanter, *τῷ τὸν αὐτὸν ἀεὶ γίγνεσθαι καὶ ἀεὶ γεννᾷν*, nisi quod Camerar. (h) ante *γίγνεσθαι* (immo ante *ἀεὶ γίγνεσθαί*) etiam *καὶ* habet et alia (?) secundum *καὶ* omittat. Sed illud omnino approbandum.“ Gron. *τῷ τὸν ἀεὶ γίγνεσθαι καὶ ἥλιον ἀεὶ γεννᾶν* s-z. „Ed. vet. *τῷ τὸν αὐτὸν καὶ ἀεὶ γίγνεσθαι γενᾶν*. Utraque lectio vitio haut dubie laborat. De posteriori quidem res est in promptu: in priori vero illud *ἥλιον* est ineptum. Igitur illius loco restitue *ὅλον*, quia in interpretatione est *universa*. Deinde cum *τὸν* hic non recte pronominis locum tueri possit, lege: *τῷ τὸν αὐτὸν καὶ ἀεὶ γίγνεσθαι καὶ ὅλον ἀεὶ γενᾷν*. Itaque ex utraque lectione paucis mutatis sensum effici arbitramur, qui sequentibus satis conveniat.“ Zeun. (*γενέσθαι* S. ΓΕΝΕCΤΑΙ B.) — *ipse* om. P. 36. *ἀπὸ τοῦ λευκαίνειν ἢ λευκαίνεσθαι* S. *ἀπὸ τοῦ λαυκένεσθαι* vi. *ἀπὸ τοῦ λυκαίνεσθαι* ca. — *quia veluti* s-bP. — *ita quoque ipse* S. 37. *solus* P. — *exortis. appellaverunt* ΛΥΚΗΝ A. — *λυκέην* h in mg. — ΑΠΟ ΤΟΥ ΛΕ. BG. *ἀπὸ τοῦ λύκου* Sv-a. — *id est, temporis.* Edd. P. *id est, luce temporis* g in mg.

55. legitur *Καμειρεῖς*, et urbs etiam ab Homero Il. β', 656. vocatur *Κάμειρος*.

Ἀειγενέτῃ] Aliter ac Macrobius hoc nomen explicat Eustath. ad Iliad. β', 400. p. 245. *Αἰειγενέται δὲ ἢ ὧν τὸ γένος ἀεὶ διαρκεῖ, ἢ, ὡς καὶ ἀλλαχοῦ φησὶν, αἰὲν ἐόντες. λέγεται γὰρ παρὰ τῶν παλαιῶν ὅτι οἱ Ἴωνες τὸ εἶναι γενέσθαι φασίν. ὅθεν αἰειγενέτης ὁ ἀεὶ ὤν.* Quae cum nostro loco confert Lobeck. p. 482.

36. *Apollinis Lycii*] „Nonnulla veterum loca huc pertinentia collegit Clarkius ad Iliad. δ', 101. et η', 433., ubi reperiuntur iidem versus qui paulo post commemorantur ab auctore.“ Zeun. — Etiam hoc loco Macrobius nullam rationem habuit Lyciae terrae, ad quam hoc cognomen (*Λύκιος*) retulerunt Pindarus Pyth. I, 39. (74. Heyn.), Euripides Rhes. v. 224., Diodorus V, 56 et 77. Eustathius ad Hom. Iliad. p. 354, 16. Creuzer. vol. II. pp. 533, 537, 540, 594., qui tamen Lyciam terram lucis vocat et pp. 533 et 554. dicit in Aegyptiorum religionibus lupum cohaerere cum luce. Ad lupum hoc cognomen retulerunt Cornutus l. c. et Pausan. II, 9, 7 et 19, 3. (qui tamen I, 19, 4. novam eius habet etymologiam *ἀπὸ Λύκου τοῦ Πανδίονος*), Porphyr. de abstin. III, 17. p. 352. Schol. ad Aristoph. Av. 368. De luce in hoc cognomine explicando paucissimi veterum videntur cogitasse. Praeter locos quos supra commemoravi *Λύκειος* vel *Λύκειος ἄναξ* vocatur Apollo apud Aeschylum Sept. 146, 1257, Suppl. 685., apud Sophoclem El. 647., 1375. Oed. Tyr. 203 et 910., in Anth. Pal. VII, 10, 5. ap. Stephan. Byz. s. v. *Λύκαια*.

λευκαίνεσθαι] Cf. Eurip. Iph. Aul. 156. *Λευκαίνει Τόδε φῶς ἤδη λάμπουσ᾽ ἠώς*.

37. *id temporis*] „Ut *id noctis* cap. 21. [§ 13.] lib. I. in Somn. Minutius Felix [2, 4.] *Nam id tem-*

Ἦμος δ' οὔτ' ἄρ πω ἠώς, ἔτι δ' ἀμφιλύκη νύξ.

Idem Homerus:

Εὔχεο δ' Ἀπόλλωνι Λυκηγενεῖ κλυτοτόξῳ,

quod significat *τῷ γεννῶντι τὴν λύκην*, id est qui generat exortu suo lucem: radiorum enim splendor propinquantem solem longe lateque praecedens, atque caliginem paulatim extenuans tenebrarum, parit lucem. Neque minus Romani, ut pleraque alia ex 39 Graeco, ita et lucem videntur a *λύκῃ* figurasse. Annum quoque vetustissimi Graecorum *λυκάβαντα* appellabant, *τὸν ἀπὸ τοῦ λύ-*

Edd. vicabgspdzb.]

„Verba *ἀπὸ τοῦ λευκοῦ, id est temporis*, quomodo ferri possunt? Videat igitur lector interim an acquiescendum sit cuidam de hoc loco coniecturae eum ita emendanti, *λύκην appellaverunt ἀπὸ τοῦ λευκοῦ, id est, a luce temporis.* Mihi certe Gellium (sic!) *τὸ λευκὸν* interpretaturum fuisse lucem parum fit veri simile.“ Stephan. in praef. „Imo verius *id est candoris*.“ Pont. „Certe verius *τοῦ λευκοῦ* redditur *candoris* quam *temporis*: sed non verius est *candoris* quam *temporis* hoc loco scripsisse Macrobium. Frustra quoque alii *id est luce temporis* aut *λύκον, id est temporis.* Tantum erroris dedit una vox male inculcata. Non enim interpretatus est *τὸ λευκὸν* Macrobius, sed scripsit: *ἀπὸ τοῦ λευκοῦ. id temporis hodie λυκόφως cognominant.* Hoc acceptum referas licet ingenio illustris Grotii ad Aratea.“ Gron. Vid. not. 38 *ita poeta* Edd. PS. — *Ἦμος*] Il. *ή*, 433. — *ἔστι δ'* vl. *ἔστι δὲ* v3i. *ἔτι* (om. *δὲ*) p-bB. — *Εὔχεο*] Il. *δ'*, 101. — ΛΥΚΗΓΕΝΕ B. *λυκηγένη* S. *λυκηγενέτῃ* vi. *λυκειγενεῖ* ca. — *φωγ εὔνονι τῷ γεννῶντι* S. — ΤΗΝ ΛΥΚΗ BP. — *dies qui* vl. 39. *ita lucem* (om. *et*) c-b. — *a lyce* Mss. et Edd. — *appellant* Edd. BPS. — ΤΟΝ ΥΠΟ P. — *id est sole* om. S. *idem sole* A.

poris .. in temperiem semet autumnitas dirigebat, Arnobius lib. V. [25.] *Qui illud temporis has partes incolebant terrigenae.*“ Gron. — Sed duo ultima exempla huc non quadrant, quia in iis, ut apud Ciceronem p. Mil. 20, § 54. al., *id* et *illud temporis* adverbii, non ut h. l. nominis substantivi, locum tenet.

hodieque] Inde a Quintiliani aetate haud raro idem valet quod *hodie quoque*, id quod non perspexisse videntur ii qui distinxerunt ante hanc vocem.

λυκόφως] Cf. Eustath. ad Hom. Il. *η'*, 433. p. 689.: *Ὅτι ἀμφιλύκη νὺξ τὸ παρ' ἡμῖν ἰδιωτικώτερον λεγόμενον λυκόφως, ὅπερ οὔτε ἡμέρα ἤδη ἔστιν, ἀλλ' οὐδὲ νὺξ ἔστιν ἁπλῶς. ... λέξις δὲ καὶ αὕτη γνωστὴ τοῖς παλαιοῖς, οἳ καὶ ἔγραψαν, ὅτι λυκόφως ὁ πρὸ τῆς ἀνατολῆς χρόνος.*

38. *Λυκηγενεῖ*] Hoc cognomen Eustathius ad h. v. p. 448. interpretatur: *οἱονεὶ Λυκιηγενής, ὡς ἐν Λυκίᾳ γεγονὼς ... καὶ ἄλλως δὲ λυκηγενής λέγεται, ὅτι λύκος, φασὶν, ἐπεφάνη τῇ Λητοῖ ἐν τῷ τοκετῷ*, et Hesychius: *τῷ ἀπὸ Λυκίας ὄντι ἢ γενομένῳ.* G. Hermannus Opusc. VII. p. 289. de hoc loco disputavit haecce: „Macrobius *λυκηγενῆ* interpretatur *τὸν γεννῶντα τὴν λύκην*, inepte quidem, quia, si *λύκη* lux est, nomen illud potius ex luce natum significet necesse est Sed falsam esse istam interpretationem mihi quidem non dubium videtur, siquidem *λυκαυγὲς* et *λυκόφως* et *ἀμφιλύκη νὺξ* diluculum cogitari postulant. . . Est ergo *λυκηγενὴς* is dici putandus, qui nascitur pallescentibus nocturnis tenebris.“ Vid. not. ad § 39.

τὴν λύκην] Vox aliunde non nota, quae repetitur infra §§ 39 et 41.

39. *λυκάβαντα*] „Aelianus [Hist. an. X, 26.] *Λέγουσι δὲ φίλον ἡλίῳ εἶναι αὐτὸν [τὸν λύκον], καὶ διὰ ταῦτα εἰς τιμὴν τὴν τοῦ ζῴου κεκλῆσθαι καὶ τὸν ἐνιαυτὸν λυκάβαντα εἰσὶν οἳ λέγουσι, χαίρειν δὲ αὐτῷ καὶ τὸν Ἀπόλλωνα λόγος.* Glossarium *λυκοφῶς crepusculum, diluculum.* Proverbium Gallicum *inter lupum et canem* ad hunc glossarii locum pertinet. Proprie enim *λυκόφως lupi lux.*“ Pont. — Hanc vocem alii aliter interpretati

40 *κου*, id est sole, *βαινόμενον καὶ μετρούμενον.* *Λύκον* autem solem vocari etiam Lycopolitana Thebaidos civitas testimonio est: quae pari religione Apollinem itemque lupum, hoc est *λύκον*, colit, in utroque solem venerans, quod hoc animal rapit et consumit omnia in modum solis ac plurimum oculorum acie cernens te-
41 nebras noctis evincit. Ipsos quoque *λύκους* a *λύκῃ*, id est a prima luce, appellatos quidam putant, quia hae ferae maxime id tempus aptum rapiendo pecori observant, quod antelucanum post
42 nocturnam famem ad pastum stabulis expellitur. Apollinem *Πατρῷον* cognominaverunt, non propria gentis unius aut civitatis re-
[293]ligione, sed ut auctorem progenerandarum omnium rerum, quod sol humoribus exiccatis ad progenerandum omnibus praebuit causam, ut ait Orpheus:

Πατρὸς ἔχοντα νόον καὶ ἐπίφρονα βουλήν·

unde nos quoque Ianum patrem vocamus, solem sub hac appel-
43 latione venerantes. *Νόμιον Ἀπόλλωνα* cognominaverunt, non ex

[Mss. ABGPS.

itemque lupum (add. *id est sole* ... *Apollinem*) G. 40. *id est* S. — *animas* S. — *aciem cernens* B. *cernens aciem* (del. *m*) G. 41. *a lyce* BGSvi. *a lice* AP. *ἀπὸ τῆς λύκης* c-b. *a luce prima* v-g. 42. *et Apollinem* v-g. — *huius* (corr. in *unius*) B. — *ac civitatis* Av-g. — *ad progenerandarum omnibus* B (G punctis positis sub *ar*). *progenerandarum omnibus* Sv1. *progenerandis omnibus* v3-g. — *Πατρὸς*] Orph. fragm. ed. Herm. p. 463. Lobeck. Aglaoph. p. 478. 43. *Gr. cognominavesunt*. Suidas: *Λυκάβας*, *ἐνιαυτός*, *ἀπὸ τοῦ ταχέως βαίνειν ἢ λυγαίως βαίνειν, ὅ ἐστι σκοτεινῶς καὶ ἀδήλως· ἢ ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν λύκων, οἳ τοὺς ποταμοὺς περῶσιν ἀλλήλων κατέχοντες τὰς οὐρὰς χειμῶνος ὥρᾳ· λυκάβας οὖν ἀπὸ τοῦ συμβεβηκότος περὶ τὰ ζῶα. ἑπόμενα γὰρ ἀλλήλοις τάξει δίεισι τὸν ποταμόν.* Utramque interpretationem habet Eustath. ad Odyss. ξ', 161. p. 538. 41 sq.: priorem Hesychius s. h. v., Didymus ad Hom. l. c., schol. ad Apoll. Rhod. Arg. II, 1123.: posteriorem praeter Aelianum Artemidorus Onir. II, 12. c. not. Reiffii II, p. 335 sq. Vid. Creuzer. II. p. 533 sq. Zeunius citat adnotationes ad Odyss. l. c. in ed. Ernest.

τὸν ἀπὸ λύκου .. βαινόμενον] Haec non suffragantur iis qui pro Graeco habent Macrobium (vid. prolegg. p. VI.), nisi forte *ἀπὸ* mutandum est in *ὑπό*, ut scripsit Hermannus l. c.

40. *Lycopolitana Thebaidos civitas*] Cf. Creuzer. II. p. 554. et Diodor. I, 88. fin. *Ἔνιοι δὲ λέγουσι τῶν Αἰθιόπων στρατευσάντων ἐπὶ τὴν Αἴγυπτον ἀθροισθείσας παμπληθεῖς ἀγέλας λύκων ἐκδιῶξαι τοὺς ἐπελθόντας ἐκ τῆς χώρας, ὑπὲρ πόλιν τὴν ὀνομαζομένην Ἐλεφαντίνην· διὸ καὶ τόν τε νομὸν ἐκεῖνον Λυκοπολίτην ὀνομασθῆναι, καὶ τὰ ζῶα τὰ προειρημένα τυχεῖν τῆς τιμῆς.*

42. *Apollinem Πατρῷον cognominaverunt* cet.] Athenienses certe propria gentis et civitatis religione eum sic cognominaverunt. Cf. Demosth. de cor. § 141. p. 274. *Ἀπόλλω τὸν Πύθιον, ὃς πατρῷός ἐστι τῇ πόλει*, Plat. Euthyd. p. 302. *Ἀπόλλων πατρῷος (τοῖς Ἀθηναίοις ἐστὶ) διὰ τὴν τοῦ Ἴωνος γένεσιν.* Pausan. I, 3, 3. Apoll. Rhod. I, 410. Harpocr. s. v. *Ἀπόλλων*, schol. ad Arist. Av. v. 1526. et Nub. 1472. Creuz. II. p. 556 sqq.

Ianum patrem vocamus cet.] Cf. c. 9. §§ 9 et 15.

43. *Νόμιον Ἀπόλλωνα cognominaverunt* cet.] Cf. Cornutum l. c., Diodor. IV, 81., Schol. Ven. ad Hom. Il. β', 766.: *Νόμιος ὁ θεὸς ἐξ ἐκείνου ἀφ' οὗ ἐθήτευσε τῷ Ἀδμήτῳ κ. τ. λ.* Serv. ad Virg. Georg. III, 2.: *Apollo spoliatus divinitate ob occisos Cyclopas Admeti regis pavisse armenta dicitur. Unde eum nunc invocat qui Nomius vocatur vel ἀπὸ τῆς νομῆς, i. e. a pascuis, vel ἀπὸ τῶν νόμων, i. e. a lege chordarum.* Pind. Pyth. IX, 67.

officio pastorali et fabula per quam fingitur Admeti regis pecora pavisse, sed quia sol pascit omnia quae terra progenerat. Unde 44
non unius generis sed omnium pecorum pastor canitur, ut apud Homerum Neptuno dicente:

Φοῖβε, σὺ δ' εἰλίποδας ἕλικας βοῦς βουκολέεσκες.

Atque idem apud eundem poetam equarum pastor significatur, ut ait:

Τὰς ἐν Φηρίῃ θρέψ' ἀργυρότοξος Ἀπόλλων,
ἄμφω θηλείας, φόβον Ἄρηος φορεούσας.

Praeterea aedes, ut ovium pastoris, sunt apud Camirenses *Ἐπι-* 45
μηλίου, apud Naxios *Ποιμνίου*· itemque deus *Ἀρνοκόμης* colitur, et apud Lesbios *Ναπαῖος*: et multa sunt cognomina per diversas civitates ad dei pastoris officium tendentia. Quapropter universi pecoris antistes et vere pastor agnoscitur. Apollo *Ἐλελεὺς* ap- 46
pellatur *ἀπὸ τοῦ ἑλίττεσθαι περὶ τὴν γῆν*, quod aeterno circa terram meatu veluti volvi videtur, ut ait Euripides:

Edd. vicahgspdzb.]
runt A. — *ut fabula* v-g. 44. Φοῖβε] Il. φ', 448. — *ελιποΔλc* B. ἑλίποδας c. ἐλίποδα S. ἑλικόποδας v1. ἑλικώποδας v3i. *ειλιπλΔc* P. — Τὰς] Il. β', 766. — Φηρίῃ V4 „Med." φηριη S. *φηριει* B. *φηριφι* P. φηριφίῃ „Thuan." φερίῃ M123. *φιριν* v1. φιριν v3. φίρῃ i. Πιερίῃ c-b. Πηρίῃ Hom. ed. Wolf. l. c. 45. *ut omnium pastorum* v-g. — *επιμελιογ* B. *ει πημαιογ* A. ἐπιμηλύου v3i. ἐπὶ μηλίου s-z. „Scribo ἐπιμηλίου." Meurs. — ποιμνίον S. — *αρτοκομης* P. *κομης* BG. 46. *ελελειc* A. ἕλιξ vel ἑλικοειδὴς (in mg. ἐλελεὺς) S. — *appellatus* BGV. — *Euripides*] Phoen. v. 3., ubi metro flagitante legitur εἱλίσσων. —

(115. Heyn.), Apoll. Rh. II, 506.: Ἀγρέα καὶ Νόμιον. Ad hunc Apollon. loc. schol. adnotavit: ὅτι τὴν κατὰ τοὺς ἀγροὺς θεραπείαν τοῖς νομεῦσιν εἰσηγήσατο. Contra Cic. N. D. III, 23. 57. *Quartus in Arcadia, quem Arcades Νόμιον appellant, quod ab eo se leges ferunt accepisse*, et Clem. Alex. Protr. p. 8. Τέταρτον τὸν Ἀρκάδα τὸν Σιληνοῦ. Νόμιος οὗτος κέκληται παρ' Ἀρκάσιν. Creuzer. IV. p. 51. etiam Apollinem Νόμιον Arcadum legislatorem dicit fuisse, sed II, p. 686. pastorem gregis stellarum eum vocat.

fabula cet.] Cf. Eurip. Alc. 1 sqq.

44. βοῦς βουκολέεσκες] Sic Eurip. l. c. ἐβουφόρβουν ξένῳ.

ἐν Φηρίῃ] Haec videtur esse vera scriptura. Nam in hac terra erant equi Admeti Φηρητιάδαο (Iliad. β', 763). et fortasse in ea habitaverant Φῆρες (ib. 743. et ά, 268). Urbis nomen β', 711. est Φεραί, sed fortasse versus causa. Certe urbs prope Pylum sita vocatur Φηραί. Il. ε', 543., ι', 151, 293., Od. γ', 488., ο', 185. Cf. F. A. Wolfii prolegg. p. XXVIII., Symbol. p. 14.

45. *apud Camirenses*] Vid. not. ad § 35.

Ἐπιμηλίου] Alias, quod sciam, non invenitur hoc Apollinis cognomen, quod tribuitur Mercurio apud Pausaniam IX, 34, 2. Sed Pindarus Pyth. IX, v. 114. Heyn. Apollinem vocat ὀπάονα μάλων.

Ποιμνίου .. Ἀρνοκόμης] Creuzer. II. p. 584. haec cognomina inter alia similia commemorat, ex hoc loco, opinor, sumpta: nam alias ea inveni nusquam.

apud Lesbios Ναπαῖος] Conf. schol. ad Arist. Nub. 145. Ἐν Λέσβῳ δὲ Γονναπαίου Ἀπόλλωνος ὁ δοθεὶς Πέλοπι (χρησμὸς), ubi videtur legendum esse τοῦ Ναπαίου. Vid. Lobeck. p. 257. et Pindar. Pyth. VI, 9. ἐν πολυχρύσῳ Ἀπολλωνίᾳ .. νάπᾳ, cum scholio: τῇ Πυθοῖ, .. ἐκεῖ γὰρ ἡ Ἀπολλωνία νάπη, περὶ ἧς ἐν Παιᾶσιν εἴρηται, κ. τ. λ.

46. Ἐλελεὺς] Hoc cognomen videtur esse referendum ad exclamationem ἐλελεῦ. Cf. Hesychius: Ἐλελεῦ ἐπιφώνημα πολεμικὸν, οἱ δὲ προαναφώνησις παιανισμοῦ. Alias cognomen est Bacchi,

Ἥλιε θοαῖς ἵπποισιν ἑλίσσων φλόγα,

ἢ ὅτι συναλισθέντος πολλοῦ πυρὸς περιπολεῖ, ut ait Empedocles:

Οὕνεκ' ἀναλισθεὶς μέγαν οὐρανὸν ἀμφιπολεύει.

Platon: ἀπὸ τοῦ συναλίζειν καὶ συναθροίζειν τοὺς ἀνθρώπους, [294]ὅταν ἀνατείλῃ, quod exoriens homines conducit in coetum.
47 Apollo Χρυσοκόμας cognominatur a fulgore radiorum, quas vocant comas aureas solis: unde et Ἀκερσικόμης, quod numquam radii possunt a fonte lucis avelli: item Ἀργυρότοξος, quod ena-

[Mss. ABGPS.

ΘΟΑΙϹΠΠΟΙϹΙΝ M123. *ΘΟΑΙϹΠΠΟΥϹΙΝ* B. *θοαῖς τε ποῦσιν* S. *ΘΟΑΙϹ ΠΟΥϹΙΝ* P2. *θοιαῖσιν ἵπποισιν* a. *θ. ἱ.* (om. seqq. usque ad *ἀνατείλῃ*) V. — *ἑλίσσων σθένος πολλοῦ πυρὸς* (om. *φλόγα ἢ ὅτι συναλισθέντος*) v-c (c in mg. *φλόγα πολλὸν*). — *vel ut* v3-g. — *ΟΥΝΕΚΑΝΑΛΛΙϹΘΕΙϹ* BPR. *οὕνεκ' ἀναλυθεὶς* S. *οὕνεκα ἑλισθεὶς* v-a. — *ἀμφιπολεύεις* hg. *ΑΜΦΙΒΟΛΕΥΕΙ* BR. — *Platon*] Cf. Crat. p. 409. Steph. *ΠΛΑΤΩΝ* M12P7. *ΠΛΑΤΟΝ* B. *ΤΛΑΤΩΝ* P. *πλάταν* S. *ὑπαλλάττων* via. *ὑπαλλάττον* c. *ὑπό τ' ἄλλων* h-b. — *συναλίζειν* scripsi e coni. *ϹΥΝΑΛΑϹΚΕΙΝ* BP (M1 a sec. m.). *συναλλάσκειν* SM2P7. *ϹΥΝΑΛΛΑϹϹΕΙΝ* M1 a p. m. *συνηλεύσκειν* vi. *συνελεύσεσθαι* c. *συνελεύθειν* c in mg.; a. *συναλίσκειν* h-b. — *ϹΥΝΑΤΡΟΙΖΕΙΝ* Bca. — *ΑΝΑΤΕΛΗ* P. *ἀνέτειλε* v-a. *ἀνάτειλε* P6. *ἀναστείλῃ* P7. 47. *chrysocomas* BGPSh-pl. *chirsocomas* A. *chrysocomos* v-g. *chrysocomes* p2-b. — *cognominatus* B. — *quos* Sv3-g. — *vocat* v-a. — *unde et alii* S. — *ΑΚΕΡϹΙΚΟΜΗϹ* GP (S vel *ἀκερικόμες*). *ΑΚΕΡϹΙΚΟΜΕϹ* B. *ἀκερσεκόμης* vich-b. *ἀκειρεκόμης* a (chg in mg). Vid. not. — *possint* S. — *a fronte* v-pl. „Nihil certius, quam rescribendum *a fonte lucis*, et ita nunc reponi curavimus.“ Pont. „Luci frons tribui non potest; et vid. infra [§ 64.].“ Zeun. — *argyrotoxos* A.

ut apud Ovid. Metam. IV, 15. Cf. Boettiger. Id. z. Kunstmyth. I, p. 48.

ἀπὸ τοῦ ἑλίττεσθαι περὶ τὴν γῆν] Cf. Plato Cratyl. p. 409. Steph. *Τῷ περὶ τὴν γῆν ἀεὶ εἱλεῖν ἰών.*

ἀπὸ τοῦ συναλίζειν] Quod in codicibus legitur, *συναλάσκειν*, nihili est: *συναλίσκειν*, quod inde fecit Camerarius, non magis huc quadrat quam *συναλλάσσειν*, propterea hoc recepi quod proxime accedit ad verba Platonis l. c. *Ἅλιος οὖν εἴη μὲν ἂν κατὰ τὸ ἁλίζειν εἰς ταὐτὸ τοὺς ἀνθρώπους, ἐπειδὰν ἀνατείλῃ.* Fortasse corruptelae natae sunt e falsa scriptura *ΣΥΝΑΛΛΙΖΕΙΝ*. Conf. Symbol. p. 10.

47. *Χρυσοκόμας*] Cf. Cornut. l. c. p. 195. *Χρυσοκόμαν καὶ ἀκειρεκόμαν προσαγορεύοντες, ἐπειδὴ χρύσωπός ἐστι καὶ ἔξω πένθους καθεστὼς διὰ τὴν ἁγνότητα.* Martian. lib. I, § 12. *Hincque esse quod illic Phoebus et hic vocitetur Auricomus. Nam Solis augustum caput radiis perfusum circumactumque flammantibus velut auratam caesariem rutili verticis imitatur.* Koppius confert Valerium Flacc. IV, 92. et Virgil. Aen. XII, 163.

Ἀκερσικόμης] „*Ἀκερσεκόμης*, alias *ἀκειρεκόμης*. Utrumque rectum. Homerus *εἰς Ἀπόλλωνα* [v. 134] *Φοῖβος ἀκερσεκόμης.*“ Pont. — Cf. Il. *υ'*, 39. et versum qui legitur apud Lucian. Alex. 36. et Martian. lib. I. § 19. Suidas: *Ἀκερσεκόμης ὁ καὶ ἀκειρεκόμης, ὁ τὴν κόμην μὴ κειρόμενος.* Tertiam formam *ἀκερσικόμης* apud Nonnum scribi solere adnotavit Iacobs. ad Philostr. p. 510. Vid. Fix ad H. Steph. Th. Gr. l. s. v. *ἀκειρεκόμης*. — Aliam praeter illam interpretationem habet Hesychius: *ὁ ἄκαρπος τὰς κόμας, ἐξ οὗ δηλοῦται τὸ ἀπενθές· διὸ καὶ Φοῖβος λέγεται ὁ Ἀπόλλων, καθαρὸς ὢν παντὸς πάθους.* Cf. Cornut. l. c.

Ἀργυρότοξος] Sic in Iliade passim cognominatur Apollo inde ab *ά*, 37., ad quem locum adnotavit Eustath. p. 32.: *Ἀργυρότοξε, τουτέστι λαμπρότοξε. Οὐ γὰρ ἔστι πλάσαι τόξον ὅλον ἀργύρεον. εἰ δὲ καὶ ἀνακεῖται, ὥσπερ τῷ ἡλίῳ ὁ χρυσὸς, οὕτω τῇ σελήνῃ ὁ ἄργυρος, ὅμως οἰκειοῦται ὁ Ἀπόλλων ἥλιος καὶ τὸ τῆς σελήνης, ἐπεὶ καὶ ἐξ αὐτοῦ ἐκείνη ἔχει τὸ φῶς· δῆλον δ' ὅτι καὶ χρυσότοξος ὁ αὐτός.*

scens per summum orbis ambitum velut arcus quidam figuratur alba et argentea specie, ex quo arcu radii in modum emicant sagittarum. *Σμινθεὺς* cognominatur, *ὅτι ζέων θεῖ*, quia fervens 48
currit: *Καρνεῖος, ἐπεὶ καιόμενος ὁρᾶται νέος:* vel quod, cum omnia ardentia consumantur, hic suo calore candens semper novus constat: item *Ἀπόλλων Κιλλαῖος, ὅτι τὰς κινήσεις λαιὰς*

Edd. vicalıgspdzb.]
argyrotoxus Edd. BGPS. 48. *σμινθεὺς* S. *cμινθειc* BG. *Gr.* A. *Smyntheus* Edd. P. — *Κάρνιος* chg in mg. — *ἐπὶ* S. *ὅτι* Edd. — *καιμενoc* B. — *unde* (sup. *vel*) *quod* G. — *consummantur* A. — *idem* (sup. *t*) S. — *Κιλλαῖος* „Thuan." *cκιλλιoc* BM12 „Med." *cκιλλιoc* P. *σκιαλαῖος* S. *σκιλλαῖς* M3. *σκιάλλιος* Edd. *Ciallius* ch in mg. — *κινέσεις* M3. *κυνήσει* v. *κυνήσεις* i. „Non video quid hic faciant istae *κινήσεις*. Forte fuit *ὅτι τὰς σκιὰς ἀλλοίας ποιεῖ*. Nempe quia ipse ab austro nobis currit, facit ut umbrae in aliam et diversam partem, hoc est septentrionem, iaciantur." Gron. coll. Comm. II, 7, 13. — *λαιὰς* BPSM12.

Schol. Ven.: *Διὰ τὴν χρείαν τῶν βελῶν τοῦτό φησιν. ἔοικε δὲ μηδὲν διαφέρεσθαι περὶ τὸν ἄργυρον καὶ τὸν χρυσόν.*

in modum .. sagittarum] Cf. Martian. lib. I. § 13. *Hinc quoque Sagittarius, .. quod possit radiorum iaculis icta penetrare.* Cornut. l. c. p. 191 sq. *Ἀπόλλων ὁ ἥλιός ἐστιν. Ἄρτεμις δὲ ἡ σελήνη. διὰ τοῦτο γὰρ καὶ τοξότας αὐτοὺς ἀμφοτέρους παρήγαγον, τὴν ὡσανεὶ ἄφεσιν πόῤῥω τῶν ἀκτίνων αἰνιττόμενοι.*

48. *Σμινθεὺς*] Putaveris Macrobium scripsisse *Ζμινθεὺς*, ut scribitur *Ζμύρνα* et similia, quum hoc nomen interpretetur: *ὅτι ζέων θεῖ*. Sed cf. Hom. Iliad. *ά*, 39.; ad quem locum adnotavit Eustathius p. 26.: *Ὅτι Σμινθεὺς Ἀπόλλωνος ἐπίθετον. καὶ οἱ μέν φασιν ἀπὸ Σμίνθης πόλεως περὶ Τροίαν, ... οἱ δὲ ἀπὸ τῶν σμίνθων, ὃ δηλοῖ τοὺς μύας, αὐτὸν οὕτω καλεῖσθαί φασι. δοκεῖ γάρ ποτε ἀναιρέτης γενέσθαι σμίνθων βλαπτόντων τοὺς ἐκεῖ.* Similia habet schol. Ven. et Strabo XIII, 1. p. 131. Tauchn. Vid. Klausen. I. p. 69 sqq., Hildebrand. ad Arnob. III, 33.

Καρνεῖος] Cf. Hesychius: *Ἐπίθετον Ἀπόλλωνος, ἴσως ἀπὸ Κάρνου τοῦ Διὸς καὶ Εὐρώπης*, et schol. ad Theocrit. V, 83. *Κάρνεα δὲ ἑορτὴ Ἀπόλλωνος Καρνείου, ἀπό τινος Κάρνου. οὗτος δὲ ὁ Κάρνος μάντις ὢν εἵπετο τοῖς Ἡρακλείδαις, ἄσημα τούτοις μαντευόμενος ὅντινα ἐκτραπεὶς εἷς τῶν Ἡρακλειδῶν, Ἱππότης τοὔνομα, λόγχῃ βαλὼν ἀπέκτεινε· δι' ὃν λοιμὸς ἐγένετο ἐν τῇ Πελοποννήσῳ· καὶ ἀπελθόντες ἔλαβον χρησμὸν ἐξ Ἀπόλλωνος, Κάρνειον τιμῆσαι Ἀπόλλωνα, καὶ τοῦτο ποιήσαντες ἐπαύσαντο τοῦ λοιμοῦ κ. τ. λ.* Pausan. III, 13, 3. eadem fere habet, et adiicit: *Λέγεται δὲ καὶ ἄλλος ἐπ' αὐτῷ λόγος· ἐν τῇ Ἴδῃ τῇ Τρωϊκῇ κρανείας ἐν Ἀπόλλωνος ἄλσει πεφυκυίας τοὺς Ἕλληνας ἐκτεμεῖν ἐς τοῦ ἵππου τοῦ δουρίου τὴν ποίησιν· μαθόντες δὲ ὀργήν σφισιν ἔχειν τὸν θεὸν, θυσίας ἱλάσκονται καὶ Ἀπόλλωνα ὀνομάζουσι Κάρνειον, ὑπὲρ τῶν κρανειῶν, μεταθέντες τὸ ῥῶ κατὰ δή τι ἀρχαῖον*, quae apud Theocritum l. c. alius attigit scholiastes.

Κιλλαῖος] *Σ*, quod in omnibus fere codicibus huic cognomini praeponitur, non congruit cum interpretatione quae sequitur: *ὅτι τὰς κινήσεις λαιὰς ποιεῖ*, et *Κιλλαῖος*, quamquam ob aliam causam, etiam alias nominatur Apollo. Vid. Symbol. p. 11. et quae ad Hom. Iliad. *ά*, 37 sq. *Ὃς Χρύσην ἀμφιβέβηκας, Κίλλαν τε ζαθέην* adnotavit Eustathius p. 33.: *Ἡ δὲ Κίλλα πολίχνιον μὲν ἦν Τρωϊκόν. ... τὸ δὲ ὄνομα ἔσχεν ἀπό τινος ἡνιοχοῦντος τῷ Πέλοπι, ὃς Κίλλας μὲν ἐκαλεῖτο· αὐτόθι δὲ τεθνεὼς καὶ ταφεὶς ἐτιμήθη πρὸς τοῦ Πέλοπος κτίσματι πόλεως ἥτις δι' ἐκεῖνον Κίλλα ἐκλήθη· καὶ ἀπ' αὐτοῦ Κιλλαῖος Ἀπόλλων.* Eadem fere habet schol. Ven. Strabo XIII, 1. p. 129 sqq. Tauchn. (p. 612.): *Ἐν δὲ τῇ Ἀδραμυττηνῇ ἐστι καὶ ἡ Χρύσα καὶ ἡ Κίλλα. πλησίον οὖν τῆς Θήβης ἐστὶ νῦν Κίλλιτις τόπος, ἐν ᾧ Κιλλαίου Ἀπόλλωνός ἐστιν ἱε-*

49 *ποιεῖ*, semper nobis ab austro currens. *Θυμβραῖος Ἀπόλλων, ὁ τοὺς ὄμβρους θεὶς*, quod est deus imbricitor. *Ἀπόλλων Φιλήσιος*, quod lumen eius exoriens amabile amicissima veneratione
50 consalutamus. *Ἀπόλλων Πύθιος οὐκ ἀπὸ τῆς πεύσεως*, id est non a consultatione oraculorum, dictus a physicis aestimatur, sed *ἀπὸ τοῦ πύθειν*, id est *σήπειν*, quod numquam sine vi caloris
51 efficitur. Hinc ergo *Πύθιον* dictum aestimant: licet hoc nomen ex nece draconis inditum deo Graeci fabulentur, quae tamen fabula non abhorret ab intellectu naturalis archani: quod apparebit, si percurratur ordo qui de Apolline nascente narratur, sicut paulo

[Mss. ABGPS.
om. M3 et cum reliquis Graecis AG. *ἀλλοίας* Edd. 49. *Ἀπόλλων* om. v-g. — *ομβροc* P. — *veneratione oculorum* v-g. — *consultamus* G (S a sec. m.) i. 50. *οὐκὶ* vi. *οὐχὶ* c-g. *ἀπὸ τῆς πύσεως* vl. *ἀπὸ τοῦ πυθεὶν* v3i. *ἀπὸ τοῦ πύθεσθαι* c-g (hg in mg. *τῆς πεύσεως*). — *oculorum* BG. *occultorum* v-a (g in mg.). — *existimatur* Sv3-g. *extimatur* vl. 51. *πύθων* v-g. — *existimant* Sv3-g. *extimant* vl. — *fabulantur* A. — *non horret* B. 52. *obstetisse* h. — *effusus esset*

ρόν· ... Φησὶ δὲ Δάης ὁ Κολωνεὺς ἐν Κολωναῖς ἱδρυθῆναι πρῶτον ὑπὸ τῶν ἐκ τῆς Ἑλλάδος πλευσάντων Αἰολέων τὸ τοῦ Κιλλαίου Ἀπόλλωνος ἱερόν· καὶ ἐν Χρύσῃ δὲ λέγουσι Κίλλαιον Ἀπόλλωνα ἱδρῦσθαι· ἄδηλον, εἴτε τὸν αὐτὸν τῷ Σμινθεῖ εἴθ' ἕτερον.

semper nobis ab austro currens] Occidentem versus spectantibus et velut cum sole currentibus a parte laeva semper est ab austro currens, i. e. *κινήσεις λαιὰς ποιεῖ*.

49. *Θυμβραῖος*] Cf. Steph. Byz. *Θύμβρα, πόλις Τρωάδος, Δαρδάνου κτίσμα, ἀπὸ Θύμβρου φίλου αὐτοῦ, οὗ ποταμὸς Θύμβριος. ἀφ' οὗ Ἀπόλλωνος Θυμβραίου ἱερόν*, et Strabo XIII, 1. p. 107. Eustathius ad Hom. Iliad. *κ'*, 430, p. 816. Stat. Theb. VIII, 202. Hesych. s. h. v. Creuzer. IV. p. 209. Klausen. I. p. 184 sqq.

imbricitor] i. e. imbres ciens. Apud Apulei. de mundo cap. 37. cognomen est Iovis: ab Ennio infra VI, 2, 28. *Austri spiritus* vocatur *imbricitor*.

Φιλήσιος] Cf. Plin. N. H. XXXIV. 8. s. 19. § 75. Sill. *Canachus* (fecit) *Apollinem nudum, qui Philesius cognominatur, in Didymaeo.* Arnobius I, 26. inter alia hoc Apollinis cognomen memorat. Pausanias bis commemorat illam statuam, II, 10, 4. et IX, 10, 2., non addito cognomine.

50. *Πύθιος*] Omnes paene in eo consentiunt, ut hoc cognomen derivent a Pytho Phocidis urbe, et huius deinde nomen studeant interpretari, ut Horatius Od. I, 16, 6., ait: *incola Pythius*. Cf. Eustath. l. infra c.

a consultatione oraculorum] Hanc rationem amplectitur Cornutus l. c. p. 196. *Καὶ εὑρεθὲν τὸ ἐν Δελφοῖς μαντεῖον τῷ Ἀπόλλωνι προσωνόμασαν Πύθιον, ἀπὸ τοῦ δεῦρο ἐρχομένους τοὺς ἀνθρώπους πυνθάνεσθαι τὰ καθ' ἑαυτούς.* Sed H. Stephanus in Thes. Gr. l. s. h. v.: „Alii, inquit, *Πυθὼ* dictam volunt *διὰ τὸ δύνασθαι τοὺς ἐκεῖ χρωμένους πυθέσθαι, ἤτοι μανθάνειν, τὰ μέλλοντα*: cuius etymologiae mentio fit et in Lex. meo vet. Sed minus eam rationi consentaneam esse vel ex eo discimus, quod *πυ* producitur in *Πύθω*, in *πυθέσθαι* autem corripitur."

ἀπὸ τοῦ πύθειν, i. e. σήπειν] Cf. Hom. Hymn. in Apoll. v. 371 sqq. *Τὴν δ' αὐτοῦ κατέπυσ' ἱερὸν μένος ἠελίοιο. Ἐξ οὗ νῦν Πυθὼ κικλήσκεται· οἱ δὲ ἄνακτα Πύθιον καλέουσιν ἐπώνυμον, οὕνεκα κεῖθι Αὐτοῦ πῦσε πέλωρ μένος ὀξέος ἠελίοιο.* Eustath. ad Iliad. *β'*, 274. *Ἡ δὲ Πυθὼ πάλαι μέν ποτε Παρνασσία ἐκαλεῖτο· ... εἶτα Πυθὼν ἐκλήθη διὰ τὸν ἐκεῖ τοξευθέντα ὑπὸ Ἀπόλλωνος καὶ σαπέντα δράκοντα, ὡς ἐκ τοῦ πύθω τὸ σήπω, ... ὅθεν καὶ Πύθιος Ἀπόλλων ὁ ἐκεῖ τιμώμενος.*

51. *si percurratur ordo qui ...*

superius enarraturum me esse promisi. Latonae Apollinem Dia- 52
namque pariturae Iuno dicitur obstitisse, sed, ubi quandoque partus effusus est, draconem ferunt, qui *Πύθων* vocitabatur, invasisse cunas deorum, Apollinemque in prima infantia sagittis beluam confecisse. Quod ita intellegendum naturalis ratio de- 53
monstrat. Namque post chaos, ubi primum coepit confusa de- [295]
formitas in rerum formas et in elementa enitescere, terraque adhuc humida substantia in molli atque instabili sede nutaret, convalescente paulatim aetherio calore atque inde seminibus in eam igneis defluentibus haec sidera edita esse creduntur: et solem quidem maxima vi caloris in superna raptum, lunam vero humidiore et velut femineo sexu naturali quodam pressam tepore inferiora tenuisse, tamquam ille magis substantia patris constet, haec matris: siquidem Latonam physici volunt terram videri, cui 54
diu intervenit Iuno, ne numina quae diximus ederentur: hoc est aer, qui tunc humidus adhuc gravisque obstabat aetheri ne fulgor luminum per humoris aerii densitatem tamquam e cuiusdam

Edd. vicahgspdzb.]

coni. Meurs. — *deorum cunas* v-g. 53. *in elementa nitescere* P. *elementa nitescere* (om. *in*) v-gb. — *terraeque* cah. — *molli* (om. *in*) P. — *aethereo* G a. p. m. Sv-g. — *quidem* om. v-g. — *caloris vi* v-gb. — *humiliore* S. — *quondam* S. — *pressa* A. — *inferiore* (sup. *a*) A. 54. *terram volunt* A. — *aetherei* a. — *hominum* a. — *ne fulgor refulgeret* (omissis verbis interiectis) B. *ne fulgore fulgeret* (sup. „*vel fulgor eff.*“) G. — *humosi aeris* s-bP. „*humoris aerii* libri veteres.“ Pont. — *ex*

narratur] Exspectes: *si percurrentur ordine quae .. narrantur.*

52. *quandoque*] i. e. aliquando, incerto quodam tempore. Cf. Comm. II, 10, 7. *mundum quandoque coepisse.*

qui Πύθων vocitabatur] Vocatur *Πύθων ὄφις* ab Apollodoro I, 4, 1, § 3. Cf. Plutarch. Quaest. Gr. 12. p. 293. C., Strabon. IX, 3. p. 283. Tauchn., Ovid. Met. I, 430 sqq., Claudian. I. praef. 1.; V, 80., Lucan. V, 408., VII, 148 Hygin. fab. 140.

53. *Namque*] Haec particula, ut § 57. *nam* et § 61. *enim*, ponitur post *ita*, ut Graece *γὰρ* post *τῷδε τῷ τρόπῳ*.

confusa deformitas] Cf. Ovid. Met. I, 7. *rudis indigestaque moles* et quae sequuntur, Fast. I, 103 sqq.

humida substantia] sunt ablativi absoluti.

nutaret] Coniunctivus ponitur, quasi antecedat *quum*.

seminibus] Cf. c. 8. § 8. et Comm. I, 17, 15.

maxima vi caloris] tamquam ignis vi, cf. Comm. II, 14, 11.

humidiore et velut femineo sexu] Cf. lib. VII. cap. 10. extr. Pontanus confert Apuleii Metamorph. XI, 2. *Ista luce feminea collustrans cuncta moenia et nudis ignibus nutriens laeta semina*, coniiciens legendum esse *uvidis ignibus*, quod nunc recepit Hildebrandus.

naturali quodam .. tepore] Cf. VII, 16, 19. Doederlinus (Handb. d. Etymol. p. 188.) cum *tependi* verbo confert Graecum *τύφειν*.

54. *Latonam physici volunt terram videri*] Alii eam pro nocte habuerunt. Cf. Creuzer. II. p. 524.

intervenit] Cf. § 52. *obstitisse*, et infra *qui obstabat*. Calpurn. Ecl. 3, 23. *Quis vestro deus intervenit amori.*

Iuno .. hoc est aer] Cf. Comm. I, 17, 15. Sat. I, 15, 20; III, 4, 8. Cic. N. D. II, 26, 66. *Aer autem, ut Stoici disputant, interiectus inter mare et caelum, Iunonis nomine consecratur.* Kopp. ad Martian. I. § 67.

luminum] i. e. solis et lunae. Vid. not. ad Comm. I, 3, 13.

e cuiusdam partus progressione] Idem valere videtur ac *partu quodam procedente.*

55 partus progressione fulgeret. Sed divinae providentiae vicit instantia, quae creditur iuvisse partum: ideo in insula Delo ad confirmandam fidem fabulae aedes Providentiae, quam *ναὸν Προ-*
56 *νοίας Ἀθηνᾶς* appellant, apta religione celebratur. Propterea in insula dicuntur nati, quod ex mari nobis oriri videntur. Haec insula ideo Delos vocatur, quia ortus et quasi partus luminum
57 omnia facit *δῆλα*, id est aperta clarescere. Haec est autem de nece draconis ratio naturalis, ut scribit Antipater Stoicus. Nam terrae adhuc humidae exhalatio meando in supera volubili impetu atque inde sese, postquam calefacta est, instar serpentis mortiferi in infera revolvendo corrumpebat omnia vi putredinis, [296] quae non nisi ex calore et humore generatur, ipsumque solem densitate caliginis obtegendo videbatur quodammodo lumen eius eximere: sed divino fervore radiorum tandem velut sagittis incidentibus extenuata exiccata enecta interempti draconis ab Apol-
58 line fabulam fecit. Est et alia ratio draconis perempti. Nam solis meatus, licet ab ecliptica linea numquam recedat, sursum

[Mss. ABGPS.
cuiusdam v-g. 55. *Ἀθηνᾶς* om. v-a. „quod nec sensus postulat." Zeun. 56. *ea in insula* i-g. — *enati* P. — *qui ortus* a. 57. *in superna* v-g. — *infera* (om. *in*) A. *in inferiora* v-g. — *videbatur* om. P. — *exsiccatis* (sup. *a*) G. — *enecata* G. *evecta* S. 58. *perempti*

fulgeret] post substantivum *fulgor* est pleonasmus quidam, qui excusatur quodammodo eo quod verbum arcte iungendum est cum antecedentibus: *per .. densitatem*.

55. *divinae providentiae*] Cf. Cic. Div. I, 51, 117. *Esse deos et eorum providentia mundum administrari.* Idem N. D. I, 8, 18. et II, 22, 58. addit etiam vocem Graecam *πρόνοια*.

instantia] idem fere est quod contentio. Cf. Plin. ep. III, 5, 18. *Quid est enim quod .. haec instantia non possit efficere.*

ναὸν Προνοίας Ἀθηνᾶς] Cf. Harpocrat. s. v. *Πρόνοια: Αἰσχίνης ἐν τῷ κατὰ Κτησιφῶντος* [cc. 108 et 110 p. 69.], *ὠνομάζετό τις παρὰ Δελφοῖς Ἀθηνᾶ Πρόνοια, διὰ τὸ πρὸ τοῦ ναοῦ ἱδρύσθαι, ἢ ὅτι προὐνόησεν ὅπως τέκοι ἡ Λητώ. ταύτην δὲ Ἡρόδοτος ἐν τῇ ὀγδόῃ* [c. 37 sqq.] *Προνοίην* [immo *Προνηΐην* vel *Προναίην*] *ὀνομάζει. Πρόνοιαν* vocant praeterea Demosth. c. Aristogit. I., Pausan. X, 8, 6., Plutarch. praec. ger. reip. p. 825. B. Eustath. ad Hom. Iliad. *α*, 197, p. 83.; sed *τὸ τῆς Προναίας Ἀθηνᾶς* legitur apud Diodor. XI, 14. et apud Hesychium, apud Pausan. IX, 10, 2. *πρόναος*. De his Minervae cognominibus Gotting. 1845. scripsit Wieseler.

56. *ideo Delos vocatur*] Cf. § 32.

facit δῆλα, id est aperta clarescere] Sic adiectivum *δῆλα* explicatur verbis: *aperta clarescere.* Si posueris comma post *aperta*, iungenda erunt verba *facit δῆλα clarescere*, id quod minus commodum esse videtur.

57. *Nam*] Vid. not. ad § 53.

in supera] Noli ex edd. vett. recipere *superna.* Nam opponuntur *infera;* et *superna* § 53. sensu absoluto, ut ita dicam, idem fere valet quod *summa*, sed *in supera* nihil aliud est nisi *sursum*, sensu relativo. Cf. c. 21. § 26, ubi *infernae partes* idem fere volunt ac *imae partes*, et *supera* idem fere ac *superiora.*

volubili impetu] Conf. quae de ventis ait Lucretius I, 293 sqq: *Ruuntque Impetibus crebris; interdum vertice torto Corripiunt rapidoque rotantia turbine portant.*

quae .. generatur] Cf. VII, 16, 18.

58. *sursum tamen ac deorsum ventorum vices certa deflexione variando*] Cf. c. 19. § 10. et Comm. II, 7, 10. *Constat autem solem neque sursum ultra Cancrum neque*

tamen ac deorsum ventorum vices certa deflexione variando iter suum velut flexum draconis involvit. Unde Euripides: 59

— Πυριγενὴς δὲ δράκων
ὁδὸν ἡγεῖται ταῖς τετραμόρφοις
ὥραισι ζευγνὺς ἁρμονίᾳ
πλούτου πολύκαρπον ὄχημα.

Sub hac ergo appellatione caelestis itineris sol, cum confecisset suum cursum, draconem confecisse dicebatur: inde fabula exorta est de serpentis nece. Sagittarum autem nomine non nisi radio- 60
rum iactus ostenditur, qui tunc longissimi intelleguntur, quo tempore altissimus sol diebus longissimis solstitio aestivo conficit annuum cursum, inde Ἑκηβόλος et Ἑκατηβόλος dictus, ἕκαθεν τὰς ἀκτῖνας βάλλων, e longissimo altissimoque radios in terram usque demittens. De Pythii cognomine sufficere ista potuissent, ni haec 61

Edd. vicahgspdzb.] *draconis* G. 59. *Euripides*] cf. Matth. fragm CLXXVII. F. Gu. Wagner. 996. — *πυριγένης δὲ δρα.* (rel. om) V. *πυργεννή* v. *πυργεννῆ* i. *πυριγενῆ* c. — *δεδροκον* v. — *ὁδὸν* Matth. et Wagn. *ὅλον* Mss. et Edd. R a sec. m. *οκον* R a p. m. — *τοῖς τετραμόρφοις* vi. — *ὥραισι* scripsi e coni. *ωραιс* Mss. *Ωραις* v3. *ὥραις* c-g. *Ὡραῖς* p-b. — *ζευγнιс* P „Thuan.“. *ζεύγην* vi. *ζεύγλην* ca. — *αρмονι* B. *ἁρμονία* vihg. — *πλούτου* M12 „Med.“. "*πιουτου* B. *πιουτ* P2. *πούτου* S. *πλουτον* P7. *ὁ πλοῦ τοῦ* P6. *ὅπλου τοῦ* v1ca. *ὅπλον τοῦ* v3i. *ὅκλου τοῦ* g. om. P (qui habet *αρмονιαιπου καρπον*) hs-b. — *πολυκάρπου* v-a. — *cursum suum* BG. — *confixisse* g in mg. — *dicebatur* (sup. *videb.*) S. — *unde* Sv-g. 60. *καὶ ἑκατιβόλος dictus* S. *dictus καὶ ἑκατηβόλος* v-g. — *ἕκαθεν ... βάλλων* om. v-a. — *ex longissimo* P. — *dimittens* ABGv1. 61. *possent* s-bP.

ultra Capricornum deorsum meare. Plin. N. H. II, 16. s. 13. § 67. Sill. *Sol medio* (zodiaco) *fertur inter duas partes flexuoso draconum meatu inaequalis. ... Haec erit latitudinum ratio ad Austrum descendentium aut ad Aquilonem subeuntium;* Varro R. R. III, 5. *Orbis ventorum octo.* Erat cum coniicerem: *sursum tamen ac deorsum venit horarum vices certa deflexione variando,* ut Horatius ait Carm. IV, 7, 3. *Mutat terra vices,* et I, 12, 15 sq. *variisque mundum temperat horis.* At sic oritur asyndeton, ut scribendum esset: *et iter .. involvit;* et anni tempora non efficiuntur *certa deflexione* sed sole in linea ecliptica procedente.

iter suum .. involvit] i. e. velut spiras vel orbes facit eundo. Cf. Virgil. Georg. II, 153 sq. *Nec rapit immensos orbis per humum, neque tanto Squameus in spiram tractu se colligit anguis,* et Aen. II, 217. *spirisque ligant ingentibus.* Conf. quae C. O. Muellerus Handb. d. Arch. p. 279. refert de zodiacis Imperatorum Romanorum aetate in Aegypto factis, et infra c. 19. § 16.

59. *Πυριγενὴς* cet.] Metrum anapaesticum restituere conatus sum, in Symbol. p. 14 sq. e codd. mss., *Ὥραισι* tantummodo scribens pro *Ὥραις*. Duo versus, quorum alter incipit a verbo *Ὥραις*, distincti sunt inde ab ed. Steph. F. Gu. Wagnerus refert Matthiaeum hoc fragmentum censere esse e Phaëtonte, Musgravium e Pirithoo.

confecisset ... confecisse] Animadvertit Mahul duplici sensu h. l. usurpatum esse verbum *conficiendi*, ut esset modo idem quod *perficere* modo idem quod *interficere:* potius dixerim altero loco ambiguam esse eius vim.

60. *radiorum iactus*] Cf. § 12.

Ἑκηβόλος] Schol. Ven. ad Hom. Iliad. α, 14. *ὁ ἕκαθεν ἐπιτυγχάνων.*

Ἑκατηβόλος] Eustath. ad Hom. Iliad. α, 75. cognomen *ἑκατηβελέτης* etiam interpretatur *ὁ ἕκαθεν βάλλων.* Idem ibidem reprobat etymologiam Simonidis, *ὡς ἑκατὸν βέλεσιν ἀνεῖλεν ὁ Ἀπόλλων τὸν ἐν Πυθοῖ δράκοντα.* Non recte Ma-

quoque ratio eiusdem appellationis ingereret. Cum enim sol in
signo Cancri aestivum solstitium facit, in quo est longissimi diei
terminus, et inde retrogressum agit ad diminutionem dierum, Py-
thius eo tempore appellatur, *ὡς πύματον θέων, ὅ ἐστι τὸν τε-*
62 *λευταῖον δρόμον τρέχων*. Idem ei nomen convenit et cum Ca-
pricornum rursus ingrediens ultimum brevissimi diei cursum in-
[297] tellegitur peregisse, et ideo in alterutro signorum peracto annuo
spatio draconem Apollo, id est flexuosum iter suum, ibi confe-
cisse memoratur. Hanc opinionem Cornificius in Etymis retulit.
63 Ideo autem his duobus signis quae portae solis vocantur, Cancro
et Capricorno, haec nomina contigerunt, quod Cancer animal re-
tro atque oblique cedit, eademque ratione sol in eo signo obli-
quum, ut solet, incipit agere retrogressum: caprae vero consue-
tudo haec in pastu videtur, ut semper altum pascendo petat, sed
64 et sol in Capricorno incipit ab imis in alta remeare. *Ἀπόλλωνα*
Διδυμαῖον vocant, quod geminam speciem sui numinis praefert
ipse inluminando formandoque lunam: etenim ex uno fonte lucis
gemino sidere spatia diei et noctis inlustrat: unde et Romani so-
lem sub nomine et specie Iani Didymaei Apollinis appellatione ve-
65 nerantur. *Ἀπόλλωνα Δέλφιον* vocant, quod quae obscura sunt
claritudine lucis ostendit, *ἐκ τοῦ δηλοῦν ἀφανῆ*, aut, ut Nume-

[Mss. ABGPS.

— *in haec* S. *ni hoc* v3c-g. — *se ratio* s-bP. — *ingereretur* S. 62. *Id est nomen* A. — *rursum* A. — *ultissimum* G. — *brevissimum* S. — *altero utro* BG. — *ibi* om. v-g. — *in echinis* S. 63. *haec omnia* vs-bP. „*Haec nomina* libri veteres.“ Pont. — *incedit* G. — *in capricornum* A. 64. *sui luminis* „Monuerunt amici de hac coniectura summae spei adolescentis Hugeiani Grotii. Et placuit placetque serio.“ Pont. — *illustrant* Ps-z. *illustritat* S. — *iam didyma ei* S. *anni didymati* v1. *anni didymaei:* v3i. *anni, Didymaei* chg (h in mg. „*Iani* ant.“). 65. *claritudine solis* S. — *ἀπὸ τοῦ* c-b. — *ΔΗΑCΥΤΑ ΑΦΑΝΕ* B. *ΑΝΑCΙΤΑ*

crobius haec cognomina retulit ad certum quoddam anni tempus.

61. *enim*] Vid. not. ad § 53.

longissimi diei terminus] i. e. terminus qui efficitur longissimo die. Similiter infra § 62. *ultimum brevissimi diei cursum.*

63. *quae portae solis vocantur*] Conf. Comm. I, 12, 1.

ut semper altum pascendo petat] Cf. c. 21. § 26., et c. 22. § 6.

64. *Διδυμαῖον*] Conf. Stephan. Byz. *Δίδυμα, οὐδετέρως, τόπος καὶ μαντεῖον Μιλήτου ἀφιερωμένον Διῒ καὶ Ἀπόλλωνι· ... τὸ ἐθνικὸν Διδυμεὺς καὶ Διδυμαῖος κτητικόν.* Plin. N. H. V, 29. s. 31. § 112. *Oraculum .. Didymaei Apollinis.* Strab. XIV, 1, p. 165. Tauchn. *Ἑξῆς ἐστι τὸ μαντεῖον τοῦ Διν δυμέως* (al. *Διδυμ.*) *Ἀπόλλωνος τὸ ἐν Βραγχίδαις*, Pausan. VII, 2, 4. *Τὸ ἱερὸν τὸ ἐν Διδύμοις τοῦ Ἀπόλλωνος καὶ τὸ μαντεῖον.* Hildebrand. ad Arnob. I, 26. citat Mueller. Dor. I. p. 224. Hoeck. Creta II, p. 318 sq. Etiam Etymol. M. p. 272, 45. hoc cognomen derivat *ἀπὸ τῶν ἐν Μιλήτῳ Διδύμων*, Macrobius minus recte *ἀπὸ τοῦ διδύμου*, quamobrem geminam ei tribuit speciem. Cf. Zeitschr. f. A. W. 1841. p. 560. Zeunius citat Ernestium ad Sueton. Calig. 21. qui existimet Apollinem geminum in universum vocari, quod cum Diana uno partu sit editus.

Iani] Conf. c. 9. § 5 sqq.

65. *Δέλφιον*] Alias, ut apud Platon. de legg. III, p. 686. A. et H. Orph. 33, 4., vocatur *Δελφικός*.

quod ... ostendit] „Videatur etiam allusisse poeta illo versu: — *αὐτὰρ ὁ βωμὸς Αὐτὸς Δέλφειος καὶ ἐπόψιος ἔσσεται αἰεί.* Exstat hymno *εἰς Ἀπόλλωνα* [v. 495 sq.].“ Pont.

nio placet, quasi unum et solum. Ait enim prisca Graecorum lingua δέλφον unum vocari: *unde et frater*, inquit, *ἀδελφὸς dicitur, quasi iam non unus.* Hieropolitani praeterea, qui sunt gentis 66
Assyriorum, omnes solis effectus atque virtutes ad unius simulachri barbati speciem redigunt, eumque Apollinem appellant. Huius 67
facies prolixa in acutum barba figurata est, eminente super caput calatho: simulachrum thorace munitum est, dextera erectam tenet hastam superstante Victoriae parvulo signo, sinistra floris porrigit speciem, summisque ab humeris Gorgoneum velamentum redimitum anguibus tegit scapulas. Aquilae propter exprimunt instar [298]

Edd. vicahgspdzb.]
αφανε G. — *δέλφιον* S. — *Gr. unum vocari. unum et inquit frẽm Gr. dicitur* A. — *vocitari* Sv-g. 66. *Hierapolitani* p2-6P. — *gentes* v-g. — *eundem* (om. *que*) S. *eundemque* Edd. P. 67. *calotho* A. — *munitum* (om. *est*) S. — *speciem porrigit* G. — *tegit scapulas;* (post *tegit* est rasura: semicolon additum videtur a sec m) A. *tegit. Scapulas* BS (G *Scapulis*, sup. *as*). *tegit spatulas* P. — *Aquilas propter exprimunt instar volantum* coni. Pont. *aquilae instar exprimunt propter v.* coni. Meurs. „Utriusque mutatio corrumpit potius quam emendat vulgatam lectionem,

δέλφον unum vocari] Lexica non agnoscunt hanc vocem. Aliam vocis *ἀδελφὸς* etymologiam habet Hesychius: *Ἀδελφοὶ οἱ ἐκ τῆς αὐτῆς δελφύος γεγονότες, δελφὺς γὰρ ἡ μήτρα λέγεται.*

66. *Hieropolitani ... omnes solis effectus .. ad unius simulachri barbati speciem redigunt* cet.] Lucianus de dea Syria c. 34.: *Ἐν αὐτῷ δὲ τῷ νηῷ ἐσιόντων ἐν ἀριστερῇ κέαται πρῶτα μὲν θρόνος ἠελίου, αὐτοῦ δὲ εἶδος οὐκ ἔνι· ... μετὰ δὲ τὸν θρόνον τοῦτον κέαται ξόανον, Ἀπόλλωνος, οὐκ οἷον ἐώθεε ποιέεσθαι· οἱ μὲν γὰρ ἄλλοι πάντες Ἀπόλλωνα νέον τε καὶ πρωθήβην ποιέουσι, μοῦνοι δὲ οὗτοι Ἀπόλλωνος γενειήτεω ξόανον δεικνύουσι, ... μοῦνοι Ἀπόλλωνα εἵμασι κοσμέουσιν.* Creuzer. vol. IV. p. 245. in Tarsensium nummis commemorat Apollinem barbatum. Infra c. 23. § 12. dei Heliopolitani simulacrum, quod Iovis solisque consociatam potentiam monstraverit, dicitur fuisse *aureum specie inberbi.*

67. *calathus*] Cf. Servius ad Virg. Buc. II, 45.: *Sane calathus Graecum est: nam Latine quasillum dicitur. Calathus* vel *modius*, fertilitatis signum, alias Cereris et Dianae Ephesiae capiti impositus conspicitur. Conf. Mueller. Handbuch d. Archaeol. § 344. (p. 480. extr.) et § 357. 5. et 7.; Denkmaeler d. alt. Kunst vol. II. tab. 8. fig. 92. et vol. I. tab. 2. fig. 12.

Gorgoneum velamentum] Gorgonea facies in aegide posita tribuitur Minervae, cf. § 70.; sed Gorgo conspicitur etiam in pectore Cereris vel Canephorae Mueller. Denkm. vol. II, tab. 8. fig. 92. anguibus quidem non additis. Cf. Handb. § 65, 3. et § 357, 5.

Aquilae propter exprimunt instar volatus] *Aquilae* pro subiecto est habendum, quod non intellexit Pontanus qui, quod de pluribus aquilis non una solum ageretur, scribendum esse censuit *Aquilas*. Idem adiecit: „Locutio fere par lib. VII. cap. 15. [§ 4.] *duas esse fistulas instar canalium.* Porro *propter exprimunt* est *iuxta exprimunt*, quod sciunt quibus Latinae linguae vel minimus sensus.“ Gronovius: „Recte, inquit Pontanus accepit τὸ *instar*.“ Sed rectius, opinor, interpretatus est Meursius qui adnotavit: „Est autem *instar* hoc loco idem quod effigies et figura. Ausonius in Parentalibus: *Voce ciere animas funeris instar habet*, A. Gellius lib. II. cap. 6. [§ 10.]: *Inculpatus autem instar est absolutae virtutis.* Apuleius Florid. Num. XII. *Psittacus Indiae avis est: instar illi minimo minus quam columbarum.* Pro forma posuit Virgilius Aen. lib. VI. extremo: — *quantum instar in ipso.* Pro effigie et simulacro Macrobius hic et Suetonius in Iulio Caesare [c. 61.]: *Cuius etiam instar pro aede Vene-*

volatus: ante pedes imago feminea est, cuius dextera laevaque sunt
68 signa feminarum: ea cingit flexuoso volumine draco. Radios in
terram superne iaci barba demissa significat: calathus aureus sur-
gens in altum monstrat aetheris summam, unde solis creditur
esse substantia: hastae atque loricae argumento imago adiungitur
Martis, quem eundem ac solem esse procedens sermo patefaciet:
Victoria testatur cuncta submitti huius sideris potestati: floris
species florem rerum protestatur quas hic deus inseminat proge-
69 nerat fovet nutrit maturatque. Species feminea terrae imago est,
quam sol desuper inlustrat: signa duo aeque feminea quibus amb-
itur hylen naturamque significant confamulantes: et draconis ef-
figies flexuosum iter sideris monstrat: aquilae propter altissimam
70 velocitatem volatus altitudinem solis ostendunt. Addita est Gor-
gonea vestis, quod Minerva, quam huius praesidem accipimus, so-
lis virtus sit: sicut et Porphyrius testatur Minervam esse virtutem
solis quae humanis mentibus prudentiam subministrat. Nam ideo
haec dea Iovis capite prognata memoratur, id est de summa
aetheris parte edita, unde origo solis est.

XVIII. Haec quae de Apolline diximus possunt etiam de
[299] Libero dicta existimari. Nam Aristoteles, qui Theologumena
scripsit, Apollinem et Liberum patrem unum eundemque deum

[Mss. ABGPS.

qua nihil clarius integrius sincerius." Gron. Vid. not. — *femine* (sup. add. *a*) G. — *dextra* BGSa. — *signa sunt* A. 68. *superne* add. a sec. m. G. — *dimissa* BG. — *sig̃t* S. *signat* v-g. — *monstrat ati* (sup. add. *l*) *aetheris* A. — *summum* v-g. — *matris* A. — *procedens sermo*] c. 19. — *patefiet* (sup. add. *ac*) A. — *nutrit fovet* Sv-g. 69. *ambitus* B (G a p. m.). — *hylem* S. — *fluxuosum* v. — *id est* om. A.

XVIII. *Caput. XVIII. Liberum quoque patrem cum ipsum esse deum quem solem.* ch-b. *Cap. XXI. De Libero patre: quodque idem sol et Liber pater.* v (i. *Cap. XX.*). *DE LIBERO PATRE* (A in mg.) BGP12.

1. *de Libero patre* s-b. — *aestimari* a-z. — *multis* (om. *aliis*) Ps-z.

ris Genetricis postea dedicavit." Adverbium *propter* non tam, ut vult Gronovius, cum verbo *exprimunt*, quam cum nomine *Aquilae* est iungendum. Explices *Aquilae quae prope adsunt* et conferas Comm. I, 21, 9. *Aegyptiorum retro maiores*. et de diff. 15, 19. *omnis retro aetas*, prolegg. p. XLIV.; nisi forte *propter* errore huc translatum est e § 69.

dextera laevaque] i. e. a dextera laevaque parte, cf. § 69.

68. *in terram superne iaci*] Cf. c. 22. § 2. *Superne* h. l. idem valet quod *ex alto*: sed idem quod *in altum* apud Plinium N. H. XIX, 5. s. 25. § 76. *Solum hoc genus superne tendit, non ut cetera in terram.*

procedens sermo patefaciet] Cf. prolegg. p. XLII.

protestatur] Hoc verbo usus esse videtur Macrobius, ne parvo intervallo repeteretur verbum *testatur*. Cf. prolegg. p. XLIV.

69. *hylen*] Cf. c. 22. § 3. et Comm. I, 12, 11.

propter altissimam velocitatem volatus] Dicendum erat: *propter altissimum et velocissimum volatum*. Similia vid. prolegg. p. XLII.

70. *quam huius praesidem accipimus*] i. e. cuius hanc propriam esse accipimus.

de summa aetheris parte edita] Conf. III, 4, 8. Pontanus adnotavit: „Arnobius [III, 31.] doctissime: *Eandem hanc alii aethereum verticem et summitatis ipsius esse summam dixerunt. Memoriam nonnulli, unde ipsum nomen Minerva, quasi quaedam Meminerva, formatum est.*"

XVIII, 1. *Apollinem et Liberum .. eundem deum esse*] Conf. Arnob. III,

esse cum multis aliis argumentis adserat, etiam apud Ligyreos ait in Thracia esse adytum Libero consecratum ex quo redduntur oracula: sed in hoc adyto vaticinaturi plurimo mero sumpto, uti apud Clarium aqua pota, effantur oracula. Apud Lacedaemonios 2
etiam in sacris quae Apollini celebrant, Hyacinthia vocantes, hedera coronantur Bacchico ritu. Item Boeotii Parnasum montem 3
Apollini sacratum esse memorantes simul tamen in eodem et oraculum Delphicum et speluncas Bacchicas uni deo consecratas co-

Edd. vicahgspdzb.] — *adserat* A. *asserat* Ps-z. *adserit* G. *asserit* BH2. *asseverat* Sv-gb. — *tum etiam* v-gb. „Melior lectio et legibus linguae convenientior (*asseverat*, *tum etiam*).“ Zeun. — *hoc in adito* A. — *potata* Ss-b (P *aqua potata aqua*). 2. *celebrabant* BG. — *et sacris* (om. *in*) v1. — *yacinthia* BG. *iacinthia* A. 3. *boetii* ABGS. — *parnassum* B. —

33. *Quid, cum Liberum Apollinem Solem unum esse contenditis numen vocabulis amplificatum tribus.* Laur. Lyd. IV, 38 (p. 81.) *Λίβερ παρὰ Ῥωμαίοις ὁ Διόνυσος, οἱονεὶ ἐλεύθερος, τουτέστιν Ἥλιος.* Plutarch. Quaest. Rom. 104. Hildebrand. ad Arnob. I, 36. Lobeck. p. 296. Creuzer. I, p. 466.

apud Ligyreos] Haec natio mihi quidem non aliunde est nota.

redduntur oracula] Indicativus modus pro coniunctivo positus est, ut saepius. Cf. prolegg. p. XLI. De re conf. Osann. ad Cornut. p. 357. qui citavit Athen. II, p. 38. *καὶ οὗτός ἐστιν ὁ τῆς ἀληθείας τρίπους· Διὸ Ἀπόλλωνος οἰκεῖος διὰ τὴν ἐκ μαντικῆς ἀλήθειαν, Διονύσου δὲ διὰ τὴν ἐν μέθῃ.* Euripides Bacch. 279. *μάντις δ᾽ ὁ δαίμων ὅδε κ. τ. λ.*

apud Clarium aqua pota] „De Clarii Apollinis oraculo apud Colophonios Tacitus Annal. II, 54. ita: *Non femina illic, ut apud Delphos, sed certis e familiis et ferme Mileto accitus sacerdos numerum modo consultantium et nomina audit: tum in specum degressus, hausta fontis arcani aqua, ignarus plerumque litterarum et carminum edit responsa*, atque Anacreon XIII. *Οἱ δὲ Κλάρου παρ᾽ ὄχθαις Δαφνηφόροιο Φοίβου λάλον πιόντες ὕδωρ Μεμηνότες βοῶσιν.*“ Zeun. — Adde infra § 19. et Plin. N. H. II, 103, s. 106, § 232.: *Colophone*, inquit, *in Apollinis Clarii specu lacuna est, cuius potu mira redduntur oracula, bibentium breviore vita.* Iamblich. Myster. III, 2. *Τὸ δὲ ἐν Κολοφῶνι μαντεῖον ὁμολογεῖται παρὰ πᾶσι δι᾽ ὕδατος χρηματίζειν, εἶναι γὰρ πηγὴν ἐν οἴκῳ καταγείῳ καὶ ἀπ᾽ αὐτοῦ πίνειν τὸν προφήτην κ. τ. λ.* Pausan. VII, 3, 1., Plin. N. H. V, 29 s. 31. § 116. Mueller. Dor. I, 226., Klausen. I, p. 215. — *Apud Clarium* idem est atque in Apollinis Clarii fano. Vid. not. ad c. 20 § 6.

2. *Hyacinthia*] Per triduum celebrata sunt in honorem Hyacinthi Amyclae filii. Conf. Hesych.: *Ἑκατομβεύς, μὴν παρὰ Λακεδαιμονίοις ἐν ᾧ τὰ Ὑακίνθια*, et Pausan. III, 10, 1.: *Καὶ (ἐπῄει γὰρ Ὑακίνθια) ἀφίησι τοὺς Ἀμυκλαιεῖς οἴκαδε ἀπελθόντας τὰ καθεστηκότα Ἀπόλλωνι καὶ Ὑακίνθῳ δρᾶσαι*, et 19, 1.: *Ὑακινθίοις πρὸ τῆς τοῦ Ἀπόλλωνος θυσίας.* Conf. eundem III, 1, 3. Athen. IV, 17; 7. p. 139. D; Manso Sparta I, 2, p. 203 sqq. et III, 2, p. 201. Heyne Antiqu. Aufs. I. p. 97-107. Real-Enc. s. h. v. Hedera eos coronari solitos esse solus Macrobius refert: quod dicit Athenaeus l. c., *καὶ διὰ τὸ πένθος τὸ γενόμενον περὶ τὸν Ὑάκινθον οὔτε στεφανοῦνται ἐπὶ τοῖς δείπνοις κ. τ. λ.*, id ad primum diem tantummodo pertinet.

Bacchico ritu] Cf. Ovid. Fast. III, 767. *Hedera est gratissima Baccho.* Plin. N. H. XVI, 34 s. 62. § 144: *Ita coronato exercitu .. exemplo Liberi patris, cuius dei et nunc adornat thyrsos cet.* Servius ad Virg. Buc. VII, 25. *Hedera coronantur poetae quasi Libero consecrati.*

3. *speluncas Bacchicas*] Plutarchus Quaest. Graec. 12. commemorat *τινὰ τόπον φαραγγώδη*: Pausanias X, 32. antra complura, sed Baccho sacrum nullum: quamquam § 5. *Τὰ δὲ νεφῶν τέ εἰσιν*, inquit,

lunt: unde et Apollini et Libero patri in eodem monte res di-
4 vina celebratur. Quod cum et Varro et Granius Flaccus adfirment, etiam Euripides his docet:

Διόνυσος ὃς θύρσοισι καὶ νεβρῶν δοραῖς
καθαπτὸς ἐν πεύκαισι Παρνασσὸν κάτα
πηδᾷ χορεύων.

5 In hoc monte Parnaso Bacchanalia alternis annis aguntur: ubi et Satyrorum, ut adfirmant, frequens cernitur coetus et plerumque voces propriae exaudiuntur, itemque cymbalorum crepitus ad au-
6 res hominum saepe perveniunt. Et, ne quis opinetur diversis dis Parnasum montem dicatum, idem Euripides in Licymnio Apollinem Liberumque unum eundemque deum esse significans scribit:

Δέσποτα φιλόδαφνε Βάκχε, Παιὰν Ἄπολλον εὔλυρε.

Ad eandem sententiam Aeschylus:

[Mss. ABGPS.

consecratum v-g. — *unde ... celebratur* om. P. 4. *adfirmant* A. — *Euripides*] In principio Hypsipyles. Vid. Matth. et Wagner. fragm. Aristophan. Ran. 1242. (1213.) et schol. ad Nub. 604. — *ΔΙΟΝΥCΙΟC* P2. — ὃς om. Mss. v-agspR. — *θύρσοις* Pv1. *θύρσις* v3i. *θυρεοῖς* cag. — *νευρῶν* S. — *δώραις καθώπτος* SP7. — *ΠΕΥΚΑΙC* P. — *παρνάσσον* via. *πάρνασσον* hgzbB. *ΑΠΝΑCCON* P. *παρνάσσεον* P7. *παρνάσεον* S. *παρνάσσου* i „Male." Zeun. — *κάτα πηδᾷ* hs. *καταπηδᾶ*, una voce, v-agp-b; (in dzb, in quibus solis versus distincti sunt, *καταπηδᾷ χορεύων* tribuitur secundo). *ΚΑΤΑΠΙΔΑΙ* BR. *ΚΑΤΑΠΔΑΙ* P. *ΚΑΠΑΤΙΑΑΙ* P2. — *πορεύων* SP7. 5. *parnasso* BP. — *propriae eorum* s-bP. 6. *dis* om. A. — *parnassum* BG. — *in Licymnio*] Cf. Matth. et Wagner. fragm. IV. — *lycimnio* S. *lycinnio* A. *licynio* B. *licinio* v-b. — *ΒΑΙΑΝ* BP2R. — *Ἀπόλλων* isR (P2 om. *εὔλυρε*, sed add. *ΟΒΑΚΕΙΟΕΟCΟΜΑΝΤΙC*). „Lego *Ἄπολλον* quinto casu." Meurs. — *Aeschylus*] Cf. Both. fragm. 73., ubi legitur *ἀνωτέρω τὰ ἄκρα καὶ αἱ Θυιάδες ἐπὶ τούτοις τῷ Διονύσῳ καὶ τῷ Ἀπόλλωνι μαίνονται*. Ceterum ad Bacchum pertinere videtur antrum Corycium, a nympha Corycia nominatum. Nam Sophocles Antig. 1114. habet *Ἔνθα Κωρύκιαι νύμφαι Στείχουσι Βακχίδες*. Vid. Schwenck. Myth. d. Gr. p. 392. et not. seq.

Apollini et Libero patri .. res divina celebratur] Cf. Pausan. l. c. 5. et ibid. 4, 2. Aristoph. Nub. 600. Euripidis Phoen. 222 sqq. Iph. Taur. 1243 sqq. Ion. 714 sqq. Plutarch. de Is. et Os. 35. Lucan. V, 73. Catull. 64, 391. Lobeck. Aglaoph. p. 617 sqq. Mueller. Orchom. p. 383 f. Real-Encycl. II. p. 915, et V. p. 1176. Kopp. ad Martian. p. 39.

4. *καθαπτὸς*] Cf. § 22. v. 5. *νεβροῖο .. καθάψαι δέρμα*, Hesych. s. h. v. *Λέγει τὸν καθειμένον καὶ ἐπεῤῥαμμένον τὰς δοράς*.

Παρνασσὸν] Duplex σ servavi in Graeco nomine, quamquam, ubi Latine scriptum est, cum aliis praetuli scripturam *Parnasus*, codicum mss. auctoritatem secutus, e quibus solus B constanter exhibet *Parnassus*, sed omnes *Παρνασσὸν* commendant, nam eo ducit etiam vitium scripturae *παρνάσεον*, litteris *ΣΕ* natis ex *ΣΣ*. Ceterum sequentem versum schol. ad Aristoph. Ran. 1244. supplet: *παρθένοις σὺν Δελφίσιν*.

5. *alternis annis*] Alias haec Bacchanalia dicuntur *Trieterica*. Conf. Lucan. V, 73. Ovid. Fast. I, 394. Metam. VI, 587. IX, 642. de remed. Am. 593 sq. Virg. Aen. IV, 302. Sidon. Carm. IX, 204. Ammian. XXII, 8. Eurip. Bacch. 133. Schneider. d. Att. Theaterwesen p. 39. Real-Enc. II. p. 1066 sq. C. F. Hermann. Lehrb. d. gottesd. Alterth. d. Griech. § 46, 14. Schwenck. l. c. p. 391. — *Alternis annis* idem valet ac *tertio quoque anno*. Vid. not. ad c. 13. § 9.

6. *Δέσποτα* cet.] F. Gu. Wagnerus ad Eurip. fragm. 480. adnotavit: „Chorus his verbis deos

Ὁ Κισσεὺς Ἀπόλλων, ὁ Βακχεῖος, ὁ μάντις.
Sed licet illo prius adserto, eundem esse Apollinem ac solem, 7
edoctoque postea ipsum esse Liberum patrem qui Apollo est, [300]
nulla ex his dubitatio sit Solem ac Liberum patrem eiusdem numinis habendum: absolute tamen hoc argumentis liquidioribus astruetur. In sacris enim haec religiosi archani observa- 8
tio tenetur, ut sol, cum in supero, id est in diurno, hemisphaerio est, Apollo vocitetur: cum in infero, id est nocturno, Dionysus, qui est Liber pater, habeatur. Item Liberi patris simu- 9
lachra partim puerili aetate partim iuvenis fingunt: praeterea bar-

Edd. vicahgspdzb.]

gitur: „ὁ Καβαῖος. Putes legendum esse καὶ Ἀβαῖος. v. Herodot. VIII, 33., Pausan. Phoc. c. 35.“ Consentiunt Lobeck. p. 79. et ad Aiac. p. 332. C. Schwenck. Zeitschr. f. A. W. 1840. p. 108. *Καβαῖος* defendit Welckerus in Trilog. p. 130. litteram Aeolicam praetexens. — ὦ κισσεὺς Ἄπολλον v-g (i Ἀπόλλων; hg in mg.: „ὁ κισσεὺς ἀπόλλων, ὁ καβαῖος ὁ μάντις ant.“). — ὁ Βακχεῖος SM123. οβλκειος P2. οβλκειος BR. ὁ βάκχιος P7. ὦ βάκχε v-gP6. οκλβλιος P. ὁ καβαῖος s-b (hg in mg.) Quod reiicit G. Hermannus in censura thes. H. Stephani a Britannis editi p. 20. „Lego ὁ καὶ βάκχος.“ Meurs. „Silent alii. Nos ultimum (μάντις) tanquam nimis commune mutabamus in Μάσαρις. Sic enim Liberum apud Caras vocatum testis est Stephanus s. v. Μάσταυρα. Sed omnino sic totus locus scribendus est: Ὁ Κυλλεὺς Ἀπόλλων, ὁ Ἠρικαπαῖος, ὁ Μῆτις. Vel sola Procli verba persuadebunt: Μῆτις γὰρ αὖ καὶ οὗτός ἐστιν .. αὐτός τε ὁ Διόνυσος καὶ Φάνης καὶ Ἠρικαπαῖος συνεχῶς ὀνομάζεται. Quae cum aliis huc facientibus vide sis apud Leopardum VI. Emend. 22.“ Gron. Barnes. ad Eur. Bacch. 408. emendavit ὁ Σαβαῖος. Nicol. Perottus Cornucop. p. 694. et p. 994. ὦ Βάκχε ὦ μάντις. Vid. not. — ὦ μάντις v-gP6. ὁ μάρτις S. 7. *prius*] c. 17. § 7 sqq. — *eundemque* A. — *postea*] c. 18. — *fit* ASvichg. — *ad liberum* (om. *solem et eiusdem numinis*) S. 8. *ut cum sol* vcahg. — *in superno* S. — *in inferno* S. — *dionysius* S. *dionisius* AG. *dyonisius* B. — *qui et* A.
9. *pueri aetate* S. — *iuvenili* g-bP. — Inter *praeterea* et *barbatus* in

Delphicos alloquitur; nam Euripidem Apollinem Bacchumque esse unum eundemque deum dixisse quis credat?“

Ὁ Κισσεὺς Ἀπόλλων, ὁ Βακχεῖος, ὁ μάντις] Schwenckius l. c. Macrobium ait cognomine *Κισσεὺς* velle probare Apollinem et Liberum unum et eundem esse, cum Bacchus etiam vocaretur *Κισσός*; cf. Pausan. I, 31. extr. Lobeck. p. 80., qui confert § 2. et monet hederam fuisse sacram etiam Apollini et Musis, Osann. ad Cornut. p. 362. Cum iis quae sequuntur, conf. Euripidem Hec. 676. *Μῶν τὸ βακχεῖον κάρα τῆς θεσπιῳδοῦ δεῦρο Κασσάνδρας φέρεις;* et Lycophr. 28. *Ἡ δ' ἔνθεον σχάσασα βακχεῖον στόμα.* An et *Βάκχειος* scribendum est, ut ipse Bacchus dicatur *μάντις*? Cf. apud Aristophanem Thesmoph. 988. *κισσοφόρε Βάκχειε δέσποτα*, ubi vid. not. Fritzschii.

7. *eiusdem numinis habendum*] i. e. eiusdem numinis esse nomina diversa.

absolute] Idem fere valet ac *plane* vel *quo res omnino absolvatur.*

nocturno, Dionysus] Dicitur *Νυκτέλιος*, Plutarch. de *EI* Delphico 9, p. 389. A. Pausan. I, 40, 5. Ovid. Metam. IV, 15. et de art. am. I, 567.

9. *partim puerili aetate* cet.] „Ulpianus ad oration. κατὰ Μειδίου: Ἐκ πάσης δὲ ἡλικίας ἠγωνίζοντο χοροὶ τῷ Διονύσῳ, διότι καὶ πᾶν σχῆμα αὐτῷ περιτιθέασι. καὶ γὰρ παῖδα καὶ πρεσβύτην καὶ ἄνδρα γράφουσιν αὐτόν. Macrobius physicam rationem reddit.“ Meurs. — Cornutus c. 30. p. 217. *Πλάττεται δὲ καὶ νέος καὶ πρεσβύτης διὰ τὸ πάσῃ ἡλικίᾳ πρόσφορος εἶναι.* Vid. imagines eius ap. Creuzer. IV, 1. tab. 1 sqq. et C. O. Mueller. (Wieseler.) Denkm. d. alt Kunst II, 3, tab. 31 sqq.

bata specie, senili quoque, uti Graeci eius quem *Βασσαρέα*, item
quem *Βρισέα* appellant, et ut in Campania Neapolitani celebrant
10 *"Ηβωνα* cognominantes. Hae autem aetatum diversitates ad so-
lem referuntur, ut parvulus videatur hiemali solstitio, qualem
Aegyptii proferunt ex adyto die certa, quod tunc brevissimo die
veluti parvus et infans videatur: exinde autem procedentibus aug-
mentis aequinoctio vernali similiter atque adolescentis adipiscitur
vires, figuraque iuvenis ornatur: postea statuitur eius aetas ple-
nissima effigie barbae solstitio aestivo, quo tempore summum sui
consequitur augmentum: exinde per diminutiones veluti senescenti
11 quarta forma deus figuratur. Item in Thracia eundem haberi

[Mss. ABGPS.
S est lacuna trium paene digitorum. — *senilique ore* „legendum pro *senili quoque.*" Pont. — *βασσάρεα* S. *Bassarea* dzb ex emend. Meursii. *baccapea* BGP h in mg. sp*H*2. *Bacchapea* A. *Bacchapaean* v-ag; *Bacchopaean* h. — *βρίσεα* S. *Brisea* BGs-bAP. *Brissea* v-g „Restituo *Brysca.*" Meurs. — *Hebona* s-bABGP. *Ebona* v-g. *αἴβονα* S. Vid. not. 10. *exinde* (om. *autem*) S. — *argumentis* S. — *similiter adulescentis* (om. *atque*) G. — *eius aetas statuitur* v-g. *statuitur aetas* (om. *eius*) zb. — *deminutiones* B. *diminutiones dierum* s-bP (sp *dem.*).

Βασσαρέα] Cornutus l. c. p. 219.: *Καὶ Βασσαρέα καλοῦσιν ἀπὸ τοῦ βάζειν.* Aliter Schol. Horat. Od. I, 18, 11.: *Bassaris est genus vestis ad pedes usque demissae, dictae a Bassara, loco Lydiae, ubi fit.* Pollux VII, 59.: *Λυδῶν δὲ Βασσάρα χιτών τις Διονυσιακὸς ποδήρης.* Hesych. *Βασσάραι, χιτῶνες οὓς ἐφόρουν αἱ Θρᾴκιαι βάκχαι.* Schol. Pers. I, 101. *Quibusdam videtur a genere vestis, qua Liber pater utitur demissa ad talos, quam Thraces bassarin vocant:* sed idem addit: *Quidam a vulpibus, quarum pellibus Bacchae succingebantur. Vulpes Thraces bassares dicunt.* Hesych. *Βασσαρὶς ἀλώπηξ .. παρὰ Κυρηναίοις.* Vid. Creuzer. IV, p. 103, Osann. ad Cornut. p. 360, ubi citatur Gaisford. ad Hephaest. p. 70. Scriptura *Baccapea* nata est e *BACCAPEA.* Cf. Kopp. ad Martian. p. 276.

Βρισέα] Etymol. M. p. 214. 5. *Βρισαῖος, οὗτος ὁ Διόνυσος· καὶ εἰ μὲν διὰ τοῦ ῑ, παρὰ τὸ βρίζειν ἐστὶν, ὁ ὁρμητικός, εἰ δὲ διὰ τοῦ η̄, ἀπὸ ἄκρας Λεσβιακῆς Βρήσης, ἧς μέμνηται Ἀνδροτίων, ὅτι τὸ ἱερὸν τοῦ θεοῦ ἐν τῇ Βρίσῃ φησὶν ἱδρῦσθαι ὑπὸ Μάκαρος. Βρῖσαν* illud promontorium vocat Stephan. Byz. Boeckhius Corp. Inscr. II. p. 72.: „In titulis Smyrnaeis est *θεῷ Βρησεῖ Διονύσῳ* et *Βρησεῖ Διονύσῳ*, quanquam semel etiam *τὸν Βρεισέα Διόνυσον*, h. e. *Βρισέα.*" *Βρίσαι* etiam dicuntur nymphae Etym. M. p. 213. extr. Vid. Creuzer. l. c.

"Ηβωνα] Cognomen ex hoc uno loco notum. Vid. Merkel. p. CCXXXVIII. Non recte Hebon confusus esse videtur cum Baccho tauriformi qui est in nummis Magnae Graeciae et Siciliae apud Creuzerum IV. pp. 18, 112, 273. (ubi citatur eiusd. Dionysus I, p. 282.), Eckhel. de numm. vett. I, p. 136., Millingen. Recueil de médaill. inéd. p. 7 sqq., et apud Schwenck. Myth. d. Gr. p. 404. Boettiger. Id. z. Kunstmyth. I. p. 311. et 323. Osann. ad Cornut. p. 356. Streberus (Abhandl. d. k. b. Akad. d. Wiss. 1837. II, p. 517.) istam sententiam docet esse prolatam ab Avellino (Opusc. div. I. p. 131.) et refutatam a Millingenio (Transactions of the R. Soc. I, 1. et II, 1, p. 100.). Nisi in eorum numero relatus esset *"Ηβων*, qui essent senili specie, coniicerem esse legendum *Ἡβῶντα;* cf. § 10. *postea statuitur aetas plenissima effigie barbae.* Boettigerus Id. z. K. I, p. 324. nomen dicit esse Punicum.

10. *summum sui .. augmentum*] Vid. prolegg. p. XXXIX.

veluti senescenti] sc. soli. Est dativus commodi.

11. *In Thracia eundem haberi solem atque Liberum*] Lobeck. p.

solem atque Liberum accipimus, quem illi Sebadium nuncupantes magnifica religione celebrant, ut Alexander scribit: eique deo in colle Zilmisso aedes dicata est specie rotunda, cuius medium interpatet tectum. Rotunditas aedis monstrat huiusce sideris speciem: summoque tecto lumen admittitur, ut appareat solem cuncta vertice summo lustrare lucis inmissu, et quia oriente eo [11]
universa patefiunt. Orpheus quoque solem volens intellegi ait in- 12
ter cetera:

Τήκων αἰθέρα δῖον, ἀκίνητον πρὶν ἐόντα,

Edd. vicahgspdzb.]

11. *quem* (om. *illi*) v-g. — *seb l adium* P. *ἀπὸ τοῦ σέβω* (add. a sec. m. *seb i adum*) S. *seba z ium* b. — *z i b misso* BG. — *immissu m* A. 12. *Orpheus*] Cf. Orphica ed. Gesn. p. 372., ed. Herm. p. 463., Lobeck. Aglaopham. p. 497. — v. 1. *θ ε ῖ ο ν* Herm. — *ἀκινητόν π ε ρ ἐόντα* Gesn Herm.

296. ad haec verba adnotavit: „*Παίονες σέβουσι μὲν ἥλιον, ἄγαλμα δὲ ἡλίου Παιονικὸν δισκὸς βραχὺς ὑπὲρ μακροῦ ξύλου*. Maxim. Tyr. VIII, 8, 142. Sophoclis versum [fr. 523.] *Ἥλιε φιλίπποις Θρῃξὶ πρέσβιστον σέβας* alibi emendavimus. Eratosthenes Catast. c. 24. Orpheum dicit Soli, quem Apollinem vocaret et deorum principem duceret, sese totum dicasse neglecto Dionyso, quod non video quomodo cum ceterorum testimoniis conciliari possit, qui Orpheum sacrorum Bacchicorum inventorem ferunt."

Sebadium] „Lego *Sabazium*. Eustathius ad Dionysium: *Ἦσαν δὲ καὶ ἔθνος Θρακικὸν Σάβαι, ὅπερ τοὺς βάκχους δηλοῖ Φρυγίᾳ διαλέκτῳ· ἐξ οὗ καὶ ὁ Διόνυσος ἔοικε Σαβάζιος λέγεσθαι, διότι καὶ Βάκχος ὁ αὐτός.*" Meurs. — „Ex veteribus lapidum monumentis scribendum *Sabazium*. Inscriptio .. Romae: .. IOVI . SABAZIO. Et sic in aliis. Vide inscript. ipsam p. XXII. num. 5. et aliam num. 4." Scriver. — „Ernest. ad Sueton. Octav. 94., ubi de luco et aede Bacchi sermo est, *Sabazium* vel *Sebazium* legendum esse existimat. Recte. Nam etiam ab Orpheo Bacchus dicitur *Σαβάζιος*, in hymnis 47." Zeun. — Adde Diodor. IV, 4. et Laur. Lyd. IV, 38.: *Διόνυσον, τὸν ὑπό τινων Σαβάζιον ὀνομαζόμενον*, Cic. N. D. III, 23, 58. *tertium* (Dionysum), .. *cui S a b a z i a* (al. *Cabiria*) *sunt instituta*. At cf. Apulei. Met. VIII, 25. *sanctus Saba d ius*, et Arnob. V, 21. *sacra et ritus initiationis ipsius* (Iovis) *quibus Sab a d iis nomen est*, et quae ad utrumque locum adnotavit Hildebrand. Lobeck. p. 296. adnotavit: „*Σεβάζιος* legitur in schol. Bav. ad Demosth. p. 65., mendosius *Σεβάνδιος* in Etym. Gud. p. 495, *Σαβάδιος* Artemidorus l. c. [II, 13.], *Sabadius* Apul. Metam. VIII, 170., alternantibus litteris *Δ* et Z, ut *iudai d iare* pro *iudaizare*" cet. Vid. ibid. pp. 655 sq. et 1046 sqq. Creuzer. IV, p. 102.

in colle Zilmisso] Sententiarum nexus docet hunc fuisse in Thracia, sed alias nusquam eum inveni commemoratum.

cuius medium interpatet tectum] Cf. VII, 15, 16.: *Pulmo .. i n t e r p a t e t rimis*. Lactant. de opif. dei 11. § 9. *Haec fistula spiritalis .. ad os quoque i n t e r p a t e t*, et addita praepositione *inter* Martian. VIII. § 837. *Nam i n t e r septentrionalem circulum et i n t e r solstitialem i n t e r p a t e t tantundem*, Veget. de re mil. III, 15. *Senos pedes i n t e r singulas acies diximus i n t e r p a t e r e debere*. Rossius Hellen. vol. I. fasc. 1. p. 37. hanc templi in barbara terra siti descriptionem monet commendare potius quam refutare rationem eorum qui eiusmodi templa apud Graecos in usu fuisse negarent.

12. *Τήκων αἰθέρα δῖον*] Gesnerus ad Orphica p. 463. ed. Herm. adnotavit haecce: „Quis sit ille *τήκων αἰθέρα*, ex ipsa re intelligitur, nempe primus opifex rerum et Demiurgus. Sed quid sit *τήκειν τὸν αἰθέρα*, solus fere redux ab inferis Orpheus dixerit."

Ἐξανέφηνε θεοῖσιν ὁρᾶν κάλλιστον ἰδέσθαι] Iungas vel temporis

ἐξανέφηνε θεοῖσιν ὁρᾶν κάλλιστον ἰδέσθαι,
ὃν δὴ νῦν καλέουσι Φάνητά τε καὶ Διόνυσον
Εὐβουλῆα τ᾽ ἄνακτα καὶ Ἀνταύγην ἀρίδηλον·
ἄλλοι δ᾽ ἄλλο καλοῦσιν ἐπιχθονίων ἀνθρώπων.
Πρῶτος δ᾽ ἐς φάος ἦλθε, Διόνυσος δ᾽ ἐπεκλήθη,
οὕνεκα δινεῖται κατ᾽ ἀπείρονα μακρὸν Ὄλυμπον·
ἀλλαχθεὶς δ᾽ ὄνομ᾽ ἔσχε, προσωνυμίας πρὸς ἕκαστον
παντοδαπὰς κατὰ καιρὸν, ἀμειβομένοιο χρόνοιο.

13 *Φάνητα* dixit solem *ἀπὸ τοῦ φωτὸς καὶ φανεροῦ*, id est a lumine atque inluminatione, quia cunctis visitur cuncta conspiciens: *Διόνυσον*, ut ipse vates ait, *ἀπὸ τοῦ δινεῖσθαι καὶ περιφέρεσθαι*,
14 id est quod circumferatur in ambitum. Unde Cleanthes ita cognominatum scribit *ἀπὸ τοῦ διανύσαι*, quia cotidiano impetu ab oriente ad occasum diem noctemque faciendo caeli conficit cur-
15 sum. Physici *Διόνυσον Διὸς νοῦν*, quia solem mundi mentem esse dixerunt: mundus autem vocatur caelum, quod appellant Iovem: unde Aratus de caelo dicturus ait:

[Mss. ABGPS.
— v. 2. *ενεφηνε* P. — *θεοῖσι* Svi. *θεοῖς* chgb „Recte" Zeun. Correxit Gron. in suo exemplari. Gesn. Herm. Lob. — *ὥραν* chg-b Gesn. Herm. Lob. Gesnerus tamen coniecit legendum esse *Ὧρον*, quod probavit Hermann. in censura Thesaur. Steph. p. 244. obloquente Lobeckio p. 497. — *ΚΑΛΛΙC ΤΟΝ* P. *κάλαισ τον* v. *καλλίστην* i. — v. 3. *τούνεκά νιν* Diodor. I, 11. Vid. not. ad § 18. — *καλέουσιν* S. — *ΦΑΝΗΑ* BP2. *φανῆα* S. — v. 4. *εὐβουλῆ* i. — *ΑΝΤΑ ΥΠΗΝ* P. *ἀνταυτὴν* P7. *ἀντ᾽ αὐτὴν* v. *ἀντ᾽ αὐτῆς* i. *ἀντάντην* c. „Male. Lege *ἀνταύγην*." Zeun. *αὐταύγην* z. *δὴ ταύτην* P7. *δὴ ταῦτ᾽ ἦν* M123. — *ΑΡ. ΔΗΛΟΝ* P. *ΑΡΔΗΛΟΝ* B. — v. 5. *αμοι δαλλο* v. *ἃ μήδ᾽ ἄλλο* i. *ἃ μήδ᾽ ἄλλοι* ca. — *καλέουσιν* ica. — v. 6. *ἐπεκΛΗΟΝ* P. *ἐπεκαλητη* S. *ἐκλήθη* vic. *ἀπεκλήθη* a. — v. 8. *ἕκαστον* (om. *πρὸς*) v-a. „Vitiose. Melius Gesnerus *τε ἕκαστον*." Zeun. Sic b. Herm. et Lob. qui coni. *προσωνυμίαις δ᾽ ἐκέκαστο παντοδαπαῖς*. *δι᾽ ἕκαστον* h. — v. 9. *ΑΜΕΒΟΜΕΝΟΙΟ* B. *ΑΜΕΝΟΙΟ* P. 13. *Phaneta* Edd. P. *faneta* ABG. — *ΑΠΟΥΦΑΤΟC* B. — *καὶ φανεροῦ* om. v-a. — *conspiciens: Διόνυσον* scripsi e coni. *conspiciens. Dionysos* bBP. *conspiciens. Dionysios* S. *conspiciens. Dionysius* v1ca. *conspiciens: Dionysus* h. *conspiciens dionysos* (sup. add. *i*) G. *conspiciens Dionysos* s-z. *conspiciens Dionysius* v3ig. — *καὶ σείεσθαι* (in mg. *περιφέρεσθαι*) S. 14. *αποcοιΔΑΝΙCΑΙ* (corr. in *ΔΙΑ*) P. — *occasus*

causa *ἐξανέφηνε*, *ἰδέσθαι* et *ὁρᾶν κάλλιστον*, licet § 22. v. 15. legatur *μέγα θαῦμα ἰδέσθαι*. Conf. Pindar. Ol. VIII, 24. *Ἦν δ᾽ ἐσορᾶν καλός*, et Sophocl. Ai. 809. *ἐχθίστου δ᾽ ὁρᾶν*, Oed. C. 320. *δύσμοιρ᾽ ὁρᾶν*, Xenoph. Anab. II, 6, 9. *ὁρᾶν στυγνός ἦν*.

Ἀνταύγην] Hoc solis vel Bacchi cognomen alias invenitur nusquam, neque explicatur infra, ut cetera. Significat autem iacientem radios oculis adversos.

13. *Φάνητα*] Cf. c. 17. § 34. Hoc nomen Creuzer. IV, p. 80. censet derivandum a Coptica voce *Phahneh*, et significare *Aeternum*. Conf. Lobeck. p. 498 sqq., Real-Encycl. V, p. 1000.

15. *Διόνυσον Διὸς νοῦν*,] Cf. Laur. Lyd. IV, 38. *Διόνυσον δὲ, ὡσανεὶ τὸν τοῦ Διὸς νοῦν, οἱονεὶ τὴν τοῦ κόσμου Ψύχην· πολλαχοῦ γὰρ εὑρίσκομεν, ὡς ὁ σύμπας κόσμος Ζεὺς ὀνομάζεται διὰ τὸ ἀείζωον καὶ ἀτελεύτητον.* Alias huius nominis etymologias vid. Etym. M. p. 277, 35; 280, 6. et apud Platonem Cratyl. p. 406. C. et apud Cornutum c. 30.

mundi mentem] Conf. Somn. 4, 2. et Comm. I, 20, 6.

mundus vocatur caelum] Cf. l. c. § 8. et II, 11, 12.

quod appellant Iovem] Conf. Comm.

Ἐκ Διὸς ἀρχώμεσθα.

Liber a Romanis appellatur, quod liber et vagus est, ut ait Nae- 16
vius:

Hac qua sol vagus igneas habenas
Inmittit propius iugatque terrae.

Idem versus Orpheici *Εὐβουλῆα* vocantes boni consilii hunc 17
deum praestitem monstrant. Nam si conceptu mentis consilia [302]
nascuntur, mundi autem mentem solem esse opinantur auctores, a quo in homines manat intellegendi principium: merito boni consilii solem antistitem crediderunt. Solem Liberum esse mani- 18
feste pronuntiat Orpheus hoc versu:

Ἥλιος ὃν Διόνυσον ἐπίκλησιν καλέουσιν.

Et is quidem versus absolutior: ille vero eiusdem vatis operosior:

Εἷς Ζεύς, εἷς Ἅιδης, εἷς Ἥλιος, εἷς Διόνυσος.

Huius versus auctoritas fundatur oraculo Apollinis Clarii, in quo 19
aliud quoque nomen soli adicitur, qui in isdem sacris versibus inter cetera vocatur Ἰαώ: nam consultus Apollo Clarius, quis deorum habendus sit qui vocatur Ἰαὼ, ita effatus est:

Edd. vicahgspdzb.]

G. 15. *Δrc* P. — *ἀρχόμεσθα* vl. *ἀρχώμεθα* v3ic. 16. *Naevius*] „Falso hic Naevium citari pro Laevio ait Ios. Scaliger. cap. 27. lib. II. Lectionum Ausonianarum.“ Pont. — *proprius* B. — *vagatque* (sup. *iug*) S. *iungitque* g in mg. 17. *Iidem* gb. — *Orphei* Si-g. „Sic plurimi, non male. Ms. (ut ABG) et editus 1500. (ut v) *Orpheici*. Alterum utrum procul dubio reponendum, nisi malis *Orphaici*, ut I. Somn. 12 [12].“ Gron. *Orphici* s-bP. — *monstrat* S. — *solem opinantur* (om. *esse*) v-g. — *manet* (sup. *a*) A. 18. *Orpheus*] cf. Gesn. p. 363., Herm. p. 455., Lob. Aglaoph. p. 498. — *Is* (om. *Et*) v. — *ΑΝΔΗC* B. *ἀήδης* Sv1. *ἅδης* (vel *Ἅδ.*) v3ig-bP. — *ΕΙCΝΑΙΟC* B. 19. *in quo quoque aliud* S. — *eisdem* c-g. — *ἰάω* (bis) p2-b (sp1 infra *ἴαω*). *ΥΑΟ*

I, 17, 14., ubi verba *Ἐκ Διὸς ἀρχώμεσθα* vertuntur: *Ab Iove principium*.

16. *Liber*] Aliter Cicero N. D. II, 24, 63. *Sed quod ex nobis natos liberos appellamus, idcirco Cerere nati nominati sunt Liber et Libera.* Sen. de tranq. 15, 15. *Liberque non ob licentiam linguae dictus est inventor vini, sed quia liberat servitio curarum animum.* Festus ap. Paul. lib. X. p. 115. Muell. *Liber repertor vini ideo sic appellatur, quod vino nimio usi omnia libere loquantur*, et paulo infra: *Naevius: Libera lingua loquemur ludis Liberalibus.* Obscoenam nominis causam affert Augustinus C. D. VI, 9. Vid. supra ad § 1. locum Laur. Lydi.

17. *Εὐβουλῆα*] Hoc cognomen tribuitur Baccho in hymn. Orph. 29, 6; 41, 2; 51, 4. apud Plutarch. Sympos. VII, 9, p. 714 C. Inscr. ap. Boeckh. vol. II. p. 48. n. 1948. Contra Iovi Diodor. V, 72., Plutoni Orph. 71, 3. et Nicand. Al. 14., Adonidi Orph. 55, 3. Apud Ciceronem N. D. III, 21, 53. *Tritopatores fuisse dicuntur Zagreus Eubuleus Dionysus.* Vid. Steph. Thes. Gr. I. s. h. v.

praestitem ... antistitem] Cf. Fest. ap. Paul. lib. XIV. p. 223. Muell. *Praestitem in eadem significatione dicebant antiqui qua nunc dicimus antestitem.* Cf. c. 19. § 17.; c. 23, § 6.

18. *Ἥλιος ὃν Διόνυσον* cet.] Lobeck. p. 498. cum hoc versu confert Diodor. I, 11.: *Εὔμολπος μὲν ἐν τοῖς Βακχικοῖς ἔπεσί φησιν· Ἀστροφαῆ Διόνυσον ἐν ἀκτίνεσσι πυρωπόν, Ὀρφεὺς δὲ· Τοὔνεκά μιν καλέουσι Φάνητά τε καὶ Διόνυσον*, et Tzetz. in Exeg. p. 53. Cf. § 12. v. 5.

absolutior] i. e. strictior. Vid. not. ad Comm. II, 16, 2.

19. *Apollinis Clarii*] Conf. § 1.

20 Ὄργια μὲν δεδαῶτας ἐχρῆν νηπευθέα κεύθειν,
εἰ δ' ἄρα τοι παύρη σύνεσις καὶ νοῦς ἀλαπαδνός,
φράζεο τὸν πάντων ὕπατον θεὸν ἔμμεν Ἰαώ,
χείματι μέν τ' Ἀΐδην, Δία δ' εἴαρος ἀρχομένοιο,
Ἠέλιον δὲ θέρευς, μετοπώρου δ' ἁβρὸν Ἰαώ.

[Mss. ABGPS.
(bis) AB. ὑάω (bis) vica. ἴαος (bis) hg. ὕλενος (infra ὕλεος) S. — *affatus* P. 20. v. 1. ΟΡΠΑΜΕΝ P. ὄρπαμεν (reliquis Graecis verbis omissis) v-a. — v. 2. Ἐν h-bP6. εις S — ΑΡΑΤΟΙ BM13P3. ἄρ τοι M2. ΑΠΑΤΟΙ P. ἀπάγοι „Thuan.“ ἀπάτη h-b. ὄρται S. ὄρτα P6. — παιρη M3. ΠΑΙΡΕ BP3. ΠΑΥΠΗ P „Thuan.“ πλήρη SM2. πλήρης M2. — v. 3. τὸν h-b. ΤΩΝ BPSP37. — ΥΠΑΤΟ P. ἀροιητὴν S. — ἔμμεν ἴαω h (gp-b ἰάω). ΕΜΜΕΝΑΩ B. ἔμμεναι ὦ SP67. ΕΜΜΕΝΑΙ (om. ΙΑΩ) P3. — v. 4. λείματι μὲν τὰδ' εἶναι ἃ δι εἶρος S. χείματι μὲν τὰ δᾶναι ἁ διειρος P6. — ΑΡΖΟΜΕΝΟΙΟ P. — v. 5. θερος SP6. — μετοπώ-

Ἰαὼ] „Diodorus Siculus Histor. lib. I. [c. 94.], ubi verba facit de legum latoribus antiquis qui simularunt se deorum munere acceptas leges popularibus suis constituisse, haec confestim subiicit: Παρὰ τοῖς Ἰουδαίοις Μωσῆν (προσποιήσασθαι τοὺς νόμους αὐτῷ διδόναι) τὸν Ἰαῶ ἐπικαλούμενον θεόν. Haec ille. Unde, ut ex loco et verbis Apollinis a Macrobio iam citatis liquere potest summum illud nomen quod *Iehovam* SS. Scripturae appellant, etiam ethnicis, ac praesertim Graecis, non fuisse incognitum. Vide item N. Fulleri Miscell. Sacra cap. 6. lib. II. et lib. IV. c. 14. Pont. (Sic dz) — „Loco Diodori Siculi, quem Pontanus laudavit, adde Clement. Alexand. Stromat. V., qui nominis, quod theologorum consuetudo vocat tetragrammaton, facta mentione: *Λέγεται δὲ*, inquit *ἰαοὺ*, *ὃ μεθερμηνεύεται ὁ ὢν καὶ ὁ ἐσόμενος*. Plura vide de hac re apud Dilherr. Dispp. Tom. II, p. 169. et Bynaeum de Nat. I. C. I, 1, p. 95. Zeun. — Lobeckius, qui p. 460. (v. 5.) scripsit ἁβρὸν Ἄδωνιν, adnotavit: „Hoc confidenter reposui pro vulgato Ἰάω; nam hoc dei nomen peregrinum est, cuius vim quattuor domesticorum deorum vocabulis explanat oraculi compositor. Lydus de mens. p. 83. Dionysum a Chaldaeis Punice *Iao* et multis in locis *Sabaoth* dici refert, quae nomina si apud antiquiores legerentur, libens subscriberem Vossio hinc *Sabi* seu *Sabazii* vocabulum deducenti. Antisymb. T. I, 185. Ceterum Ἰάω scribitur apud Macrobium, Ἰαῶ Diod. I, 94., plerumque Ἰαώ, v. Ioh. Drusii Tetragrammaton c. XI, 19.“ — Lydi verba, ad quae respicit Lobeckius, haec sunt: IV, 38 extr. Οἱ Χαλδαῖοι τὸν θεὸν Ἰαὼ λέγουσιν, ἀντὶ τοῦ φῶς νοητόν τῇ Φοινίκων γλώσσῃ, καὶ Σαβαὼθ δὲ πολλαχοῦ λέγεται, οἷον ὁ ὑπὲρ τοὺς ἑπτὰ πόλους, τουτέστιν ὁ δημιουργός. Praeterea hos versus defendit a ratione Iablonskii, qui Panth. II, c. 6. § 5. eos a Christiano eoque gnostico dicit esse compositos. In H. Stephani thesauro adiicitur: Alex. Trall. II, p. 199.: Ὁρκίζω σε τὸ ὄνομα τὸ μέγα Ἰαὼθ, Σαβαὼθ, ὁ θεὸς ὁ στηρίξας τὴν γῆν.

20. v. 1. νηπεύθεα] Haec vox, quae significat *infanda*, proprie quidem *quae exquirere fas non sit*, in H. Stephani thes. Gr. l. ex hoc uno loco affertur.

v. 2. Εἰ δ' ἄρα τοι] Emendavi e codd. in Symbb. p. 15. Εἰ δ' ἄρα apud Vigerum p. 515. vertitur *sin vero*, εἰ ἄρα apud Devarium p. 41. ed. Klotz. *si forte*. Τοὶ est pronomen personale pro σοὶ, referendum, ut φράζεο, ad eum cui datum est oraculum.

v. 3. τὸν πάντων ὕπατον] In tanto codicum consensu dubitabam aliquantisper, sitne scribendum τῶν, quod quidem explicari non potest, nisi refertur ad consultationem, ut *τῶν πάντων* significet *eorum omnium*.

v. 4. μέν τ'] In edd. minus recte legitur μὲν τ'. Has particulas sequi solet δέ τε. Exempla, in quibus ut nostro loco sequitur simplex δὲ, vid. apud Hartung. Lehre von d. Partik. d. gr. Spr. I. p. 73.

v. 5. ἁβρὸν Ἰαώ] Lobeckium con-

Huius oraculi vim, numinis nominisque interpretationem, qua Li- 21
ber pater et sol Ἰαὼ significatur, executus est Cornelius Labeo in libro cui titulus est: *De oraculo Apollinis Clarii.* Item Orpheus 22
Liberum atque Solem unum esse deum eundemque demonstrans de ornatu vestituque eius in sacris Liberalibus ita scribit:

Ταῦτά τε πάντα τελεῖν, ἦρι σκευῇ πυκάσαντα
σῶμα θεοῦ, μίμημα περικλύτου ἠελίοιο·
πρῶτα μὲν οὖν φλογέαις ἐναλίγκιον ἀκτίνεσσιν
πέπλον φοινίκεον πυρὶ εἴκελον ἀμφιβαλέσθαι·
αὐτὰρ ὕπερθε νεβροῖο παναίολον εὐρὺ καθάψαι [303]

Edd. vicahgspdzb.] ρῳ P7. μετοπλρωι B. μετοω. προι P. μετοπώρῳ P6. μετοπωρὰ S. — ἁβρὸν Edd. λαβρὸν SP67. — ἰαὼ sp. ἴαω h. ἰάω gdzb. ΥΑΩ A. ΛΩ B. ΙCCΩ P. ὑάλω S. Ἄδωνιν scripsit Lobeck. p. 460. 21. ἰάω Edd. — *cui titulus* (om. *est*) BG. 22. *Orpheus*] cf. Gesn. p. 371. Herm. p. 464. Lob. Aglaoph. p. 727. — *unum* add. a sec. m. G. — Ταῦτα τε BPM123 (In P237 non liquet utrum sit τε an γε). αὐτά τε P6 (αὐτά τε πάντα omissis reliquis verbis Graecis v-a). ταῦτα δὲ S. ταῦτά γε h-b. — ἦρι scripsi e coniectura Geelii. Vid. not. ΤΕΛΕΙΝΕΡΙCΚΕΥΗΙ B (M3 CΚΕΥΕΙ; P3 CΚΕΥΙΝ; P2 CΚΕΙΝΕ). τελεῖ περισκευῇ SM12. τελεῖ περικευῇ P7. τελειν περικευῇ P3. ΤΕΛΕ ΙΝ ΠΕΡΑ CΚΕΥΗΙ P. τελεῖν ἱερᾷ σκευῇ h-b. — v. 2. ΘΕΟΙ P. „Thuan.“ — μίμημα BPSM123P267. ΛΙΙΑΧΗΜΑ „Thuan.“ πλάττειν h-b. — περικλύτου BSM12P367. ΠΕΡΙΚΛΥΤΟΥ M3. ΠΕΡΙΚαπου P2. ΠΕΡΙΧΛΥΙΟΥ P „Thuan.“ ἐριαυγοῦς h-b. — v. 3. οὖν φλογέαις BSM123. ΟΥΝ ΦΛΟΤΕΛΙC P3. ΟΥΝ ΦΛΓΟΠΕΛΙC P2. P2. αΥΝΦΛΟΤΕΛΙC P. ΛΥΥΦΛΟΤΕ „Thuan.“ ἀργυφέαις h-b. — ἐαλίγκιον S. — v. 4. πεπαων P. — φοινίκερον p-z. — πυρὶ εἴκελον b auctore Zeun.; Gesn. Herm. Lob. coll. Argonaut. v 222 et 517. πυριἴκελον h-z. ΠΥΡΙΙΚΕΛΟΝ PM23. ΠΥΡΙΚΕΛΟΝ BM1. περίκελον S. — v. 5. ΑΥΤΑΝ ΑΥΤΑC „Thuan.“ — ΠΕΡΕΝΕΒΡΟΙΟ BM12P36. περεβροιο (sup. add. νε) S. — παναίολον BPSM12P36 „Thuan.“ παναιόλου h-b. — καθᾶψαι p2-b.

iecisse Ἄδωνιν commemoravi in app. crit. At quum supra (§ 18.) post deorum nomina quae his verbis praecedunt legatur εἷς Διόνυσος, et infra (§ 21.): *quae Liber pater et sol Ἰαὼ significatur*, non est dubitandum, quin h. l. commemoratus fuerit Bacchus. Quamobrem vide, ne scribendum sit Ἴακχον, quod facile poterat abire in Ἰαώ. Solem vernum fuisse Iacchum refert Boettiger. Id. I. p. 18. Quod ad adiectivum ἁβρόν attinet, Pentheus ignotum quidem sibi Bacchum apud Euripidem Bacch. v. 353. vocat τὸν θηλύμορφον ξένον, et ibid. 453. ἀτὰρ τὸ μὲν σῶμ', inquit, οὐκ ἄμορφος εἶ, ξένε, Ὡς εἰς γυναῖκας, et v. 493. Πρῶτον μὲν ἁβρὸν βόστρυχον τεμῶ σέθεν. Cornut. c. 30. p. 216. θηλύμορφος μὲν πλάττεται, quo cum loco confert Osannus Ovid. Metam. IV, 19 sq. *tibi, quum sine cornibus adstas, Virgineum caput est.*

22. *de ornatu vestituque eius*] i. e. de ornatu statuae dei. Cf. Creuzer. IV. p. 137 sq.

in sacris Liberalibus] i. e. ἐν τοῖς Διονυσίοις.

v. 1. ἦρι] In Symbol. p. 15 sq. scripseram τελεῖν ἐ περὶ σκευῇ πυκάσαντα, statuens in codicibus excidisse litteras πε. Sed in aliam sententiam me traduxit *I. Geelius*, vir summus, qui in epistola ad me scripta: „Tu, inquit, si iterum attenderis varietatem quam ipse attulisti, *ΤΕΛΕΙΝΕΡΙ*, potius nihil mutabis et mecum leges τελεῖν ἦρι σκευῇ πυκάσαντα. Non ineptum videtur praecipi sacerdoti, ut statuam Apollinis *mane* diei festi ornet iis insignibus quae solem *orientem* significent. In antiquissimo codice potuit, ut nosti, scribi *ΕΡΙ* pro *ΗΡΙ*.“ — Quae in proximis versibus emendavi e codicibus mss., ea vix egent commendatione; sed cum v. 2. (μίμημα) conf. v. 7.

δέρμα πολύστικτον θηρὸς κατὰ δεξιὸν ὦμον,
ἄστρων δαιδαλέων μίμημ' ἱεροῦ τε πόλοιο.
Εἶτα δ' ὕπερθε νεβρῆς χρύσεον ζωστῆρα βαλέσθαι,
παμφανόωντα, πέριξ στέρνων φορέειν, μέγα σῆμα,
εὐθὺς ὅτ' ἐκ περάτων γαίης φαέθων ἀνορούων
χρυσείαις ἀκτῖσι βάλῃ ῥόον ὠκεανοῖο,
αὐγὴ δ' ἄσπετος ᾖ, ἀνὰ δὲ δρόσῳ ἀμφιμιγεῖσα
μαρμαίρῃ δίνῃσιν ἑλισσομένη κατὰ κύκλον,
πρόσθε θεοῦ· ζωστὴρ δ' ἄρ' ὑπὸ στέρνων ἀμετρήτων
φαίνεται ὠκεανοῦ κύκλος, μέγα θαῦμα ἰδέσθαι.

23 Hinc et Virgilius, sciens Liberum patrem solem esse et Cererem lunam, qui pariter fertilitatibus glebae et maturandis frugibus vel nocturno temperamento vel diurno calore moderantur,

— *Vestro*, ait, *si munere tellus*
Chaoniam pingui glandem mutavit arista.

24 Solem vero terrenae esse fecunditatis auctorem idem poeta profano mox docuit exemplo, cum ait:

Saepe etiam steriles incendere profuit agros,

et reliqua. Si enim hominum commento ignis adhibitus multiplex praestat auxilium, quid ascribendum est aetherio solis calori?

XIX. Quae de Libero patre dicta sunt, haec Martem eun-

[Edd. ABGPS.

κατλψλι BPSM12. *κατᾶψαι* h-p1. *κλτλυλι* P3. *κατάπται* P6. — v. 6. *ΝΟΛΙCΤΙΚΤΟΝ θΗΡΟC* P. *πολυστυκθηρος* P6. *πολυστυκηρος* S. — v. 7. *ΔΛΙΔΛΛΕΙΩΝ* P23. *ααιΔαλειωΝ* P. — *ΙΕΠΟΥΤΕΠΟΛΙΟ* P. *ΕΡΟΥ ΤΕΝΟΛΙΟΙΟ* B. *ἐρουτ' ἐνολοιο* M12. *ἐρουτ' ανολοιο* S. *ΕΡΙΤΟΝΟΛΟΙΟ* P3. *ΕΡΟΥΤΕΝΟΝΟCΡΟ* P2. — v. 8. *νέβρις* S. — v. 10. *ἦῦθ' ὅγ' ἐκ* conieci Symbol. p. 16. Vid. not. — *ἀνορούων* BPSM12P36 „Thuan.“ *ἀνορούσων* h-b. — v. 12. *ΛΥΤΗ* BPP3. *αὐτὴ* S. *αὔτη* M12. — *ΗΙ ΛΝΛ* P. *ΝΙΛΝΛ* BP3. *νιλῆα* SM12. — *ἀμφιμιγεῖσαι* SP6. — v. 13. *μαρμέρην* M2. *μορμερη* SP6. — v. 14. *ζωστὴρ* SM12P6 „Thuan.“ *ΖΟCΤΗΡ* B. *ΖΩΕΙΗΡ* P. — *ΥΠΟ* P. *ΥΝΟ* „Thuan.“ *πο* B. *ἀπὸ* SM3P6. — v. 15. *φαίνεται* BSM12P36. *ΦΛΙΝΕΤΛΤ* P „Thuan.“ *φαίνετ' ἄρ'* h-b. — *θαῦμα ἰδέσθαι* SM12P67. *ΘΛΥΜΛΔΕCΘΙ* B. *ΘΛΥΜΙΔΕCΟΘΙ* P. *θαῦμ' ἐσιδέσθαι* h-b.

23. *Virgilius*] Georg. I, 7. — *scribens* v-h. 24. *fecunditatis esse* G. — *idem poeta*] Georg. I, 84. — *et cetera* G. — *aetherio* Sv-g.

XIX. *Caput XIX. Ne Martis quidem aut Mercurii aliud esse numen*

v. 5. *καθάψαι*] Cf. § 4. *νεβρῶν δοραῖς καθαπτός.*

v. 10. *εὐθὺς ὅτ'*] Ad has particulas Symbol. p. 16. adnotavi haecce: „Omnes mei codices ut edd. habent *εὐθὺς ὅτ'*, quare apud Macrobium nihil ausim mutare, sed si quaerimus, quid scripserit poeta ipse, equidem putaverim verum esse *ἦῦθ' ὅγ'*. Nam particula *ἦῦτε* apud Homerum quidem saepe inservit comparationi, semel etiam cum coniunctivo iuncta, Il. ρ', 547.; de pronomine *ὅγε* ad praecedens substantivum *ἠελίοιο* referendo conf. Naegelsbachii Adnott. ad Hom. Il. ed. I. p. 218 sq.: contra *εὐθὺς* apud Homerum ne semel quidem legitur, ita ut in dialecto epica usitatum non fuisse videatur, licet in Batrachomyomachia bis, ni fallor, legatur: quid autem hoc loco *εὐθὺς ὅτ'* sibi velit, fateor me nescire.“

v. 15. *θαῦμα ἰδέσθαι*] Haec mutata esse videntur in *θαῦμ' ἐσιδέσθαι* ab homine cui ignotum fuerit digamma Aeolicum.

23. *vel nocturno temperamento vel diurno calore*] Inverso ordine supra dixit: *Liberum patrem solem esse et Cererem lunam.*

Vestro cet.] „Conf. Barth. ad Claudian. de raptu Proserp. I, 16.“ Zeun.

XIX, 1. *Martem eundem ac solem*

dem ac solem esse demonstrant: siquidem plerique Liberum cum [304]
Marte coniungunt, unum deum esse monstrantes: unde Bacchus
Ἐνυάλιος cognominatur, quod est inter propria Martis nomina.
Colitur etiam apud Lacedaemonios simulachrum Liberi patris hasta 2
insigne, non thyrso: sed cum thyrsum tenet, quid aliud quam latens telum gerit, cuius mucro hedera lambente protegitur? Quod ostendit vinculo quodam patientiae obligandos impetus belli. Habet enim hedera vinciendi obligandique naturam: nec non et calor vini, cuius Liber pater auctor est, saepe homines ad furorem bellicum usque propellit. Igitur propter cognatum utriusque effectus 3
calorem Martem ac Liberum unum eundemque deum esse voluerunt: certe Romani utrumque patris appellatione venerantur, alterum Liberum patrem, alterum Marspitrem, id est Martem patrem, cognominantes. Hinc etiam Liber pater bellorum potens probatur, 4
quod eum primum ediderunt auctorem triumphi. Cum igitur Liber pater idem ac sol sit, Mars vero idem ac Liber pater: Martem solem esse quis dubitet? Accitani etiam, Hispana gens, si- 5
mulachrum Martis radiis ornatum maxima religione celebrant, Ne-

Edd. vicahgspdzb.]
quam solem. ch-b. *Cap. XXII. De Marte.* v (i *Cap. XXI.*) DE MARTE. B. 1. *liberum plerique* G. 2. *sed et cum* s-bP. — *quid aliquod* (sup. *alius quam*) G. — *geritur* v-g (S *gerit?*). — *labente* vi. — *obligandi vinciendique* G (S ordine signis supra positis restituto). — *cuius libet* S. 3. *utrumque romani* S. 4. *liber bellorum* (om. *pater*) A. 5. *Accitani* ABs-bPM3. *Acitani* Sv-gM1P6. *Accintani* P2. *Acuitani* (e corr.) P7. *Aquitani* GM2. *Attitani* P5. — *Neton* BGs-b (hg in mg.) PM3P5. *necon* M2*H*2 (ASM1P25 *ne convocantes*). *necum* P6. *Necyn* v-g „Ms. cum editis omnibus, quomodo et Ortelius allegat. Came-

esse] Hoc probare conatus est Uscholdius coll. Hymn. Hom. ζ, 6 sqq. Zeitschr. f. d. A. W. 1842. p. 359.

Bacchus Ἐνυάλιος cognominatur] In Steph. Thes. Gr. l. ed. Paris. s. h. v. affertur Dionys. de comp. verb. c. 17. p. 107. l.: *Βρόμιε δορατοφόρ' Ἐνυάλιε πολεμοκέλαδε.* Creuzer. IV. p. 58. citat Mazocchi ad Tabb. Heracl. 1. p. 138. — Hesychius: *Ἐνυάλιος Ἄρης ἢ ὁ τούτου υἱὸς.* Martis filius Bacchus fuisse dicebatur in mysteriis Samothracicis. Cf. Creuzer. IV, p. 250.

2. *cuius mucro hedera lambente protegitur*] Cf. Cornutus l. c. p. 217. *Τινὲς δὲ τῶν θύρσων καὶ ἐπιδορατίδας κρυπτομένας ὑπὸ τῶν φύλλων ἔχουσιν, ὡς καὶ ὀδυνηφόρου τινὸς ἔσθ' ὅτε κρυπτομένου τῇ παρὰ τὴν πολυποσίαν ἱλαρότητι, εἰς ὕβρεις ἐνίων καὶ παρακοπὰς ἐκπιπτόντων.* Salmas. de homon. hyl. iatr. p. 4., qui confert Plin. N. H. XVI, 34. s. 62. § 144. *Cuius dei et nunc adornat* (hedera) *thyrsos* et Eurip. Bacch. v. 25. *Θύρσον τε δοὺς εἰς χεῖρα, κίσσινον βέλος,* et v. 710 sq. *ἐκ δὲ κισσίνων θύρσων.*

3. *Marspitrem*] Cf. c. 12. § 8.; Gellius N. A. V, 12, 5.; Hartung. II, p. 158. Casus obliquos improbat Varro L. L. VIII, 17, 33. et IX, 46, 75 sqq.

4. *bellorum potens*] Conf. § 9. et vid. not. ad c. 9. § 6.

probatur] Observanda est huius verbi constructio cum duplici nominativo. Cf. § 7.

eum primum ediderunt auctorem triumphi] Rem iisdem fere verbis tradidit Cornutus l. c. p. 219.: *Ἔδοξε καὶ πολεμιστὴς εἶναι καὶ πρῶτος καταδεδειχέναι τὸν ἐν ταῖς πολεμικαῖς νίκαις ἀγόμενον θρίαμβον.* Hartung. II. p. 19. hanc docet fuisse sententiam Graecorum, sed Romanos hunc honorem tribuisse Iovi et Herculi. Cf. ibid. p. 26.

5. *Accitani, .. Hispana gens*]

6 ton vocantes. Et certe ratio naturalis exigit ut di caloris caelestis parentes magis nominibus quam re substantiaque divisi sint: fervorem autem quo animus excandescit excitaturque alias ad iram alias ad virtutes nonnumquam ad temporalis furoris excessum, per quas res etiam bella nascuntur, Martem cognominaverunt, cuius vim poeta exprimendo et similitudini ignis adplicando ait:

[305] *Μαίνετο δ' ὡς ὅτ' Ἄρης ἐγχέσπαλος ἢ ὀλοὸν πῦρ.*

In summa pronuntiandum est effectum solis, de quo fervor animorum, de quo calor sanguinis excitatur, Martem vocari.

7 Ut vero Mercurius sol probetur, superius edocta suffragio sunt. Eundem enim esse Apollinem atque Mercurium vel hinc apparet quod apud multas gentes stella Mercurii ad Apollinis nomen refertur, et quod Apollo Musis praesidet, Mercurius ser-
8 monem, quod est Musarum munus, inpertit. Praeter hoc quoque Mercurium pro sole censeri multa documenta sunt: primum quod simulachra Mercurii pennatis alis adornantur, quae res monstrat
9 solis velocitatem. Nam quia mentis potentem Mercurium credimus, appellatumque ita intellegimus *ἀπὸ τοῦ ἑρμηνεύειν*, et sol mundi mens est, summa autem est velocitas mentis, ut ait Homerus:

[Mss. ABGPS.

rarius tantum et Stoeriana testantur in antiquo esse *Neton.*" Gron. ad c. 21. § 18. 6. *diversi* v-g. — *Μαίνετο*] Il. ό, 605. — δὲ ὡς dz. — ἐγχεέσπαλος ἢ λοὸν S. 7. *Cap. XXIII. De Mercurio.* v (i *Cap. XXII*). *DE MERCURIO.* ABG. — *superius*] Vid. not. — *suffragia sunt* v-g. „Non haec forma a Macrobii usu abhorret. Sic paulo inferius (§ 8.) *multa documenta sunt.*" Zeun. — *eundem* (om. *enim*) G. — *impartit* Sv-g.
8. *quod per simulacra* S. — *pinnatis* Ach-bP. — *monstrant* BG.
9. *et ἀπὸ* vl. — *est autem* BS. *est* (add. a sec. m. *autem*) G. — *Ho-*

Conf. Plin. N. H. III, 3 s. 4. § 25. Sill.: *Carthaginem conveniunt populi LXV. exceptis insularum incolis .. Ex colonia Accitana Gemellenses.* Harduinus adnotavit: „Col. Iul. Gem. Accitana apud Grut. p. 271. [6.]. *Accis*, hodie Guadix, in Granatensi regno. . . In nummis antiquis: C. I. G. Acci et Col. Gem. Acci." — Adde ibid. p. 452. 4. In agro Accitano. Mannertus Geogr. d. Gr. u. R. vol. I. p. 388. ed. I. Accos inter Oscam Ilergetum et Lacurim sitos negat eandem urbem esse ac Guadix.

6. *caloris caelestis parentes*] Hac dictione saepius usus est Cicero (ad Att. IX, 10, 3., Tim. 11., de fin. II, 1, 1., de leg. I, 24, 62.) aliique, ut Plin. N. H. VII, 30. s. 31. § 117. et XXV, 2, 5. § 11. Horat. Od. I, 10, 6. Apud Macrobium hoc unum exemplum adnotavi.

ad temporalis furoris excessum] Vid. prolegg. p. XLII.

exprimendo .. ait] Vid. ibid. p. XL.

7. *Mercurius sol probetur*] Vid. not. ad § 4.

suffragio sunt] Singulari quadam vi dicitur pro *adiumento sunt.*

stella Mercurii ad Apollinis nomen refertur] Haec nusquam me legere memini. Videntur ergo verba *superius edocta* referenda esse ad ea tantum quae sequuntur.

Apollo Musis praesidet] In Saturnalibus Macrobius hoc docuit nusquam, sed in Comm. II, 3, 3.

Mercurius sermonem .. inpertit] Cf. c. 12. § 20.; c. 17. § 5.; Comm. I, 12, 14.

8. *solis velocitatem*] Conf. c. 17. § 69.

9. *mentis potentem*] Cf. §. 4. et Cornut. c. 16. p. 164. *Τυγχάνει δὲ Ἑρμῆς ὁ λόγος, ὃν ἀπέστειλαν πρὸς ἡμᾶς ἐξ οὐρανοῦ οἱ θεοὶ κτλ.*

ἀπὸ τοῦ ἑρμηνεύειν] Conf. c. 17. § 5.

sol mundi mens est] Cf. c. 18. § 15.

summa est velocitas mentis] „Huc

— ὡσεὶ πτερὸν ἠὲ νόημα·
ideo pennis Mercurius quasi ipsa natura solis ornatur. Hoc ar- 10
gumentum Aegyptii lucidius absolvunt ipsius solis simulachra pen-
nata fingentes, quibus color apud illos non unus est. Alterum
enim caerulea specie alterum clara fingunt. Ex his clarum supe-
rum et caeruleum inferum vocant: inferi autem nomen soli da-
tur, cum in inferiore hemisphaerio, id est hiemalibus signis, cur-
sum suum peragit: superi, cum partem zodiaci ambit aestivam.
Eadem circa Mercurium sub alia fabula fictio est, cum inter su- 11
peros et inferos deos administer ac nuntius aestimatur. Argi- 12
phontes praeterea cognominatur, non quod Argum peremerit,
quem ferunt per ambitum capitis multorum oculorum luminibus [306]
ornatum, custodisse Iunonis imperio Inachi filiam, eius deae pelli-
cem, conversam in bovis formam: sed sub huiusmodi fabula Ar-
gus est caelum stellarum luce distinctum, quibus inesse quaedam

Edd. vicahgspdzb.]

merus] Od. ή, 36. — *pinnis* B (S a p. m.) vich-b (g in mg. *pennis*) P. — *ipse* v3ichg. 10. *lucidius Aegyptii* v-g. — *pinnata* Avich-b (g in mg. *penn.*) P. — *caerula* s-b. — *clarum* Sv. — *cum inferiore* (om. *in*) ASv-g. 11. *aestimatus* (sup. *r*) B. *existimatur* Sv-g. 12. *Ἀργιφόντης* S. *argifontes* ABG. — *cognominatus* BG. *cognominantur* Svl. — *peremerint* S. — *filiam Io* hs-bP. — *eiusmodi* BG *huiuscemodi* c-b.

pertinet locus Cic. Tusc. I, 19. quem Clarkius laudat ad Odyss. ή, 36.: *Nihil est animo velocius, nulla est celeritas quae possit cum animi celeritate contendere.* Homerus sive quisquis est auctor, in hymno in Mercur. 43. eidem deo tribuit ὠκὺ νόημα." Zeun. — Adde Laur. Lyd. IV, 52. (p. 102.) Ἔτι μὴν ὠκύτατον πεποίηνται τοῦτον ταρσώσαντες πτεροῖς, νοῦ ὀξύτητα καὶ τάχος λόγου διὰ τῆς τοιᾶσδε τέχνης αἰνιττόμενοι. ὁ γοῦν ποιητής φησιν· Ἔπεα πτερόεντα, et Cornut. l. c. p. 166.: Πέδιλα δὲ φέρει πτερωτὰ καὶ δι᾽ ἀέρος φέρεται, συμφώνως τῷ Ὁμήρῳ, καθάπερ εἴρηται τὰ (τὸ?) ἔπεα πτερόεντα.

10. *solis simulachra pennata*] Videtur respicere ad orbes illos alatos qui saepe conspiciuntur in Aegyptiorum monumentis. Cf. C. Schwenck. Mythol. Aeg. tab. 3., nisi forte in animo habuit simulacra alata, quale est Ammonis Kneph apud Creuzer. II, 1. tab. II.

11. *inter superos et inferos deos*] Conf. Horat. Od. I, 10, 19 sq. *Superis deorum Gratus et imis*, ad quem locum Orellius attulit Claudian. Rapt. Pros. I, 89. *Commune profundis et superis numen.* Adde Apulei. Metam. XI, 11. *Ille superum commeator et inferum.*

administer et nuntius] Cornut. l. c. p. 165.: Παραδέδοται δὲ καὶ κῆρυξ θεῶν, καὶ διαγγέλλειν αὐτὸν ἔφασαν τὰ παρ᾽ ἐκείνων τοῖς ἀνθρώποις, c. not. Osanni.

12. *Argiphontes*] Cf. Cornut. l. c. Ἀργειφόντης δέ ἐστιν, οἱονεὶ ἀργεφάντης, ἀπὸ τοῦ ἀργῶς πάντα φαίνειν καὶ σαφηνίζειν· τὸ γὰρ λευκὸν ἀργὸν ἐκάλουν οἱ παλαιοί· ἢ ἀπὸ τῆς κατὰ τὴν φωνὴν ταχύτητος. Arnob. VI, 25. *Mercurius pinnatus Argiphontes.* Homer. Il. β', 103. διακτόρῳ Ἀργειφόντῃ, ubi vid. schol. et Eustath.

Inachi filiam] i. e. Io, cuius nomen in nonnullis exemplaribus legitur additum.

eius deae pellicem] Quid sit pellex, docent Gellius IV, 3, 3., Festus ap. Paul. lib. XIV, p. 222., Paulus Dig. L, 16, 144. Genitivo casu additur aut eius nomen, quocum illa vivit, aut eius, cuius locum occupavit. Cf. V, 16, 10. *Ganymedem non ut Iunonis pellicem a Iove raptum;* Plaut. Merc. IV, 1, 24. *ut videas simul tuam Alcumenam pellicem, Iuno mea;* Cic. p. Cluent. 70, 199. *filiae pellex;* Ovid. Met. X, 347. *matris pellex.*

caelum stellarum luce distinctum] Conf. § 13. *ambitus caeli stella-*

13 species caelestium videtur oculorum. Caelum autem Argum vocari placuit a candore et velocitate, *παρὰ τὸ λευκὸν καὶ ταχύ*. Et videtur terram desuper observare: quam Aegyptii hieroglyphicis litteris cum significare volunt, ponunt bovis figuram. Is ergo ambitus caeli stellarum luminibus ornatus tunc aestimatur enectus a Mercurio, cum sol diurno tempore obscurando sidera veluti enecat, vi luminis sui conspectum eorum auferendo mortalibus.
14 Pleraque etiam simulachra Mercurii quadrato statu figurantur solo capite insignita et virilibus erectis: quae figura significat solem

[Mss. ABGPS.

13. *vocitari* c-b. — *παρὰ τὸ λευκὸν ταχὺ* (om. *καὶ*) v1. *παρὰ τὸ ἀργὸν ταχὺ* c. *παρὰ τὸ ἀργὸν καὶ ταχὺ* g. „Nihil sufficit. Lego: *παρὰ τὸ ἀργὸν, τουτέστι λευκὸν καὶ ταχὺ*. Tale quid omnino requiritur.“ Gron. *ἀπὸ τοῦ ἀργὸς, ταχὺς ἢ λευκὸς* S. — *signare* s-bP. — *His ergo* Av1. — *estimatus* (sup. *r*) B. *existimatur* Sv-gb. — *velut* p-b. — *necat* (sup. add. *e*) G. 14. *uberibus erectis* seu *arrectis* seu *virgatis* coni. Zeun. coll. Anacreont. Od. XXIX, 30. *μεταμάζιον δὲ ποίει Διδύμας τε χεῖρας Ἑρμοῦ*, Virg. Aen. XI, 639. *adrecto pectore*, Sen. Herc. Oet. 146. *Quae virgata tibi praebuit ubera*, et quod infra c. 20. § 18. de uberibus Isirum *luminibus ornatus*, et Eustath. l. c. p. 138., *Ἄϋπνος ἦν διὰ βίου, ἄστροις μέν τισιν ἀνατέλλουσιν ἐπανοίγων τοὺς μύοντας ὀφθαλμοὺς συνανατέλλοντας ὥσπερ καὶ αὐτοὺς, ἑτέροις δὲ αὖ πάλιν τῶν ἀστέρων δυομένοις ἐγκαταμύων τοὺς βλέποντας ὀφθαλμοὺς, καὶ ὥσπερ συγκαταδύων τὸν ἐν αὐτοῖς ὀπτικὸν ἥλιον, ὃ καὶ Εὐριπίδης δηλοῖ ἐν οἷς φησιν· Ἄργου ὄμματα τὰ μὲν ξὺν ἄστρων ἐπιτολαῖσι βλέποντα, τὰ δὲ κρύπτοντα δυνόντων μέτα.*

13. *παρὰ τὸ λευκὸν καὶ ταχὺ*] Conf. Cornut. l. c. ad § 12. et Hesych. *Ἀργειφόντης .. λευκοφάντης, ... ἢ ταχέως καὶ τρανῶς ἀποφαινόμενος*, et *Ἄργιος λευκὸς, ταχύς*.

ponunt bovis figuram] Creuzer. II, p. 94. Not. refert apud plerasque veteres gentes taurum significasse terram cet. Commentatt. Herodott. Part. I. p. 124 sqq.

14. *quadrato statu*] Conf. Real-Encycl. vol. IV. p. 1857 sq.; Cornut. c. 16. p. 167. *Πλάττεται δὲ καὶ ἄχειρ καὶ ἄπους καὶ τετράγωνος τῷ σχήματι ὁ Ἑρμῆς κτλ.* Laur. Lyd. l. c. *Εἶτα δὲ τετράγωνον σχήματι Ἕλληνες ἀναπλάττουσι τοῦτον (τὸν Ἑρμῆν), τεκμήριον μέγιστον παρεχόμενοι, λόγον εἶναι τοῦτον καὶ λόγον ἀληθῆ κτλ.*, et quae adnotavit Roetherus, qui citat etiam Creuzer. Commentatt. Herod. I. p. 135. Martian. VII. p. 734. *Hic numerus quadratus ipsi Cyllenio deputatur, quod quadratus deus solus habeatur* (cf. II, § 106.). De religione Hermarum nuper disseruit E. Gerhardus, Berol. 1845.

virilibus erectis] Vid. C. O. Mueller. et Oesterlei. Denkm. d. alt. Kunst II, 30, 337., et conf. Cornut. l. c. *Οἱ δ' ἀρχαῖοι τοὺς μὲν πρεσβυτέρους καὶ γενειῶντας Ἑρμᾶς ὀρθὰ ἐποίουν τὰ αἰδοῖα ἔχοντας, κτλ.* c. not. Osanni, et Plotin. Ennead. III, 6. p. 321. F.: *Ὅθεν οἶμαι καὶ οἱ πάλαι σοφοὶ μυστικῶς καὶ ἐν τελεταῖς αἰνιττόμενοι Ἑρμῆν μὲν ποιοῦσι τὸν ἀρχαῖον τὸ τῆς γενέσεως ὄργανον ἀεὶ ἔχοντα πρὸς ἐργασίαν, τὸν γεννῶντα τὰ ἐν αἰσθήσει δηλοῦντες εἶναι τὸν νοητὸν λόγον*, et quae attulit Creuzer., Herodot. II, 51. *Τοῦ δὲ Ἑρμέω τὰ ἀγάλματα ὀρθὰ ἔχειν τὰ αἰδοῖα ποιεῦντες οὐκ ἀπ' Αἰγυπτίων μεμαθήκασι, ἀλλ' ἀπὸ Πελασγῶν πρῶτοι μὲν Ἑλλήνων ἁπάντων Ἀθηναῖοι παραλαβόντες, παρὰ δὲ τούτων ὥλλοι.* Cic. N. D. III, 22, 56. *Mercurius unus Caelo patre Dia matre natus, cuius obscoenius excitata natura traditur, quod adspectu Proserpinae commotus sit.* Pausan. VI, 26, 3. de Cylleniorum diis: *Τοῦ Ἑρμοῦ δὲ τὸ ἄγαλμα .. ὀρθόν ἐστιν αἰδοῖον ἐπὶ τοῦ βάθρου.* Lucian. Iup. Trag. 42. *Κυλλήνιοι (θύοντες) Φάλητι.* Plutarch. an seni resp. gerenda sit, extr. p. 797. F. *Διὸ καὶ τῶν Ἑρμῶν τοὺς πρεσβυτέρους ἄχειρας καὶ ἄποδας, ἐντεταμένους δὲ τοῖς*

mundi esse caput et rerum satorem, omnemque vim eius non in quodam divisorum ministerio membrorum, sed in sola mente consistere, cuius sedes in capite est. Quattuor latera eadem ratione 15
finguntur qua et tetrachordum Mercurio creditur attributum. Quippe significat hic numerus vel totidem plagas mundi vel quattuor vices temporum quibus annus includitur, vel quod duobus aequinoctiis duobusque solstitiis zodiaci ratio distincta est: ut lyra Apollinis chordarum septem tot caelestium sphaerarum motus praestat intellegi, quibus solem moderatorem natura constituit. In Mercurio solem coli etiam ex caduceo claret, quod Aegyptii 16
in specie draconum maris et feminae coniunctorum figuraverunt[307]

dis leguntur. — *diversorum* „B“.

Edd. vicabgspdzb.]

15. *quae et* P. — *signat* G. —

μορίοις δημιουργοῦσιν κτλ., quem locum exscripserunt Cornut. l. c. et Eudocia de Violario p. 155., Porphyrius ap. Euseb. in praep. evang. III, p. 114. Ὁ δὲ ἐντεταμένος Ἑρμῆς δηλοῖ τὴν εὐτονίαν· δείκνυσι δὲ καὶ τὸν σπερματικὸν λόγον τὸν διήκοντα διὰ πάντων. — Cf. Fulgent. Mythol. II, 4. *exsectis falce Saturni virilibus*. Arnob. V, 11. *viribus abscisis*, c. not. Hildebrand.

in capite] Cf. Comm. I, 6, 81.

15. *tetrachordum Mercurio attributum*] Cf. Cornut. l. c. p. 169. Τῆς δὲ λύρας εὑρετής ἐστιν, οἷον τῆς συμφωνίας καὶ ὁμολογίας κτλ., ubi Osannus attulit Philostr. imag. I, 10. init. Τῆς λύρας τὸ σόφισμα πρῶτος Ἑρμῆς πήξασθαι κεράτοιν δυοῖν, κατὰ ζύγον καὶ χέλυος. Apollodor. III, 10, 2. § 4. Λύραν εὗρε καὶ πλῆκτρον. Horat. Od. I, 10, 6. *Curvaeque lyrae parentem*. Idem Od. III, 11, 1 sqq. cum eo componit testudinem septem nervis resonantem, et in hymno Homer. in Mercur. v. 51. Mercurius in lyra a se inventa dicitur tetendisse septem chordas. Pausanias V, 14, 6. Mercurio lyrae, Apollini citharae inventionem tribuit. Alia vid. Real-Encycl. s. v. *lyra*. Plutarch. Sympos. IX, 3, 2. Ἑρμεῖ δὲ μάλιστα τῶν ἀριθμῶν ἡ τετρὰς ἀνάκειται.

zodiaci ratio distincta est] i. e. zodiacus divisus est. Cf. prolegg. p. XLII.

lyra Apollinis chordarum septem] Cf. Plutarch. l. c., 1. Ἡ δὲ ἑβδομὰς τῷ Μουσηγέτῃ προσκεκλήρωται. Inventio citharae septem chordis praeditae Terpandro tribuitur a Plinio N. H. VII, 56 s. 57. § 204., Strab. XIII, p. 425. Euclid. introd. harm. p. 19. Meib. Cf. Schneidewin. Del. p. 237. Ἡμεῖς τοι τετράγηρυν ἀποστέρξαντες ἀοιδὴν Ἑπτατόνῳ φόρμιγγι νέους κελαδήσομεν ὕμνους.

tot caelestium sphaerarum .. quibus solem moderatorem natura constituit] Cf. c. 17. § 3. Somn. Scip. 4, 2. et Comm. I, 17 sqq.

16. *ex caduceo claret*] Conf. Real-Enc. vol. IV. p. 1860. Philologus, I, 3, p. 512 sqq., ubi Prellerus inter alia affert schol. Thucyd. I, 53. Κηρύκιόν ἐστι ξύλον ὀρθόν, ἔχον ἑκατέρωθεν δύο ὄφεις περιπεπλεγμένους καὶ ἀντιπροσώπους πρὸς ἀλλήλους κειμένους, ὅπερ εἰώθασιν φέρειν οἱ κήρυκες μετ' αὐτῶν. Serv. ad Virg. Aen. IV, 242. Plin. N. H. XXIX, 3 s. 12. § 54., ubi legitur: *Hic tamen complexus anguium et efferatorum concordia causa videtur esse, quare exterae gentes caduceum in pacis argumentis circumdata effigie anguinum fecerint*. Cornut. l. c. p. 166.: Οἱ δ' ἀποπληροῦντες περὶ τὴν εἰρημένην ῥάβδον τὸ τοῦ κηρυκίου σχῆμα δράκοντες σύμβολόν εἰσι τοῦ καὶ τοὺς θηριώδεις ὑπ' αὐτοῦ κηλεῖσθαι καὶ καταθέλγεσθαι, λύοντος τὰς ἐν αὐτοῖς διαφορὰς καὶ συνδέοντος αὐτοὺς ἅμματι δυσλύτῳ. Διὰ τοῦτο γὰρ τὸ εἰρηνοποιὸν δοκεῖ τὸ κηρύκιον εἶναι. Antiquissimis temporibus caduceo non tribuebantur serpentes (conf. Boettg. Amalth. I, p. 104. et Id. z. Kunstmyth. II, p. 116.). Non recte ergo ab Aegypto hanc caducei formam deducit Macrobius, qui videtur spectare ad Aegyptiorum οὐραῖον. — *Claret* est archaismus. Cf. V, 20, 6.

Mercurio consecrandum. Hi dracones parte media voluminis sui invicem nodo quem vocant Herculis obligantur, primaeque partes eorum reflexae in circulum pressis osculis ambitum circuli iungunt: et post nodum caudae revocantur ad capulum caducei or-
17 nanturque alis ex eadem capuli parte nascentibus. Argumentum caducei ad genituram quoque hominum, quae γένεσις appellatur, Aegyptii protendunt, deos praestites homini nascenti quattuor adesse memorantes, *Δαίμονα Τύχην Ἔρωτα Ἀνάγκην*: et duos priores solem ac lunam intellegi volunt, quod sol auctor spiritus caloris ac luminis humanae vitae genitor et custos est, et ideo nascentis δαίμων, id est deus, creditur: luna τύχη, quia corporum praesul est quae fortuitorum varietate iactantur: amor
18 osculo significatur: necessitas nodo. Cur pennae adiciantur, iam superius absolutum est. Ad huiusmodi argumenta draconum

[Mss. ABGPS.
tota zb. 16. *draconis* S. — *in nodum* Sv-n. — *oculis* BGSvi. — *post modum* GSv-g (B *post nodum*, sed *n* e corr.). — *aliis* Av-h. 17. *genesis* Mss. et Edd. — *esse* (sup. add. *ad*) G. — *duo* s-bP. — *et lunam* G. — *daemon* Mss. et Edd. — *ΤΥΛΗ* BP. *ΤΥΑΝ* A. 18. *pin-*

voluminis sui] Cf. c. 20. § 9. *In draconum volumina desinebant*, et V, 17, 12. *tortuosa volumina*; Virg. Aen. II, 208. *sinuant immensa volumine terga*. Hoc loco exspectes pluralem numerum, ut ibid. V, 85. *septena volumina traxit*, et XI, 753. *serpens sinuosa volumina versat*, et Ovid. Met. XV, 721. *Perque sinus crebros et magna volumina labens*, sed singulari numero collectivo sensu utitur idem Ovidius Met. IV, 600. *iunctoque volumine serpunt*. Nos: „*die Windung*."

nodo quem vocant Herculis] Cornutus l. c. ἅμματι δυσλύτῳ. Conf. Plin. N. H. XXVIII, 6. s. 17. § 63. *Vulnera nodo Herculis praeligare mirum quantum ocior medicina est. Atque etiam quotidiani cinctus tali nodo vim quandam habere utilem dicuntur, quippe cum Hercules eum prodiderit*, ubi Harduinus adnotavit: „Hoc est arctissimo", et: „Quo nexu id fuerit, non est satis exploratum", et affert Festum (p. 63. ed. Muell.): *Cingulum* (novae nuptae) *Herculaneo nodo vinctum vir solvit ominis gratia, ut sic ipse felix sit in suscipiendis liberis, ut fuit Hercules, qui septuaginta liberos reliquit*. Adde Sen. ep. 87. § 33. *Unus tibi nodus, sed Herculaneus, restat*, et Athenae. XI, 101, p. 500 a. ὁ λεγόμενος Ἡράκλειος δεσμός, Erasm. Adag. I, 9, 48.

revocantur] i. e. reflectuntur. Conf. Gronov. Observ. II, 19. p. 290.

ornanturque alis .. nascentibus] Idem valet ac: *eademque capuli pars ornatur alis*. Haec caducei forma conspicitur apud C. O. Muell. et Oesterl. Denkm. d. a. K. II. tab. XXIX. 314, 315, 316, 319, 323.

17. *Argumentum*] est id quod additur quo quid significetur, „*das Attribut*", ut c. 21. § 15. *Eodem argumento significatur et tempus*, c. 23. § 16. *vitis argumento .. tempus ostensum est*, ib. § 18 sq. *argumentis quibus ornantur significantes multiplicem praestantiam duplicis numinis. Ipsa autem argumenta solis rationem locuntur*. Cf. c. 22. § 5. et Plin. N. H. XXXVI, 5 s. 4. § 43. Sill. *femineis argumentis*.

protendunt] idem est ac *referunt*.

praestites] Cum genitivo casu iuncta haec vox legitur c. 18. § 17. et c. 23. § 6. — De re ipsa vid. Hartung. II. p. 233 sq.

luna τύχη] Conf. Kopp. ad Martian. I, § 88.: „In planetis sunt sortium loci; Nemeseos in Saturno, Τύχης in Luna (Manil. Astron. III, 96.; Palaeogr. crit. III, § 282.)."

praesul] Cf. c. 17. § 1. et c. 24. § 23.

18. *draconum volumen*] Conf. § 16. et c. 17. § 58.

praecipue volumen electum est propter iter utriusque sideris flexuosum.

XX. Hinc est quod simulachris et Aesculapii et Salutis draco 1
subiungitur, quod hi ad solis naturam lunaeque referuntur. Et est Aesculapius vis salubris de substantia solis subveniens animis corporibusque mortalium: Salus autem naturae lunaris effectus [309]
est quo corpora animantium iuvantur salutifero firmata temperamento. Ideo ergo simulachris eorum iunguntur figurae draconum, 2
quia praestant ut humana corpora velut infirmitatis pelle deposita ad pristinum revirescant vigorem, ut revirescunt dracones per annos singulos pelle senectutis exuta: propterea et ad ipsum solem species draconis refertur, quia sol semper velut a quadam imae depressionis senecta in altitudinem suam ut in robur revertitur iuventutis. Esse autem draconem inter praecipua solis ar- 3
gumenta etiam nominis fictione monstratur, quod sit nuncupatus *ἀπὸ τοῦ δέρκειν*, id est *videre*. Nam ferunt hunc serpentem

Edd. vicahgspdzb.]

nae ASvich-bP. — *superius*] § 9. — *Ab huiusmodi argumento* (sup. *a*) S. — *praecipuo* (sup. *e*) *volumine lectum* S.

XX. *Caput XX. Quin Aesculapium quoque et Salutem et Herculem et cum Iside ipsum etiam Serapin alios quam solem deos non esse.* ch-b. *Cap. XXIIII. De Aesculapio.* v (i *Cap. XXIII.*). DE AESCVLAPIO. ABG.

1. *simulacris Aesculapii* (om. *et*) s-b. — *Aesculapii, Salutis* (om. *et*) ch. — *corpora animantum* BG. *animantium corpora* v-g. — *a salutifero* h. 2. *vel* (sup. *velud*) A. — *revirescant* (sup. *u*) A. — *virorem* s-b P. — *revirescant* A (G a p. m.). *virescunt* s-bP. — *quia semper* (om. *sol*) G. *quia sole semper* S. — *in robur* (sup. add. *ut*) A. 3. *et in*

XX, 1. *Salutis*] Eandem hanc deam esse Romanis quam Graecis *Ὑγείαν* demonstravit Koppius ad Martian. I, § 45.

vis salubris de substantia solis] Cf. Pausan. VII, 23, 6., ubi homo Sidonius in Aesculapii templi traditur dixisse: *Ἀσκληπιὸν μὲν γὰρ ἀέρα γένει τε ἀνθρώπων εἶναι καὶ πᾶσιν ὁμοίως ζώοις ἐπιτήδειον πρὸς ὑγίειαν, Ἀπόλλωνα δὲ ἥλιον, καὶ αὐτὸν ὀρθότατα Ἀσκληπίῳ πατέρα ἐπονομάζεσθαι, ὅτι ἐς τὸ ἁρμόζον ταῖς ὥραις ποιούμενος ὁ ἥλιος τὸν δρόμον μεταδίδωσι τῷ ἀέρι ὑγιείας.* Sickler. die Hieroglyphen in dem Mythus des Aesculap (Meining. 1819) p. 9. 10. Creuzer. II, p. 559.

salutifero temperamento] Cf. Colum. III, 12, 3. *Opus est inter has tam diversas aequalitates magno temperamento, quod in corporibus quoque nostris desideratur, quorum bona valetudo calidi et frigidi, humidi et aridi, densi et rari, certo et quasi examinato modo continetur.*

2. *figurae draconum*] Cf. Real-Encycl. I, p. 190 sq. Cornutus c. 33. *Διὰ τοῦτο γὰρ δράκοντα αὐτῷ (τῷ Ἀσκληπίῳ) παριστῶσιν, ἐμφαίνοντες ὅτι ὁμοιόν τι τούτῳ πάσχουσιν οἱ χρώμενοι τῇ ἰατρικῇ, κατὰ τὸ οἱονεὶ ἀνανεάζειν ἐκ τῶν νόσων καὶ ἐκδύεσθαι τὸ γῆρας.* Real-Encycl. I, p. 189 sq., Boettiger. Id. I, p. 56.

pelle senectutis exuta] Cf. Cornut. l. c. Plinius N. H. XXX, 9 s. 23. § 81. ait *membrana senectutis anguium*, et XXVIII, 11 s. 48. § 175. *cutem quam relinquunt angues*, sed VIII, 31. s. 49; XX, 23 s. 95 al. brevius dicit *senectutem* vel *senectam exuere serpentes.*

ad ipsum solem] Cf. c. 17. § 58.

3. *ἀπὸ τοῦ δέρκειν, id est videre*] Pontanus attulit verba Festi [ap. Paul. lib. IV, p. 67.]: *Dracones dicti ἀπὸ τοῦ δρακεῖν* [*δέρκεσθαι*] *quod est videre. Clarissimam enim dicuntur habere oculorum aciem, qua ex causa incubantes eos thesauris custodiae causa finxerunt antiqui. Ideoque Aesculapio attribuuntur, quod vigilantissimi generis putantur, quae res medicinae maxime necessaria est.* Dacerius apte contulit Horat. Sat. I, 3, 26 sq. *Tam cernis*

acie acutissima et pervigili naturam sideris huius imitari, atque ideo aedium adytorum oraculorum thesaurorum custodiam draco-
4 nibus adsignari. Aesculapium vero eundem esse atque Apollinem non solum hinc probatur, quod ex illo natus creditur, sed quod ei et vis divinationis adiungitur. Nam Apollodorus in libris quibus titulus est περὶ θεῶν scribit quod Aesculapius divinatio-
5 nibus et auguriis praesit. Nec mirum: siquidem medicinae atque divinationum consociatae sunt disciplinae. Nam medicus vel commoda vel incommoda in corpore futura praenoscit, sicut ait Hippocrates oportere medicum dicere de aegroto τά τε παρεόντα καὶ τὰ προγεγονότα καὶ τὰ μέλλοντα ἔσεσθαι, id est

Quae sint, quae fuerint, quae mox ventura sequentur,

quod congruit divinationibus quae sciunt

[309] — τά τ' ἔοντα τά τ' ἐσσόμενα πρό τ' ἐόντα.

6 Sed nec Hercules a substantia solis alienus est: quippe Hercules ea est solis potestas quae humano generi virtutem ad similitudinem praestat deorum. Nec aestimes Alcmena apud Thebas Boeo-

[Mss. ABGPS.

nominis finctione BG. — *huius sideris* v-g. 4. *hinc esse probatur* G. — *et ius* ABEdd.GS. — *dominationis* P. 5. *atque divinationis* v-g „Angl." — *sic ut* cah. — *Hippocrates*] In prognostici exordio. — *oportet* v-g. — *aegro* As-bP. — ΤΑ (ras.) ΠΑΡΕΟΝΤα (corr. in ΠΑΡΕΛΘ.) .. ΚΑΙ ΤΑ ΜΕΛΛΟΝΤΑ ε (ras.) εcθαι (sup. ΓΙΝ) B. τὰ τ' ἔοντα τὰ δ' ἐσσόμενα τα προ τ ἔόντα (In mg.: „al. τά τε παρεοντα ... καὶ τὰ μέλλοντα γίνεσθαι) S. τά τ' ἐόντα τάτ' ἐσσόμενα καὶ πρό τ' ἐόντα v-a (v3 ταν ἐσσομενα; v3 καὶ πρωτέοντα; ic καὶ πρῶτ' ἐόντα; a πρότ' ἐόντα, om. καί). — *Quae sint*] Virgil. Georg. IV, 392. — *sunt* BG. — *fuerunt* (sup. *i*) G. — *secuntur* G. — *τά τ' ἔοντα*] Homer. Il. ά, 70. — *τά τε ὄντα* Edd — *πρό τ' ἐόντα* om. S. *καὶ πρότ' ἐόντα* v-c (v3 *πρωτέοντα*; ic *πρῶτ' ἐόντα*). 6. *Cap. XXV. De Hercule.* v (i *Cap. XXIIII*). DE HERCVLE. AG. *Quod idem Sol et Hercules.* E6. — *ab substantia* A. — *est ea* G. — *existimes* Sv-g. — *Alcumena* G a sec. m.; v-g. — *boetias* ABGS. —

acutum Quam aut aquila aut serpens Epidaurius. Adde Cornut. l. c.: Ἅμα δ' ἐπεὶ προσοχῆς ὁ δράκων σημεῖον, ἧς πολλῆς δεῖ πρὸς τὰς θεραπείας.

oraculorum thesaurorum custodiam] Cf. fabulam de Pythone et praeter Festi locum quem modo attulimus Martialis versus (XII, 53, 3 sq.) quos citavit Pontanus: *Largiris nihil, incubasque gazae Ut magnus draco.*

4. *ex illo natus*] Cf. Cornut l. c. Τὸν Ἀσκληπιὸν υἱὸν αὐτοῦ (τοῦ Ἀπόλλωνος) ἔφασαν γενέσθαι, et Pausan. l. c. ad § 1., Apollodor. III, 10, 3. § 6. al.

quod ei et vis divinationis adiungitur] Cf. c. 23. § 13. *Divinatione praepollet, quae ad Apollinis potestatem refertur.* Serpentibus haec tribuitur ab Aeliano N. A. VI, 16. Cf. Boettiger. Id. z. Kunstmyth. I. p. 204.

scribit quod .. praesit] Vid. not. ad Comm. I, 13, 18.

6. *nec Hercules a substantia solis alienus est*] Cf. Nicomachi verba quae leguntur apud Laurent. Lyd. IV, 46. (p. 93.): Ἡρακλῆς μὲν οὖν ὁ τὴν περὶ τὸν ἀέρα κλάσιν τῇ τῶν ὡρῶν περιτροπῇ ποιούμενος, τουτέστιν Ἥλιος. Haec erat sententia et Aegyptiorum et Lydorum, cf. § 11., ubi Pontanus citavit Serv. ad Virg. Aen. VI, 395. *Nam cum plura fecerit* (Hercules), *duodecim tantum ei adsignantur* (labores) *propter agnita duodecim signa.* Creuzer. II, p. 607 sqq., 625 sqq. Real-Encycl. III, p. 1185 sq., ubi proponitur nova quaedam nominis explicatio, ἥρος (ἔαρος) κλέος.

virtutem ad similitudinem praestat deorum] Pontanus confert Senecae Agamemn. v. 810 sq. *Semper ingentes educas alumnos, Imparem aequasti numerum deorum*, ubi ex

tias natum solum vel primum Herculem nuncupatum: immo post multos atque postremus ille hac appellatione dignatus est honoratusque hoc nomine, quia nimia fortitudine meruit nomen dei
virtutem regentis. Ceterum deus Hercules religiose quidem et 7
apud Tyron colitur: verum sacratissima et augustissima Aegyptii cum religione venerantur, ultraque memoriam, quae apud illos
retro longissima est, ut carentem initio colunt. Ipse creditur et 8
Gigantas interemisse, cum caelo propugnaret quasi virtus deorum.

Edd. vicahgspdzb.] *naturam* (sup. *natu'*) G. — *atque postremos* ASvi. „Dictio *atque* non est in antiquis codicibus." g in mg. — *virtutem vegentis* coniicit Pontanus coll. Pompon. Maiali [ap. Non. 183, 2]. *Animos Venus veget ingentibus ventis.* Vulgatum defendit Gronovius. Vid. not. 7. *longissima* (*est* add. a sec. m.) G. 8. *gigantes* ASv-g. — *caelo propugnaret*

Anglicano vetere, ut ait, pro *imparem* vult poni *impetu*, coll. Herc. Fur. v. 956. *Inferna nostros regna sensere impetus.*

apud Thebas Boeotias] Conf. infra § 7. *apud Tyron* et c. 18. § 1. *apud Clarium*, c. 21. § 20. *apud Heliopolim*, c. 23. § 13. *apud Antium*, V, 1, 20. et VII, 1, 17. *apud Athenas Atticas*, Hand. Tursell. I, p. 414 sq., Hildebrand. ad Arnob. II, 12.

post multos atque postremus] Cicero N. D. III, 16, 42. et Laur. Lyd. IV, 46. (C. IV, p. 94.) sextum ei tribuunt locum: Laurentius septimum adiicit Iovis et Maiae filium. Servius ad Virgil. Aen. VIII, 564.: *Tunc enim, sicut Varro dicit, omnes qui fecerant fortiter Hercules vocabantur, licet eos primo XLIII. enumeraverit. Hinc est quod legimus Herculem Tirynthium Argivum Thebanum Libyn.* Vid. Palmblad Neue Jahrb. f. Phil. u. Paed. Suppl. XI, 2, p. 283.

nimia fortitudine meruit nomen] „Certa de causa oraculum consulenti Apollinis et compoti votorum facto hoc insuper carmen et omen a deo editum [ap. Tzetz. ad Lycophr. 662.]: Ἡρακλῆν δέ σε Φοῖβος ἐπώνυμον ἐξονομάζει, Ἥρα γὰρ ἀνθρώποισι φέρων κλέος ἄφθιτον ἕξεις." Pont. — G. Hermannus ep. de Hom. p. 20. nomen interpretatur ὃς ἤρατο κλέος. *Nimia fortitudo* est quae excedat modum humanum. Cf. Plaut. Mil. gl. IV, 2, 8. *Hominem nimium lepidum et nimia pulcritudine.*

dei virtutem regentis] „*Deus regens virtutem* est praeses virtutis, quem aliter [cf. c. 21. § 24.] dicere solet *curantem virtuti* (quomodo praefecti in exercitu curare dicuntur), frequentissime autem *potentem virtutis.* Sic Apollo Θυραῖος [c. 9. § 6., ubi vid. not.] *exitus et introitus potens*, Mercurius [c. 12. § 20.] *vocis et sermonis potens.* Et quidni hic, ut lib. I. Som. cap. 9. [§ 6.] *Hisque* (priscis regibus) .. *etiam in caelo regendi res humanas adsignat officium?*" Gron.

7. *apud Tyron*] Cf. § 6. Zeunius contulit Curtium IV, 2, 3. [add. 3, 22.] et Cic. l. c.: *Quartus Iovis et Asteriae, Latonae sororis, qui Tyri maxime colitur, cuius Karthaginem filiam ferunt.* Add. Lucian. de dea Syria 3. Real-Encycl. III, p. 1187.

Aegyptii cum .. colunt] Cf. Cic. l. c. *Alter traditur Nilo natus, Aegyptius.* Laurent. l. c. Δεύτερον Νείλου παῖδα .. τέταρτον Διὸς καὶ Θήβης τῆς Αἰγυπτίας. Vid. not. ad § 6. Real-Encycl. III, p. 1182.

quae apud illos retro longissima est] Cf. Comm. I, 21, 9., ubi vid. not.

8. *creditur et Gigantas interemisse*] Cf. Pind. Nem. I, v. 100. Heyn. cum scholio: Φλέγρα δὲ τόπος ἐν Θρᾴκῃ καὶ κώμη, ἔνθα οἱ Γίγαντες ἀνῃρέθησαν ὑπὸ θεῶν· τῶν δὲ ἐχόντων τὴν μάχην πρὸς τοὺς Γίγαντας καὶ μὴ περιγινομένων τῇ μάχῃ φασὶν εἰρηκέναι τὴν Γῆν μὴ ἄλλως ἁλῶναι τούτους, εἰ μὴ συμμαχήσειαν αὐτοῖς δύο τῶν ἡμιθέων. Ἡρακλέους τοίνυν καὶ Διονύσου συνελθόντων ἐκράτησαν οἱ θεοὶ τῶν Γιγάντων. Apollodor. I, 6, 1, § 5 sqq. Diodor. IV, 21. al.

cum caelo propugnaret] Zeunius,

Gigantas autem quid aliud fuisse credendum est quam hominum quandam inpiam gentem deos negantem et ideo aestimatam deos
9 pellere de caelesti sede voluisse? Horum pedes in draconum volumina desinebant: quod significat nihil eos rectum nihil superum cogitasse totius vitae eorum gressu atque processu in inferna mergente. Ab hac gente sol poenas debitas vi pestiferi caloris
10 exegit. Et revera Herculem solem esse vel ex nomine claret. *Ἡρακλῆς* enim quid aliud est nisi *Ἥρας*, id est aeris, *κλέος*? Quae porro alia aeris gloria est nisi solis inluminatio, cuius re-
11 cessu profunditate occulitur tenebrarum? Praeterea sacrorum administrationes apud Aegyptios multiplici actu multiplicem dei adserunt potestatem, significantes Herculem hunc esse *τὸν ἐν*
12 *πᾶσι καὶ διὰ πάντων ἥλιον*. Ex re quoque alibi terrarum gesta
[310 argumentum non vile colligitur. Nam Theron rex Hispaniae citerioris cum ad expugnandum Herculis templum ageretur furore instructus exercitu navium, Gaditani ex adverso venerunt provecti navibus longis, commissoque praelio adhuc aequo Marte consistente pugna subito in fugam versae sunt regiae naves, simulque

[Mss. ABGPS.

ABGEs-zM3. „Haec constructio cum a legibus linguae recedat, aut revoca lectionem Ed. vet. (v3-gb) *pro coelo pugnasset*, aut emenda *pro coelo propugnaret*, quae forma saepe apud Latinos auctores occurrit.“ Zeun. *caelo propugnasset* Sv. — *gigantes* ASv-g. — *fuisse* add. a sec. m. G. — *existimatam* Sv3-gb. *extimatam* v1. 9. *nihil eorum* h. — *inferna* (om. *in*) P. — *ab hac gente* om. P. 10. *Hercules enim* S (A a sec. m.). — *heras* Sv-g. — *aeris cleos* v-g. *eris cleos* G. *criscleos* A. *eriocleos* B. *eris cleros* P. *aeris chleos* S. — *alia* om. S. — *profunditas* S. *profunditate spiritus* v-g (v1 *spu͂s*) „Vitiose, fortassis.“ Zeun.
11. *hunc esse* om. v. *hinc non esse* (sup. *nunc esse*) G. — *καὶ διὰ πάντων ἥλιον* om. S. 12. *colitur* S. — *expurgandum* S. — *instructo* v-g. — *exercitui* v1. — *averso* G. — *exsistente* Ps-z. „Non video, cur Stephanus verbum exsistere in sensu plane barbaro receperit, cum in Edit. vet. *consistente* legeretur, quod est exquisitum.“ Zeun. — *conversae*

qui hanc constructionem a legibus linguae recedere contendit, ipse c. 17. § 23. sine ulla dubitatione scripsit *bonis propugnare*.

9. *in draconum volumina*] Conf. c. 19. §§ 16 et 18., c. 17. § 67. *Ea cingit flexuoso volumine draco.*

10. *Herculem solem esse*] Cf. Laur. Lyd. IV, 46. *Ἡρακλῆς δὲ ὁ χρόνος παρὰ τῷ Νικομάχῳ εἴρηται, ἀλλὰ μὴν καὶ Ἥλιος, λέγοντι οὕτως· Ἡρακλῆς μὲν οὖν ὁ τὴν περὶ τὴν ἀέρα κλάσιν τῇ τῶν ὡρῶν περιτροπῇ ποιούμενος, τουτέστιν Ἥλιος.*

Ἥρας, id est aeris, κλέος] Vid. not. ad § 6. Cf. Diodor. IV, 10. *Μετὰ δὲ ταῦτα ἡ μὲν Ἥρα δύο δράκοντας ἀπέστειλε τοὺς ἀναλώσοντας τὸ βρέφος· ὁ δὲ παῖς .. ἀπέπνιξε τοὺς δράκοντας. Διόπερ Ἀργεῖοι .. Ἡρακλέα προσηγόρευσαν, ὅτι δι' Ἥραν ἔσχε κλέος, Ἀλκαῖον πρότερον καλούμενον.* Apollodorus II, 4, 12, § 1 sq. *Αὐτῷ συνέβη κατὰ ζῆλον Ἥρας μανῆναι καὶ τοὺς ἰδίους παῖδας .. εἰς πῦρ ἐμβαλεῖν· ... διὸ καταδικάσας ἑαυτοῦ φυγὴν καθαίρεται μὲν ὑπὸ Θεστίου. Παραγενόμενον δὲ εἰς Δελφοὺς .. ἡ Πυθία τότε πρῶτον Ἡρακλέα αὐτὸν προσηγόρευσε· τὸ δὲ πρῶτον Ἀλκείδης προσηγορεύετο,* (vid. etiam I, 6. 2.). — Iuno aer esse dicitur etiam c. 15. § 20; c. 17. § 54; Comm. 1, 17, 15.

12. *alibi terrarum*] Sed templum Gaditanum a Tyriis conditum Herculi Aegyptio dicatum fuisse retulit Pomp. Mela III, 6. Hoc templum commemoratur etiam a Strabone III, 5, p. 272 et 276 sq. Tauch. et a Plinio N. H. II, 97 s. 100. et XIX, 4 s. 22 al. (conf. Creu-

inproviso igne correptae conflagraverunt. Paucissimi qui superfuerant hostium capti indicaverunt apparuisse sibi leones proris Gaditanae classis superstantes ac subito suas naves inmissis radiis, quales in Solis capite pinguntur, exustas.

Eidem Aegypto adiacens civitas, quae conditorem Alexan- 13
drum Macedonem gloriatur, Sarapin atque Isin cultu paene attonitae venerationis observat. Omnem tamen illam venerationem soli se sub illius nomine testatur inpendere, vel dum calathum capiti eius infigunt, vel dum simulachro signum tricipitis animantis adiungunt quod exprimit medio eodemque maximo capite leonis
effigiem: dextra parte caput canis exoritur, mansueta specie 14
blandientis: pars vero laeva cervicis rapacis lupi capite finitur, easque formas animalium draco conectit volumine suo, capite re-
deunte ad dei dexteram qua conpescitur monstrum. Ergo leonis 15
capite monstratur praesens tempus, quia conditio eius inter praeteritum futurumque actu praesenti valida fervensque est: sed et praeteritum tempus lupi capite signatur, quod memoria rerum transactarum rapitur et aufertur: item canis blandientis effigies futuri temporis designat eventum, de quo nobis spes, licet incerta,

Edd. vicahgspdzb.]

S. — *apparuisse* om. P. 13. *Cap. XXVI. De Sarapi.* v. *De Serapi. Cap. XXV.* i. DE SARAPI. A. DE SERAPI. B. *De Serapi. Quod idem sol et Serapis.* P6. — *Serapin* BG (A a p. m.; S a sec. m.) i-gbPM3. *Serapim* M2. — *Isim* aM2. — *infingunt* v. — *et iungunt* (sup. add. *ad*) A. 14. *adfigiem* P. — *Dextera* Edd. P. *Dextra eius* S. — „*Caput canis exoritur.* Ita reposuimus ex libris pro *leonis.*" Pont. At omnes h. l. habent *canis*, paulo supra (§ 13.) *capite leonis* legitur etiam apud Pontanum. — *conectitur* vl. — *conspicitur* (B sup. lin.) v-g (i *conspec.*). 15. *sed* (om. *et*) v-g. — *quod et memoria* S. — *auferatur* (del. *a*) A.

zer. II, 451 sq.), sed fabulam illam nusquam inveni alias.

qui superfuerant] Sic saepius Macrobius plusquam perfecto usus est pro perfecto, ubi Graeci utuntur aoristo, *περιγενόμενοι*. Cf. c. 7. § 4. II, 3, 15; 4, 22; VI, 2, 4.

leones] Hoc quoque animal ab Aegyptiis ad solem esse relatum elucet ex cap. 21. § 16.

13. *Sarapin atque Isin*] Cf. c. 7. § 14 sqq. et Martian. II, § 191. *Iseum Te* (solem) *Serapim Nilus, Memphis veneratur Osirim*, ibique Kopp., Plut. Is. et Osir. 29. *Σάραπις δὲ ὄνομα τοῦ τὸ πᾶν κοσμοῦντός ἐστι παρὰ τὸ σαίρειν, ὃ καλλύνειν τινὲς καὶ κοσμεῖν λέγουσιν.*

calathum] Cf. § 15. Hic vulgo Sarapidi tribuitur, ut in imaginibus eius quae depictae sunt in Visconti Mus. Pio-Clem. vol. IV. tab. a III. fig. 6., ubi Serapis in gemma positus est inter solem et lunam, et vol. VI. tab. XV., ubi dei caput radiis est ornatum. Zeunius nos delegat ad Ezech. Spanhemium ad Callim. H. in Cererem v. 1.

signum tricipitis animantis] Canem tribui Sarapidi refert Creuzer. II, p. 246. Tricipitem illam animantem commemorat idem ib. p. 69: Cerberum eam vocat Schwenck. Myth. d. Aeg. p. 273.

14. *caput canis exoritur*] Non recte Pontanus cogitavit de Anubide, Iuvenalem citans VI, 534. cum scholio: *Anubis dictus, quia caput caninum accepit per mysteria.*

draco] est *οὐραῖος* vel *ἀγαθοδαίμων*. Cf. Creuzer. II, p. 225.

monstrum] i. e. draco.

15. *valida fervensque*] Cf. c. 21, § 8. *leonibus, validis impetu atque fervore animalibus*, et § 17. *quia impetu et calore praestat animalia, ... validusque est leo pectore et priore corporis parte.*

rapitur et aufertur] Cf. c. 17, § 40, *quod hoc animal rapit et consumit omnia in modum solis.*

[311]blanditur: tempora autem cui nisi proprio famularentur auctori? cuius vertex insignitus calatho et altitudinem sideris monstrat et potentiam capacitatis ostendit, quia in eum omnia terrena redeunt,
16 dum inmisso calore rapiuntur. Accipe nunc quod de sole vel Sarapi pronuntietur oraculo. Nam Sarapis, quem Aegyptii deum maximum prodiderunt, oratus a Nicocreonte Cypriorum rege, quis deorum haberetur, his versibus sollicitam religionem regis instruxit:

17 *Εἰμὶ θεὸς τοιόςδε μαθεῖν, οἷόν κ' ἐγὼ εἴπω·*
οὐράνιος κόσμος κεφαλή, γαστὴρ δὲ θάλασσα,
γαῖα δέ μοι πόδες εἰσί, τὰ δ' οὔατ' ἐν αἰθέρι κεῖται,
ὄμμα τε τηλαυγὲς λαμπρὸν φάος ἠελίοιο.

18 Ex his apparet Sarapis et solis unam et individuam esse naturam. Isis iuncta religione celebratur, quae est vel terra vel natura rerum subiacens soli. Hinc est quod continuatis uberibus corpus deae omne densetur, quia vel terrae vel rerum naturae altu nutritur universitas.

[Mss. ABGPS.
— *famulentur* A „B". — *rapacitatis* coni. Meurs. quod sequitur: *dum inmisso calore rapiuntur.* Obloquitur Gronovius. — *ostentat* s-bP. — *in eo* P. — *quod* v-gb. „Recte." Zeun. 16. *Serapi* B a sec. m.; G Si-gbPM3. *Serapis* B a sec. m.; GSi-gbP. — *Nicochreonte* vl. *Nicocreunte* G. *Nicocrente* B. *niquocreonte* A. — *rege cypriorum* G.
17. v. 1. *κἀγὼ* v-a. „Lege cum Edit. vet. *κἀγὼ*." Zeun. Sic b. *κεεγω* R2. *καὶ* S. — v. 2. *γὰρ τῆδε θάλασσα* S. — v. 3. *γαῖα δ' ἐμοὶ* SP7. *ΓΑΔΕΜΟΙ* P. — v. 4. *ΤΕΤΗΛΑΥΓΕϹ* P. *ΤΕΔΗΘΕΛΑΥΓΕϹ* B. *ΤΕΑΕΘΗΑΔΥΤΕϹ* R. *ΤΕΑΝΘΕΛΑΥΤΕϹ* P3. *τε δὴ τηλαυγὲς* SP7. 18. *Saerapis* B. *Scrapis* GSi-bP. — *esse et individuam* v-g. — *cuncta religione* Av-g. *cuncta rerum religione* S. — *est terra* (om. *vel*) S. — *quia terrae* (om. *vel*) s-b.

potentiam capacitatis] „Quia *omnia terrena inmisso colore in eum redire possunt*, inde amplitudinem eius calathi, hoc est *capacitatis potentiam*, ostentat calathi figura." Gron.

16. *Nicocreonte Cypriorum rege*] Hic commemoratur apud Diodor. XIX, 59; Plutarch. Alexandr. 29; Diogen. Laert. II, 17, 4. IX, 10, 2.

18. *Isis .. terra*] Cf. Plutarch. Is. et Os. c. 32. (p. 363. E.) *Οὕτω παρ' Αἰγυπτίοις Νεῖλον εἶναι τὸν Ὄσιριν Ἴσιδι συνόντα τῇ γῇ* (ad quem locum respexit Laurent. Lyd. IV, 32. p. 78.) et ibid. c. 38. et 57. Etym. M. s. v. *Ἶσις: Ἴση γίνεται Ἶσις· ἡ αὐτὴ γάρ ἐστι τῇ γῇ· καὶ γὰρ ἡ γῆ ἴση ἐστὶ καὶ σφαιροειδής.* Serv. ad Virg. Aen. VIII, 696. et Isidor. Orig. VIII, 11, 84. *Isis lingua Aegyptiorum est terra quam ἴσην* (vulgo *Isin*) *volunt esse.* Real-Encycl. IV. p. 276.

natura rerum subiacens soli] Cf. Apul. Met. XI, 5. *En adsum, .. rerum naturae parens*, cum not. Hildebrand, Real-Enc. IV, p. 287.

continuatis uberibus] Ibid. p. 297. conferri iubetur *Ceres mammosa* apud Arnob. III, 10., sed idem ille VI, 25. ait *Ceres mammis cum grandibus.* Aptius Hildebrand. ad Apul. Met. XI, 10. (p. 1023) comparat *Dianam Ephesiam mammis multis et uberibus exstructam* ap. Minuc. 21. § 14. et *multimammiam quam Graeci πολύμαστον vocant* in Hieron. prooem. in Epist. Pauli ad Ephes. (qualis depingitur in Museo Pio-Clem. I. tab. 32.). Idem ibid.: „Cf. Montf. Antiq. Expl. I, p. 156. qui testatur se vidisse Isidem multis mammis pictam, et Cayl. T. IV, 52 n. 5. exemplum eius protulit. Cf. Cuper. Numism. Antiqu. explic. 8. in Polen. Suppl. Thes. Antt. T. II, p. 234.", et ad XI, 5. (p. 994.): „Ita extat Isidis effigies in Kopp. Palaeogr. III, 2, 8. § 524. edita, ubi Isis πολύμαζος

XXI. Adonin quoque solem esse non dubitabitur inspecta 1 religione Assyriorum, apud quos Veneris Architidis et Adonis maxima olim veneratio viguit, quam nunc Phoenices tenent. Nam physici terrae superius hemisphaerium, cuius partem incolimus, [312] Veneris appellatione coluerunt: inferius vero hemisphaerium terrae Proserpinam vocaverunt. Ergo apud Assyrios sive Phoenicas lu- 2 gens inducitur dea, quod sol annuo gressu per duodecim signorum ordinem pergens partem quoque hemisphaerii inferioris ingreditur, quia de duodecim signis zodiaci sex superiora sex inferiora censentur. Et cum est in inferioribus et ideo dies breviores 3 facit, lugere creditur dea, tamquam sole raptu mortis temporalis amisso et a Proserpina retento, quam numen terrae inferioris circuli et antipodum diximus: rursumque Adonin redditum Veneri credi volunt, cum sol evictis sex signis inferioris ordinis incipit

Edd. vicahgspdzb.]

XXI. *Caput XXI. Adonin, Attinem, Osirin, et Horum aliud non esse quam solem. Praeterea et duodecim signa zodiaci ad naturam solis referri.* ch-h. *Cap. XXVII. De Adone Attine et Osiri.* v. *De Adone Atine et Osiri. Cap. XXVI.* i. DE ADONE ATTINE (B ATHINE) ET OSIRI. ABG.

1. *Adonim* A. — *dubitatur* B a p. m.; v3-g. — *Archiditis* A Bodl. *Dercitidis* Hl coni. Scaliger. coniectaneis ad Varronem „detorta nimirum voce a Syriaco *Adardaga*. [Sic p-z. Sed vide ne legendum sit *Adargada*, cum in dz conferatur c. 23. § 18. *dea nomine Adargatis*.] Sed causas qui uberius volet ibidem videto.“ Pont. *Aphacidis* (sic) „legit Seldenus de diis Syriis cap. 3. syntag. 2. Non enim, inquit, Derceto, non Adargidis aut Ategatis monte Libano colebatur, sed Venus Aphacitis a regione cognomine dicta. Zosimus hist. I. *Aphaca locus est inter Heliopolim et Byblum, ubi fanum est Veneris Aphacitidis.*“ dz subscripto nomine *Pontan.* — *hemisphaerium ... vero* om. A. 2. *Phoenices* hg. — *duodecim* (om. *de*) G. *de duodecim* om. A. — *zodiacis* AG. 3. *amisso a* (om. *et*) s-z. „Ad evitandum asyndeton, quod auctor cavet, cum Ed. vet. ante *a* pone *et*.“ Zeun. — *adonim* AB. — *evectis* h. — *signis*

circumdata est quatuor elementorum symbolis.“

XXI, 1. *Adonin solem esse*] Cf. Martian. II, § 192., ubi sol vocatur *Byblius Adon.* Koppius citavit Theocr. XV, 143.: *Ἵλαθι νῦν, φίλ' Ἄδωνι*, sed in scholiis ad Theocr. III, 48. legitur: *Ἄδωνις*, ἤγουν ὁ σῖτος ὁ σπειρόμενος. Creuzerus II, pp. 425, 430 sqq., n. 476. Adonin dicit esse virtutem solis germina e solo producendi: quae ratio defenditur Real-Enc. I, p. 68. Cf. Boettiger. Id. I, p. 281.

Veneris Architidis] Cognomen deae aliunde non notum, fortasse corruptum ex *Adargatidis*. Vid. not. ad c. 23. § 18.

inferius hemisphaerium terrae Proserpinam vocaverunt] Cf. Creuzer. II, p. 429. Augustin. de civ. dei VII, 23. *Proserpina, quae secundum aliam in eisdem libris* (Varronis de diis selectis) *positam opinionem non terrae fecunditas sed pars inferior perhibetur*, sed superior pars ibi non vocatur Venus, sed Dispater vel Orcus. Ceterum patet *superius hemisphaerium* h. l. dici septentrionale, *inferius* meridionale, cf. §§ 2 et 3.

2. *lugens inducitur dea*] Cf. Creuzer. II, p. 477 sq. Ovid. Metam. X, 724 sqq.

3. *a Proserpina retento*] Cf. Apollod. III, 14. 4. § 5. *Ὃν (Ἄδωνιν) ἡ Ἀφροδίτη διὰ κάλλος ἔτι νήπιον κρύφα θεῶν εἰς λάρνακα κρύψασα Περσεφόνῃ παρίστατο· ἐκείνη δὲ, ὡς ἐθεάσατο, οὐκ ἀπεδίδου· κρίσεως δὲ ἐπὶ Διὸς γενομένης εἰς μοίρας διῃρέθη ὁ ἐνιαυτὸς· καὶ μίαν μὲν παρ' ἑαυτῷ μένειν τὸν Ἄδωνιν, μίαν δὲ παρὰ Περσεφόνῃ προσέταξε, τὴν δὲ ἑτέραν παρὰ Ἀφροδίτῃ· ὁ δὲ Ἄδωνις ταύτῃ προσένειμε καὶ τὴν ἰδίαν μοῖραν.*

nostri circuli lustrare hemisphaerium cum incremento luminis et
4 dierum. Ab apro autem tradunt interemptum Adonin, hiemis imaginem in hoc animali fingentes, quod aper hispidus et asper gaudet locis humidis lutosis pruinaque contectis, proprieque hiemali fructu pascitur, glande: ergo hiems veluti vulnus est solis, quae et lucem eius nobis minuit et calorem: quod utrumque ani-
5 mantibus accidit morte. Simulachrum huius deae in monte Libano fingitur capite obnupto, specie tristi, faciem manu laeva intra amictum sustinens, lacrimae visione conspicientium manare creduntur: quae imago, praeter quod lugentis est, ut diximus, deae, terrae quoque hiemalis est, quo tempore obnupta nubibus sole viduata stupet, fontesque veluti terrae oculi uberius manant,
[313] agrique interim suo cultu vidui maestam faciem sui monstrant.
6 Sed cum sol emersit ab inferioribus partibus terrae, vernalisque aequinoctii transgreditur fines augendo diem: tunc est Venus laeta, et pulchra virent arva segetibus, prata herbis, arbores foliis. Ideo maiores nostri Aprilem mensem Veneri dicaverunt.

7 Similiter Phryges fabulis et sacrorum administrationibus inmutatis circa Matrem Deum et Attinem eadem intellegi praestant.
8 Quis enim ambigat Matrem Deum terram haberi? Haec dea leonibus vehitur, validis impetu atque fervore animalibus, quae

[Mss. ABGPS.

sex S. *sex signis annuis* v-gb. „Certe verbum *annuis* non inutile debet existimari.“ Zeun. 4. *interemptum adonim tradunt* G. — *adonim* AS. — *animale* AP. — *et lutosis* Edd. PS. — *vulnus solis* (om. *est*) P. — *lucem nobis* (om. *eius*) S. 5. *praeterquam quod* v3-gbP. „Sensus poscit hanc lectionem.“ Zeun. — *ut diximus*] § 3. — *sole* om. P. — *oculis* A. 6. *sol* om. A. — *emerserit* Av-g. — *et Venus* c-g. *est et*

nostri circuli] i. e. septentrionalis. Cf. Comm. I, 15, 13.

4. *Ab apro interemptum*] Cf. Apollodor. et Ovid. ll. cc. Creuzer. II, p. 424 et 429 f.

5. *in monte Libano*] Lucianus de dea Syria 6. *Εἶδον δὲ*, inquit, *καὶ ἐν Βύβλῳ μέγα ἱρὸν Ἀφροδίτης Βυβλίης, ἐν τῷ καὶ τὰ ὄργια ἐς Ἄδωνιν ἐπιτελέουσιν* (cf. Strab. XVI, 2. p. 364. Tauchn.) et 9 : *Ἀνέβην δὲ καὶ ἐς τὸν Λίβανον ἐκ Βύβλου, ὁδὸν ἡμέρης, πυθόμενος αὐτόθι ἀρχαῖον ἱρὸν Ἀφροδίτης ἔμμεναι, τὸ Κινύρης εἵσατο, καὶ εἶδον τὸ ἱρὸν καὶ ἀρχαῖον ἦν.*

praeter quod] Hand. Tursell. IV, p. 543. neminem antiquiorum scriptorum ait sic dixisse, sed recentissimae aetatis homines.

6. *Aprilem mensem Veneri dicaverunt*] Cf. c. 12. § 8 sqq. Creuzer. IV, p. 762.

7. *circa Matrem Deum et Attinem*] Cf. Martian. II. § 192., Schneidewin. Philol. III, 2, S. 247.

eadem intellegi praestant] i. e. eadem intellegenda esse ostendunt. Verborum constructio nova.

8. *Matrem Deum terram haberi*] Cf. infra c. 23, § 20. Lucret. II, 598 sq. *Quare magna deum mater materque ferarum Et nostri genetrix haec dicta est corporis una* (Tellus). Augustin. de civ. dei VII, 24. *Nam et ipse Varro .. unam deam vult esse Tellurem. Eandem, inquit, dicunt Matrem magnam: quod tympanum habeat, significari esse orbem terrae* cet. Laur. Lyd. III, 34. (p. 49.) *Λέγεται δὲ καὶ Κυβέλη ἀπὸ τοῦ κυβικοῦ σχήματος κατὰ γεωμετρίαν ἡ Γῆ.* Cf. Martian. VII, § 740. ibique Kopp. Boettiger. Id. I, p. 278 sqq.

leonibus vehitur] Cf. Lucret. II, 600 sqq.: *Hanc veteres Graium docti cecinere poetae Sedibus in curru biiugos agitare leones: Aeris in spatio magnam pendere docentes Tellurem: neque posse in terra sistere terram. Adiunxere feras, quia quam-*

natura caeli est cuius ambitu aer continetur qui vehit terram. Solem vero sub nomine Attinis ornant fistula et virga. Fistula 9
ordinem spiritus inaequalis ostendit, quia venti, in quibus nulla aequalitas est, propriam sumunt de sole substantiam: virga potestatem solis adserit qui cuncta moderatur. Praecipuam autem 10
solis in his cerimoniis verti rationem hinc etiam potest colligi, quod ritu eorum catabasi finita simulationeque luctus peracta celebratur laetitiae exordium a. d. octavum Kalendas Aprilis: quem diem Hilaria appellant, quo primum tempore sol diem longiorem nocte protendit.

Idem sub diversis nominibus religionis effectus est apud 11
Aegyptios, cum Isis Osirin luget. Nec in occulto est neque aliud

Edd. vicabgspdzb.] *Venus* s-bP. 9. *ornat et* v-g. — *solis potestatem* v-g. 10. *potest intelligi* Sv-g. — *catabasis* BGS. *καταβάσει* v-g. — *finita* (sup. *o*) G. — *ad octavum* ABGP. — *primo* A „Angl." 11. *Osirim* A a sec. m.; Sv-gM2. — *nec aliud* G. — *Osirim* A a sec. m.; BSv-gM23. *osyrim* G. —

vis effera proles Officiis debet molliri victa parentum, cum nota Haverkampii; Plin. N. H. XXXV, 10 s. 36. § 109. *Deumque Matrem in leone sedentem.* Similia habet Augustinus l. c. Ovid. Fast. IV, 215 sqq., Virg. Aen. III, 113. Oppian. Cyneg. lib. III. incunte. Vid. etiam nummum Hadriani ap. Creuzer. II, 2, tab. IV, 35., Boettig. l. c. p. 288 sq.

quae natura caeli est] Cf. § 16 sq.

cuius ambitu aer continetur qui vehit terram] Pontanus praeter Lucretii versus quos supra scripsimus attulit Lucan. [I, 89 sq.]: *Dum terra fretum terramque levabit Aer.* Plin. N. H. II, 5 [s. 4. § 10.] *Huius* (aeris) *vi suspensam cum quarto aquarum elemento librari medio spatio tellurem*, Claudian. [de IV. cons. Hon. v. 288.] *Et qui perpetuo terras ambitque vehitque Nec premat incumbens oneri nec cesserit aer.* Adde Cic. N. D. II, 36, 91.

9. *Solem sub nomine Attinis*] Martian. II. § 192. inter nomina quae dat soli habet etiam: *Attis pulcher item.* Cf. Creuzer. II, p. 380., Boettiger. l. c.

ornant fistula et virga] Cum fistula pastoricia et pedo depingitur Attis in numo Faustinae maioris ap. Creuzer. II, 2, tab. IV, 36.

venti, in quibus nulla aequalitas est] Cf. Horat. Od. II, 9, 3. *inaequales procellae.*

10. *catabasi*] Cf. § 2.

Hilaria] Cf. Lamprid. Alex. Sev. 37. *Hilariis Matris Deum*, cum adnot. Casauboni, in qua inter alia legitur: „Photius in Excerptis ex Isidori vita: *Λέγει ὁ συγγραφεύς, ὅτι τῇ Ἱεραπόλει ἐγκαθευδήσας ἐδόκουν ὄναρ ὁ Ἄττης γενέσθαι καί μοι ἐπιτελεῖσθαι παρὰ τῆς Μητρὸς τῶν θεῶν τὴν τῶν Ἱλαρίων καλουμένην ἑορτὴν, ὅπερ ἐδήλου τὴν ἐξ ᾅδου γεγονυῖαν ἡμῶν σωτηρίαν*, et Maximus scholiastes ad Dionys. epist. ad Demophilum: *Ἦν δὲ καὶ Ἱλάρια ἑορτὴ ἰδικὴ Ῥωμαίων εἰς τιμὴν τῆς Μητρὸς τῶν θεῶν αὐτῶν, μᾶλλον δὲ δαιμόνων, ὥς φησι Δημόφιλος ἐν τῷ περὶ τῶν παρ' ἀρχαίοις θυσιῶν καὶ ἑορτῶν.*" Vid. Turneb. Advers. XXIV, 44. et Boettiger. Id. I, p. 290.

11. *cum Isis Osirin luget*] raptum a Typhone. Cf. Plut. Is. et Osir. c. 13 sq. et c. 59.

neque aliud esse Osirin quam solem] Cf. Diodor. I, 11. *Τοὺς δ' οὖν κατ' Αἴγυπτον ἀνθρώπους .. ὑπολαβεῖν εἶναι δύο θεοὺς ἀϊδίους τε καὶ πρώτους τόντε ἥλιον καὶ τὴν σελήνην, ὧν τὸν μὲν Ὄσιριν, τὴν δὲ Ἶσιν ὀνομάσαι κ. τ. λ.* Laur. Lyd. II, 4. (c. II, p. 15.) *Πολλαῖς ὀνομασίαις καλεῖται ὁ ἥλιος· Ἥλιος, Ὧρος, Ὄσιρις κ. τ. λ.* Plutarch. l. c. c. 52. (p. 372 D.) *Εἰσὶ γὰρ οἱ τὸν Ὄσιριν ἄντικρυς ἥλιον εἶναι καὶ ὀνομάζεσθαι Σείριον ὑφ' Ἑλλήνων λέγοντες:* sed ipsius Plutarchi sententia haec non est, cf. c. 64. (p. 376 F.) *Οὔτε ὕδωρ οὔτε ἥλιον οὔτε γῆν οὔτε οὐρανὸν Ὄσιριν ἢ Ἶσιν ὀρθῶς ἔχει νομίζειν κ. τ. λ.*

esse Osirin quam solem, nec Isin aliud esse quam terram, ut diximus, naturamve rerum: eademque ratio, quae circa Adonin et Attinem vertitur, in Aegyptia quoque religione luctum et laeti-
12 tiam vicibus annuae administrationis alternat. Hunc Osirin
[314] Aegyptii ut solem esse adserant, quotiens hieroglyphicis litteris suis exprimere volunt, insculpunt sceptrum inque eo speciem oculi exprimunt, et hoc signo Osirin monstrant, significantes hunc deum solem esse regalique potestate sublimem cuncta despicere,
13 quia solem Iovis oculum appellat antiquitas. Apud eosdem

[Mss. ABGPS.
Isim ABGSv-g. — *ut diximus*] cap. 20. § 18. — *adon im* A. — *Attinen* Gvl. — *alternant* G. 12. *Hinc* Edd. P. — *Osirim* A a sec. m.; Bv-gM12. — *asserunt* Svi. — *sceptron* BGS. — *Osirim* A a sec. m.; v-g

Supra alias retulit sententias, c. 28 et 35. Osirin esse eundem ac Dionysum (cf. Herod. II, 42 et 144., Diodor. l. c. et c. 25. Martian. II, § 158.), c. 33. esse Nilum, c. 41. mundum lunarem, c. 52. Osiridis indagationem vocari solis circuitum. Vid. Creuzer. II, p. 23, 37, 46 sq., 248., Real-Encycl. s. h. v., Boettiger. l. c.

nec Isin aliud esse quam terram .. naturamve rerum] Cf. Plutarch. l. c. et ibid. c. 44. *Ἶσις δε τὸ ὑπὲρ τὴν γῆν καὶ φανερόν*, et quae adnotavimus ad c. 20. § 18.

quae circa Adonin et Attinem vertitur] Cf. §§ 3 et 9. Adonis Cypriorum idem esse putabatur atque Osiris. Cf. Creuzer. II, p. 421. Vid. praeterea ib. p. 429. et quae leguntur p. 432: „Phot. Bibl. p. 1050. et Suid. I, p. 550. et II, p. 68. Kust.: *Οὕτω διέγνω τὸ ἄῤῥητον ἄγαλμα τοῦ Αἰῶνος ὑπὸ τοῦ θεοῦ κατεχόμενον, ὃν Ἀλεξανδρεῖς ἐτίμησαν Ὄσιριν ὄντα καὶ Ἄδωνιν, ὡς ἀληθῶς φάναι, θεοκρασίαν.* ... Damasc. fol. 286. cod. Mon.: *Ἔχομεν καὶ παρὰ τοῖς θεολόγοις, ὅτι εἰσὶ θεοὶ ἐν ὑπερτέρᾳ μὲν τάξει τὴν λῆξιν ἱδρυσάμενοι, τοῦ δὲ ἑξῆς διακόσμου προϊστάμενοι κατ᾽ ἰδιότητα· οἷον ὁ Ἄττις ἐν τῇ σεληναίᾳ καθήμενος λήξει δημιουργεῖ τὸ γεννητόν· οὕτως ἔχοντα καὶ τὸν Ἄδωνιν εὑρίσκομεν ἐν ἀποῤῥήτοις.*“ Apud Arnob. I, 41. legitur accusativus *Attin.*

luctum et laetitiam .. alternat] „Magnus ab Aegyptiis huic idolo honos habitus. Satirici [Iuvenal. VIII, 29 sq.] carmen de eodem capiendum: *Exclamare libet populus quod clamat Osiri Invento.* Clamatum autem, uti invenio in glossis vetustis, *εὑρήκαμεν, συγχαίρομεν.*“ Pont. — Adde Ovid. Metam. IX, 692. *Nunquamque satis quaesitus Osiris*, et Tibull. I, 8 (7), 27. *Te* (Nilus) *canit atque suum pubes miratur Osirin Barbara.* Creuzer. IV, p. 757.

12. *insculpunt sceptrum inque eo speciem oculi exprimunt*] Cf. Plutarch. l. c. 51. (p. 371 E.) *Τὸν δὲ Ὄσιριν αὖ πάλιν ὀφθαλμῷ καὶ σκήπτρῳ γράφουσιν, ὧν τὸ μὲν τὴν πρόνοιαν ἐμφαίνει, τὸ δὲ τὴν δύναμιν*, et ibid. c. 10. (p. 354 sq.) *Τὸν γὰρ βασιλέα καὶ κύριον Ὄσιριν ὀφθαλμῷ καὶ σκήπτρῳ γράφουσιν· ἔνιοι δὲ καὶ τοὔνομα διερμηνεύουσι πολυόφθαλμον, ὡς τοῦ μὲν ΟΣ τὸ πολὺ τοῦ δὲ ΙΡΙ τὸν ὀφθαλμὸν Αἰγυπτίᾳ γλώττῃ φράζοντος.* Cf. Real-Enc. V, p. 1012 sq.

significantes hunc deum solem esse] „Carphylides: *Τί ἥλιος; οὐράνιος ὀφθαλμός*, et apud Hesiodum [Op. et D. I, 265.]: *Πάντα ἰδὼν Διὸς ὀφθαλμός.*“ Pont. — „Vide Laur. Pignorium mensae Isiacae exposit. p. 16. ubi docet ab Eusebio Osirin multioculum dictum itemque a Diodoro et Plutarcho.“ Gron. — Cf. c. 23. § 8. et not. proxime antecedentem et Diodor. I, 11. *Μεθερμηνευομένων γὰρ τούτων εἰς τὸν ἑλληνικὸν τῆς διαλέκτου τρόπον, εἶναι τὸν μὲν Ὄσιριν πολυόφθαλμον, εἰκότως· πάντῃ γὰρ ἐπιβάλλοντα τὰς ἀκτῖνας ὥσπερ ὀφθαλμοῖς πολλοῖς βλέπειν ἅπασαν γῆν καὶ θάλασσαν. Καὶ τὸν ποιητὴν δὲ λέγειν σύμφωνα τούτοις· Ἠέλιος θ᾽ ὃς πάντ᾽ ἐφορᾷ καὶ πάντ᾽ ἐπακούει.* Solem et lunam tanquam duos huius mundi oculos esse adnotavit Creech. ad Lucret. V, 776.

Apollo, qui est sol, Horus vocatur: ex quo et horae viginti quattuor quibus dies noxque conficitur nomen acceperunt, et quattuor tempora quibus annuus orbis impletur horae vocantur.

Idem Aegyptii volentes ipsius solis nomine dicare simula- 14
chrum figuravere raso capite, sed dextra parte crine remanente. Servatus crinis docet solem naturae rerum numquam esse in operto: dempti autem capilli residente radice monstrant hoc sidus etiam tempore quo non visitur a nobis rursum emergendi, uti capillos, habere substantiam. Eodem argumento significatur et tem- 15
pus quo angusta lux est, cum velut abrasis incrementis angustaque manente extantia ad minimum diei sol pervenit spatium, quod veteres appellavere brumale solstitium, brumam a brevitate dierum cognominantes, id est βραχὺ ἦμαρ: ex quibus latebris vel angustiis rursus emergens ad aestivum hemisphaerium, tamquam enascens, in augmenta porrigitur, et tunc ad regnum suum pervenisse iam creditur. Propterea Aegyptii animal in zodiaco con- 16
secravere ea caeli parte qua maxime annuo cursu sol valido effervet calore, Leonisque inibi signum domicilium solis appellant, quia id animal videtur ex natura solis substantiam ducere: pri- 17
mum quia impetu et calore praestat animalia, uti praestat sol [315]
sidera: validusque est leo pectore et priore corporis parte ac degenerat posterioribus membris, aeque solis vis prima parte diei ad

Edd. vicahgspdzb.]

M12. *osyrim* G. 13. *nomina* A. „Angl.“ — *annuus* A e corr.; G del. altero *u*. *annus* S. *annis* (del. *i*) B. 14. *Iidem* S Edd. P. — *dextera* GS. — *dicet* (sup. *o*) A. — *ut capillos* S. 15. *naturaeque manente exstantia* Ps-z. „Faciendum *angusta manente extantia* indicio Anglicani scripti, cui, ut fere solet, assentitur vetuste cusus.“ Pont. (A *angustaque*). „Sic lege, h. e. residente seu relicta particula parva lucis.“ Zeun. — *renascens* B e corr.; coni. Meurs. 17. *primumque*

13. *Apollo .. Horus vocatur*] Cf. Herod. II, 144. Diodor. I, 25. Plutarch. Is. et Osir. 12, 61. Aelian. An. hist. X, 14. Laur. Lyd. l. c., et, qui citatur Real-Enc. III, p. 1513., Horapoll. I, 17. Creuzer. II, pp. 34, 248, 555 sqq., 657., III, p. 328.

ex quo et horae .. nomen acceperunt] Cf. Laur. Lyd. l. c. Ὡρῶν καὶ καιρῶν ταμίης.

horae vocantur] Graece scribendum erat ὧραι. Conf., quem citavit Meursius, Censorin. 19, 6. *Sunt qui tradunt hunc annum trimestrem Horum instituisse, eoque ver aestatem autumnum hiemem ὥρας et annum ὧρον dici.*

14. *figuravere raso capite* cet.] Eiusmodi simulacrum alias nusquam inveni commemoratum.

15. *Eodem argumento*] Vid. not. ad c. 19. § 17.

brumam a brevitate dierum cognominantes] Cf. Varro L. L. VI, 7, 53., Isid. Orig. V, 36, 5., Ruhnk. ad Ter. Phorm. IV, 4, 28., qui citat Gesn. ad Claudian. rapt. Pros. II, 106.

16. *domicilium solis*] „Eandem rem narrat Aelianus de anim. XII, 7. *Τὸν λέοντα*, inquit, *οἶκον ἡλίου φασὶν εἶναι οἱ Αἰγύπτιοι· καὶ ὅταν γε ἡ ἑαυτοῦ θερμότατος καὶ θερειότατος ὁ ἥλιος, λέοντι αὐτὸν πελάζειν τῷ οὐρανίῳ φασί κ. τ. λ.*“ Zeun. Cf. c. 12. § 10. not.

17. *praestat animalia, uti praestat sol sidera*] Cf. § 8. et cap. 19. § 15. et c. 22. § 5. — „Tyrannus enim dominatorque quodammodo in silvestri illo ac vasto regno est.“ Pont.

priore corporis parte cet.] Cf. Aelian. l. c. *Τὰ μὲν πρόσθια τοῦδε τοῦ ζώου πυρὶ ἀποκρίνουσιν, ὕδατι μὴν τὰ κατόπιν.*

degenerat] Cf. § 26.

meridiem increscit, vel prima parte anni a vere in aestatem, mox elanguescens deducitur vel ad occasum qui dici, vel ad hiemem quae anni pars videtur esse posterior: idemque oculis patentibus atque igneis cernitur semper, ut sol patenti igneoque oculo ter-
18 ram conspectu perpetuo atque infatigabili cernit. Nec solus Leo sed signa quoque universa zodiaci ad naturam solis iure referuntur: et, ut ab Ariete incipiam, magna illi concordia est. Nam is per menses sex hibernos sinistro incubat lateri, ab aequinoctio verno supra dextrum latus: sicut et sol ab eodem tempore
19 dextrum hemisphaerium, reliquo ambit sinistrum. Ideo et Ammonem, quem deum solem occidentem Libyes existimant, arietinis cornibus fingunt, quibus maxime id animal valet, sicut sol radiis. Nam et apud Graecos *ἀπὸ τοῦ κάρα κρίος* appellatur.
20 Taurum vero ad solem referri multiplici ratione Aegyptius cultus ostendit: vel quia apud Heliopolim taurum soli consecratum,

[Mss. ABGPS.
(om. *quia*) Edd. P. — *ut* (sup. add. *i*) A. — *videtur esse inferior* vichg. *videtur inferior* (om. *esse*) a. 18. *Nam et is* v-g. — *hibernales* Edd. P. — *dexterum* (bis) s-bP. — *ab eodemque* cah. 19. *Hammonem* vis-bP. — *radiis sol* v-g. — *κάρα* Mss. v1 (hg in mg.) s-zM123. *κέρως* v3-g (c *κέρος*). „Pro *κάρα*, quod significat caput, repone vel cum Ed. vet. *κέρως* vel *κέρας*, h. e. cornu, quod sensus loci et rei natura iubet. Nam paulo ante commemorata sunt arietina cornua.“ Zeun.

18. *sinistro incubat lateri* cet.] Eandem fabulam narrat Aelian. H. An. X, 18. *Ἀκούω τὸν κριὸν, τὸ ζῶον, ἓξ μηνῶν τῶν χειμεριωτάτων κατὰ τῆς ἀριστερᾶς πλευρᾶς κεῖσθαι καὶ καθεύδειν, ὅταν αὐτὸν αἱρεῖ καὶ περιλαμβάνει ὕπνος· ἀπὸ δὲ τῆς ἐαρινῆς ἰσημερίας ἔμπαλιν ἀναπαύεσθαι κατὰ δὲ δεξιᾶς κεῖσθαι. Οὐκοῦν καθ' ἑκατέραν ἰσημερίαν τὴν κατάκλισιν ἀμείβει ὁ κριός*, et similem Plutarch. Terrestr. an aquat. anim. sint calllidiora c. 21. (p. 974 F.) *Τὰς γὰρ αὐτῶν (τῶν Λιβύων) ὁμοῦ πάσας αἶγας, ὅταν ἀνάσχῃ μεθ' ἡλίου τὸ ἄστρον (Σείριος), ἀτρεκῶς ἐκεῖ στρεφομένας ἀποβλέπειν πρὸς τὴν ἀνατολήν.*

dextrum hemisphaerium] Idem § 15. vocatur aestivum. Est hemisphaerium septentrionale quod soli, ut videtur, ab oriente ad occidentem meanti est a dextro latere.

19. *Ammonem, quem deum solem occidentem Libyes existimant*] „Festus Pompeius [ap. Paul. lib. IX, p. 102. Muell.] *Hammonem cognominatum* tradit, *quia in arena putatur inventus*, quae Graece *ἄμμος* dicitur. At propius Hebraei rem explicent quibus *Hamma* vox *solem* ac *calorem* diserte notat, unde et *Cham* sive *Hham* quoque dictus iisdem est, quod eius scilicet posteri a sole usti nigrique sint.“ Pont. — Inter solis cognomina apparet Ammon apud Martian. II, § 192. Iablonskius Panth. Aeg. II, 2, p. 166. ait errare Macrobium qui referret solem occidentem vocari Ammonem, quamvis *Amant* apud Aegyptios significaret occidentem. Vossius censet Ammonem solem occidentem dictum esse non apud ipsos Libyes, sed tanquam deum Libyum occidentem versus habitantium, ut opponeretur Mithrae Persarum, id quod probant Buttmannus Mytholog. I, p. 225. et Creuzer. I, p. 241 sq. Sed Plutarchus Is. et Os. c. 9. tradit hoc nomen a Manethone et ab Hecataeo referri ad *κρύψιν*. Conf. etiam Real-Enc. s. v. *Ammon*.

arietinis cornibus fingunt] „Hoc inde est, quod orientales populi *cornicari* pro *radiare* seu *coruscare* acceperunt. Unde et Mosi cornua tribuuntur, quod vultus eius coruscare ac radiare videretur.“ Pont. — Conf. Martian. II. p. 157. et quae ibi attulit Koppius, et Real-Encycl. l. c.

ἀπὸ τοῦ κάρα] Sic videtur Macrobius ipse scripsisse pro: *ἀπὸ τοῦ κέρας*.

quem Neuton cognominant, maxime colunt, vel quia bos Apis in civitate Memphi solis instar excipitur, vel quia in oppido Hermunthi magnifico Apollinis templo consecratum soli colunt taurum, Bacin cognominantes, insignem miraculis convenientibus na-

Edd vicahgspdzb.]

20. *multiplicatione* S. — *Neuton* ABPSM123*H*2 „2 Angl." (hg in mg.) „Seldenus in Ms., ut praedicat, vetustissimo invenit, cui placet *Mnevin*, quem sequitur Grotius ad Exodon, et hactenus acquiesco." Gron. Vid. not. *nepton* G. *Neriton* v12. „Ms. cum editione anni 1500." Gron. *Netiron* v3-g. *Neton* s-b. „Hoc vocabulum Hispanica lingua Marti datum supra [c. 19. § 5.] dixit Macrobius, sed ex Stephani mutatione." Gron. — *herminti* v12. *herminthi* v3i. *Hermonthi* a. „Sic ob auctoritatem Graecorum scribendum puto." Zeun. Vid. not. — *Bacin* B sup. lin.; PSs (hg in mg.) M123. *baon* B a p. m.; G. *bacyn* *H*2. *bachin* A. *Bacchin* hg. „Angl." *Bacchim* v-a. *Pacin* p-b. — *naturae solis*

20. *apud Heliopolim*] Conf. c. 20. § 6. et Real-Encycl. s. h. v.

taurum soli consecratum, quem Neuton cognominant] Cf. Plutarch. Is. et Os. c. 33. p. 364. C. Ὁ δὲ ἐν Ἡλιουπόλει τρεφόμενος βοῦς, ὃν Μνεῦϊν καλοῦσιν, Ὀσίριδος δὲ ἱερὸν, ἔνιοι δὲ καὶ τοῦ Ἄπιδος πατέρα νομίζουσι, μέλας ἐστὶ καὶ δευτέρας ἔχει τιμὰς μετὰ τὸν Ἆπιν. Diodor. I, 84.: Τὰ γινόμενα περὶ τὸν Ἆπιν τὸν ἐν Μέμφει καὶ τὸν Μνεῦϊν τὸν ἐν Ἡλίου πόλει. Strabo XVII, 1. p. 444. Tauchn.: Ἐνταῦθα δ' ἐστὶν ἡ τοῦ Ἡλίου πόλις .. ἔχουσα .. τὸν βοῦν τὸν Μνεῦϊν .. ὃς παρ' αὐτοῖς νενόμισται θεὸς ὥσπερ ἐν Μέμφει ὁ Ἆπις. (ibid. p. 442. fere eadem leguntur.) Idem nomen legitur Aelian. An. H. XI, 11., Ammian. Marc. XXII, 14, p. 245. Lind., Porphyr. ap. Euseb. Praep. Ev. III, 13. In tanto omnium consensu dubitandum non est quin tauri nomen apud Macrobium corruptum sit. *M* potuit intercidere propter antecedens *quem*. Apud Plinium N. H. XXXVI. 8 s. 14. § 65. in codice Bamb. legitur *inneuidis regia*. Ceterum vid. Creuzer. IV. p. 272. et Real-Enc. s. v. *Mnevis*.

bos Apis in civitate Memphi solis instar excipitur] Vide praeter locos supra commemoratos Herodot. III, 27 sqq. Tacit. Histor. V, 4., Plin. N. H. VIII, 46, § 184 sqq., Solin. 32., Pomp. Mel. I, 9. Sed apud Aelianum et apud Marcellinum lunae consecratus fuisse dicitur Apis, et apud Plinium Solinumque macula candicans Apidis ad lunae cornua refertur, et apud Plutarch. Is. et Osir. 43. Apis Osiridis imago animata fuisse dicitur (cf. Strab. l. c. et Diodor. I, 21. Creuz. I, 108; II, 25 sq. 123, 203 sq.). Praeterea conf. Real-Enc. s. v. *Apis*.

in oppido Hermunthi] „Strabo quoque lib. XVII. [l. p. 464. Tauchn.] hanc rem tradit. Ceterum de scriptura huius nominis quaeritur. Edit. vet. habet *Herminthi*, Strabo et Ptolemaeus IV, 5. scribunt Ἕρμονθις, et Stephanus de urbibus profert Ἑρμῶνθις." Zeun. — „De varia nominis orthographia v. intt. Antonini Itin. p. 160, ubi *Hermunthi* scriptum, quod apud Aristid. vol. I. p. 339: Ἐν νομῷ ὄνομα Ἑρμουνθὶ, ubi liber unus Ἑρμουθὶ, mutandum esse in Ἑρμώνθει satis probabile reddit librorum Strabonis l. c. inter Ἑρμονθὶς et Ἑρμωνθὶς variatio. Ἑρμον. ex numo Wildiano attulit Wesseling. Sed scripturam per ω et numi alii et inscrr. ap. Pocock. inscr. ant. p. 83; 94, 15, papyr. Aegypt. Peyroni fasc. 2. p. 46, 44., et libri scripti confirmant." L. Dind. ad Steph. thes. Gr. l. s. h. v.

taurum, Bacin cognominantes] Strabo l. c. hunc taurum commemorat, sed nullum adiicit nomen. Fortasse idem est atque Onuphis taurus quem etiam hirsutum setis in adversum nascentibus dicit Aelianus Hist. An. XII, 11. Ceterum *Bacis* alias vatem significat. Vid. Hildebrand. ad Arnob. I, 62. Real-Encycl. s. h. v. Creuzer. I, p. 414. (Comment. Herodot. I, p. 113.) comparat nomen sacri tauri apud Indos *Apen Pascha*, et II, p. 203. hoc nomen suspicatur esse

21 turae solis. Nam et per singulas horas mutare colores adfirma-
[316] tur et hirsutus setis dicitur in adversum nascentibus contra na-
turam omnium animalium: unde habetur velut imago solis in
22 adversam mundi partem nitentis. Gemini autem, qui alternis
mortibus vivere creduntur, quid aliud nisi solem unum eundem-
que significant modo descendentem in ima mundi modo mundi in
23 summam altitudinem resurgentem? Cancer obliquo gressu quid
aliud nisi iter solis ostendit, qui viam numquam rectam sed per
illam semper meare sortitus est

Obliquus qua se signorum verteret ordo:

maximeque in illo signo sol in cursu supero incipit obliquus in-
24 feriora iam petere. De Leone iam supra dictum est. Virgo au-
tem, quae manu aristam refert, quid aliud quam δύναμις ἡλιακὴ
quae fructibus curat? Et ideo Iustitia creditur, quae sola facit

[Mss. ABGPS.

miraculis convenientibus G. 21. *hirsutis* (sup. *u*) S. — *veluti* Edd. P. — *adversam* (sup. add. *in*) A. *in adversam* s-bP. 22. *motibus* A'. „2 Angl." „Sed ego non audio." Pont. Vid. not. — *modo mundi* om. (sup. add. *modo*) G. *modo* (om. *mundi*) v-g. 23. *nonumquam* B. — *remeare* G. *mereare* (del. *re*) A. — *Obliquus*] Virg. Georg. I, 239. — *verterit* AG. „2 Angl." 24. *supra iam* s-b. — *supra*] cf. §§ 16, 17. — *ferit* „2 Angl. Sed in altero *i* littera erasa fuit". — *curvatur*

referendum ad Bacchicas Graecorum religiones.

21. *solis in adversam mundi partem nitentis*] Cf. Comm. I, 18.

22. *qui alternis mortibus vivere creduntur*] „Minutius [Octav. 21, 16. et Cyprian. de idol. vanit. I, 2.]: *Castores alternis moriuntur.* Manilius [IV, 157.]: *Otia et aeternam peragunt in morte iuventam.*" Pont. — „Homerum imitatur noster Odyss. λ', 303 sq.: Ἄλλοτε μὲν ζώουσ' ἑτερήμεροι, ἄλλοτε δ' αὖτε Τεθνᾶσιν· τιμὴν δὲ λελόγχασ' ἶσα θεοῖσιν. De dissensu veterum super hac re vide interpretes ad h. l. et Hemsterh. ad Lucian. T. I. p. 286. quem laudat Ernesti." Zeun. — Cellarius ad Minut. l. c. adnotavit: „Dixi plura ad Sil. Ital. IX, 295. *Alternusque animae mutato Castore Pollux.* Adde Servium ad Aen. VI, 121.: *Si fratrem Pollux alterna morte redemit.*" Cf. Zeitschr. f. d. A. W. 1844. p. 411 sqq., ubi praeterea citantur Ovid. Fast. V, 715 sqq., Apollodor. III, 11, 2, § 6. Sil. Ital. XIII, 805. Lucian. dial. mort. 26. Hygin. fab. 80. Ceterum veteres philosophi non dixerunt Geminos esse solem, sed esse hemisphaeria alterna vice a sole illustrata. Cf. Sext. Empir. adv. Phys. p. 557. ed. Fabric. Τὰ δύο ἡμισφαίρια τότε ὑπὲρ γῆν καὶ τὸ ὑπὸ γῆς Διοσκούρους οἱ σοφοὶ τῶν τότε ἀνθρώπων ἔλεγον. et Laur. Lyd. IV, 13, (p. 65.) Οἱ φιλόσοφοί φασι Διοσκούρους εἶναι τὸ ὑπὸ γῆν καὶ ὑπὲρ γῆν ἡμισφαίριον· τελευτῶσι δὲ ἀμοιβαδὸν μυθικῶς, οἱονεί, ὑπὸ τοὺς ἀντιπόδας ἐξ ἀμοιβῆς φερόμενοι. Creuz. III, p. 34 et 163.

23. *Cancer obliquo gressu cet.*] Cf. Martian. VIII, § 849. *Orbem solis obliquitas meatus aut inprimit aut extollit. Quis enim dubitat Cancrum Geminosque verbi gratia in mundi ardua sublimari, rursumque Sagittarium Capricornumque perratis deflexibus infimari.*

24. *Virgo, quae manu aristam fert*] Hoc inde profectum esse refert Creuzer. II, p. 611., quod verno tempore Aegyptii egerint solennia ad messem pertinentia. Cf. Arat. 97. Παρθένον, ἥ ῥ' ἐν χερσὶ φέρει στάχυν αἰγλήεντα. Manil. V, 267 sq. *Virginis hoc anni poscunt floresque coronae. At cum ter decima consurgens horrida parte Spica ferens prae se, nascens et scapus, aristas, Arvorum ingenerat studium cet.*

fructibus curat] Cf. Prolegg. p. xxxix. et not. ad c. 14. § 6. et c. 24. § 6. *famae suae .. curavit;*

nascentes fructus ad usus hominum pervenire. Scorpius totus, in 25
quo Libra est, naturam solis imaginatur, qui hieme torpescit et
transacta hac aculeum rursus erigit vi sua, nullum natura damnum
ex hiberno torpore perpessa. Sagittarius, qui omnium zodiaci 26
domiciliorum imus atque postremus est, ideo ex homine in feram
per membra posteriora degenerat, quasi postremis partibus suis a
superis in inferna detrusus: sagittam tamen iacit, quod indicat
tunc quoque universorum constare vitam radio solis vel ab ima
parte venientis. Capricornus ab infernis partibus ad supera solem reducens caprae naturam videtur imitari; quae, dum pascitur
ab imis partibus, semper prominentium scopulorum alta deposcit.

Edd. vicahgspdzb.]
v-g. „Haec malitiosa erga Iurisconsultorum gregem lectio est exterminanda, et retinenda Stephaniana (quae est etiam in hg in mg.) *curat*; quae quamquam ab praeceptis grammaticorum abhorret, cum Macrobii tamen consuetudine probe convenit.“ Zeun. Vid. not. — *ad hominum usus* Edd. 25. *naturae* s-bP. — *de hiberno* S. — *tempore* B. 26. *Sagiptarius* S. — *in inferiora* S a sec. m.; ag. — *sagictam* S. — *ab inferis* A. — *ad superna* h. — *dum pascitur*, *ab imis partibus* Edd. — *prominentium semper* s-bP. — *depascit* P (AB a sec. m.) „2 Angl.“ Coni. Meurs. „Libri si qui *depascit* hic habent pro *deposcit*, omnino sunt emendandi.“

V, 17, 2 *stabulo regio curantes*; VII, 12, 2. *qui corporibus curat*; VII, 16, 24. *qui vitro solvendo formandoque curant.*

Et ideo Iustitia creditur] Haec Stoicorum videtur fuisse sententia. Certe Creuzer. III, p. 101. et IV, p. 777. ab his Libram refert vocatam Astraeam, Iovis et Themidis filiam, aut Iustitiam, coll. Hygin. poet. astron. 28. p. 477. Conf. Arat. 98 et 105. *Εἴτ' οὖν Ἀστραίου κείνη γένος, .. καί ἑ Δίκην καλέεσκον*, cum schol.; Gell. XIV, 4, 4. *Verba ipsa Chrysippi de Iustitia scripta haec sunt: Παρθένος δὲ εἶναι λέγεται κατὰ σύμβολον τοῦ ἀδιαφθόρος εἶναι*, quae quidem videntur respicere ad Hesiod. Op. et D. I, 254. *Ἡ δέ τε παρθενός ἐστι Δίκη.* Schwenck. I. p. 431.

quae sola cet.] Hesiodus Theog. 901 sqq. hoc adscribit tribus Horis: *Δεύτερον ἠγάγετο λιπαρὴν Θέμιν ἣ τέκεν Ὥρας, Εὐνομίην τε Δίκην τε καὶ Εἰρήνην τεθαλυῖαν, Αἵτ' ἔργ' ὠραίουσι καλὰ θνητοῖσι βροτοῖσι*, sed Arat. 112 sq. *Ἀλλὰ βόες καὶ ἄροτρα καὶ αὐτὴ πότνια λαῶν Μυρία πάντα παρεῖχε Δίκη, δώτειρα δικαίων.*

facit .. pervenire] Cf. Prolegg. p. xxxix sq.

25. *Scorpius totus, in quo Libra est*] Vid. not. ad c. 12. § 11.

naturam solis imaginatur] *Imaginari*, quod alias idem est ac *φαντάζεσθαι*, hoc loco idem valet ac *εἰκονίζειν*, quam vim activo tribuit Gellius N. A. XVI, 18, 3. *ut speculum .. nihil imaginet.* Cf. § 27. *naturae suae imaginatio.*

qui hieme torpescit] Similiter Plinius N. H. XI, 25 s. 30. § 89. et XXXVII, 10 s. 54. § 140. refert scorpiones in frigidioribus terris esse innocuos. Idem XX, 21 s. 84. § 223. habet: *Folium inpositum scorpionibus torporem affert*, et XXVII, 2. § 6. *Torpescunt scorpiones aconiti tactu.*

26. *imus atque postremus est*] ut qui sit vicinus imo tropico australi brumalique (cf. fragm. Censor. 2. § 4.).

in feram .. degenerat] Cf. § 17. et Hygin. Astronom. II, 27. *Hunc (sagittarium) complures Centaurum esse dixerunt: alii autem hac de causa negaverunt, quod nemo Centaurus sagittis sit usus. Hic autem quaeritur, cur equinis cruribus sit deformatus et caudam habeat ut Satyri.*

ab infernis partibus ad supera] Vid. not. ad c. 17. § 57.

solem reducens] Namque tropicum signum est Capricornus. Cf. Comm. I, 12, 1.

quae, dum pascitur ... scopulorum alta deposcit] „Bene *deposcit*: petunt enim altum semper pascen-

27 Aquarius nonne ipsam vim solis ostendit? Unde enim imber ca-[317]deret in terras, nisi solis calor ad supera traheret humorem cuius refusio pluvialis est copia? In ultimo ordine zodiaci Pisces locati sunt: quos consecravit soli non aliqua naturae suae imaginatio, ut cetera, sed ostentatio potentiae sideris, a quo vita non solum aeriis terrenisque animalibus datur, sed illis quoque quorum conversatio aquis mersa velut a conspectu solis exulat: tanta est vis solis, ut abstrusa quoque penetrando vivificet.

XXII. Et, ut ad solis multiplicem potestatem revolvatur oratio, Nemesis quae contra superbiam colitur quid aliud est quam solis potestas, cuius ista natura est ut fulgentia obscuret et conspectui auferat quaeque sunt in obscuro inluminet offeratque conspectui?

2 Pan ipse, quem vocant Inuum, sub hoc habitu quo cernitur
3 solem se esse prudentioribus permittit intellegi. Hunc deum Arcades colunt appellantes τὸν τῆς ὕλης κύριον, non silvarum dominum sed universae substantiae materialis dominatorem significari volentes, cuius materiae vis universorum corporum, seu illa
4 divina sive terrena sint, conponit essentiam. Ergo Inui cornua

[Mss. ABGPS.

Pont. Vid. not. 27. *ad superna* h. — *imitatio* s-bP. — *potentiae* om. S. — *aereis* Av-cp2-bP. *aeris* h-p1. „Melius v. c. *aereis.*“ Meurs. — *aspectu* v1. *e conspectu* v-g. — *exultat* B.

XXII. *Caput XXII. Quod Nemesis, Pan, Saturnus, aliud non sint, quam sol.* ch (g *Pan seu Inuus et Saturnus;* s-b *Pan quem vocant Inuum, et Saturnus*). *Cap. XXVIII. De Nemesi* v (i *Cap. XXVII.*). DE NEMESI ABG. 1. *revertatur* v-g. — *efferat* (om. *que*) S. 2. *Cap. XXIX. De Inuo* v (i *Cap. XXVIII.*). DE INVO ABG. 3. THC ΛHC B. THCΛHC G. τῆς γῆς S. — *seu terrena* s-bPS. 4. *na-*

do caprae, et dixit iam idem ante noster cap. 17. [§ 63.] his verbis: *Caprae consuetudo haec in pastu videtur, ut semper altum pascendo petat. Petit,* inquit, *altum pascendo*, id est, ut hic loquitur, *dum pascitur.* Item c. 22. [§ 6.] *quod ... semper peteret alta pascendo.*“ Pont.

27. *naturae imaginatio*] Cf. § 25. *naturam solis imaginatur.*

quorum conversatio ... exulat] Cf. Comm. I, 19, 24. et 21, 34.

XXII, 1. *Nemesis, quae contra superbiam colitur*] „Diserte expressit Catullus [4, 18.]: *Nunc audax cave sis: precesque nostras Oramus cave despuas ocello; Ne poenas Nemesis reposcat a te. Est vehemens dea, laedere hanc caveto.* Est enim *audax* hoc loco θρασὺς ex glossario, quomodo nescio an aliis sumptum.“ Pont.

quid aliud est quam solis potestas] Martianus I. § 88. (ubi vid. not. Kopp.) eandem dicit eam esse ac Fortunam, cui eadem quae hic tribuuntur Nemesi tribuit Horatius Od. I, 34, 12 sqq. et 35, 2 sqq., Lactantius I, 21, 23. Ledam post mortem in caelum evectam.

2. *Pan ipse, quem vocant Inuum*] Cf. Liv. I, 5, 2. *Lyceum Pana venerantes, .. quem Romani deinde vocarunt Inuum.* Serv. ad Virg. Aen. VI, 776. *Inuus autem Latine appellatur, Graece Πάν.* Vid. Hildebrand. ad Arnob. III, 23. Mueller. Etr. II, p. 63.

3. *universae substantiae materialis*] Cf. Comm. I, 12, 11. *Haec est autem hyle, quae omne corpus mundi, quod ubicumque cernimus, ideis inpressa formavit;* ib. I, 6, 9. *silvestris materia;* I, 12, 7. et 22, 6. *silvestris tumultus.* Creuzer. IV, p. 68. Salmas. Exercc. Plin. p. 294 sqq.

4. *cornua*] Pani tribuebantur caprina: ab eodem animali desumpta

barbaeque prolixa demissio naturam lucis ostendunt, qua sol et ambitum caeli superioris inluminat et inferiora conlustrat: unde Homerus de eo ait:

Ὤρνυθ' ἵν' ἀθανάτοισι φόως φέροι, ἠδὲ βροτοῖσιν. [318]

Quid fistula vel virga significent superius in habitu Attinis expressimus. Quod in caprae pedes desinit, haec argumenti ratio 5
est, quia materia, quae in omnem substantiam sole dispensante porrigitur, divinis de se corporibus effectis in terrae finitur elementum. Ad huius igitur extremitatis signum pedes huius ani- 6
malis electi sunt, quod et terrenum esset et tamen semper peteret alta pascendo, sicut sol, vel cum radios superne demittit in terras vel cum se recolligit, in montibus visitur. Huius Inui amor 7
et deliciae Ἠχὼ creditur nullius oculis obnoxia: quod significat harmoniam caeli, quae soli amica est quasi sphaerarum omnium de quibus nascitur moderatori, nec tamen potest nostris umquam sensibus deprehendi.

Saturnus ipse, qui auctor est temporum et ideo a Graecis 8
inmutata littera Κρόνος quasi χρόνος vocatur, quid aliud nisi sol intellegendus est, cum tradatur ordo elementorum temporum nu-

Edd. vicahgspdzb.]

turam solis S. — *Homerus*] Il. λ', 2; τ', 2; Od. ε, 2. — φέως v3. φῶς i. — φερνιο P. φυρνοινι B. φέρῃ SviM12. — βροτοῖσι v-g. — *superius*] c. 21. § 9. — *expressum est* G. 5. *porrigitur sole dispesante* G. 6. *Ad huius ergo* v-g. — *dimittit* vi. 7. *osculis* BG. — *quae sign.* vl. — *potest* om. v12. „Ms. et prisca editio Veneta τὸ *potest* non habent, et agnosco in eo putidam spissationem, cum respiciat oratio τὸ *significat*: neque enim praecedentia sola explicant secretum ἠχοῦς, sed et haec ipsa. Lege: *quod significat harmoniam coeli soli amicam esse ... nec tamen nostris unquam sensibus deprehendi.*" Gron. 8. *Cap. XXX. De Saturno* v (i *Cap. XXIX.*). DE SATVRNO ABG. *De Saturno. Quod Saturnus ad eundem.* P6. — *ipse est* S. — *nexu* (sup. add. *s*) G. — *traductus* v-g.

est eius barba et pedes (§ 5.). Cf. Creuzer. IV, p. 48.

naturam lucis ostendunt] Cf. c. 17. § 68. et Creuzer. II, p. 696.; IV, p. 60, 69, 212 sqq.

φέροι] Sic sine ulla discrepantia legitur V, 6, 15. et 9, 11. Quamobrem nihil mutavi h. l., quamvis codices faveant scripturae φέρῃ.

fistula vel virga] Cf. Artemidor. IV, 72. καλαυρόπιον καὶ συρίγγιον, et Creuzer. IV, p. 68 et 214. Fistulae canium invenisse dicitur Pan apud Hygin. fab. 274.

5. *argumenti*] Vid. not. ad c. 19. § 17.

quia] Vid. not. ad Comm. I, 6, 62.

6. *peteret alta pascendo*] Cf. c. 21. § 26.

cum se recolligit] idem valere videtur ac *cum ortui proxima est*.

7. *amor et deliciae*] Cf. Eutrop. VII, 21. *Amor et deliciae humani generis*. Cicero plurali numero dicit *amores et deliciae* de Divin. I, 36, 79; ad Att. XVI, 6 extr.; Phil. VI, 5. init.

Ἠχὼ] Lucianus Dial. deor. XXII, 4. Pana facit dicentem: Ἐγὼ δὲ τῇ τε Ἠχοῖ καὶ τῇ Πίτυϊ σύνειμι. In epigrammate in Panis statuam post Persas devictos a Miltiade positam Anthol. Gr. III, p. 215. (II, 515.) III. Pan dicitur ὀρεσσαύλου πόσις Ἀχοῦς. Cf. Creuzer. IV, p. 64.

sphaerarum .. moderatori] Cf. Somn. Scip. 4, 2; Comm. I, 20, 3 sqq. et II, 3, 3.

harmonia caeli] Cf. Comm. II, 3, 1.

nec tamen potest ... deprehendi] Cf. Comm. II, 4, 14.

8. *qui auctor est temporum* cet.] Cf. c. 8. § 6 sq.

conductus] i. e. coniunctus, ut ait II, 1, 2. *Et heroici seculi pudicitiam*

merositate distinctus, luce patefactus, nexus aeternitate conductus, visione discretus, quae omnia actum solis ostendunt?

XXIII. Nec ipse Iuppiter, rex deorum, naturam solis videtur excedere: sed eundem esse Iovem ac solem claris docetur indiciis. Nam cum ait Homerus:

[319] *Ζεὺς γὰρ ἐς ὠκεανὸν μετ' ἀμύμονας Αἰθιοπῆας*
χθιζὸς ἔβη μετὰ δαῖτα, θεοὶ δ' ἅμα πάντες ἕποντο,
δωδεκάτῃ δέ τοι αὖθις ἐλεύσεται Οὔλυμπόνδε,

2 Iovis appellatione solem intellegi Cornificius scribit, cui unda oceani velut dapes ministrat. Ideo enim, sicut et Posidonius et Cleanthes adfirmant, solis meatus a plaga quae usta dicitur non recedit, quia sub ipsa currit oceanus qui terram et ambit et dividit, omnium autem physicorum adsertione constat calorem hu-
3 more nutriri. Nam quod ait: *θεοὶ δ' ἅμα πάντες ἕποντο*, sidera intelleguntur, quae cum eo ad occasus ortusque cotidiano impetu caeli feruntur eodemque aluntur humore. *Θεοὺς* enim dicunt sidera et stellas, *ἀπὸ τοῦ θέειν*, id est *τρέχειν*, quod semper in
4 cursu sint, *ἢ ἀπὸ τοῦ θεωρεῖσθαι*. Addit poeta: *δωδεκάτῃ δέ τοι αὖθις*, non dierum sed horarum significans numerum, quibus
5 referuntur ad hemisphaerii superioris exortum. Intellectum nostrum in eandem sententiam ducunt, etiam de etymo, Platonis

[Mss. ABGPS.

XXIII. *Caput XXIII. Iovem quoque et Assyriorum Adad eundem esse quem solem. Tum et theologorum et Orphei auctoritate ostendi posse, omnes deos referri ad solem.* ch-b (ch om. *Assyriorum*; s-b om. *deos*). *Cap. XXXI. De Iove* v (i *Cap. XXX.*). DE IOVE ABG. 1. *solis naturam* Edd. — *Nam* om. z. — *Homerus*] Il. ά, 423. — *Ζεὺς γὰρ ἐς ὠκεανὸν* (reliquis Graecis verbis om.) v-a. — *ΔΑΜΑ* P. *ΘΑΜΑ* B. *θ' ἅμα* S. *δ' ἅμος* h. *ἅμα* (om. *δ'*) dzb. — *ὀλύμπονδε* S. 2. *unda* (sup. add. *e*) ... *ministrant* A. „Anglicanus: *cui undam Oceani.* Sed hac lectione oratio vix stat, nec vulgata sententia. Non ambigo quin scripserit longaevus: *cui undam oceanus.* Et hoc est quod clarius in Somnium dixit lib. II. cap. 10. [§ 10.]“ Pont. — *terram ambit* (om. *et*) A. 3. *δ' ἅμα* (sup. *θ'*) S. — *ἕσποντο* v. — *quotidie* v-g (a *cot.*). — *in cursum* A. — *θεωρεύεσθαι* vi. *θεύσεσθαι* ca. „hoc est currere, quae lectio magnam accipit probabilitatem ex eo quod auctor nullam addidit explicationem, uti antecedenti *θέειν*, adeo ut videatur utique synonymum posuisse. Ut nihil dicam *θεὸν* derivari a *θεωρεῖσθαι* nimis esse contortum et ineptum. Non enim *θεὸς* inde proficiscitur, sed *θεωρός*.“ Zeun. 4. *δωδεκάτη γένετ' ἠώς* v-g. — *αὖθις ἐλεύσεται ὄλυμπονδε* S. 5. *ducunt in eandem sententiam* s-bP. — *de etymo* scripsi e coni. *de Timaeo* Mss. et Edd. Vid. not. — *Platonis*] „In Phaedro Platonis leguntur.“ Cam. (Vid. *et nostri conduxit elegantiam*, et Lucretius I, 398. et III, 533. *parteis conducere in unum.*

XXIII, 2. *Iovis appellatione solem intellegi*] „De re confer nostrum supra in Somn. Scip. II, 10. [§ 11.]“ ZEUN.

cui .. ministrat] Indicativus modus pro coniunctivo positus est, quum ut haec pertineant ad Cornificii sententiam. Vid. prolegg. p. XLI.

plaga quae usta dicitur] Cf. Comm. I, 15, 13.

oceanus qui terram .. dividit] Cf. Comm. II, 9.

calorem humore nutriri] Cf. VII, 13, 5. et Comm. II, 10, 10 sq.

4. *non dierum sed horarum*] Hoc non quadrat cum narratione Homeri, inprimis cum versibus 421 et 422: *Ἀλλὰ σὺ μὲν νῦν ... πολέμου δ' ἀποπαύεο πάμπαν.*

5. *etiam de etymo*] Ferri non

haec verba: *Ὁ μὲν δὴ μέγας ἡγεμὼν ἐν οὐρανῷ Ζεὺς ἐλαύνων
πτηνὸν ἅρμα πρῶτος πορεύεται διακοσμῶν πάντα καὶ ἐπιμε-
λούμενος· τῷ δὲ ἕπεται στρατιὰ θεῶν καὶ δαιμόνων κατὰ ἕν-
δεκα μέρη κεκοσμημένη, μένει δὲ Ἑστία ἐν θεῶν οἴκῳ μόνη.*
His enim verbis magnum in caelo ducem solem vult sub appella-
tione Iovis intellegi, alato curru velocitatem sideris monstrans.
Nam quia, in quocunque signo fuerit, praestat omnia signa et 6
sidera signorumque praestites deos, videtur cunctos deos ducatu [320]
praeire ordinando cuncta ornandoque, atque ideo velut exercitum
eius ceteros deos haberi per XI signorum partes distributos,
quia ipse duodecimi signi, in quocunque signo fuerit, locum oc-
cupat. Nomen autem daemonum cum deorum appellatione con- 7
iungit, aut quia di sunt *δαήμονες*, id est scientes futuri, aut, ut
Posidonius scribit in libris quibus titulus est *περὶ ἡρώων καὶ*

Edd. vicahgspdzb.] not.) — *μὲν δὰ* vl. — *μέγας* om. vich. — *ὁ ζεὺς* vic. — *διὰ κόσμον* SP6. — *κἀπιμελούμενος* (h in mg.) s (p-bP *κἀπι.*). — *δ' ἕπεται* c-g. — *δώδεκα* vicagb „Recte.“ Zeun. — *μένει γὰρ* Edd. Plat. *ἡ δὲ* (om. *μένει*) SP6. 6. *cunctis deos* P. — *ordinando cuncta ordinandoque* A (B altero loco del. *di*). *ordinando cuncta* (add. *ornandoque*) G. *cuncta ordinando* (om. *ornandoque*) S. „B a secunda manu *ordiendo cuncta.*“ *ornando cuncta ordinandoque* s-z. „Melior ordo est in Edit. vet. (v-gbP) *ordinando cuncta ornandoque*. Sed omnino, uti ex sexcentis aliis locis deprehendere mihi visus sum, Stephanus pro lubitu verba disposuit traiecitque contra librorum auctoritatem.“ Zeun. — *XI signorum* scripsi e coniectura. *XII signorum* Edd. et Mss. Vid. not. — *locum tenet et occupat* i-g. 7. *di* om. h. — *δαίμονες* Sv-a. — *aetherea* A a sec. m.;

posse id quod vulgo legitur, *de Timaeo*, facile patet, quum verba Platonis non in hoc dialogo legantur, sed in Phaedro, p. 246. Similia inveniuntur Cratyl. p. 397. *Φαίνονταί μοι οἱ πρῶτοι τῶν ἀνθρώπων τῶν περὶ τὴν Ἑλλάδα τούτους μόνους τοὺς θεοὺς ἡγεῖσθαι, οὕσπερ νῦν πολλοὶ τῶν βαρβάρων, ἥλιον καὶ σελήνην καὶ γῆν καὶ ἄστρα καὶ οὐρανόν· ἅτε οὖν αὐτὰ ὁρῶντες πάντα ἀεὶ ἰόντα δρόμῳ καὶ θέοντα, ἀπὸ ταύτης τῆς φύσεως τῆς τοῦ θεῖν θεοὺς αὐτοὺς ἐπονομάσαι· ὕστερον δὲ κατανοοῦντες τοὺς ἄλλους πάντας ἤδη τούτῳ τῷ ὀνόματι προσαγορεύειν.* Vox etymon, sententia ipsa commendatur. Cf. Varron. L. L. VI, 7, 51.: *Eorum hoc genus videntur ἔτυμα*, et infra V, 19, 17. *Interpretationem quoque nominis eorum, quam Graeci ἐτυμολογίαν vocant, expressit;* et si scriptum erat *de etimo*, quin inde fieri potuerit *de timeo*, nemo negabit, praesertim quum sequatur nomen Platonis.

6. *praestat omnia signa et sidera*] Cf. c. 21. § 17. *uti praestat sol sidera*, et c. 24. § 8. *qui priscos .. doctrina praestat.* Cum dativo iungitur hoc verbum II, 1, 10.

signorumque praestites] Vid. not. ad c. 18. § 17.

ducatu] Vox militaris post Augusti demum aetatem usitata. Cf. Sueton. Tib. 19., Ner. 35.; Flor. III, 21, 2; Iustin. II, 15, 14; IX, 6, 8. (ubi vid. Beneck.); XXX, 2, 5.

per XI signorum partes distributos] Sic scribendum est, quia in verbis Platonis legitur *κατὰ ἕνδεκα μέρη κεκοσμημένα* vel in codicibus Macrobianis (non, ut in nonnullis editionibus, quibus suffragatur Zeunius, *κατὰ δώδεκα μ. κ.*), et quia infra sol ipse dicitur *duodecimi signi locum occupare.*

7. *quia di sunt δαήμονες*] Cf. Plat. Cratyl. p. 398. Steph. *Ὅτι φρόνιμοι καὶ δαήμονες ἦσαν, δαίμονας αὐτοὺς ὠνόμασε.* Schol. ad Hom. Il. ά, 222. *Οὕτως δαίμονας καλεῖ τοὺς θεούς, ἤτοι ὅτι δαήμονες, ἔμπειροι γὰρ καὶ ἴδριες πάντων αὐτοί εἰσιν*, Martian. II, § 154. Isidor. Orig. VIII, 11, 15. Lactant. II, 14, 6.

δαιμόνων, quia ex aetheria substantia parta atque divisa qualitas illis est, sive *ἀπὸ τοῦ δαιομένου*, id est *καιομένου*, seu *ἀπὸ τοῦ*
8 *δαιομένου*, hoc est *μεριζομένου*. Quod autem addit: *μένει δὲ Ἑστία ἐν θεῶν οἴκῳ μόνη*, significat quia haec sola, quam terram esse accipimus, manet inmobilis intra domum deorum, id est intra mundum, ut ait Euripides:

Καὶ Γαῖα μῆτερ, Ἑστίαν δέ σ' οἱ σοφοὶ
βροτῶν καλοῦσιν ἡμένην ἐν αἰθέρι.

[Mss. ABGPS.

GSch-bP. — *partita* A. — *illius* S. — *δαιομένου id est καιομένου* PS M123 (B ΔΑΕΟΥΜΕΝΟΥ (del. prior. ε); s-b (hg in mg.) *δεομένου*). „Lege *δαιομένου*. Nam *δαίεσθαι* utrumque significat et *καίεσθαι* et *μερίζεσθαι*.“ Zeun. *δαίνν: id est καίνν* v12. *δαίειν* (vel *δαιεῖν*) *id est καίειν* v3-g. — ΔΑΕΙΟΜΕΝΟΥ P. ΔΑΕΙΟΥΜΕΝΟΥ B. — *id est* P. 8. ΔΕΕΣΤΙΑ B (S δὲ ἔστ.). *δ' ἑστία* Edd. P. — *significat* om. cum Graecis A. — *accepimus* c-g. — *intra deorum domum* S. — *Euripides*] fragm. inc. 178 (168). — *καὶ γαῖα μὲν πάντες οἱ βροτοὶ* v-aP6. — *σοφοὶ* om. BS. — *οἰκοῦσι ἡμὲν*

ex aetheria substantia parta atque divisa qualitas illis est] Cf. Cic. Somn. Scip. 3, 4. *Hisque* (hominibus) *animus datus est ex illis sempiternis ignibus quae sidera et stellas vocatis*, et Comm. I, 14, 4 sqq. et 21, 34. Augustin. VII, 6. Varronis verbis dicit: *A summo autem circuitu caeli usque ad circulum lunae aetherias animas esse astra ac stellas, eosque caelestes deos non modo intelligi esse, sed etiam videri: inter lunae vero gyrum et nimborum ac ventorum cacumina aerias esse animas, sed eas animo, non oculis videri et vocari heroas et lares et genios.* Martian. II, § 156 et 160. Arnob. III, 41. Lucan. IX, 6 sqq.

ἀπὸ τοῦ δαιομένου] Participium pro infinitivo positum esse videtur ut servarentur litterae *μ* et *ν*. Talis usus participii non raro invenitur apud Thucydidem, ut II, 63. *τὸ τιμώμενον τῆς πόλεως*. Cf. Kühner. ausf. Gr. § 474 *γ*.

id est καιομένου] Cf. Hom. Il. *ύ*, 316 sq. *Μηδ' ὁπότ' ἂν Τροίη μαλερῷ πυρὶ πᾶσα δάηται Δαιομένη, δαίωσι δ' Ἀρήϊοι υἷες Ἀχαιῶν.* Eadem leguntur *φ'*, 375 sq., ubi in plerisque codicibus est *καιομένη* et *καίωσι*.

hoc est μεριζομένου] Cf. schol. ad Hom. Il. *ά*, 222: *Ἢ ὅτι διαιτηταί εἰσι καὶ διοικηταὶ τῶν ἀνθρώπων, ὡς Ἀλκμᾶν ὁ λυρικὸς φησὶν, ὅς ἔθεν πάλοις ἔπαλεν δαίμονας δ' ἐδάσσατο, τοὺς μερισμοὺς, τὰς διαιρέσεις αὐτῶν.*

8. *quia*] Vid. not. ad Comm. I, 6, 62.

quam terram esse accipimus] Cf. Ovid. Fast. VI, 267. *Vesta eadem est et terra*, et 454. *Tellus Vestaque numen idem.* Augustin. C. D. VII, 16. *Vestam .. propterea dearum maximam putaverunt, quod ipsa sit terra*, et 24. *Tellurem putant esse ... Vestam, quod vestiatur herbis.* Arnob. III, 32. *Nonnulli autem Vestam* (terram esse dixerunt), *quod in mundo stet sola.* Suid. *Γῆς ἄγαλμα γυναῖκα πλάττουσι τὴν Ἑστίαν, οἱονεὶ τὴν γῆν.* Dionys. A. R. II, 66. *Ἑστίᾳ δὲ ἀνακεῖσθαι τὸ πῦρ νομίζουσιν, ὅτι γῆ τε οὖσα ἡ θεὸς καὶ τὸν μέσον κατέχουσα τοῦ κόσμου τόπον τὰς ἀνάψεις τοῦ μεταρσίου ποιεῖται πυρὸς, ἀφ' ἑαυτῆς.* Cornut. c. 28. p. 206. *Ἑκατέρα (Δημήτηρ καὶ Ἑστία) δ' ἔοικεν οὐχ ἑτέρα τῆς γῆς εἶναι.* Klausen. II, p. 624 sqq. Kopp. ad Martian. I. § 72., qui praeterea citat Gal. et Astium ad Plat. ll. cc.

manet inmobilis] Cf. Cornut. l. c. *Ταύτην μὲν γὰρ διὰ τὸ ἑστάναι διὰ πάντων Ἑστίαν προσηγόρευσαν οἱ παλαιοὶ, ἢ διὰ τὸ ταύτην ὑπὸ τῆς φύσεως ἐσωτάτω τεθεῖσθαι, ἢ διὰ τὸ ἐπ' αὐτῆς ὡσανεὶ ἐπὶ θεμελίου τὸν ὅλον ἑστάναι κόσμον.*

intra domum deorum, id est intra mundum] Cf. c. 18. § 15. *Mundus autem vocatur caelum*, et Comm. I, 14, 2. *Bene autem universus mundus dei templum vocatur.* Ovid. l. c. v. 275. *Par facies templi.*

Hinc quoque ostenditur quid de sole et Iove sit sentiendum, cum 9
alibi dicatur:

Πάντα ἰδὼν Διὸς ὀφθαλμὸς καὶ πάντα νοήσας,

et alibi:

Ἠέλιος θ' ὃς πάντ' ἐφορᾷς καὶ πάντ' ἐπακούεις,

unde utrumque constat una potestate censendum. Assyrii quo- 10
que solem sub nomine Iovis, quem *Δία Ἡλιουπολίτην* cognominant, maximis cerimoniis celebrant in civitate quae Heliopolis nuncupatur. Eius dei simulachrum sumptum est de oppido Aegypti quod et ipsum Heliopolis appellatur, regnante apud Aegyptios Senemure, seu idem Senepos nomine fuit: perlatumque est primum in eam per Opiam legatum Deleboris regis Assyriorum sa- [321]
cerdotesque Aegyptios quorum princeps fuit Partemetis, diuque habitum apud Assyrios postea Heliopolim commigravit. Cur ita 11
factum quaque ratione Aegypto profectum in haec loca ubi nunc est postea venerit, rituque Assyrio magis quam Aegyptio colatur, dicere supersedi, quia ad praesentem non attinet causam. Hunc 12
vero eundem Iovem solemque esse cum ex ipso sacrorum ritu tum ex habitu dinoscitur: simulachrum enim aureum specie inberbi instat dextera elevata cum flagro in aurigae modum, laeva tenet

Edd. vicahgspdzb.] v-a. 9. *sentiendum sit* G. — *dr̃* ABG. *dicitur* v. — *Πάντα*] Hesiod. Ἔργ. ά, 265. — *δ' ἰδὼν* v. — *πᴧɴ* B. — *Ἠέλιος*] Hom. Il. γ', 277. — *θ'* om. P. — *ἐφ' ορο ις* vl. — *ἐπακούσεις* S. — *constat* om. Sv. 10. *sub Iovis nomine* Sv-g. — *dia heliu politem* A. *dia heliu politen* (sup. *o*) B. *dia heliopolitē* G. *daieliapolitē* (sup. *o*) S. *Dia Heliopoliten* Edd. P. — *dici* s. „Lego ex vet. cod. *dei*." Meurs. — *et ipsum* om. v. — *Oppiam* v-g. — *Deloboris* A. „2 Angl." *Delebois* v-ag. — *fuit* om. B. — *Parthemetis* S. *Parmetis* v-g. „Quid? Num forte *Pathmetes*, quia Mela I, 9. oppidum Aegypti *Pathmeticum* commemorat? Res mihi est incerta." Zeun. 11. *Heliopolin* BG. *helipolin* vl. — *migravit* (sup. add. *cō*) G. — *aegypto* (sup. add. *ab*) G. — *haec loca* (om. *in*) P. — *colatur* om. S. 12. *Nunc* v-g. — *esse cum eo* (sup. *ẽe ipso*) G. — *dignoscitur* v-g. — *instat* (sup. *con*) A. — *dextra* S Edd. P. — *demon-*

10. *in civitate quae Heliopolis nuncupatur*] „Plures olim huius, nominis fuisse urbes auctor est Stephanus Byzant. de urbibus: *Ἡλιούπολις, πόλις Αἰγύπτου, ἣν ἔκτισεν Ἀκτὶς ὁ Ἡλίου καὶ Ῥόδου· Ἡρόδοτος δευτέρᾳ· ἔστι δὲ Θρᾴκης καὶ τῆς ἀρωματοφόρου ἀπὸ τῆς Αἰγυπτίας, καὶ δύο ἐν Σάρδεσι· καὶ ἡ Κόρινθος Ἡλιούπολις ἐλέγετο . . ἔστι καὶ ἐν Φοινίκῃ.* Hanc fortassis Macrobius hic intelligit. De hac locum anonymi apud Gothofredum in Exegesi totius mundi laudat Thomas de Pinedo: *Ἡλιόπολις ἣ πλησιάζει τῷ Λιβάνῳ ὄρει γυναῖκας εὐμόρφους βόσκει κ. τ. λ.*" Zeun. — Cf. Strab. XVI, p. 752. (c. 2. p. 360. Tauchn.), Ptolem. V, 15., Plin. N. H. V, 22 s. 18., et inprimis quem citat Mannertus Geogr. d. Gr. u. R. VI, 1, p. 413. Malala Chron. XI, p. 129. *Αἴλιος Ἀντονῖνος Πίος ἔκτισε ἐν Ἡλιουπόλει τῆς Φοινίκης τοῦ Λιβάνου ναὸν τῷ Διῒ μέγαν, ἕνα καὶ αὐτὸν ὄντα τῶν θεαμάτων.* Nunc vocatur *Baalbeck.* Alia vid. Real-Enc. s. h. v.

de oppido Aegypti quod et ipsum Heliopolis appellatur] Cf. c. 21. § 20. Herodot. II, 3, 7, 59. Cic. N. D. III, 21, 54., Tac. Ann. VI, 28., Real Enc. s. h. v. Non recte huc traxit Zeunius quod Diodorus I, 45 refert, *Διὸς πόλιν* vocatam esse a Graecis Thebas.

12. *Hunc vero eundem Iovem solemque esse*] C. 17. § 66. Apollinis Hieropolitani simulacrum describitur, sed ab hoc diversum, nam barbatum esse et alia in manibus habere dicitur.

fulmen et spicas, quae cuncta Iovis solisque consociatam poten-
13 tiam monstrant. Huius templi religio etiam divinatione praepol-
let, quae ad Apollinis potestatem refertur, qui idem atque sol est.
Vehitur enim simulachrum dei Heliopolitani ferculo, uti vehuntur
in pompa ludorum Circensium deorum simulachra: et subeunt
plerumque provinciae proceres, raso capite, longi temporis casti-
monia puri, feruntur que divino spiritu, non suo arbitrio sed quo
deus propellit vehentes: ut videmus apud Antium promoveri si-
14 mulachra Fortunarum ad danda responsa. Consulunt hunc deum
et absentes missis diplomatibus consignatis: rescribitque ordine
ad ea quae consultatione addita continentur. Sic et imperator
Traianus initurus ex ea provincia Parthiam cum exercitu constan-
tissimae religionis hortantibus amicis, qui maxima huiusce numi-
nis ceperant experimenta, ut de eventu consuleret rei coeptae,
[322] egit Romano consilio prius explorando fidem religionis, ne forte
fraus subesset humana: et primum misit signatos codicillos ad
15 quos sibi rescribi vellet. Deus iussit afferri chartam eamque
signari puram et mitti, stupentibus sacerdotibus ad eiusmodi
factum: ignorabant quippe conditionem codicillorum. Hos cum
maxima admiratione Traianus excepit, quod ipse quoque puris

[Mss. ABGPS.

strant v-g. 13. *quidem atque* S. — *heliupolitani* A (B sup. *o*). — *veluti* v-g. — *vidimus* v-g. 14. *consignati* S. — *iturus* v. — *inceptae* G. — *codicellos* (sic semp.) G. 15. *Deus* (in mg. *dehinc*) B.

flagro] Cf. V, 11, 21.

13. *divinatione .. quae ad Apollinis potestatem refertur*] Cf. c. 20. § 4.

Vehitur .. simulachrum dei Heliopolitani cet.] De hoc refert Lucianus de dea Syria c. 36: *Εὖτ' ἂν ἐθέλῃ χρησμηγορέειν, ἐν τῇ ἕδρῃ πρῶτα κινέεται· οἱ δέ μιν ἱρέες αὐτίκα ἀείρουσιν· ... εὖτ' ἂν ὑποδύντες φέρωσιν, ἄγει σφέας πάντῃ περιδινέων καὶ ἐς ἄλλον ἐξ ἑτέρου μεταπηδέων· τέλος ὁ ἀρχιρεὺς ἀντιάσας ἐπερέεταί μιν περὶ ἁπάντων πρηγμάτων· ὁ δὲ ἤν τι μὴ ἐθέλῃ ποιέεσθαι, ὀπίσω ἀναχωρέει, ἢν δέ τι ἐπαινέῃ, ἄγει ἐς τὸ πρόσω τοὺς προςφέροντας ὅκωσπερ ἡνιοχέων.*

uti vehuntur ... simulachra] Cf. Dionys. A. R. VII, 72. *Πάντων αἱ τῶν θεῶν εἰκόνες ἐπόμπευον ὤμοις ὑπ' ἀνδρῶν φερόμεναι.* Haec pompa commemoratur etiam c. 6. § 15.

apud Antium] Vid. not. ad c. 20. § 6. Sic etiam Tacitus Ann. III, 71. *Repertum est aedem esse apud Antium quae sic* (Equestris Fortunae) *nuncuparetur.* Rupertius in adnotat.: „*apud Antium, Antii*", et: „Antii prae ceteris diis colebantur Fortunae duae, prospera et adversa, quae dicebantur *gemellae, sorores, Equestris et Felix, Fortunae Antiatinae*, quarum duae effigies in numo ap. Oisel. p. 327. Cf. 15, 23. Suet. Cal. c. 57. Martial. V, 1, 3. Bulenger de sortibus in Thes. Graev. T. V, p. 363. (de sortibus Antiatinis)" cet. Horat. Od. I, 35, 1. *O diva gratum quae regis Antium*, ubi Orellius inter alia adnotavit haecce: „Inscriptt. mear. Lat. N. 1738: FORTVNIS VICTRICIBVS ANTIATIBVS. Fortunae Antiates expressae sunt in gentis Rustiae denario apud Eckhel. D. N. V. p. 298. Cfr. Gerhard. Text zu den ant. Bildw. I, p. 62." Klausen. Aen. p. 764 sq.

promoveri] Orellius l. c. non recte interpretatur: *sich vorwärts beugen.* Hartung. II, p. 239. *sich vorwärts bewegen.*

14. *constantissimae religionis*] Haec verba cum *amicis* iungenda videntur significare eo minus opus fuisse tali experimento.

tabellis cum deo egisset. Tunc aliis codicillis conscriptis signa- 16
tisque consuluit, an Romam perpetrato bello rediturus esset? Vitem centurialem deus ex muneribus in aede dedicatis deferri iussit, divisamque in partes sudario condi ac proinde ferri. Exitus rei obitu Traiani apparuit ossibus Romam relatis. Nam fragmentis species reliquiarum, vitis argumento casus futuri tempus
ostensum est. Et, ne sermo per singulorum nomina deorum va- 17
getur, accipe, quid Assyrii de potentia solis opinentur. Deo enim, quem summum maximumque venerantur, *Adad* nomen de-
derunt. Eius nominis interpretatio significat *unus unus*. Hunc 18
ergo ut potentissimum adorant deum: sed subiungunt eidem deam nomine Adargatin, omnemque potestatem cunctarum rerum

Edd. vicahgspdzb.] — *tabulis* s-bP. 16. *vitam* s. „V. c. *vitem*. Optime. Clamant sequentia.“ Meurs. *an* (om. *vitem*) S. — *in aedem* v3. — *dicatis* Gi-g. — *perinde* AGSvi. — *delatis* (sup. r.) S. *referri* P. — *futurum* P. 17. *de solis potentia* Edd. P. — *ad* (sup. add. *ad*) G. „*Ἀδὼδ* Philoni Bybliensi. Sed *Adad* legendum monet Scaliger in notis ad fragm. operi de Emend. temp. subiecta.“ Pont. Vid. not. — *unus* (om. alt. *unus*) A Edd. 18. *potissimum* A. — *Adargatim* Aih. *Adargadim* (S „B“ a

16. *Vitem centurialem*] Dicendum erat *centurionalem*. Cf. Plin. N. H. XIV, 1 s 3 § 19. *Quid quod* (vites) *insertae castris summam rerum imperiumque continent? Centurionum in manu vitis et opimo praemio tardos ordines ad lentas perducit aquilas, atque etiam in delictis poenam ipsam honorat*, et scholion ad Iuvenal. XIV, 193. *Aut vitem posce libello: Ut centurio fias da libellos, id est milita. Vitis nam insigne centurionum est a Libero patre inventum qui primus triumphavit et inventor vitis est.* al.

vitis argumento casus futuri tempus ostensum est] Vid. not. ad c. 19. § 17. Ex antecedentibus patet belli tempus esse intelligendum.

17. *Adad ... unus unus*] „Significaverit itaque appellatio dei *unum*, at ipse deus solem. Non discriminavit Scaliger pater Exercit. CLIII, 4. „„*Adad*, inquit, legi olim solem dictum Persarum lingua. Eiusdem nominis in Africa radix est,““ cet. Iacobus Raevardus libro Variarum III, cap. 10, ubi de Heliogabali nomine disserit, laudat numum veterem cum hac inscriptione: SACERDOS DEI SOLIS. ELAGAB. Unde videndum, ait, monente Guidone Laurino, num hoc Macrobii loco pro *Adad Agab* refingendum sit. *Adad* Assyriis *unum* notasse, sed *Ahad* vel *Elhad* potius scribendum docent me harum seu orientalium linguarum, peritiores: tum et confundi subinde, cum etiam *Badad* vox orientalibus sit *solus* seu *unicus*, ut ita *Adad* omissa perperam primore littera pro *Badad* hoc loco accepta videatur positaque. His adde alia quaedam notata Seldeno cap. 6. Syntagmatis lib. I. de diis Syriis.“ Pont. — Macrobius videtur statuisse *ad* significare *unum*, bis ergo positum *Adad* esse *unum unum*. Cf. Plin. N. H. XXXVII, 11. s. 71. *Adadu nephros, eiusdem oculus, et digitus dei: et hic colitur a Syris.* Salmasius in Exercc. Plin. p. 248 a F. „*Adadus* vel *Adodus* deus apud Syros. Hesychius: *Ἀδαδοὺς θεός τις παρὰ Φρυξὶ καλεῖται ἑρμαφρόδιτος.* Immo *παρὰ Σύροις.*“

18. *deam nomine Adargatin*] Cf. Strabo XVI, 1, p. 351. Tauchn. *Ἡ Βάμβύκη, ἣν καὶ Ἔδεσσαν καὶ Ἱερὰν πόλιν καλοῦσιν, ἐν ᾗ τιμῶσι τὴν Συρίαν θεὸν τὴν Ἀταργάτιν.* et ib. lib. extr. *Αἱ δὲ τῶν ὀνομάτων μεταπτώσεις καὶ μάλιστα τῶν βαρβαρικῶν πολλαί· καθάπερ ... Ἀταργατὴν τὴν Ἀθάραν· Δερκετὼ δ᾽ αὐτὴν Κτησίας καλεῖ.* Creuzer. II, p. 349, 392. *Atergatin* eam vocat additis p. 403 et 466. compluribus nominis formis: Boettiger. Id. I, p. 293. *Atargatin*.

his duobus attribuunt solem terramque intellegentes, nec multitudine nominum enuntiantes divisam eorum per omnes species potestatem, sed argumentis quibus ornantur significantes multi-
19 plicem praestantiam duplicis numinis. Ipsa autem argumenta solis rationem locuntur. Namque simulachrum Adad insigne cernitur radiis inclinatis, quibus monstratur vim caeli in radiis esse solis qui demittuntur in terram. Adargatidis simulachrum sursum
[323] versum reclinatis radiis insigne est monstrando radiorum vi su-
20 perne missorum enasci quaecunque terra progenerat. Sub eodem simulachro species leonum sunt, eadem ratione terram esse monstrantes qua Phryges finxere Matrem Deum, id est terram, leo-
21 nibus vehi. Postremo potentiam solis ad omnium potestatum summitatem referri indicant theologi, qui in sacris hoc brevissima precatione demonstrant dicentes: Ἥλιε παντοκράτορ, κόσμου
22 πνεῦμα, κόσμου δύναμις, κόσμου φῶς. Solem esse omnia et Orpheus testatur his versibus:

Κέκλυθι τηλεπόρου δίνης ἑλικαύγεα κύκλον
οὐρανίαις στροφάλιγξι περίδρομον αἰὲν ἑλίσσων,
ἀγλαὲ Ζεῦ Διόνυσε, πάτερ πόντου, πάτερ αἴης,
ἥλιε παγγενέτορ παντταίολε χρυσεοφεγγές.

XXIV. Hic cum Praetextatus fecisset loquendi finem, omnes in eum adfixis vultibus ammirationem stupore prodebant: dein laudare hic memoriam, ille doctrinam, cuncti religionem, adfirmantes, hunc esse unum archanae deorum naturae conscium, qui

[Mss. ABGPS.

sec. m.). *Atargatim* vcag. 19. *Adargatidis* scripsi e coni. *Adargidis* ABGS „B". *Adargatis* is-bP. — *radiis* add. a sec. m. G. 21. *et omnium* S. — *potestatem summitatemque* c-gb. „Quae lectio utique commendatur elegantia, adeo ut *potestas summitasque* sit summa potestas. Atque eadem usui auctoris videtur esse convenientior; nam paulo post *tantorum potestatem numinum* dicit." Zeun. — *παντοκράτωρ* vl. *πανταxράτορ* v3ichg. 22. *Orpheus*] Gesn. p. 371. Herm. p. 464. Lobeck. Aglaoph. p. 745. — vv. 1. 2. *Κέκλυθι ... ἑλίσσων* om. c. — v. 1. *δὴ ποροι* SP7. *πόρου* (om. *τηλε*) vi. *πώρου* a. — *δίνης ἑλικαύγεα* om. vi. *ΔΙΝΗC ΕΙΚΑΙΤΕΑ* P. *ΔΙΝΕC ΕΛΚΑΓΓΕΑ* B (P5 *Διnεc*). *δινης εα κάγγεα* P7. *διν ύσεα καγγεα* S. — v. 2. *οὐρανίας* P7. *ὁρανιαις* vi. — *στροφίηγξι* (v3i *ιξι*). — *ΠΕΡΙΔΡΟΜΟΝΑΙΕΝ* P. *περὶ δρόμον ἥλιε* vi. — *ἡέλιος ὢν* vi. — v. 3. *ΠΟΝΤΟΙ* B. *ποντοιο* v3i. *παντὸς* S. — v. 4. *παγγενετωρ* vl. *ΠΑΝΤΕΝΕΤΩΡ* B. *παγγενήτωρ* SP7. — *πανταίολε* BPSviP57. *παναίολε* c-b. *Πὰν αἰόλε* Gesn. Herm. Lob.

XXIV. *Caput XXIV. De laudibus variaque eruditione Virgilii. Tum de iis quae sequentibus libris per ordinem sunt explicanda.* chb. *Cap. XXXII. De laudibus Virgilii* v (i *Cap. XXXI*). 1. *finem loquendi* s-bP. *dicendi finem* S. — *Deinde* Sv3c-g. 3. *cum diceret*] Cf. c. 16.

argumentis] Vid. not. ad c. 19. § 17.

19. *solis rationem locuntur*] i. e. aperte indicant, ut alias (Cic. p. Mil. 20, 53.) absolute: *Res loquitur.*

Adad] h. l. genitivum casum significat.

sursum versum] est pleonasmus quidam (Vid. not. ad C. II, 5, 25.), qui invenitur apud Lucretium II, 188; apud Catonem R. R. 32, 1 et 33, 1. atque apud ipsum Ciceronem Or. 39, 135. et Partit. or. 7, 24.

20. *qua Phryges finxere Matrem Deum*] Vid. not. ad c. 21. § 7 sq.

XXIV, 1. *Conscium*] Vid. not. ad c. 7. § 17.

solus divina et adsequi animo et eloqui posset ingenio. Inter 2
haec Evangelus: Equidem, inquit, miror potuisse tantorum pote-
statem numinum conprehendi: verum, quod Mantuanum nostrum
ad singula, cum de divinis sermo est, testem citatis, gratiosius [324]
est quam ut iudicio fieri putetur. An ego credam, quod ille, 3
cum diceret: *Liber et alma Ceres* pro sole ac luna, non hoc in
alterius poetae imitationem posuit, ita dici audiens, cur tamen
diceretur ignorans? Nisi forte, ut Graeci omnia sua in inmen- 4
sum tollunt, nos quoque etiam poetas nostros volumus philoso-
phari: cum ipse Tullius, qui non minus professus est philoso-
phandi studium quam loquendi, quotiens aut de natura deorum
aut de fato aut de divinatione disputat, gloriam quam oratione
conflavit incondita rerum relatione minuat. Tum Symmachus: 5
De Cicerone, Evangele, qui conviciis inpenetrabilis est, post vide-
bimus: nunc, quia cum Marone nobis negotium est, respondeas
volo, utrum poetae huius opera instituendis tantum pueris idonea
iudices an alia illis altiora inesse fatearis? Videris enim mihi ita
adhuc Virgilianos habere versus qualiter eos pueri magistris prae-
legentibus canebamus. Immo pueri cum essemus, Symmache, 6
sine iudicio mirabamur, inspicere autem vitia nec per magistros
nec per aetatem licebat: quae tamen non pudenter quisquam ne-
gabit, cum ipse confessus sit. Qui enim moriens poema suum
legavit igni quid nisi famae suae posteritati subtrahendo curavit?

Edd. vicahgspdzb.]

§ 44. — *et luna* G Edd. — *et non* AG „2 Angl. — *posuerit* v-gb. „Legibus linguae magis est consentaneum.“ Zeun. 4. *poetas etiam* v-g. — *cum .. professus est philosophari* add. in mg. B. *philosophari* P (AG sup. *andi*). — *oratio* G. 5. *videmus* (sup. add. *bi*) G. — *tantum* om. P. — *esse* (sup. add. *in*) S. 6. *Symmache*, *inquit Evangelus*, c-gb. „Recte. Nam ita non modo orationis perspicuitati, sed consuetudini quoque Macrobii consulitur.“ Zeun. — *quisque* S. — *negabat* vl. — *qui nisi* a. — *famae suae convitia* v-g (ag .. *cia*) *famae suae vulnera* s-bBP. „Postrema vox (*vulnera*) non est in uno Angl.; sed in altero, nempe B, est *consulens*.“ — *posteritati* om. G (in quo legitur *famae suae re retrahenda*, sup. add. *memoriam posteritati subtrahendam*). — sub-

2. *gratiosius*] i. e. magis e gratia ortum.

3. *credam, quod*] Vid. not. ad Comm. I, 13, 18.

4. *quoque etiam*] Animadvertas has particulas coniunctas. Nam sufficiebat dicere *nos quoque poetas nostros*.

5. *De Cicerone .. post videbimus*] Vid. prolegg. p. XIII.

ita .. qualiter] Vid. prolegg. p. XXXV. not.

6. *non pudenter quisquam negabit*] i. e. impudens erit qui negabit.

moriens poema suum legavit igni] Cf. Donatum in vita Virgilii, quem citavit Zeunius, c. 14.: *Qui cum gravari morbo sese sentiret, scrinia saepe et magna instantia petivit crematurus Aeneida: quibus negatis testamento comburi iussit, ut rem inemendatam inperfectamque*, et Gell. N. A. XVII, 10, 7. *Itaque, cum morbo oppressus adventare mortem videret, petivit oravitque a suis amicissimis impense, ut Aeneida, quam nondum satis elimavisset, adolerent.*

quid nisi famae suae .. curavit] Vid. not. ad c. 21. § 24. Hunc huius verbi construendi morem Macrobii ignorasse videntur qui pro *subtrahendo* (sc. *poema*) scripserunt *vulnera* (famae) *subtrahenda* e libr. III, cap. 10. § 1.: *quin in medium detegat inscientiae Virgilianae vulnera.* Ad vocem *quid* intelligendum est *egit*

7 Nec inmerito: erubuit quippe de se futura iudicia, si legeretur petitio deae precantis filio arma a marito cui soli nupserat nec ex eo prolem suscepisse se noverat, vel si mille alia multum pu-[325]denda seu in verbis modo Graecis modo barbaris seu in ipsa
8 dispositione operis deprehenderentur. Cumque adhuc dicentem omnes exhorruissent, subtexuit Symmachus: Haec est quidem, Evangele, Maronis gloria, ut nullius laudibus crescat, nullius vituperatione minuatur: verum ista quae proscindis defendere quilibet potest ex plebeia grammaticorum cohorte, ne Servio nostro, qui priscos, ut mea fert opinio, praeceptores doctrina praestat, in excusandis talibus quaeratur iniuria: sed quaero, utrum, cum poetica tibi in tanto poeta displicuerit, nervi tamen oratorii, qui in
9 eodem validissimi sunt, placere videantur? Haec verba primum Evangeli risus excepit. Deinde subiecit: Id hercle restat denique, ut et oratorem Virgilium renuntietis: nec mirum, cum et ad phi-
10 losophos ambitus vester paulo ante provexerit. Si in hac opinione es, inquit Symmachus, ut Maro tibi nihil nisi poeticum sensisse aestimetur, licet hoc quoque eidem nomen invideris: audi, quid de operis sui multiplici doctrina ipse pronuntiet. Ipsius enim Maronis epistola, qua conpellat Augustum, ita inci-
11 pit: *Ego vero frequentes a te litteras accipio,* et infra: *De Aenea quidem meo, si mehercle iam dignum auribus haberem tuis, libenter mitterem: sed tanta inchoata res est, ut paene vitio mentis tantum opus ingressus mihi videar, cum praesertim, ut scis, alia quoque*
12 *studia ad id opus multoque potiora inpertiar.* Nec his Virgilii verbis copia rerum dissonat, quam plerique omnes litteratores

[Mss. ABGPS.

trahendo scripsi e coni. *subtrahenda* Edd. ABPS. 7. *Nec inmerito erubuit quippe* Bdz. *Nec immerito erubuit: quippe* vl. — *deprecantis* (om. *deae*) ABGv-g. „2 Angl." — *vel similia* BG. 8. *subtexit* s-z. „Recte Edit. vet. *subtexuit*. Sensus enim et usus Macrobii postulat. Sic infra [II, 4, 12] *plura in iocos effusa subtexuit*, et alibi." Zeun. — *est equidem* s-bP. — *nullus* (sup. add. *i*; bis) B. — *in tanto opere* (in mg.: al. *poeta*) S. — *sunt validissimi* Sv-g. 9. *hercl'e* G. *hercule* Edd. P. — *ut oratorem* (om. *et*) c-g. — *cum ad* (om. *et*) v-g „B". *cum et ad* (sup. add. *cum*) B. *cum eum et ad* H2. — *eum ambitus* s-bPS. 10. *Symmachus inquit* v-g. — *nil* S. — *existimetur* Sv-gb. — *incipit* (*ita* add. a sec. m.) B. 11. *litteras a te* G. — *mehercule* h-bP. — *tuis haberem* S. — *pene mentis* (om. *vitio*) A' „Fallor? an scripserat Maro: *Penuria mentis? Penuria* enim, teste Festo *id est quod pene minus sit, quam necesse est.* Coniecturam tamen quis praestet." Pont. — *ut scias* A. — *im-*

Ceterum hic locus delendus est prolegg. p. XLIII.

7. *petitio deae precantis filio arma a marito*] „Aeneid. VIII, 383. Ceterum de aliis quae in Virgilio olim sint reprehensa vide A. Gellium X, 9 et 10." ZEUN. Immo X, 16 et XVII, 10.

8. *dicentem .. exhorruissent*] Cf. Virg. Aen. VII, 265. *Voltus neve exhorrescat amicos.* Idem verbum absolute ponitur c. 11. § 2.

qui priscos .. praestat] Vid. not. ad c. 23. § 6.

ne Servio .. in excusandis talibus quaeratur iniuria] Cf. Terent. Andr. V, 1, 8. *Remittas iam me onerare iniuriis*, ubi Ruhnkenius *iniurias* interpretatur preces iniquas et iniustas.

9. *ambitus*] h. l. idem est ac iactatio, vel nimia gratia.

12. *litteratores*] Vid. not. ad § 20.

pedibus inlotis praetereunt, tamquam nihil ultra verborum explanationem liceat nosse grammatico. Ita sibi belli isti homines [326]
certos scientiae fines et velut quaedam pomeria et effata posuerunt, ultra quae si quis egredi audeat, introspexisse in aedem deae a qua mares absterrentur existimandus sit. Sed nos, quos 13
crassa Minerva dedecet, non patiamur abstrusa esse adyta sacri poematis, sed archanorum sensuum investigato aditu doctorum cultu celebranda praebeamus reclusa penetralia. Et ne videar 14
velle omnia unus amplecti, spondeo violentissima inventa vel sensa rhetoricae in Virgiliano me opere demonstraturum: Eusebio autem, oratorum eloquentissimo, non praeripio de oratoria apud Maronem arte tractatum, quem et doctrina et docendi usu melius exequetur: reliquos omnes qui adestis impense precatus sim, ut quid vestrum quisque praecipuum sibi annotaverit de Maronis ingenio velut ex symbola conferamus. Mirum in modum alacri- 15
tatem omnibus qui aderant haec verba pepererunt, et adsurgens quisque in desiderium alios audiendi non vidit et se in idem munus vocandum. Itaque hortatu mutuo concitati in adsensum fa-

Edd. vicahgspdzb.]
partiar chg. 12. *plerique pene omnes* v-g. *plerique et pene omnes* „B“. — *inlotis* om. P. — *sententiae* cah. — *exterterentur* A. „Scriptus *exterrentur*, nisi fuerit *externantur*.“ Pont. 14. *docendi usus* v. — *exequitur* A. — *ex symbolo* Edd. P. „Anglicanus *symbola*. Symbolum item *symbolus* et *symbola* indifferenter dici litteratoribus observatum est. Macrobius [I, 7, 7.] *velut ex symbola conferendis*.“ Pont. — *conferemus* (sup. *a*) G. 15 *pepererе* S. — *audiendi non vidit* (add. a sec. m. *in*) A. „Scriptus *audienti non invidit*. Verum erit *audiendi, non invidit*. Et

pedibus inlotis] Proverbium quod Erasmus Adag. I, 9, 55. ait esse a sacrorum cerimoniis translatum, et interpretatur „confidenter atque imperite“. Cf. Gell. I, 9, 8; XVII, 5 extr.; Dig. 1, 2, 1. Graece *ἀνίπτοις ποσὶ* apud Lucian. Demon. 4.; Rhet. praec. 14.; Pseudol. 4.

velut quaedam pomeria et effata] Cf. Liv. I, 44, 4. *Pomoerium .. est locus quem in condendis urbibus quondam Etrusci, qua murum ducturi erant, certis circa terminis inaugurato consecrabant. .. Hoc spatium .. neque habitari neque arari fas erat, .. et in urbis incremento semper quantum moenia processura erant, tantum termini hi consecrati proferebantur*; Gell. XIII, 14, 1. ex definitione augurum P. R.: *Pomoerium est locus intra agrum effatum per totius urbis circuitum pone muros regionibus certis determinatus, qui facit finem urbani auspicii.* Servius ad Aen. VI, 197. *Proprie effata sunt augurum preces. Unde ager post pomeria, ubi captabantur auguria, dicebatur effatus.* Vid. etiam Varron. L. L. V, 32, 143. et VI, 7, 65. Hartung. I, p. 114. Real-Enc. V, p. 1842 sq.

deae a qua mares absterrentur] i. e. Bonae Deae. Cf. c. 12. § 26. — „*Mares γενικῶς* accipio, nam nec bestias mares intrare fas fuit. Iuvenalis [VI, 339.]: *Testiculi sibi conscius unde fugit mus.*“ Pont. — Adde Sen. ep. 97. § 2.

13. *crassa Minerva*] Vid. Erasm. Adag. I, 1, 36: „Minerva iuxta poetarum fabulas artibus atque ingeniis praesidet: unde et illud fluxit: *invita Minerva*, praeterea illud: *pingui seu crassa Minerva*.“ Cf. Horat. Sat. II, 2, 3. *Abnormis sapiens crassaque Minerva*.

14. *violentissima inventa vel sensa rhetoricae*] De his et quae sequuntur cf. prolegg. p. XIX sq. et librum IV.

ut quid vestrum quisque .. annotaverit .. conferamus] Dicendum erat: *ut quod .. conferatis*. Cf. II, 1, 15.

15. *adsurgens quisque in desiderium*] Cf. Flor. III, 1, 10: *In ultionem Metellus assurgit*.

cile ac libenter animati sunt, intuentesque omnes Praetextatum orabant ut iudicium suum primus aperiret, ceteris per ordinem
16 quem casus sedendi fecerat secuturis. Et Vettius: Equidem inter omnia quibus eminet laus Maronis hoc assiduus lector ammiror, quia doctissime ius pontificium, tamquam hoc professus, in multa et varia operis sui parte servavit: et, si tantae dissertationi sermo
[327] non cesserit, promitto fore ut Virgilius noster pontifex maximus
17 adseratur. Post hunc Flavianus: Apud poetam nostrum, inquit, tantam scientiam iuris auguralis invenio, ut, si aliarum disciplinarum doctrina destitueretur, haec illum vel sola professio sublima-
18 ret. Eustathius deinde: Maxime, inquit, praedicarem, quanta de Graecis cautus et tamquam aliud agens modo artifici dissimulatione modo professa imitatione transtulerit, ni me maior ammiratio de astrologia totaque philosophia teneret, quam parcus et so-
19 brius operi suo nusquam reprehendendus aspersit. Furius Albinus alterum fovens Praetextati latus, iuxtaque eum Caecina Albinus, ambo vetustatis adfectationem in Virgilio praedicabant, alter

[Edd. ABGPS.

puto mens liquet." Pont. 16. *doctissimum eius* P. — *operis sui arte* s-bP. — *dissertationis* ASv-gd-b. — *non cesserit* A*BGSviag „2 Angl." „Recte." Pont. *non recesserit* ch. „Non male." Zeun. *concesserit* Ps-z. 17. *iuris angularis* vl. 18. *artifici* AB „B" Gron. ad Comm.

quem casus sedendi fecerat] Noli coniungere *casus sedendi*. Intelligendum est: *quem ordinem sedendi*.

16. *quia*] Vid. not. ad Comm. I, 6, 62.

in multa et varia operis sui parte] Cf. V, 13, 33. *in omni operis sui parte*. Hoc loco Macrobius singulari pro plurali numero utendo elegantiam quandam affectasse videtur, ut aiunt poetae, Virg. Ecl. I, 34. *multa victima*, Horat. Od. IV, 5, 33. *multa prece*, et Epod. II, 31. *multa cane*, in quibus quidem locis paulo alia est ratio, quum substantiva collectivo sensu sint usurpata. Hoc is non intellexisse videtur qui pro *parte* scripsit *arte*.

si tantae dissertationi sermo non cesserit] *Si non* ponitur pro *nisi*, et sermo dissertationi cedere dicitur tanquam oneri, ut ait Quintil. X, 1, 24. *et labuntur aliquando et oneri cedunt*. Similem sententiam Cicero de re p. I, 23, 37. expressit sic: *Neque enim est periculum ne te de re publica disserentem deficiat oratio*.

ut Virgilius noster pontifex maximus adseratur] Cf. lib. III, cc. 1-9. et prolegg. p. XIX. Videtur imitari Servium. Certe multa eius similia citat Klausen. (Aen. p. 913.), ad Virg. Aen. I, 179, 305, 706; II, 2; III, 20, 359, 607; IV, 29, 103, 137, 262; VI, 176; VIII, 552; X, 228; XI, 76; XII, 492. Adde VIII, 363. Sed Aeneas ipse dicitur esse pontifex et apud Servium et infra III, 2, 17. et 6, 3.

17. *Post hunc Flavianus*] Huius de iure augurali disputatio tota intercidit. Cf. Prolegg. p. XVIII sq.

sublimaret] Cf. Fest. lib. XVIII, p. 306. Muell.: *Sublimavit dixit* (Cato), *id est in altum extulit*, *Originum* lib. II.: *In maximum decus atque in excelsissimam claritudinem sublimavit*.

18. *quanta de Graecis .. transtulerit*] Cf. totum librum V.

tamquam aliud agens] Cf. III, 4, 5. *velut aliud agendo*, et V, 2, 2. *tamquam illic nata*, et Servium ad Virg. Georg. I, 269. Idem valet *latenter* apud eundem ad Aen. I, 179. et IV, 262.

artifici dissimulatione] Cf. V, 16, 12. *dissimulanter imitatur*, et .. *faciat velut aliud videri*.

de astrologia totaque philosophia] Cf. § 21. et V, 2, 2. *Nam praeter philosophiae et astronomiae amplam illam copiam, de qua supra disseruimus*.

19. *alter in versibus*, *Caecina in*

in versibus, Caecina in verbis. Avienus: Non adsumam mihi, ait, 20
ut unam aliquam de Virgilianis virtutibus audeam praedicare, sed audiendo quaecunque dicetis, si quid vel de his mihi videbitur vel iamdudum legenti annotandum visum est, oportunius proferam: modo memineritis a Servio nostro exigendum ut quicquid obscurum videbitur quasi litteratorum omnium longe maximus palam
faciat. His dictis et universo coetui conplacitis Praetextatus, cum 21
in se conversa omnium ora vidisset: Philosophia, inquit, quod unicum est munus deorum et disciplina disciplinarum, honoranda est anteloquio: unde meminerit Eustathius primum sibi locum ad disserendum omni alia professione cedente concessum. Huic tu, mi Flaviane, succedes, ut et auditu vestro recreer et aliquanto silentio instaurem vires loquendi.

Inter haec servilis moderator obsequii, cui cura vel adolendi 22
Penates vel struendi penum et domesticorum actuum ministros [328]
regendi, ammonet dominum familiam pro sollemnitate annui moris
epulatam. Hoc enim festo religiosae domus prius famulos in- 23
structis tamquam ad usum domini dapibus honorant: et ita de-

Edd. vicahgspdzb.]

II, 16, 4. *artificii* Edd. GP. *artificis* S. 19. *alter in verbis* v-gb. „*Caecina* inepte repetitur. Igitur repone *alter*, quod reperitur in Edit. vet.“ Zeun. 20. *mihi, inquit*, v-g. — *omnium linguis maximus* coni. Pontanus dicens se in scripto legisse *longius*. At in A est *longe*.
21. *ante eloquia* S. — *mihi Flaviane* vl. 22. *obsequi* ch (A sup. add. *i*). — *poeni* S. 23. *patrias familias* BG. *patri familias* S.

verbis] Cf. I, 3, 6. *partim diurna, alia nocturna*, et vid. lib. VI, capp. 1–3 et 4 sq.

20. *audiendo*] Vid. prolegg. p. xl.

a Servio nostro exigendum cet.] Cf. lib. VI, capp. 6 sqq.

quasi litteratorum longe maximus] Hic locus et supra alius, § 8. *qui priscos praeceptores doctrina praestat*, addendi erant prolegg. p. xxix, g. Sed *litteratum*, non *litteratorem*, Servium appellasse forsitan dixeris Macrobium, quum apud Sueton. illustr. gramm. c. 4. legatur: *Sunt qui litteratum a litteratore distinguant, ut Graeci grammaticum a grammatista; et illum quidem absolute, hunc mediocriter doctum existiment.* At cf. § 12. et V, 19, 31. Neque res est satis certa: nam idem Sueton. paulo supra Cornelii Nepotis locum attulit, qui docuit *litteratos* eosdem *litteratores* vocitatos. Vid. etiam Gu. A. Becker. Gall. I, p. 121. ed. I.

21. *Philosophia ... honoranda est anteloquio*] Cf. § 18. Disputatio ipsa intercidit. Vid. prolegg. p. xviii. extr. — Vocem *anteloquium*, quae legitur etiam infra § 24., et VII, 4, 2., raram esse observavit Barthius Advers. XXXVII, 6. p. 1683.

auditu vestro] i. e. vos audiendo.

22. *servilis moderator obsequii*] Idem infra § 23. dicitur *praesul famulitii*. Varia ei tribuuntur ministeria: *cui cura vel adolendi Penates*, quod est *atriensis*, (cf. Sueton. Domit. c. 17. *Puer curae Larium cubiculi ex consuetudine assistens*, et Becker. l. c. p. 110 sq. Klausen. II, p. 648.), *vel struendi penum*, quod est *cellarii*, vel *condi promi* vel *procuratoris peni* (cf. Plaut. Pseudol. II, 2, 14., Becker. l. c. p. 109 et 111.), *et domesticorum actuum ministros regendi*, quod est *actoris* (cf. Colum. I, 7 extr. *Ita fit, ut et actor et familia peccet*, Becker. l. c. p. 108). Ceterum imitatus est Macrobius Virgilium Aen. I, 703 sq.: *Quinquaginta intus famulae, quibus ordine longo Cura penum struere et flammis adolere Penatis.* Quid sit penus, docet Gellius N. A. IV, 1, 14 sqq. Klausen. II, p. 636 sqq.

pro sollemnitate annui moris] Vid. prolegg. p. xlii. Supra, c. 10. §

mum patribus familias mensae apparatus novatur. Insinuat igitur
24 praesul famulitii coenae tempus et dominos iam vocare. Tum Praetextatus: Reservandus igitur est Virgilius noster ad meliorem partem diei, ut mane novum inspiciendo per ordinem carmini destinemus. Nunc hora nos ammonet ut honore vestro haec mensa dignetur. Sed et Eustathius et post hunc Nicomachus meminerint crastina dissertatione servari sibi anteloquii functio-
25 nem. Et Flavianus: Ex placita iam vos lege convenio, ut sequenti die Penates mei beari se tanti coetus hospitio glorientur. His cum omnes assensi essent, ad coenam, alio aliud de his quae inter se contulerant reminiscente adprobanteque, cum magna alacritate animi concesserunt.

[Mss. ABGPS.
patris familias v-g. — *vocatur* (sup. *nov.*) G. — *Insinuat ergo* v-g. — *famuli tui* S. *famuli cui* v1. *famulitii cui* v3ch. 24. *reservandus ergo* v-g. — *et mensa* B a p. m.; G. — *Sed Eustachius* (om. *et*) A (G ..*cius*). — *Nicomachus* Sv-gbP. „Ms. et editi omnes pariter. Rectissime: id enim fuit nomen Flaviani.“ Gron. *nichomachus* ABG. *Symmachus* s-z. 25. *animi* om. „B“. — *discesserunt* M2.

Macrobii Ambrosii Theodosii viri illustris Saturnaliorum liber primus explicit feliciter. M3. *Macrobii Theodosii viri illustrissimi Saturnaliorum liber primus explicit feliciter.* M1. *Macrobii Theodosii viri illustris Saturnaliorum liber primus explicit.* P6. *Macrobii Saturnaliorum liber primus explicit. Incipit secundus.* M2. *Explicit liber I. Saturnaliorum. incipit secundus.* P. *Explicit liber primus. incipit liber secundus.* P7. Pleraeque editiones subscriptione carent. In chg legitur *Finis libri primi* et praeterea haec Arnoldi Vesal. verba: „Facile (g add.: „inquit Vesaliensis“) hic primi libri finis ostendit, quam multa in sequentibus desiderentur. Quota enim pars de rhetoricis observationibus extat? Ubi de scientia auguralis ulla fit mentio? Ut ne dicam interim, quam multa desint et reliquorum, quam confusa omnia sint, uti suis locis sumus indicaturi.“ In s quindecim sunt asterisci.

22. *cum servis vesci* dicuntur *domini.*

23. *ita*] h. l. idem fere est quod *hoc facto*, vel *tum*. Vid. Hand. Tursell. III, p. 488 sq.

Insinuat] Cf. prolegg. p. xliv.

praesul famulitii] Cf. supra § 22. et c. 17. § 1.

24. *ad meliorem partem diei*] i. e. ante coenam. Cf. c. 5. § 11.

ut honore vestro haec mensa dignetur] „Ἀρχαΐζει. *Dignor* passive protulit secutus Maronem [Aen. III, 475.]: *Coniugio Anchisa Veneris dignate superbo.* Immo Plautum potius, qui in re conviviali similiter dixerat, absque correctoribus fuisset, Pseudolo [V, 1, 8.]: *Ita victu excurato, ita munditiis dignati.*“ Pont., qui adiicit vulgo legi *digni ah*, ab aliis mutatum in *digne ah.*

Nicomachus] Alterum hoc nomen est Flaviani, qui in dicendo succedere Eustathio iubetur § 21. Vid. prolegg. p. xxvi. Quod ignorasse videtur Carrio, qui in edit. Steph. primus scripsit *Symmachus.*

25. *Ex placita iam lege*] Hoc quo referendum sit, minus liquet. C. 2. § 5. res narratur tantummodo; c. 5. § 11. et c. 7. § 7. de primo tantum Saturnaliorum die sermo est. Itaque haec verba ad proxime antecedentia tantum possunt referri.

vos .. convenio] quod idem fere valet ac *vos .. adeo*, haud commode h. l. dictum esse facile patet. Verborum, praesertim proxime sequentium, tumorem notavi prolegg. p. xxxix. Praeterea vid. not. ad c. 5. § 12.

MACROBII AMBROSII THEODOSII

V. C. ET INL.

CONVIVIORUM PRIMI DIEI

SATURNALIORUM

LIBER SECUNDUS.

[Ed. Bip. vol. I. p. 329.]

I. Hic ubi modestus edendi modus cessare fecit castimo- 1
niam ferculorum et convivalis laetitia minusculis poculis oriebatur, Avienus ait: Bene ac sapienter Maro noster tumultuosum et sobrium uno eodemque versu descripsit sub paucorum verborum inmutatione convivium. Nam ubi sub adparatu regio procedere solet luxus ad strepitum,

Postquam prima, inquit, *quies epulis:*

at, cum heroes castigatis dapibus adsidunt, non reducit quietem, quia nec praecessit tumultus, sed:

[Mss. ABGPS. Edd. vicabgspdzb.]

Macrobii Theodosii Saturnaliorum liber secundus. A. *Macrobii Aurelii Theodosii viri consularis et illustris Saturnaliorum liber secundus.* v-g. *Aurelii Macrobii Ambrosii Theodosii viri clarissimi et illustris conviviorum secundi diei Saturnaliorum liber secundus.* s-z (b *primi diei.*) „Haec conviviorum in dies discretio Stephani solius inventum est. *Secundi* hic *diei* conventum fecit qui revera adhuc *primi* est. Hoc si mihi non creditur, credatur vel exodio libri praemissi, ubi non discessus indicitur, sed ad epulas et pocula concessus.“ Pont.

I. *Caput I. Qua occasione de iocis ac dicteriis veterum sermo ortus fuerit inter convivas.* ch-b. 1. *Hinc ubi* P5. *Sic ubi* v-gM13. — *ferculo* v. — *convivialis* A. — *ac sobrium* Edd. PS. — *imitatione* A. *mutatione* GSv. — *Postquam prima*] Aen. I, 723. — *escati gratis dapi-*

I, 1. *Hic*] i. e. deinde. Cf. I, 11, 2; I, 24, 1.

cessare fecit castimoniam ferculorum] Cf. prolegg. p. XL et XLII sq. Non castimonia cessavit, sed ipsa fercula, quae dicuntur fuisse casta.

minusculis poculis] Modum significare vult, ut ait Cicero Cat. M. 14, § 46.: *pocula, sicut in symposio Xenophontis* [2, § 26.] est, *minuta atque rorantia.*

uno eodemque versu] i. e. versibus in eundem modum comparatis. Communia sunt his versibus verba: *Postquam ... epulis, mensaeque remotae*, differunt autem insertis verbis in alterum *prima quies*, in alterum *exempta fames.*

nec] Hoc loco idem fere valet ac

[330] *Postquam exempta fames epulis.*

2 Nostrum hoc convivium, quod et heroici seculi pudicitiam et nostri conduxit elegantiam, in quo splendor sobrius et diligens parsimonia, Agathonis convivio vel post magniloquentiam Platonis
3 non conponere tantum sed nec praeferre dubitaverim. Nam ipse rex mensae nec in moribus Socrate minor et in re publica philosopho efficacior: ceteri qui adestis eminentiores estis ad studia virtutum quam ut poetis comicis et Alcibiadi, qui tantum fuit fortis ad crimina, aliisque quibus frequens illud convivium fuit
4 vos quisquam aestimet conparandos. Bona verba quaeso, Praetextatus ait, circa reverentiam tantum Socraticae maiestatis: nam reliquis qui in illo fuere symposio haec lumina quis non praeponenda consentiat? Sed quorsum tibi, Aviene, hoc tendit exem-
5 plum? Quia sub illorum, inquit, supercilio non defuit qui psaltriam intromitti peteret, ut puella ex industria supra naturam mollior canora dulcedine et saltationis lubrico exerceret inlecebris
6 philosophantes. Illic hoc fieri temptatum est, ut Agathonis victoria celebraretur: nos honorem dei cuius hoc festum est nullo admixtu voluptatis augemus. Neque ego sum nescius vos nec tri-

[Mss. ABGPS (Vindo a § 7.).
bus P. — *sed inquit* i-b. — *Postquam exempta*] Aen. I, 216. 3. *ceteros* „B". — *eminentiores estis* om. A „abest ab Angl.". — *ad virtutum studia* v-g. — *et calcibus adi* A. — *existimet* Sv3-gb. *extimet* v1.
4. *Quia ... philosophantes*] Cf. Io. Saresb. VIII, 12. — *reverentiam tamen* S. — *fuerunt* Sv-g. — *contendit* „B". 5. *saltriam* A. — *salutationis* v. — *illecebres* S. 6. *agemus* aut *agamus* coni. Zeun. cum adnot.: „*Honor* enim *dei* hic significat diem festum in honorem dei. *Agere* autem esse *celebrare* vel pueris notum est." — *nos nec* v. — *nunon*, sed infra § 2. apertius significat *ne-quidem*. Cf. prolegg. p. XLI.

2. *conduxit*] h. l. idem valet ac *in se coniunxit*. Cf. I, 22, 8. *nexus aeternitate conductus*.

Agathonis convivio] Cf. I, 1, 3. *in illo Platonis symposio*, qui locus totus cum hoc est conferendus.

3. *rex mensae*] est Vettius Praetextatus. Cf. I, 5, 13. et prolegg. p. XXII sqq.

poetis comicis] His verbis describit Aristophanem.

qui tantum fuit fortis ad crimina] „Iuvenal. [IV, 3.] *Solaque libidine fortis*, et Seneca rhetor. [Contr. I. praef. med.] *In istis vulsis atque expolitis et nusquam nisi in libidine viris quaerite oratores.*" Pont.

4. *Bona verba quaeso*] Haec verba ad Terent. Andr. I, 2, 33. Ruhnkenius (quem vid.) interpretatus est: *loquere meliora*.

haec lumina] Cf. Cic. Catil. III, 10, 24. *Clarissimis viris interfectis lumina civitatis exstincta sunt.*

5. *sub illorum supercilio*] i. e. quamvis graves se esse illi simularent.

qui psaltriam intromitti peteret cet.] Eryximachus dicitur apud Platonem p. 176. ingressam tibicinam ad mulieres statim relegasse, videntur ergo haec referenda esse aut ad eum qui hanc advocaverat, aut ad Alcibiadem qui p. 212. dicitur venire cum tibicina.

supra naturam mollior] i. e. delicatior.

saltationis lubrico] Cf. Comm. I, 8, 4. *tam rigidae definitionis abruptum* et prolegg. p. XXXIX. Pontanus confert Iuvenal. XI, 162–167.

6. *Agathonis victoria*] Cf. Plat. Symp. p. 173. *Ὅτε τῇ πρώτῃ τραγῳδίᾳ ἐνίκησεν Ἀγάθων.*

dei cuius hoc festum est] Cf. I, 7, 30. *Saturno .. cuius festum Saturnalia nominarunt.*

admixtu voluptatis] Vid. not. ad I, 10, 22.

stitiam nec nubilum vultum in bonis ducere, nec Crassum illum quem Cicero auctore Lucilio semel in vita risisse scribit magnopere mirari. Ad haec cum Praetextatus diceret ludicras volupta- 7
tes nec suis Penatibus adsuetas nec ante coetum tam serium producendas, excepit Symmachus: Quia 8

Saturnalibus optimo dierum, [331]

ut ait Veronensis poeta, nec voluptas nobis ut Stoicis tamquam hostis repudianda est, nec ut Epicureis summum bonum in voluptate ponendum, excogitemus alacritatem lascivia carentem: et, ni fallor, inveni, ut iocos veterum ac nobilium virorum edecumatos ex multiiugis libris relatione mutua proferamus. Haec nobis 9
sit litterata laetitia et docta cavillatio vicem planipedis et sabulo-

Edd. vicahgspdzb.] *bilum multum* s. „At Anglicanus et vetuste omnes cusi *nubilum vultum* et ita reponi fecimus." Pont. — *semel* om. P. — *scribitur* A. *dicit* S.

7. *Praetextatus cum* s-bP. 8. *Veronensis poeta*] Catull. ad Calv. Licin. 15. — *habeamus* (sup. *excogitemus*) G. — *ut et iocos* G.

9. *vitans morem Planipedis et Sannionis* g in mg. „*Subulonis* legendum putat Theod. Marcilius ad Sueton. At Salmasius ad eund. mavult *fabulonis* ex glossis Isidori, in quibus *fabulo congerro* exponitur, item *fabulo fabulas componens*, et *fabulones fabularum inventores.*" Pont. Verum Festus [p. 309. Muell.] *Subulo*, inquit, Tusca est dictio qua significatur tibicen, quod ipsum et Q. Ennius poeta in hoc versu posuit: *Subulo quondam marinas propter adstabat aquas.* Vid. Petr. Crinitum lib. 18. c. 5. Glossarium *subulo αὐλητής*. Posteriorem hanc emendationem non respuat sententia Prisci (vid. not.). At alteram illam quae *fabulo* legit, videntur ipsa Macrobii verba suadere." Add. in dz. „Gesnerus in Thesauro legendum esse existimat *subulonis:* quod nomen apud Ausonium Epigr. LXIX, 8. dicatur in homine impuro, corruptore puerorum." Zeun. Cf. Mueller. Etrusk. II, p. 201., ubi reprehenditur Boettigerus, quod Amalth. III, p. 195. *subulones* dixerit ludibrio nominatos esse tibicines Tuscos.

nec nubilum vultum in bonis ducere] „Allusum, ut puto, ad istud vetus [Ovid. Metam. VIII, 678 sq.]: *Super omnia vultus Accessere boni nec iners pauperque voluntas.* Cyprianus de lapsis: „*Veste mutata neglecto capillo, vultu nubilo.*" Pont. — Adde Ovid. Metam. V, 512 sq. *Ibi toto nubila vultu Ante Iovem passis stetit invidiosa capillis*, et quae praeterea attulit Freundius in lexico s. h. v. II, 13.

quem Cicero .. semel in vita risisse scribit] „Locus extat Fin. V, 30. [§ 92.] Hunc M. Crassum nunquam risisse auctor est Plinius N. H. VII, 19. [s. 18. § 79.]." Zeun. — Adde Pseudo-Ascon. in Act. I. Verr. p. 128.

7. *suis Penatibus*] Vid. not. ad I, 5, 12.

8. *edecumatos*] Vid. not. ad I, 5, 17.

ex multiiugis libris] Cf. Apul. de mag. 36. *Aristotelis .. multiiuga volumina*, et alia declinatione Cicero ad Att. XIV, 9, 1. *ex tuis litteris, quas quidem multiiuges accepi uno tempore.*

9. *litterata laetitia et docta cavillatio*] „Tale quoque Prisci symposium apud Martial. [IX, 27.]: *Quod optimum sit disputat convivium Facunda Crispi pagina: Et multa dulci, multa sublimi refert, Sed cuncta docto pectore. Quod optimum sit quaeritis convivium? In quod choraules non venit.*" Pont.

vicem planipedis et sabulonis .. imitata] „*Planipedes neaniscologi* sunt, ut docet ad Iuvenalis [VIII, 191.] illud: *Planipedes audit Fabios* interpres vetus. Sed videndum num apud interpretem illum legi praestet *nealeschologi.*" Pont. — Salmasius de pall. p. 335. melius emendavit *neanicologi.* — „De *planipede* ad Gellium I, 11. [§ 12. *planipede saltanti*] locum Diomedis lib. III. [p. 487. P.] laudat Carrio: *Quarta est species planipedis, qui Graece dicitur μῖμος. Ideo autem*

nis inpudica et praetextata verba iacientis ad pudorem ac mode-
10 stiam versus imitata. Haec res et cura et studio digna veteribus visa est: et iam primum animadverto duos quos eloquentissimos antiqua aetas tulit, comicum Plautum et oratorem Tullium, eos
11 ambos etiam ad iocorum venustatem ceteris praestitisse. Plautus quidem ea re clarus fuit, ut post mortem eius comoediae, quae incertae ferebantur, Plautinae tamen esse de iocorum copia nosce-
12 rentur. Cicero autem quantum in ea re valuerit quis ignorat qui vel liberti eius libros quos is de iocis patroni conposuit, quos

[Mss. ABGPSV.

— *praetexta* ABGV „2 Angl.". — *at pudorem* Avag. *ac pudorem* ich. *et pudorem* „2 Angl.". — *modestiam risus* g in mg. 10. *digna est* (sup. *visa*) B. — *etiam primum* ASvi. *et iam primo* cahg. „Ineptam reddit orationem immissa vox *iam*, eliminanda fide libri." Pont. — *dūhos* (*ū* e corr) B. 12. *de patroni iocis* v–g. — *sua etiam* A. 13.

Latine planipes dictus, quod actores planis pedibus, id est nudis, in proscenium introirent, non, ut tragici actores cum cothurnis, neque ut comici cum soccis: sive quod olim non in suggestu scenae, sed in plano orchestrae positis instrumentis mimicis actitabant. Cuius planipedis Atta togatarum scriptor ita in aedilicia fabula meminit: Daturin' estis aurum? exsultat planipes." Zeun. — Idem valere videtur *planus* ap. Cic. p. Cluent. 26, 72., Petron. Sat. 82., Plin. N. H. XXXV, 10 s. 36. § 89. Sill. — *Sabulo*, si genuinum, est *ἅπαξ λεγόμενον*, fortasse a sabulo derivatum, ut nebulo a nebula, quod quidem negat Doederlinus Synon. VI, p. 234. et Handb. d. Etym. p. 119. Nos certe fere eodem sensu dicimus: *einem Sand in die Augen streuen* et *einem einen blauen Dunst vormachen.*

inpudica et praetextata verba] „*Praetextata verba* quid sint, cum ex hoc loco intelligi potest, ubi permutantur cum impudicis, tum ex Gell. IX, 10. [§ 4.], ubi opponuntur puris et honestis. Sed unde sic dicantur, inter interpretes non convenit. Festus quidem [lib. XVI, p. 245.] sic dicta esse contendit, quod nubentibus depositis praetextis clamata sint obscoena a multitudine puerorum. Sed vide quae contra dicat Gronovius ad Gellium l. l." Zeun. — Festus l. c. aliam praemittit interpretationem: *quod praetextatis nefas sit obscoeno verbo uti.* Alii, ut Freundius in lexico, dicunt praetextata esse velata verba: „*verblümte Worte*". Forcellinus esse verba quibus aliquid praemitti vel praetexi debeat honoris causa. Quae verba dicantur *praetextata* (quam scripturam in tanto consensu aliorum scriptorum nolui mutare, quamvis maior codicum numerus habeat *praetexta*), docet etiam Suetonius, qui Vespas. c. 22. *Erat enim*, inquit, *dicacitatis plurimae et sic scurrilis ac sordidae, ut ne praetextatis quidem verbis abstineret.*

10. *ceteris praestitisse*] Alias Macrobius hoc verbum iungit cum accusativo. Vid. not. ad I, 23, § 6.

11. *Plautinae esse .. noscerentur*] Notanda est verborum structura, cuius par omnino exemplum non inveni apud Macrobium. De re vid. Gell. N. A. III, 3 sqq.

12. *vel liberti eius libros*] „Quintilianus Institutt. VI, 4. [immo 3, 5.]: *Utinam*, inquit, *libertus eius Tiro, aut alius quisquis fuit qui de hac re* (facetiis et iocis Ciceronis) *libros edidit, parcius dictorum numero indulsissent et plus iudicii in eligendis quam in congerendis studii abhibuissent: minus obiectus calumniantibus foret* (nam Cicero a L. Papirio Paeto quoque *scurra veles* dictus est), *qui tamen nunc quoque, ut in omni eius ingenio facilius quid reiici quam quid adiici possit, invenient.* Conf. Corradi Quaest. p. 41. ed. Lips., ubi Cicero et adversus Plutarchi criminationes defenditur." Zeun.

de iocis patroni] „Eiusmodi antiquitus libelli *ineptiae* inscripti. Tranquillus [de ill. gramm. 21.]: *Atque .. libellos ineptiarum, qui nunc iocorum inscribuntur, componere instituit.*" Pont.

quidam ipsius putant esse, legere curavit? Quis item nescit consularem eum scurram ab inimicis appellari solitum? quod in oratione etiam sua Vatinius posuit. Atque ego, ni longum esset, 13
referrem, in quibus causis, cum nocentissimos reos tueretur, victoriam iocis adeptus sit: ut ecce pro L. Flacco, quem repetundarum reum ioci oportunitate de manifestissimis criminibus exemit. Is iocus in oratione non extat: mihi ex libro Fusii Vivaculi notus est, et inter alia eius dicta celebratur. Sed in hoc 14
verbum non casu incidi: volens feci. Iocos enim hoc genus ve- [332]
teres nostri *dicta* dicebant. Testis idem Cicero, qui in libro epistolarum ad Cornelium Nepotem secundo sic ait: *Itaque nostri, cum omnia quae dixissemus dicta essent, quae facete et breviter et acute locuti essemus, ea proprio nomine appellari dicta voluerunt.* Haec Cicero. Novius vero Pomponiusque iocos non raro *dicteria*

Edd. vicahgspdzb.]
manifestis G. — *constat* G. — *Fusii* Edd. PS „BC". *cusi* A. *Frisii* P5. *Furii* g in marg. *Fufii* BGVM123. — *Vivaculi* Mss. v-gM123P257 (Quod e „C" enotatum est, *uun*, videtur etiam significare *viv.*). *Iuvaculi* „B". *Bivaculi* sp. *Bibaculi* dzb (g in mg). — *dicteria* v-gbP. „Lege cum Edit. vet. *dicteria* hic semper praeterquam infra ubi *dicta* Nonii et Pomponii sunt retinenda ob particulam *vero*, quae indicat aliquid novi proferri, ... et titulus ipse huius capitis comprobat *dicteria.*" Zeun. 14. *in hoc verbo* v-g. — *Iocus* BGSM1P57 (A sup. a sec. m. *orum*). *locus* V. *locum* M2. — *dicteria* v-gb. — *facere* A. — *acuta elocuti* V. — *dicteria* v-gb. — *Novius* ASVvias-zM123P267. *Nevius* BG. *Nonius* chgbP. „Lege cum Ed. vet. *Nonius.*" Zeun. — *locus* V. — *dicta* s-z.

quos .. legere curavit] Similiter Cicero, sed cum negatione, Acad. I, 2, 4: *Itaque ea nolui scribere quae nec indocti intelligere possent nec docti legere curarent.*

scurram] Cf. Cic. ep. ad famil. IX, 20, 1., ad quem locum modo respexit Zeunius.

13. *repetundarum reum*] cum Asiam provinciam obtinuisset D. Iunio Silano et L. Licinio Mureno consulibus.

ex libro Fusii Vivaculi] „Macrobius lib. III, c. 2. [§ 8.] *Valesios et Fusios dictos prius nunc Valerios et Furios dici.* Non itaque hic mendum, sed scribendi vetus norma." Pont. — Obsecutus sum, quum haec scriptura non omnino destituta sit codicum auctoritate. Certe erravit Macrobius, si scripsit *Fufios*, cum Furia gente ortus esset Bibaculus. *Fusii* fortasse scripsit, ut antiquitatem affectaret. Falsam orthographiam *Vivaculi* tangere nolui in tanto codicum consensu. Hic Bibaculi liber videtur inscriptus fuisse *Lucubrationum.* Cf. Plin. Praef. in N. H. § 24. Sill.

14. *hoc genus*] Est accusativus ille quem dicunt relationis, cuius exempla vide apud Freundium s. v. *genus* II, B, 1, b.

veteres nostri dicta dicebant] „Plautus Sticho scen. ult. act. II. [v. 75.]: *Ibo intro ad libros et discam de dictis melioribus.*" Pont. — „Varro de ling. Lat. [VI, 61.]: *Hinc appellatum dictum in mimo ac dictiosus. Hinc in manipulis castrensibus dicta ducibus.* Martial. [I, 4, 3 sq.]: *Consuevere iocos vestri quoque ferre triumphi, Materiam dictis nec pudet esse ducem.* Videndae animadvers. Casauboni ad lib. I. Suetonii cap. 26. [immo 56.]." Add. in dz. — Adde Cic. de or. II, 54, § 222. *Nam ea* (salsa) *dicta appellantur proprio iam nomine.* Quintil. VI, 3, 16: *Quin illae ipsae* (materiae) *quae dictae sunt ac vocantur, quas certis diebus festae licentiae dicere solebamus.* cet. Graece dicuntur ἀποφθέγματα. Vid. not. ad § 15.

iocos non raro dicteria nominant] „Varro ὄνος λύρας [Cf. Nonius 101, 3. *Dicteria quasi dicta non seria*]: *Et orthophallica attulit psalte-*

15 nominant. Marcus etiam Cato ille Censorius argute iocari solitus est. Horum nos ab invidia muniret auctoritas, etiamsi nostris cavillaremur: at cum veteribus dicta referamus, ipsa utique auctorum dignitate defendimur. Si ergo probatis inventum, agite quod cuique de dictis talibus in mentem veniet vicissim memo-
16 riam nostram excitando referamus. Placuit universis laetitiae excogitata sobrietas: et ut Praetextatus incipiendo auctoritatem de exemplo praeberet hortati sunt.

II. Tum ille: Dictum volo hostis referre, sed victi et cuius memoria instaurat Romanorum triumphos. Hannibal Carthaginiensis apud regem Antiochum profugus facetissime cavillatus est.
2 Ea cavillatio huiuscemodi fuit. Ostendebat Antiochus in campo copias ingentes quas bellum populo Romano facturus conparaverat, convertebatque exercitum insignibus argenteis et aureis flo-
[333] rentem: inducebat etiam currus cum falcibus et elephantos cum turribus equitatumque frenis et ephippiis, monilibus ac faleris praefulgentem. Atque ibi rex contemplatione tanti et tam ornati exercitus gloriabundus Hannibalem aspicit et: *Putasne,* inquit, *sa-*
3 *tis esse Romanis haec omnia?* Tunc Poenus eludens ignaviam inbelliamque militum eius pretiose armatorum: *Plane,* inquit, *sa-*

[Mss. ABGPSV.

„Nihil id novi, nam iam docuerat ex Cicerone. Sed aliud vult et servat liber, in quo: *dicteria.*“ Pont. 15. *censeri* (sup. *iocari*) G. — *a veteribus* v-g. — *excitando referemus* (sup. add. *r*) B. 16. *etiam ut* A punctis positis sub *iam;* „B“. *et ideo ut* Sv-g.

II. *Caput II. De diversorum iocis atque dicteriis.* ch-b. *Cap. I. De dicteriis.* v3i. In v1 est littera maior, sed inscriptio nulla. 1. *Quum* v3. *Tuum* i. 2. *Ea .. de praeda* (§ 3.)] Cf. Gell. N. A. V, 5. et Ioann. Saresber. VI, 19. — *Obtendebat* P. — *fascibus* v-g (g in mg. *falcibus*). *curribus* V. — *mobilibus* v. — *phaleris* v-ag-bP. *phalaris* h. — *ac tam* PV. — *inspicit* e scripto affert Pontanus addens: „Gloss. *inspicit*, ἐπιβλέπει. Petron. Arbiter: *Anumque inspicere diligentius coepi*“, et in auctario notarum: „Quam lectionem confirmat Scriverius Martialis sui loco [VI, 82, 2]: *Inspectum velut emtor aut lanista* et aliis.“ At in A est *aspicit.*

ria: Quibus sonant in Graecia dicteria.“ Pont. — „Res, inquit Gesnerus in Thes., ipsa e Graeco petita est, quia δεικτήρια proprie dicebantur dicta quae fundebant numarii scurrae in initio fabularum ad colligenda studia spectatorum: quae cum essent pleraque ridicularia, hoc vocabulum in maledicae procacitatis infamiam abiit.“ Zeun. — Adde Martial. VI, 44, 3. *Omnibus arrides, dicteria dicis in omnes.*

15. *Cato ... argute iocari solitus est*] Cf. Plutarch. Cat. M. 7. *Τοιαύτην δέ τινα φαίνεται καὶ ὁ λόγος τοῦ ἀνδρὸς ἰδέαν ἔχειν· ... φιλοσκώμμων καὶ αὐστηρὸς, ἀποφθεγματικὸς καὶ ἀγωνιστικός.* Fortasse huc trahenda sunt ea quae leguntur apud Ciceronem de off. I, 29, 104. *Multaque multorum facete dicta, ut ea quae a sene Catone collecta sunt, quae vocant ἀποφθέγματα,* si modo haec idem valent ac *quae ex ore Catonis collecta sunt* (cf. ep. ad fam. III, 13, 1. *quibus ego a tali viro contentus eram*, Münchn. Gel. Anzeig. 1841. N. 228.). Sed nuper rem dubiam mihi reddiderunt ea quae leguntur de or. II, 67, 271. *Nam quod apud Catonem est, qui multa retulit* cet.

II, 2. *convertebatque exercitum*] Cf. Caes. B. G. I, 25, 7. et II, 26, 1.; Liv. VIII, 11, 4. *conversa signa.* Hoc loco decursio exercitus videtur esse intelligenda. Vid. interpretes Gellii l. c.

3. *inbelliam*] Festus ap. Paul. lib. X, p. 114. Muell. interpretatur *belli inscientiam.*

tis esse credo Romanis haec, etsi avarissimi sunt. Nihil prorsum neque tam lepide neque tam acerbe dici potest. Rex de numero exercitus sui ac de aestimanda aequiperatione quaesiverat: respondit Hannibal de praeda. Flavianus subiecit: Sacrificium apud 4
veteres fuit quod vocabatur *propter viam.* In eo mos erat ut, si quid ex epulis superfuisset, igne consumeretur. Hinc Catonis iocus est. Namque Albidium quendam, qui bona sua comedisset et novissime domum quae ei reliqua erat incendio perdidisset, propter viam fecisse dicebat: quod comesse non potuerit, id combussisse. Symmachus deinde: Mater M. Bruti, Servilia, cum 5
pretiosum aere parvo fundum abstulisset a Caesare subiciente hastae bona civium, non effugit dictum tale Ciceronis: *Equidem, quo melius emptum sciatis, conparavit Servilia hunc fundum tertia de-*

Edd. vicahgspdzb.]

3. *prorsu* (*s* add. a sec. m.) G. *prorsus* Edd. — *neque acerbe* (om. *tam*) AS. — *existimanda* v3-g. *extimanda* v1. — *aequiparatione* Sv-gbPV. — *quaesierat* S. 4. *propteruia* M3 (M12 del. altero *p*). *proterviam* G (B sup. add *p*). *protervia* Sv-gM3. *proterina* P7. *prop e viam* P5. „*Propter viam* emendavit ex Festo Turnebus [Advers. IX, 4.].“ Pont. — *combureretur* e scripto affert Pontanus adiiciens: „Quae vox in re simili apud Festum [Paul. l. III, p. 65. Muell.]: *Culina vocatur locus, in quo epulae in funere comburuntur.*“ At in A est *consumeretur.* — *Hinc* c-bP. — *Nam Q* s-bP. — *sua bona* Edd. A. — *reliquerat* V. — *proterviam* B a p. m.; GSv-g. — *cumesse* V. — *ideo* P. 5. *Cap. II. Dictum Ciceronis in Serviliam.* v3i. — *bruti marci* S. — *hasta* S. — *quo-*

4. *Sacrificium .. quod vocabatur propter viam*] „Plautus Rudente Sc. 2. Act. I. [v. 62.]: *Propter viam illi sunt vocati ad prandium.* Videnda ad eum locum editio Taubmanni. Erasmus in chiliad. [I, 9, 44.] ut proverbium adducit, sed ut vulgo editum, *proterviam fecit.* Unde et perperam nec suo sensu explicat.“ Pont. — „Gesnerus in Thesauro: „„„Videtur, inquit, respexisse etiam ad hoc, nunc posse discedere aequo animo Albidium, qui nihil Romae reliquum haberet.“““ Festus [lib. XVI. p. 229. Muell.]: *Propter viam*, inquit, *fit sacrificium, quod est proficiscendi gratia, Herculi aut Sanco, qui scilicet idem est deus.* Huius combustionis causa, addit Gesnerus, videtur culina fuisse in templis quibusdam Herculis.“ Zeun.

Hinc] Reliqui id quod a Carrione e cod. P receptum transiit in edd. recentiores omnes. Nam non possum mihi persuadere *hic* h. l. idem esse ac *in hac re*, cuius rei exempla omnino alia protulit Handius Tursell. III, p. 77 sq., qui p. 83. *hic* et *hinc* saepissime a librariis commutata esse ne exemplis quidem demonstrandum esse putavit. Infra III, 1, 4. etiam bonus codex B habet *hic* pro *hinc.*

5. *Mater M. Bruti, Servilia*] „Haec Servilia Caepionis nupta fuit L. Lucullo qui M. Brutum adoptavit. Unde Cic. Phil. X, 11. dicitur *Q. Caepio Brutus.* Cf. Ern. in Clave Hist.“ Zeun. — In Orellii onomast. Tull. II, p. 541 sq. Manutio et Reinesio testibus dicitur Servilia primum nupsisse M. Bruto et ex eo peperisse M. Brutum, interfectorem postea Caesaris: deinde uxor fuisse L. Luculli. Ceterum eandem rem quam hic Macrobius aliis verbis tradidit Suetonius Caes. 50.

tertia deducta] „Ex ambiguo iocus. *Tertia* aut filia Serviliae intelligi potuit aut pecuniae dandae portio. *Deducitur* sive aufertur in emptionibus pars pretii, in re amorum puella. Tibullus [III, 4, 31.]: *Ut iuveni primum virgo deducta marito.* Quod Naso imitatus in Fastis [IV, 153.]: *Cum primum cupido Venus est deducta marito.* Huius contrarium est *producere:* producebantur enim meretrices. Petron. [c. 126., ubi qui-

ducta. Filia autem Serviliae erat Iunia Tertia eademque C. Cassii uxor, lasciviente dictatore tam in matrem quam in puellam. Tunc luxuriam senis adulteri civitas subinde rumoribus iocisque
6 carpebat, ut mala non tantum seria forent. Post hunc Caecina
[334] Albinus: Plancus in iudicio forte amici cum molestum testem destruere vellet, interrogavit, quia sutorem sciebat, quo artificio se tueretur. Ille urbane respondit: *Gallam subigo.* Sutorium hoc habetur instrumentum, quod non infacete in adulterii exprobrationem ambiguitate convertit. Nam Plancus in Maevia Galla nupta
7 male audiebat. Secutus est Furius Albinus: Post Mutinensem fugam quaerentibus, quid ageret Antonius, respondisse familiaris eius ferebatur: *Quod canis in Aegypto: bibit et fugit:* quando in illis regionibus constat canes raptu crocodilorum exterritos cur-
8 rere et bibere. Eustathius deinde: Publius Mucium inprimis malivolum cum vidisset solito tristiorem: *Aut Mucio*, inquit, *nescio*
9 *quid incommodi accessit, aut nescio cui aliquid boni.* Inde Avie-

[Mss. ABGPSV.

que BGV. — *gai* ABGV. — *Cassi* V. *Crassi* v-g. 6. *Cap. III. Sutoris dictum facetum.* v3i. — *sutorem esse sciebat* S. — *infacite* V. *inficete* s-bP. — *exprobationem* AS. — *Mevia* Bv-g. *media* (sup. *v*) G. *menia* S. 7. *Cap. IIII. Antonii familiaris dictum.* v3i. — *Albinus* ABGSVM123P27. *Albinum* Edd. P. „Malit Scriverius *Albinus.*“ Pont. — *bibit enim* „B“. — *corcodrillorum* (del. primo *r*) A. 8. *Cap. V. Publii dictum.* v3i. — *malevolum* v-gb. — *nescio inquit* BG. 9. *Cap.*

dam alii legunt *duceret*]: *Rogavi, ut in platanona produceret dominam.* Unde glossae: *producit*, προάγει. Graecae προαγωγός, πορνοβοσκός, *lenocinator*. At *deducere* in iisdem ϑέσϑαι exponitur, quod est *sibi vindicare* et velut *exponere*.“ Pont. — Vid. Freundii lexicon s. v. *deducere*, ubi de concubinatu afferuntur hi loci: Plaut. Casin. II, 8, 36. Sueton. Calig. 25, Ner. 28.

Iunia Tertia] „Eadem per diminutivum dicitur quoque *Tertulla*. Cf. Ern. in Clave et Lipsius ad Tacit. Annal. III. sub. fin.“ Zeun. — Vid. Orell. onomast. Tull. s. v. *Tertia*.

6. *testem destruere*] Cf. Quintil. V, 7, 25: *Verum interim et singulos ut exornare ita destruere contingit aut recitatis aut nominatis testibus.*

quia sutorem sciebat] sc. eum esse, ut videretur esse humilis ideoque vilis. Cf. Quintil. l. c. § 23.

Gallam subigo] „Valet *gallam tero*, eam enim sutores tritam atramento sutorio conficiendo aliis rebus miscent. Subest etiam alia turpis significatio ex suspicione et fama quae de amoribus Planci et Gallae manarat.“ Turneb. Advers. XVIII, 4. — Cf. Plin. N. H. XVI, 6 s. 9.: *Quae glandem ferunt omnes et gallam ... coriis perficiendis aptissimam;* et Tertull. adv. Nat. II, 11: *Dea Pertunda et Subigus et Prema ... parcite dei impudentes;* Augustin. de Civ. D. VI, 9.: *Adest deus Subigus, ut viro subigatur* (virgo). Sueton. Caes. 49. *Pudicitiae eius famam nihil quidem praeter Nicomedis contubernium laesit... Gallico triumpho milites eius .. vulgatissimum illud pronuntiaverunt: Gallias Caesar subegit, Nicomedes Caesarem.*

7. *Post Mutinensem fugam*] Cf. Cic. ad fam. X, 14, 1. *Fugisse ex proelio Mutinensi dicuntur notissimi latronum duces*, et ad eundem Pollio, ib. 33, 4.: *Antonium turpiter Mutinae obsessionem reliquisse.*

quod canis in Aegypto] „De hac consuetudine canum Aegyptiorum videatur Aelian. V. H. I, 4., et alter Aelianus de an. VI, 53. et Pli. VIII, 40. [s. 61. § 148. Sill.].“ Zeun. — Adde Solin. c. 15, p. 25. E., Phaedr. fab. I, 25.

8. *accessit*] h. l. idem valet quod *accidit*.

nus: Faustus Syllae filius, cum soror eius eodem tempore duos moechos haberet, Fulvium fullonis filium et Pompeium cognomine Maculam: *Miror*, inquit, *sororem meam habere maculam, cum fullonem habeat.* Hic Evangelus: Apud L. Mallium, qui 10 optimus pictor Romae habebatur, Servilius Geminus forte coenabat: cumque filios eius deformes vidisset: *Non similiter*, inquit, *Malli, fingis et pingis.* Et Mallius: *In tenebris enim fingo*, inquit, *luce pingo.* Eusebius deinde: Demosthenes, inquit, excitatus ad 11 Laidis famam, cuius formam tunc Graecia mirabatur, accessit, ut et ipse famoso amore potiretur. Qui ubi dimidium talentum unius pretium noctis audivit, discessit hoc dicto: *Οὐκ ἀγοράζω* [335] *τοσούτου μετανοῆσαι.* Inter haec cum Servius ordine se vo- 12 cante per verecundiam sileret: Omnes nos, inquit Evangelus, inpudentes grammatice pronuntias, si tacere talia vis videri tuitionem pudoris: unde neque tuum nec Disarii aut Hori supercilium liberum erit a superbiae nota, ni Praetextatum et nos velitis imitari. Tunc Servius, postquam magis silentium erubescendum vi- 13 dit, ad libertatem se similis relationis animavit. Marcus, inquit,

Edd. vicahgspdzb.]
VI. Fausti dicterium. v3i. — *sillae* AS. *Sullae* s-bP. — *fulinum* (post *l* add. a sec. m. *v*) A. „B *Fullinum.* Alter *Fulluinum.*" — *cognomine* om. s-z. 10. *Cap. VII. Servilii iocus.* v3i. — *caenabat* (in mg. *canebat*) B. — *pingis et fingis* G. — *luce* (sup. add. *in*) B. 11. *Cap. VIII. Demosthenis argutus iocus.* v3i. — *greci admirabantur* G (V *ammir.*). — *decessit* c-g. — *τοσούτῳ* S. ΤΟΥΤΟΥ P. — *τὸ μετανοεῖν* S.
12. *nec dissarii* A. *neque dissarii* S. 13. *Otacilius* s-b. „Et

9. *Faustus Syllae filius*] „Libertum Sullae non filium agnoscunt Brusonius Facet. lib. IV. Et Lycosthenes Titul. de adulterio." Pont. — At vide Orell. onom. Tull. II, p. 196 f.

Pompeium, cognomine Maculam] Is commemoratur a Cicerone ad fam. VI, 19, 1.

10. *L. Mallium*] Hunc pictorem aliunde non notum hominum imagines pinxisse ex hoc ipso loco collegit R. Rochette, lettre à M. Schorn pag. 348. ed. II.

Servilius Geminus] Duo eius nominis homines commemorantur in Orellii Onom. Tull. II, p. 544. Sed utrum alter ex illis an alius quis hic sit, quis affirmaverit?

in tenebris .. luce] De praepositione altero loco non posita conf. Garaton. ad Cicer. in Vatin. 14, 34; p. 108. Halm.

11. *Demosthenes* cet.] „Rem paulo aliter narrat Gellius I, 8., quem vide." Zeun. — Demosthenis nomine non addito eadem fere leguntur in epigrammate Martiali afficto 21. Athenaeus XIII, 54, p. 588. C. *Λαΐδος δὲ*, inquit, *τῆς ἐξ Ὑκκάρων, πόλις δ' αὕτη Σικελική, ἀφ' ἧς αἰχμάλωτος γενομένη ἧκεν εἰς Κόρινθον, ὡς ἱστορεῖ Πολέμων· .. ἧς καὶ Ἀρίστιππος ἤρα καὶ Δημοσθένης ὁ ῥήτωρ Διογένης τε ὁ κύων.* De hac Laide minore vid. praeterea Pausan. II, 2, 4. et Real-Encycl. IV, p. 785 sq.

unius pretium noctis] „Mos iste paciscendi noctes ex comicis poetis aliisque notus. Apul. [de mag. p. 553., ubi vid. Hildebrand. qui inter alia citavit Met. X, p. 714. *Depacta est noctis unius concubitum*]: *Cum ipso de uxoris noctibus paciscuntur.* Iterum [Met. IV, p. 293.]: *Votis nuptialibus pacto iugali pridem destinatus.* Sed apud Petronium [c. 81.] quid est *unius noctis tactu omnia vendidit?* At *unius noctis pacto* non coniectura sed res est." Pont.

12. *se*] Dicendum erat *cum.*

13. *Marcus, inquit, Otacilius Pitholaus*] „Exstat iterum eius vocabulum apud Suetonium de claris rhetoribus [3]. At ibi *Lucius* praenomen est, non *Marcus*: item *Pili-*

Otacilius Pitholaus, cum Caninius Revilus uno tantum die consul
14 fuisset, dixit: *Ante flamines, nunc consules diales fiunt.* Nec Disarius ultra exprobrationem taciturnitatis expectans ait:

* * * * * *

15 Post hunc Horus quoque: Adfero ad vos, inquit, *δίστιχον* Platonis, quo ille adulescens luserit, cum tragoediis quoque eadem aetate praeluderet:

[Mss. ABGPSV.

ita legendum ex veteri nummo censuit ad Tranquillum Torrentius.“ Pont. „Quidam *Octacilius* legunt. *Otacilius* autem malo cum Sigonio legere quam *Octacilius* cum Gyraldo aut *Votacilius*, ut quidam libri habent: nam primam habet brevem in illo Martialis [X, 79, 4.]: *Cucumam fecit Otacilius.* In Chronicis Eusebii male *Voltacilius* legitur. Erasmus in apophthegm. *Votacillum* habet.“ P. Leopard. Emend. III, 16, p. 82. *Votacilius* Mss. v-gM123P2567. *Notacilius* „B“. — *Pytholaus* V. *Pycholaus* P5. — *Caninius Revilus* a. Vid. not. *Caninius Revilius* ch-b. *C. maius servilius* P. *gaius servilius* ABGVM13P2567*H* „Angl.“. *C. Servilius* Svi (M2 *caius*). „Erasmus vitiatos Macrobii codices secutus male pro *Revilio Servilium* legit.“ P. Leopard. l. c. „*C. Servilius* uno die consul fuisse illic dicitur, ego *Caninius Rebilus* vel *Revilus* legendum censeo.“ Turneb. Advers. IX, 4. — *hunc tantum* P5. *uno tamen* vl. 14. *exprobationem* S. — *ait. post* (nulla lacuna) Mss. et M12P57. Inter *ait* et *post* lacuna est in M3P2a-b. In c-g additur: *Desunt verba Disarii.* In v3i incipit novum caput nullo addito lacunae signo. 15. *Cap. IX. Platonis distichon nec non Ciceronis in multos ioca plurima.* v3i. — *quo* ... *διαβησομένη*] Cf. Gell. N. A. XIX,

tus agnomen, non *Pitholaus.* Et notandum idem hoc dictum Otacilio hic tributum repeti lib. VII, cap. 3. [§ 10.] et Ciceroni tribui.“ Pont. — Idem Suetonius Caes. 75. habet: *Pitholai carminibus maledicentissimis laceratam existimationem suam civili animo tulit.* Fortasse hic idem est ille *Pitholaus* ab Otacilio quodam manu missus aeque ac Pilitus ille apud Suetonium. In Orellii onomast. Tull. s. v. *Caninius* legitur *M. Otacilius Philolaus,* id quod errori, opinor, debetur. Putavi autem recedendum esse a codicum vestigiis, quum *Otacilia* gens satis nota, sed *Votacilius* sit nomen inauditum, hoc autem loco omnes codices corruptissimos esse appareat. Littera *V* fortasse nata est e dittographia finis vocis proxime antecedentis. — Quod infra VII, 3, 10. hunc iocum Macrobius tribuit Ciceroni, id putaverim factum esse memoriae lapsu, cum alii Ciceronis in eundem Revilum ioci legantur c. 3. § 6.

cum Caninius Revilus uno tantum die consul fuit] Codices mss. suffragantur nomini *C. Servilius*, quod tamen emendandum esse putavi e c. 3. § 6., ubi Macrobius ad hunc ipsum locum respicit. *Revilus*, non *Revilius*, quod sane propius abest a codicum corruptelis, scripsi, quia illud in maiore codicum numero legitur l. c., et *Rebilus* vocatur hic unius diei consul a Tacito Hist. III, 37., Plinio N. H. VII, 53. § 181., Suetonio Ner. 15. Nullum cognomen addit Cicero, qui ad fam. VII, 30, 1.: *Consulem*, inquit, *hora septima renuntiavit, qui usque ad Kalendas Ian. esset: quae erant futurae mane postridie. Ita Caninio consule scito neminem prandisse*, et Dio Cassius qui XLIII, 46.: *Καὶ ἐπειδὴ*, inquit, *ὁ Φάβιος τῇ τελευταίᾳ τῆς ὑπατείας ἡμέρᾳ ἀπέθανεν, εὐθὺς ἀντ' αὐτοῦ ἕτερον πρὸς τὰς περιλοίπους ὥρας Γάϊον Κανίνιον ἀνθείλετο.* *Rebilium* eum vocavit solus Plutarchus, qui Caes. 58.: *Ὡς καὶ Μαξίμου*, inquit, *τοῦ ὑπάτου τελευτήσαντος εἰς τὴν περιοῦσαν ἔτι τῆς ἀρχῆς μίαν ἡμέραν ὕπατον ἀποδεῖξαι Κανίνιον Ῥεβίλιον,* ubi unus codex habet *σεββίλιον.* Rem nullo omnino nomine addito narravit Sueton. Caes. 76. Facta est a. u. c. DCCVIII.

diales] Ioci causa derivatur a die.

14. *ait:*] Interciderunt ea quae protulit Disarius.

Τὴν ψυχὴν Ἀγάθωνα φιλῶν ἐπὶ χείλεσιν ἔσχον·
ἦλθε γὰρ ἡ τλήμων ὡς διαβησομένη.

Orta ex his laetitia et omnibus in censorium risum remissis 16 ac retractantibus quae a singulis antiquae festivitatis sapore prolata sunt, Symmachus ait: Hos Platonis versiculos, quorum magis venustatem an brevitatem mireris incertum est, legisse me memini in Latinum tanto latius versos quanto solet nostra quam Graecorum lingua brevior et angustior aestimari: et, ut opinor, 17 haec verba sunt:

Dum semiulco savio [336]

Edd. vicahgspdzb.]

11, 2. — *proluderet* BGv1. — *Τὴν ψυχὴν*] „Vat. Cod. p. 99. Ex Diogene Laert. L. III, p. 183. venit in Append. Anthol. Planud. p. 526 St. '25. W." Iacobs. Animadv. in Anthol. Gr. Vol. I. p. 337. (cf. Brunck. Anal. I, p. 169). *ΤΗΝ ΤΥΧΗΝ* (om. cett.) A. — *εἶχον* vi. *ἔχον* SP7. — *γὰρ* om. vi. — *ΗΤΑΜΩΝ* P. *ητα ημων* vR6. *ἦτα ἥμων* i. *ἡ τλήμον* a. *ΗΤΑΥΜΩΝ* V. — *ὡς* om. P. 16. *incensorium risum* A. *in censorium iudicium* Ps-zS. „Non est quod multis exagitemus hoc *censorium iudicium*. Vett. omnes *censorium risum* me disceptante admodum blande." Gron. Vid. not. — *emissis* ch. — *singulis* (om. *a*) P. — *inde symmacus* G. — *venustatem an brevitatem* c-gb. *brevitatem an vetustatem* (sup. *n*) G. *vetustatem an brevitatem* ABPSVvis-z. „*Vetustatem* etiam in V. C. Lego tamen *venustatem*." Meurs. „Plane nihil est in illis quod vetustatem linguae aut simplicitatem redoleat." Gron. — *me* om. P. (sup. add. BG.) — *existimari* Sv3-gb. *extimari* v1. 17. *Dum ... viverem*] Cf. Gell. l. c. § 4. — In vi versus plerumque bini in unum sunt coniuncti, ut ultimae versuum voces sint: *savior — tramite, — mihi — rimata — nititur — plusculae — transisset — fieret — viverem.* — v. 1. *semhiulco* c. *semihulco* h-bP. *semihiulco* Gell. l. c. — *savio* om. P7.

15. *quo .. luserit*] Mireris h. l. coniunctivum modum apud Macrobium qui in sententiis relativis tantopere amet indicativum. At coniunctivus debetur Gellio l. c.

cum tragoediis ... praeluderet] Gellius l. c. plenius: *cum tragoediis quoque eodem tempore faciendis praeluderet.*

16. *in censorium risum*] „Dicere vult convivas post haec dicta in risum resolutos, non ineptum illum cachinnum, sed ut decebat tanta lumina, ponderando eorum sales et docte examinantes, in quibus foret excitatius acumen, quod ipsum augebat hilaritatem." Gron. — Cf. VII, 1, 2. *non tamquam censoria et plus nimio verecunda mater familias.*

antiquae festivitatis sapore] „Petron. [Satir. 3.] *Adolescens quoniam sermonem habes non publici saporis.*" Pont. — Adde Cic. Brut. 46, 172. *Tincam non minus multa ridicule dicentem Granius obruebat nescio quo sapore vernaculo.*

venustatem] Sic scripsi spreta librorum mss. auctoritate, flagitante sensu. Nam cur quis miretur *vetustatem*, sive cum Gronovio hanc vocem retulerit ad sermonis colorem, sive ad ipsam versuum aetatem: et quomodo *vetustas* utroque sensu potest opponi *brevitati?* Denique conf. c. 1. § 10. *ad iocorum venustatem*, et quae Gellius l. c. dicit de his ipsis versibus: *quod sint lepidissimi et venustissimae brevitatis.* Has voces saepe confundi constat. Hoc loco fortasse *vetustatem* scriptum est propter antecedentia *antiquae festivitatis:* at quis contenderit idem valere vocem *vetustatem?*

legisse me memini] Gellius l. c.: *Amicus meus οὐ κάμουσος adolescens in plures versiculos licentius liberiusque vertit.*

17. v. 1. *semiulco*] Haec forma, quam commendant codices, vera esse videtur, e contractione nata, qualis est in *Polymnia, nil, mi, prendo, vemens*, et in quibusdam Apuleii codicibus Met. V, 18. *in se-*

Meum puellum savior,
Dulcemque florem spiritus
Duco ex aperto tramite:
Anima aegra et saucia
Cucurrit ad labias mihi
Rictumque in oris pervium,
Et labra pueri mollia
Rimata itiner transitus
Ut transire nititur!
Tum si morae quid plusculae
Fuisset in coetu osculi,
Amoris igne percita
Transisset et me linqueret:
Et mira prorsum res fieret,
Ut ad me fierem mortuus,
Ad puerum intus viverem.

[Mss. ABGPS (V usque ad fin. cap. II.). *suavio* ch (A a sec. m.). — v. 2. *suavior* ch (A a sec m.) — v. 5. *anima aegra* Mss. v-aM123P2567N. *anima aegra amore* hs-b. *anima aegra tunc* g. *animula aegra* Gell. l. c. ed. Lion, qui affert: „Scal. *Anima tunc aegra.* Scriver. *anima intus aegra.* Cum codd. Gron. et Guelf. Long. *anima aegra et s. currit* interlapsa forte litera *a* pro *accurrit.*“ — v. 6. *ad labia* ASvi (G eras. *s*) P2567. *labiam* „B a sec. m.“. „In Anglicano erat *ad labiam mihi.* Plautus Sticho [V, 4, 41.]: *Refer ad labias tibias.*“ Pont. — v. 7. *Rectumque in oris* BGPVN. *rictumque oris* (om. *in*) ca. *orisque rictum* (om. *in*) g. — v. 8. *labia* vi. — *itineri* ca (g in mg) Gell. l. c. *itinere* G. *itinera* S. — v. 10. *ut transire* ABGPN. *ut tranire* M. *ut transiret* Svi. *et transire* P7. *ut transiliret* c-b Gell. l. c — v. 11. 12. *quid fuisset plusculae* ASvi. — v. 12. *coitu* c-g. Refragatur Pontanus. Vid. not. — v. 13. *igni* c-b. — v. 14. *mel inquaeret* V. *me relinqueret* N. *me relinquerit* P. — v. 15. *prorsus* cis-b. — *foret* c-gbB (h in mg.: „*fieret* ant.“). — v. 17.

mianti pro *semihianti* (cf. ib. X, 28. scripturam *seminantes*).

v. 5. *Anima aegra et saucia*] Si sequimur codices, et hic versus et versus 10. et 17. non ut ceteri sunt iambici dimetri acatalecti (de quibus vid. Munck. Metrik d. Griech. u. Roemer p. 131), sed trochaici dimetri catalectici, dummodo statuas primam syllabam vocis *anima* in arsi produci, vel legas *Animula* cum compluribus Gellii editionibus.

v. 9. *Rimata itiner transitus*] „Emenda Agell. lib. XIX. cap. 11. ubi male: *itineri transitus.* Est vero *itiner* nominativus [h. l. accusativus] antiquus. Invenio et apud Manilium lib. I. [v. 140.] et Capellam lib. IX. [§ 897.].“ Meurs. — Alia exempla vid. apud Freund. s. h. v.

v. 10. *Ut transire nititur!*] De versu vid. not. ad v. 5. Verbum *transire* commendatur versibus 9. et 14. Exclamatio huic loco magis certe convenit quam *ut* cum inperfecto coniunctivi.

v. 12. *fuisset in coetu osculi*] „Dixit Ausonius [ep. 108.]: *Ubi lassa libido Femineos coetus et non sua bella lacessit*, ex Lucretio, ut puto, qui lib. III. [v. 857.]: *Nil tamen hoc ad nos qui coetu coniugioque Corporis atque animae consistimus uniter apti.* Aristaenetus *μίξιν* appellavit lib. II, cap. 18. *Καὶ ἡ μίξις αὕτη γλυκεῖα γίνεται τῶν ψυχῶν*, quod indubie manavit ab hoc Petronii [c. 132.]: *Animarum quoque mixturam fecerant.*“ Pont. — „Q. Curtius lib. IX. [4, 9.] *amnium coetum* ad eandem hanc formam dixit. Verba eius sunt: *Ceterum amnium coetus maritimis similes fluctus movent.*“ Add. in dz uncis inclusa.

v. 17. *Ad puerum intus viverem*] Vid. not. ad v. 5.

III. Sed miror omnes vos ioca tacuisse Ciceronis, in qui- 1
bus facundissimus, ut in omnibus, fuit: et, si videtur, ut aedituus responsa numinis sui praedicat ita ego quae memoria suggesserit refero dicta Ciceronis. Tum omnibus ad audiendum erectis ille sic incipit: M. Cicero, cum apud Damasippum coenaret et ille 2
mediocri vino posito diceret: *Bibite Falernum hoc, annorum qua-* [337]
draginta est: Bene, inquit, *aetatem fert.* Idem cum Lentulum ge- 3
nerum suum, exiguae naturae hominem, longo gladio adcinctum vidisset: *Quis*, inquit, *generum meum ad gladium alligavit?* Nec 4
Q. Ciceroni fratri circa similem mordacitatem pepercit. Nam cum in ea provincia quam ille rexerat vidisset clypeatam imaginem eius ingentibus lineamentis usque ad pectus ex more pictam (erat autem Quintus ipse staturae parvae), ait: *Frater meus dimidius maior est quam totus.* In consulatu Vatinii, quem pau- 5
cis diebus gessit, notabilis Ciceronis urbanitas circumferebatur. *Magnum ostentum*, inquit, *anno Vatinii factum est, quod illo consule nec bruma nec ver nec aestas nec autumnus fuit.* Querenti deinde Vatinio, quod gravatus esset domum ad se infirmatum ve-

Edd. vicabgspdzb.]
u t intus c-gp-b. *intus* (om. *ut*) Mss. viasN. „Augeo una voce *ad puerum u t intus viverem.* Ex Agellio.“ Meurs.

III. *Caput III. De iocis M. Tullii Ciceronis.* ch-b. 1. *fecundissimus* (sup. *a*) A. — *sui numinis* G. — *referam* v3-gb „Recte.“ Zeun. 2. *refert* G. 3. *staturae* A a sec. m.; v-gbP. „In utroque Angl. supra scriptum *staturae.*“ „Sic lege.“ Zeun. — *adiunctum* S. — *ad gladium* add. a sec. m. A. 4. *in illa* G. — *quam ipse* A. — *depictam imaginem* S. — *liniamentis* B a sec. m.; Sv-ag. — *ipse* om. S.

III, 1. *ioca*] Non sibi constat Macrobius in huius nominis declinatione: nam habet § 13. et c. 1. § 14. et c. 4. § 1. *iocos.* Vid. Schneider. Formenl. p. 474.

ut aedituus responsa numinis sui praedicat] „Seneca [ep. 41, 1.] *Non sunt ad coelum elevandae manus, nec exorandus aedituus, ut nos ad aures simulachri, quasi magis exaudiri possimus, admittat. Prope est a te deus, tecum est, intus est.* Tacitus *internuntium numinis* dixit Hist. lib. IV. [c. 65.]. Porro Graecis *hierophantae* hi dicti: et aliquoties usum ea voce reperio etiam D. Hieronymum.“ Pont.

2. *Damasippum*] Hunc L. Licinium Damasippum Sullae iussu iugulatum esse tradidit Salustius Cat. 51, 32.

Bene aetatem fert] i. e. sapor non prodit aetatem, qua quidem melius fit vinum. Cf. VII, 12, 9. Barth. Advers. I, 6, p. 13.; XXXIII, 22; XXXVIII, 8. Petron. 43.

3. *Lentulum generum*] Fuit ille P. Cornelius Lentulus Dolabella, apud quem Tullia ex partu decessit. Vid. not. ad § 13. et Plutarch. Cic. 41.; Ascon. in Pis. p. 5.; Orell. Onom. Tull. II, p. 183.

exiguae naturae] „Vult dicere *staturae.* Interim apud Caesarem de b. Gall. lib. VI. [c. 26.]: *Eadem est feminae marisque natura*, item lib. V. [cap. 13.]: *Insula natura triquetra.*“ Pont. — *Staturae* sane legitur § 4., et confunduntur hae voces lib. III, c. 8, § 2.

4. *in ea provincia quam ille rexerat*] i. e. in Asia. Cf. Cic. ad Att. I, 15, 1.

clypeatam imaginem] Cf. Plin. N. H. XXXV, 3, 4. § 13. *Scutis enim qualibus apud Troiam pugnatum continebantur imagines, unde et nomen habuere clypeorum;* et ibid. 2. § 4. Sueton. Calig. 16. Domit. 23. Tac. Ann. II, 83. Liv. XXV, 39, 13.; XXXV, 10, 12.

5. *In consulatu Vatinii*] a. u. c. DCCVI.

gravatus esset] Cum humana quadam exprobratione dictum est pro *noluisset:* „*dafs es ihm nicht*

nire, respondit: *Volui in consulatu tuo venire, sed nox me conprehendit.* Ulcisci autem se Cicero videbatur, ut qui respondisse sibi Vatinium meminerat, cum humeris se rei publicae de exilio
6 reportatum gloriaretur: *Unde ergo tibi varices?* Caninius quoque Revilus, qui uno die, ut iam Servius retulit, consul fuit, rostra cum ascendisset, pariter honorem iniit consulatus et eieravit: quod Cicero omni gaudens occasione urbanitatis increpuit: *Λογοθεώρητος est Caninius consul*, et deinde: *Hoc consecutus est Revilus, ut quaereretur quibus consulibus consul fuerit.* Dicere praeterea non destitit: *Vigilantem habemus consulem Caninium, qui in*

[Mss. ABGPS.

6. *Revilus* ABGvaM13P2567 „2 Angl.". *Revilius* Sich-bP (M2 puncto posito sub altero *i*) „Sic lego, ut ante." Meurs. — *ut .. retulit*] c. 2. § 13. — *iam* om. ASv-g. — *et egcravit* P. *et exiit* S. *et peicravit* v3, quod afferens Leopardus Emend. III, 17. emendat *eieravit.* — *gaudens omni* v-g. — *ΛΟΤΟΘΕΩΡΝΤΟC* A. *ΛΟΓΟΘΕΩΡΕCΤΟC* B. *ut in Gr.* G. „Paulus Leopard. Emend. III, 17. legendum putat *ὀλιγωρητέος*, quae vox et contemnendum significat et paucarum horarum consulem. Quam Leopardi coniecturam quomodo redarguat Ios. Castalio, videre est Observationum eius Decade X. cap. 10." Pont. — *Deinde* (om. *et*) v-g. — *Hoc consultus* (corr. in *consecutus*) A. — *Revilius* Gich-bP. — *Vigilantem in*-

gefällig gewesen wäre." Cf. Cic. de or. I, 35, 164. *Rogo .. ne graveris exaedificare id opus quod instituisti.*

infirmatum] „i. e. aegrotantem. Suetonius in Augusto [c. 84.]: *infirmatis faucibus.* Plinius lib. VII, ep. 26. *Optimi sumus, dum infirmi sumus.*" Pont.

sed nox me conprehendit] In Caninium similia dixisse Ciceronem refert Plutarchus Caes. 58, qui: *Πρὸς ὅν*, inquit, *ὡς ἔοικε πολλῶν δεξιώσασθαι καὶ προπέμψαι βαδιζόντων ὁ Κικέρων· „Σπεύδωμεν, ἔφη, πρὶν φθάσῃ τῆς ὑπατείας ἐξελθὼν ὁ ἄνθρωπος.*" Ad eundem spectare videtur ipse Macrobius VII, 3, 10. Et sane magis haec quadrant in unius diei consulem. Vid. Leopardum l. c.

Unde ergo tibi varices?] E nimia contentione oriri in cruribus varices hoc ioco significatur. Ciceronis autem varices commemorat Quintil. XI, 3, 143., ubi refert Plinium Secundum tradere Ciceronem togam ad calceos demittere solitum esse velandorum varicum gratia: et Sidonius ep. V, 5. eum dixit *varicosum Arpinatem*, quod quidem dici poterat etiam in Marium. Cf. Cic. Tusc. II, 15, 35. Plin. N. H. XI, 45, s. 104., Sen. ep. 78, 17.

ut qui .. meminerat] Hoc quoque loco indicativus positus est pro coniunctivo. Vid. prolegg. p. XLI.

6. *pariter ... eieravit*] i. e. una eademque oratione. Cf. Tac. Hist. III, 37. *Pridie Cal. Nov. Rosius Regulus iniit eiuravitque: ... nam consul uno die et ante fuerat Caninius Rebilus C. Caesare dictatore, cum belli civilis praemia festinarentur.* Dio Cass. XLIII, 46. *Ὅτι ἀπεδείχθη τε ἅμα ὕπατος καὶ ὑπάτευσε καὶ ἐπαύσατο.*

Λογοθεώρητος] i. e. opinione, non re. Cf. Procl. de sphaera c. 2. extr. *Μόνος γὰρ ἐν τῷ κόσμῳ κύκλος ἐστὶν αἰσθητὸς ὁ τοῦ γάλακτος, οἱ δὲ λοιποὶ λόγῳ μόνον θεωροῦνται*, et Plutarch. de plac. phil. I, 3. p. 876. C. *λόγῳ θεωρητὰ μόρια*, et p. 877. D. *σώματα λόγῳ θεωρητά*, et F *σχήματα λόγῳ θεωρητά.* Vid. etiam Lamb. ad Lucret. V, 149.

Vigilantem habemus consulem] Cf. VII, 3, 10. et Cic. ad fam. VII, 30, 1. *Nihil tamen eo consule mali factum est; fuit enim mirifica vigilantia, qui suo toto consulatu somnum non viderit.* Dio Cass. l. c.: *Ὅπερ καὶ ὁ Κικέρων διασκώπτων τοιαύτῃ, ἔφη, τὸν ὕπατον καὶ ἀνδρίᾳ καὶ φροντίδι ἐν τῇ ἀρχῇ κεχρῆσθαι, ὥστε μηδὲ τὸ βραχύτατον ἐν αὐτῇ κεκοιμῆσθαι.*

consulatu suo somnum non vidit. Pompeius Ciceronis facetiarum 7
inpatiens fuit: cuius haec dicta ferebantur: *Ego vero quem fu-*[338]
giam habeo, quem sequar non habeo. Sed et cum ad Pompeium
venisset, dicentibus sero eum venisse respondit: *Minime sero veni:*
nam nihil hic paratum video. Deinde interroganti Pompeio, ubi 8
gener eius Dolabella esset, respondit: *Cum socero tuo.* Et cum
donasset Pompeius transfugam civitate Romana: *Hominem bellum,*
inquit; *Gallis civitatem promittit alienam, qui nobis nostram non*
potest reddere. Propter quae merito videbatur dixisse Pompeius:
Cupio ad hostes Cicero transeat, ut nos timeat. In Caesarem 9
quoque mordacitas Ciceronis dentes suos strinxit. Nam primum
post victoriam Caesaris interrogatus, cur in electione partis
errasset, respondit: *Praecinctura me decepit,* iocatus in Caesa-
rem, qui ita toga praecingebatur ut trahendo laciniam velut mol-
lis incederet, adeo ut Sylla tamquam providus dixerit Pom-
peio: *Cave tibi illum puerum male praecinctum.* Deinde cum 10

Edd. vicahgspdzb.] quit G. 7. *haec de eo dicta* Edd. S. — *eum sero* s-bP. 8. *O hominem* ASv-g. 9. *In Caesar e* A. — *tunica praecingebatur* coniecit nescio quis improbante Gu. A. Beckero Gall. II, p. 92. ed. I. — *liciniam* vlh. — *adeo ... praecinctum*] Cf. Ioann. Saresb. III, 14. — *silla* A Sar.

7. *Minime sero veni*] Pontanus Erasmum reprehendit, qui in Apophthegmatis dixerit: „*Sero venit* qui tarde venit, et *sere* qui post tempus.“ Ipse Ciceronem dicit notare ipsum coenae tempus sive vesperam, allatis duobus Apuleii locis Met. III, p. 194. et I, p. 54., ubi quidem *sero* idem valet quod *heri vesperi*, et versibus Martialis VIII, 57., ubi pro: *Ut iantes, sero* scribit: *Aut cur non sero, Caeciliane venis.* At haec dixit profecto Cicero sic, ut nos dicere solemus: *Sero venientibus ossa*, ioco sane a coena sumpto, ut § 13. Cf. Plaut. Capt. IV, 2, 91. *Abi stultus: sero post tempus venis,* et Menaechm. V, 6, 30. *Sed metuo, ne sero veniam depugnato proelio.*

8. *gener eius Dolabella*] Vid. not. ad § 3.

Cum socero tuo] i. e. cum Caesare. Cf. Sueton. Caes. 21.

9. *qui ita toga praecingebatur ut trahendo laciniam velut mollis incederet*] Vid. de verbis prolegg. p. xl. et infra § 16., de re Sueton. Caes. 45.: *Etiam cultu notabilem ferunt. Usum enim lato clavo ad manus fimbriato, nec ut umquam aliter quam super eum cingeretur, et quidem fluxiore cinctura. Unde emanasse Sullae dictum optimates saepius admonentis, ut male praecinctum puerum caverent.* Dio Cass. XLIII, 43: *Τῇ τε γὰρ ἐσθῆτι χαυνοτέρᾳ ἐν πᾶσιν ἐνηβρύνετο. ... Τὸ δ' οὖν χαῦνον τοῦ ζώματος αὐτοῦ ὁ μὲν Σύλλας ὑπετόπησεν, ὥστε καὶ ἀποκτεῖναι αὐτὸν ἐθελῆσαι, τοῖς τε ἐξαιτησαμένοις εἶπεν, ὅτι ἐγὼ μὲν χαριοῦμαι τοῦτον ὑμῖν, ὑμεῖς μέντοι καὶ πάνυ τοῦτον τὸν κακῶς ζωννύμενον φυλάττεσθε. ὁ δὲ Κικέρων οὐ συνενόησεν, ἀλλὰ καὶ σφαλεὶς ἔφη, ὅτι οὐκ ἄν ποτε προσεδόκησα τὸν κακῶς οὕτω ζωννύμενον Πομπηΐου κρατήσειν.* Plutarch. Caes. 4. Guil. A. Beckerus Gall. II, p. 92. hunc locum statuit esse corruptum, sed concedit non sanari eum scribendo *tunica* pro *toga.* Affert Quintiliani locum XI, 3, 138.; sed erunt huc referenda ea potius quae leguntur § 143.: *Togam veteres ad calceos usque demittebant, ut Graeci pallium: .. cum hoc amictus genus in statuis, eorum quoque qui post Ciceronem fuerunt, appareat.* Vide ergo ne verba: *toga ita praecingebatur* h. l. valeant idem ac *togam ita demittebat.* Cf. etiam Horat. Sat. II, 8, 69 sq.: *ut omnes Praecincti recte pueri comptique ministrent.*

Laberius in fine ludorum anulo aureo honoratus a Caesare e vestigio in quattuordecim ad spectandum transiit violato ordine, et cum detrectatus est eques Romanus et comminus remissus, ait Cicero praetereunti Laberio et sedile quaerenti: *Recepissem te, nisi anguste sederem,* simul et illum respuens et in novum senatum iocatus, cuius numerum Caesar supra fas auxerat. Nec inpune. Respondit enim Laberius: *Mirum, si anguste sedes, qui soles duabus sellis sedere,* exprobrata levitate Ciceronis qua inmerito optimus civis male audiebat.
11 Idem Cicero alias facilitatem Cae-
[339]saris in adlegendo senatu inrisit palam. Nam, cum ab hospite

[Mss. ABGPS.

Sulla s-bP. 10. *cum Laberius* cet.] Cf. lib. VII, c. 3, § 8. — *anulo* (om. *aureo*) dz. — *in quatuordecim gradus* S „B". *in quatuordecim gradibus* v-g. — *ad expectandum* BP. — *transit* Av1. *transisset* c-gbP. — *detractatus* A (B a p. m.) „Angl." *detractus* S. — *esset* G a sec. m.; i-gbP. — *comminus* BP5 (G ex corr.). *cum minus* AP6. *cum mimus* G a p. m.; c-bM123. *quum mimus* vi. — *exprobata* S. — *Ciceroni* P. — *quia* v. — *audiebatur* S. 11. *Facilitatem ... difficile est*] Cf. Io. Saresb. l. c. — *adlegendo* ABGaM13P7. *allegendo* s-d*H*. *allegando* SzP2 Sar. „Verbum *allegare* de hac re non dicitur. Melius Ed. vet. (vichgbP) *eligendo*. Sed haut dubie scripsit *allegendo*." Zeun. coll. Sueton. Caes. 41. *legendo* M2. — *senatum* AGSM12P2. — *irritum irri-*

10. *in fine ludorum*] quos quidem egit peractis bellis civilibus. Vid. Sueton. Caes. 39.

anulo aureo honoratus] Cf. c. 7. § 8. III, 14, 13., et Becker. Handb. d. roem. Alt. II, 1, p. 273 sqq. Casaubonus ad Sueton. l. c. adnotavit haecce: „Eodem tempore et facto eodem ordinem equestrem amisit Laberius ac meruit: amisit, cum egit mimum in scena, recepit donatus a Caesare anulo aureo."

e vestigio in quattuordecim ad spectandum transiit violato ordine] Suetonii l. c. verba haec sunt: *Ludis Decimus Laberius eques Romanus mimum suum egit: donatusque quingentis sestertiis et anulo aureo sessum in quattuordecim e scena per orchestram transiit.* Hoc ipsum videtur animos movisse equitum, quod ille qui antea suo iure sederat in XIV. ordinibus e scena ipsa transiit in eos: ideoque Macrobius dicere videtur ordinem ab eo esse violatum. Caesarem hac in re imitatum Balbum quendam quaestorem Asinius Pollio scribit Ciceroni (ad fam. X, 32, 2.): *Ludis, quos Gadibus fecit, Herennium Gallum histrionem summo ludorum die anulo aureo donatum in XIV. sessum deduxit: tot enim fecerat ordines equestris loci.* Vid. etiam Wieland. ad Hor. Sat. I, 10, 6.

cum detrectatus est eques Romanus] i. e. cum noluerunt eum habere pro equite Romano. Cf. Sueton. Tib. 25. *Quidam etiam principem detrectabant non a se datum*, et Caes 80. *clam palamque detrectante dominationem.*

comminus] apud inferioris aetatis scriptores idem valet ac: „sine ullo negotio", ut sit *comminus remissus* „*ohne Weiteres fortgeschickt*". Vid. Hand. Tursell. II, p. 98, 6. Quod vulgo legitur *cum mimus*, id ferri nequit. Si verum esset *mimus*, esset scribendum *ut mimus*.

in novum senatum] Cf. § 11.

duabus sellis sedere] Haec Erasmus Adag. I, 7, 2. sic interpretatur: „Incertarum esse partium et ancipiti fide ambabus satisfacere velle." Idem valet *levitas* quae opponitur gravitati. Wieland. l. c.: „*der zweideutige Charakter.*"

11. *in adlegendo senatu*] Cf. Suet. Caes. 80. *Peregrinis in senatum allectis libellus propositus est: Bonum factum, ne quis senatori novo curiam monstrare velit; et illa vulgo canebantur: Gallos Caesar in triumphum ducit: iidem in curia Galli bracas deposuerunt, latum clavum sumpserunt*, et Dio Cass. XLIII, 47. *Καὶ προσέτι παμπληθεῖς μὲν ἐπὶ τὴν γερουσίαν μηδὲν διακρίνων, μήτ' εἴ τις στρατιώτης μήτ' εἴ τις ἀπελευθέρου παῖς ἦν, ἐσέγραψεν, ὥστε*

suo P. Mallio rogaretur ut decurionatum privigno eius expediret, adsistente frequentia dixit: *Romae, si vis, habebit: Pompeis difficile est.* Nec intra haec eius mordacitas stetit: quippe ab Androne 12
quodam Laodiceno salutatus cum causam adventus requisisset comperissetque, nam ille se legatum de libertate patriae ad Caesarem venisse respondit, ita expressit publicam servitutem: *Ἐὰν ἐπιτύχῃς, καὶ περὶ ἡμῶν πρέσβευσον.* Vigebat in eo excedens 13
iocos et seria mordacitas, ut hoc est ex epistola ad C. Cassium dictatoris violatorem: *Vellem Idibus Martiis me ad coenam invitasses, profecto reliquiarum nihil fuisset: nunc me reliquiae vestrae exercent.* Idem Cicero de Pisone genero et M. Lepido lepidissime cavillatus est.

Edd. vicahgspdzb.]

sit chg. — *suo* (sup. *eius*) S. — *si ius* Sv-g (in G non satis liquet). — *habebis* (sup. *t*) G. — *Pompeis* s-bPSar. *Pompeiis* Lips., qui hunc locum restituit Antiq. Lect. II, 6. *Pompeius* ABGSv1hg. *Pompe.* v3i. *Pomp.* ca. 12. *eius* om. v-g. — *requisivisset* v-g. — *pro libertate* P7. — *servitutem ut in Gr.* G. *servitutem* ΕΑΝ ΕΠΙΤΥ. (cett. om.) AV. — *περὶ ἡμᾶς* v-h. — *πρέσβασον* v. *πρέσβευσον.* *Si obtinueris et pro nobis intercede.* ABG (S add. *id est*) i-gP2 (P4 om. verbis Graecis). „Ms. Flor.“ Gron. in marg. Pontanus non recte affert e Cam. seu vetustis editionibus: *si impetraveris.* 13. *iocos* hs-b defendente Gron. Vid. not. *iocus* ABGSicagM3 probante Pontano. *iocis* vM12. — *Vellem*] Cic. ep. ad fam. XII, 4, 1. — *profectis* P. — *nostrae* vic. 14. *Di-*

καὶ ἐνναχοσίους τὸ κεφάλαιον αὐτῶν γενέσθαι. Rem attigit etiam Cicero de div. II, 9, 23.

decurionatum] i. e. locum decurionis vel senatoris in municipio, Pompeiis, ut apparet ex iis quae sequuntur.

12. *ab Androne quodam Laodiceno salutatus*] Cicero ad fam. XIII, 67, 1. Andronem Artemonis filium Laodicensem, quem Romae libentissime se vidisse ait, commendat P. Servilio.

καὶ περὶ ἡμῶν πρέσβευσον] Conferendus est iocus ille in Pompeium conversus, qui legitur § 8.

13. *Vigebat in eo excedens iocos et seria mordacitas*] Pontanus suffragatus est scripturae codicum, *iocus*, existimans alioquin *iocos et seria* coniuncta pendere a verbo *excedens*. At *seria* utique pro adiectivo generis feminini esse habendum, ut intelligeretur: *seria mordacitas*, docuit Gronovius adiiciens: „*Excedens iocus* hili non est.“ Sane nullum habeo quod proferam exemplum, ut probem *excedens* per se idem valere atque *excedens modum*, „*excessiv*“: et *iocus* a Macrobio nunquam refertur ad rationem iocandi, sed ubicunque ponitur numero singulari (ut c. 2. § 4. et c. 6. § 1.), unum quendam significat iocum. Adde quod praecedunt verba: *Nec intra haec eius mordacitas stetit*, atque c. 4. § 19. legitur: *iocis mordaciora*, et quod etiam supra c. 1. § 14. *iocos* in codicibus depravatum est in *iocus*. Id unum me offendit, quod haec nulla particula adnectuntur antecedentibus. Hoc fortasse admissum est, quo maiore vi efferretur verbum *vigebat*. Est autem *excedens iocos et seria mordacitas* illud iocorum genus quod a Graecis vocatur *σαρκασμός*.

dictatoris violatorem] i. e. Caesaris interfectorem. Cf. Cic. Parad. III, 2, § 25. *In patris vita violanda multa peccantur.*

Idibus Martiis] a. u. c. MDCCIX. quibus Caesarem interfectum esse constat.

de Pisone genero] „Piso gener hic Ciceronis dicitur, cum constet Dolabellae Tulliam Ciceronis filiam nuptam fuisse. Sed sciendum Tulliam Ciceronis tres maritos habuisse. Primus fuit hic C. Piso Frugi, cui desponsa ante reditum Ciceronis ab exilio. Alter Furius Crassipes, qui eam duxit Cn. Marcellino et P. Philippo Coss. Tertius P. Cornelius Lentulus Dola-

14 Dicente adhuc Symmacho et, ut videbatur, plura dicturo intercedens Avienus, ut fieri in sermonibus convivalibus solet: Nec Augustus, inquit, Caesar in huiusmodi dicacitate quoquam minor, et fortasse nec Tullio: et, si volentibus vobis erit, aliqua eius quae
15 memoria suggesserit relaturus sum. Et Horus: Permitte, Aviene, Symmachus explicet de his quos iam nominaverat dicta Ciceronis:
16 et oportunius quae de Augusto vis referre succedent. Reticente Avieno Symmachus: Cicero, inquam, cum Piso gener eius mollius incederet, filia autem concitatius, ait filiae: *Ambula tamquam vir*. Et cum M. Lepidus in senatu dixisset, patribus conscriptis Tullius
[340]ait: *Ego non tanti fecissem ὁμοιοποίητον*. Sed perge, Aviene; ne ultra te dicturientem retardem.

[Mss. ABGPS. ·
centi coni. Gron. *Dicente autem haec* (in mg. *adhuc ad*) S. — *sermonibus* (om. *in*) v. 16. *concitatius, ait* ABPSM123P2567. *concitatius, ait genero: Ambula tamquam femina et ait* G (Edd. om. *et*). „Videtur sententia poscere, ut priori loco, qui Pisonem tangit, legatur: *tamquam vir;* altero vero, qui filiam Tulliam, *tamquam femina*, nisi fuerit utrobique *ambulas.* Sed illud magis placet“ Pont. „Videturque manifesta vocis utriusque transpositione sententia inversa corruptaque.“ Add. in dz. — *conscriptis* ABGPvM123P2567. *conscriptis ὁμοιοποίητον* S. *conscriptis: Ego non tanti fecissem simile factum;* i-b. — *Tullius ait* om. z. — *ὁμοιοποίητον* M2 a p. m.; M1 a sec. m. *simile factum* ΟΜΟΙΟΠΟΙΗΤΟΝ B. *simile factum* S (G add. *ut in Gr.*). *ομοιοποικτον* P. ΟΜΟΙΟΠΙΩΤΟΝ A. *ὁμοιόπτωτον* Edd.P.M3 (M1 a p. m.; M2 a sec. m.).

bella, cui nupsit, cum proconsul esset in Cilicia Cicero; et apud eum ex partu decessit. Errant Asconius et Plutarchus, cum duos tantum Tulliae maritos referunt, Crassipedem non agnoscentes.“ Pont. — Vid. not. ad § 3., et Cic. ad Att. I, 3, 3.; ad Qu. fr. II, 4, 2; 5, 1; 6, 1; ad fam. I, 7, 11; II, 15, 2; 16, 5.

14. *si volentibus vobis erit*] Vid. not. ad I, 7, 9.

15. *quos iam nominaverat*] § 13. Cf. Cic. de imp. Pomp. 13, 36. *quas paulo ante commemorare coeperam*, ubi simili modo est tempus plusquamperfectum ad indicandum id quod erat commemoratum ante quam alia prolata sunt, sed nondum absolutum.

16. *mollius incederet*] Cf. § 9. et III, 13, 5. Hildebrand. ad Arnob. II, 41. de vocabulo *incedere* effeminatis et muliebribus proprio citat Burmannum ad Petron. c. 126. Vid. Doederl. Synon. IV, p. 55.

tamquam vir] i. e. „sic ut tuus maritus.“ Hoc modo in Ciceronis quidem, cui h. l. adscribitur, libris numquam, sed ab aliis saepe usurpatur vox *vir*, neque suam vim habet *tamquam*, ut mirari non liceat, quod alii alia mutanda esse putarint. At per filiam socerum reprehendit, ut illud: *ait genero: Ambula tamquam femina*, minime sit necessarium.

in senatu dixisset] i. e. orationem habuisset. Cum his verbis vulgo nulla posita interpunctione coniunguntur verba *patribus conscriptis*, quae sic abundant, quam ob rem ego ea, ut paulo supra *filiae*, coniungenda esse putavi cum verbo *ait*. Quae vulgo inseruntur: *Ego non tanti fecissem simile factum*, ea nata sunt ex iis quae sequuntur, male in Latinum conversa voce *ὁμοιοποίητον*.

Ego non tanti fecissem ὁμοιοποίητον] Sic scripsi, quia recepta voce *ὁμοιόπτωτον* nescio quid velit hic iocus. *Ὁμοιόπτωτον* quid sit docemur a Rutilio Lupo II, § 13. his verbis: *Hoc in duobus verbis eundem habet casum aut eandem novissimam syllabam. Id est huiusmodi: In rebus adversis cui praesto est consilium, non potest deesse auxilium.* (Conf. Rhet. Gr. ed. Walz. VIII, pp. 476, 562 al.). Si igitur hac voce Cicero irrisit affectationem artis in Le-

IV. Et ille: Augustus, inquam, Caesar adfectavit iocos, 1
salvo tamen maiestatis pudorisque respectu, nec ut caderet in
scurram. Aiacem tragoediam scripserat, eandemque, quod sibi 2
displicuisset, deleverat. Postea L. Varius tragoediarum scriptor
interrogabat eum, quid ageret Aiax suus. Et ille: *In spongiam*,
inquit, *incubuit*. Idem Augustus, cum ei quidam libellum trepi- 3

Edd. vicahgspdzb.]

IV. *Caput IV. De iocis Augusti in alios et aliorum rursus in ipsum.* ch-b. *Cap. X. Augusti ioca.* v3i. 2. *eundemque.* — *L. Varius* scripsi e coniectura quam A. Weichertus defendit de L. Vario poeta § 2. N. 5. p. 8. et recepit Caes. Augusti Scriptorum reliqu. p. 96. *lucius gaius* G*H* „B". *Lucius gravis* Edd. ABPS. „Ex nummis Torrentius *L. Itium* hunc nuncupat. Quis autem is Lucius tam gravis tragoediarum scriptor fuerit, quaerunt docti. I. Rycquius lib. I. Epist. 27. in Vaticano codice ms. reperisse se testatur *L. Gnavius*. Quod fortasse verum esse tragici nomen putat: nisi fuerit potius *Lucius Varius* Horatii Virgiliique aequalis ac familiaris." Pont. Vid. not. — *Et ille* om S. — *inquit* (add. a rec. m. *suam*) G. 3. *cum ei .. dare*] Cf. Io. Saresb. III, 14. — *et*

pidi oratione, ut in Isocratis orationibus Plutarchus (bellone an pace clariores fuerint Athen. 8, p. 350. D.) verbis: *Ἀντίθετα καὶ πάρισα καὶ ὁμοιόπτωτα κολλῶν κτλ.*, nullus inest iocus. Inest vero, si novam finxit vocem, qua significaret nimis lepide dixisse Lepidum. Cf. § 13.

IV, 1. *ut caderet in scurram*] i. e. ea ratione, quae caderet in scurram.

2. *Aiacem tragoediam scripserat*] Vid. A. Weichert. Caes. Aug. Script. reliq. p. 95 sqq., ubi inter alia legitur: „Teste Suida s. n. *Αὔγουστος Καῖσαρ, ὁ καὶ Σεβαστὸς καὶ Ὀκταβιανὸς ἐπικληθεὶς ἔγραψε ... καὶ τραγῳδίαν Αἴαντός τε καὶ Ἀχιλλέως*: quocum convenit Eudocia in Villoisoni Anecd. Gr. Tom. I, p. 69.", et quae modo afferemus e Suetonio et Laur. Lydo.

L. Varius tragoediarum scriptor] „De eo est illud Virgilii Eclog. IX, [35 sq.]: *Nam neque adhuc Vario videor, nec dicere Cinna Digna.* De eodem et Quintilianus lib. X, c. 1. [§ 98.]: *Varii Thyestes cuilibet Graecarum comparari potest.*" Pont. — „Lucanus in Paneg. ad Pison. [226 sq.]: *Maecenas tragico quatientem pulpita gestu Evexit Varium.*" Uncis inclusa add. in dz. — Vide inprimis Weichertum in libro de huius poetae reliquiis scripto. Hunc ego secutus sum, quoniam in iis quae vulgo leguntur: *Lucius gravis tragoediarum scriptor*, solum praenomen *Lucius* ferri non potest. Poterat sane nomen *Varius* mutari in *gravis*. Sed etiamnunc haereo dubius, utrum hoc sit factum an in uno nomine *Lucius* lateant duo *L. Varius*, ut scribendum sit: *L. Varius gravis tragoediarum scriptor.*

Aiax suus] Dicendum erat *eius*. Vid. proleg. p. XXXIX.

in spongiam, inquit, incubuit] Cf. Sueton. Octav. 85.: *Nam tragoediam magno impetu exorsus non succedente stilo abolevit: quaerentibusque amicis: quidnam Aiax ageret, respondit Aiacem suum in spongiam incubuisse*, ubi vid. not. Casaub., et Laur. Lyd. III, 39.: *Ὅτι Αὔγουστος τὸν τοῦ Σοφοκλέους Αἴαντα εἰς τὴν πάτριον φωνὴν μετήνεγκεν· εἶτα ... ὡς ἀναξίαν ἐκ παραβολῆς πρὸς Σοφοκλέα τὴν ἑαυτοῦ διεγίνωσκε τραγῳδίαν, ταύτην ἐξήλειψεν· εἶτα ἐρωτηθεὶς πρὸς τοῦ Κικέρωνος ..., ποῦ τυγχάνοι ὁ γραφόμενος Αἴας, αὐτὸν ἀστείως ἅμα καὶ νουνεχῶς ἀποκρίνασθαι, σπόγγῳ τὸν αὐτοῦ Αἴαντα, καθάπερ σιδήρῳ τὸν τοῦ Σοφοκλέους ἐπιπεσεῖν.* Virorum doctorum (Maffeii de amphitheat. I, 14; Burmann. ad Sueton. I, p. 428, b., F. A. Wolf. ad Sueton. I, p. 211., atque Oudendorpii) sententias recensuit A. Weichertus Caes. Aug. script. rel. p. 98., ubi agnovit allusionem vocum *in spongiam* (qua deleretur scilicet scriptura) pro *in gladium* adhibitam, sed Laurentium merito

dus offerret, et modo proferret manum modo retraheret: *Putas,* in-
4 quit, *te assem elephanto dare?* Idem cum ab eo Pacubius Taurus congiarium peteret, diceretque iam hoc homines vulgo loqui, non parvam sibi ab illo pecuniam datam: *Sed tu,* inquit, *noli credere.*
5 Alium praefectura equitum submotum et insuper salarium postulantem dicentemque: *Non lucri causa dari hoc mihi rogo, sed ut iudicio tuo munus videar impetrasse, et ita officium deposuisse,* hoc dicto repercussit: *Tu te accepisse apud omnes affirma, et ego de-*
6 *disse me non negabo.* Urbanitas eiusdem innotuit circa Herennium deditum vitiis iuvenem. Quem cum castris excedere iussis-
[341]set, et ille supplex hac deprecatione uteretur: *Quomodo ad patrias sedes revertar? quid patri meo dicam?* respondit: *Dic me*
7 *tibi displicuisse.* Saxo in expeditione percussum ac notabili cicatrice in fronte deformem, nimium tamen sua opera iactantem, sic leniter castigavit: *At tu, cum fugies,* inquit, *numquam post te re-*
8 *spexeris.* Galbae, cuius informe gibbo erat corpus, agenti apud se causam et frequenter dicenti: *Corrige, in me si quid reprehendis,* respondit: *Ego te monere possum, corrigere non possum.*
9 Cum multi Severo Cassio accusante absolverentur, et architectus fori Augusti expectationem operis diu traheret, ita iocatus est:
10 *Vellem Cassius et meum forum accuset.* Vettius cum monumen-

[Mss. ABGPS.

proferret (sup. add. *modo*) G. 4. *pacuvius* Sv3-bP. Vid. I, 12, 35. — *ab illo sibi* v-g. 5. *minus videas* (sup. *r*) A. 7. *deformatum H.* — *leviter* v-g. 8. *Corrige me* (om. *in*) BGvl. 9. *expectationem diu operis* G. — *vocatus* G. — *accusasset* v-gb. „Leges linguae commendant hanc lectionem.“ Zeun. 10. *Vetetius* G. *Vectius*

reprehendit, quod ultra veritatem rem exornaverit.

3. *te assem elephanto dare*] „Est apud Suetonium Augusto cap. 53., ubi tamen non *assem* sed *stipem elephanto porrigere* legitur, et explicat luculente Isacus Casaubonus ex Aeliani historia de animalibus [VI, 10.] et loco Galeni [initio ἐπῳδοῦ vel postremi libri *de usu partium*], cur assis seu stipes elephanto detur, nimirum, ut eam acceptam elephas proboscide insessori suo porrigat.“ Pont. — Suetonium sequitur Io. Saresb. III, 14.

4. *congiarium*] Cf. Sueton. Aug. 41. *Congiaria populo frequenter dedit, sed diversae fere summae: modo quadragenos, modo tricenos, nonnumquam ducenos quinquagenosque nummos.* Quintil. VI, 3, 52. *Fabius Maximus, incusans Augusti congiariorum quae amicis dabantur exiguitatem, heminaria esse dixit.*

5. *salarium*] Cf. Plin. N. H. XXXI, 7 s. 41. § 89. *Honoribus etiam militiaeque interponitur* (sal) *salariis inde dictis.* Ulpian. Dig. II, 15, 8, § 23. *Si in annos singulos certa quantitas alicui fuerit relicta homini honestioris loci veluti salarium annuum.* De re ab Augusto instituta vid. Dio Cass. LII, 23.

6. *me tibi displicuisse*] i. e. „es hätte dir nicht bei mir gefallen.“

8. *Galba*] Ad eundem redit Macrobius infra c. 6. § 3 sq. Fuit pater imperatoris Galbae, de quo Suetonius Galb. 3.: *Pater,* inquit, *consulatu functus, quam brevi corpore atque etiam gibber, modicaeque in dicendo facultatis, causas industrie agitavit.*

corrigere non possum] In eo ludit, quod *corrigere* et ad animi et ad corporis vitia refertur.

9. *Vellem Cassius et meum forum accuset*] Non tam *accusasset* exspectaveris, quod habent editiones veteres cum Bipontina, quam *accusaret.* Voluit autem Augustus ut absolveretur forum, i. e. ut perficeretur. Cf. Sueton. Oct. 29. *Fori exstruendi causa fuit hominum et iudiciorum multitudo, quae videbatur*

tum patris exarasset, ait Augustus: *Hoc est vere monumentum patris colere.* Cum audisset inter pueros quos in Syria Herodes 11 rex Iudaeorum intra bimatum iussit interfici filium quoque eius occisum, ait: *Melius est Herodis porcum esse quam filium.* Idem 12 Augustus, quia Maecenatem suum noverat stilo esse remisso molli et dissoluto, talem se in epistolis quas ad eum scribebat saepius exhibebat, et contra castigationem loquendi quam alias ille scribendo servabat in epistola ad Maecenatem familiari plura in iocos effusa subtexuit: *Vale, mel gentium *meculle, ebur ex*

Edd. vicahgspdzb.] v-g. — *exarasset .. patris* om. P. „Suspicatur Erasmus dixisse Caesarem: *Hoc est vere memoriam patris colere.* Quem vide: nec forsan displicebit." Pont. „Sed displicebit, si inspicies locum et verba Christi apud Lucam. c. 11, v. 45., ubi *aedificare monumenta* est ornare et excolere; quod hic convenit." Add. in dz. 11. *cum inter pueros audisset* A. — *rex iudeorum herodes* S. — *Melius est ... filium* APEdd.M123P67 (R6 *esse porcum*). *Mallem Herodis porcus esse quam filius* BP2 (G *esse porcus*; P5 *malle*). 12. *augustum* A. — *stylo esse* G. *esse stilo* Edd. PS. — *remisso* om. G. *remissio* (del. *i*) A. — *in locos* A. — *effusus* „Casaubono placet." Pont. — *me legentium* GSR1. „Hoc nos ad genuinam vulgatam ducit. Quod G. de Rhoer de Caes. Aug. stud. c. II, § 16. coniectura dedit *Mel meum*, id eo minus probandum censeo, quo magis ita perit quaesitum ab Augusto κακόζηλον." A. Weichert. Aug. script. rel. p. 185. — *meculle* B (G corr. in *meicude*) M123P2567. *meicule* S. *metulle* Ai. *metuelle* vc-g. *melcule* s-bP (hg in mg.) „In Anglicano nostro et veteri vulgato constanter remanet *metuelle.* Quod quid sit, quis facile expediat? Coniecturae tamen si sit locus, valde verisimiliter refinxerim *mi tenelle.* Albinovanus in eius obitum: *Iam nunc ille tener, tum gravis hostis erat.* Nec aliter Iuvenalis Sat. XII. [38 sq.] *Vestem Pur-*

non sufficientibus duobus etiam tertio indigere. Itaque festinantius ... publicatum est.

10. *cum monumentum patris exarasset*] Cf. Cic. Leg. II, 23, 58. *Quum multa in eo loco sepulcra fuissent, exarata sunt.*

colere] „Colimus ea quae veneramur, et colitur ager, cum exaratur." Pont.

11. *intra bimatum*] „Evangelista Matthaeus cap. 2, v. 16. ἀπὸ διετοῦς καὶ κατωτέρω, *a bimatu et infra.* Macrobius hoc eleganter *intra bimatum* dixisse satis habuit." Pont. — Noli tamen putare hunc ipsum locum ante oculos habuisse Macrobium. Vid. prolegg. p. IV, 6. Zeunius conferri iubet Noldii Hist. Idum. p. 65 sqq. et interpretes ad Matthaeum: item Casauboni Exercitt. adv. Baron. II, 16.

Melius est Herodis porcum esse quam filium] „Miratur Scaliger ad Eusebium p. 163. Augusto haec verba excidisse, cum ipse Augustus sententiam capitis in tres filios Herodis iudicio suo probatam confirmarit." Pont. Conf. A. Weichert. l. c. p. 164. — „Aelianus V. H. XII, 56. Διογένης ὁ Σινωπεὺς ἔλεγε πολλὰ τὴν ἀμαθίαν καὶ τὴν ἀπαιδευσίαν τῶν Μεγαρέων διαβάλλων καὶ ἐβούλετο Μεγαρέως ἀνδρὸς κριὸς εἶναι μᾶλλον ἢ υἱός. Haec a se invicem videntur mutuata." Gron. — Vix est quod adnotetur iocum eo spectare quod Iudaei abstinent carne suilla.

12. *quia Maecenatem suum noverat stilo esse remisso molli et dissoluto*] Conf. Sueton. Oct. 86.: *Exagitabat nonnumquam inprimis Maecenatem suum, cuius μυροβρεχεῖς, ut ait, cincinnos, usquequaque persequitur et imitando per iocum irridet.*

contra castigationem loquendi quam alias ille scribendo servabat] Cf. Sueton. l. c.: *Genus eloquendi secutus est elegans et temperatum, vitatis sententiarum ineptiis atque inconcinnitate, et reconditorum verborum, ut ipse dicit, foetoribus.*

*mel gentium * meculle*] Weichertus defendit vulgatum *melcule*, sed ipse concedit miram sic esse du-

Etruria, lasar Arretinum, adamas supernas, Tiberinum margari-

[Mss. ABGPS.

puream teneris quoque Maecenatibus aptam. Haec exaraveram, cum offendi in Adversariis [XVIII, 1.] divinasse Turnebum *Meduliae* vel *Vetuloniae.* Et vero *Vetuloniae* non absimile vero sit. Casaubonus tamen ad Suetonium [p. 293 sq.] *Meduliae* retinet, et legit insuper *mel gemmeum.* Et ante eum Simeo Bosius [ad. Cicer. ad Att. VIII, 15.] *Mel Centinum et Veiens.* Lector arbitrabitur." Pont. „Invita Minerva Casaubonus correxit *Mel gemmeum Medulliae.* Melius Gyraldus de hist. poet. dialog. IV, p. 152. tentavit *mel gentium et medulla*, nisi quod copula huic Augusti stilo plane contraria est. Fuit quo ego ipse tentarem *mellitule* „*mein Honigmännchen*" coll. Apul. Met. III, p. 205. Quid autem, si sanissima est lectio *melcule?* Apud Plautum occurrit adiectivum *melliculus* et substantivum *melliculum* Cas. IV, 4, 18. et Curcul. I, 1, 11. Iam, uti apud eundem Cas. IV, 4, 14. teste Prisciano III, p. 610 P. legimus *Meum* .. *melculum;* ita mihi vix dubium est quin Augustus ioci gratia ex *mellicule* per syncopen fecerit *melcule*, et rariore et insolentiore forma Maecenatem ludificatus fuerit. Neque tamen dissimulo offensioni mihi esse duplicem mellis commemorationem, .. nisi eam studiose quaesitam dixeris." Weich. — *Hetruria* Sv-g. „Male Crinitus de honest. discipl. XXIV, 12. habet *ebur Hetruriae.*" Weich. — *lasar* Mss. vl M123P2567. „Quod etiam Crinitus et Meibomius in Maecen. semel c. 2. § 23. habet. At vero mihi persuasum est *laser* h. l. mendosum esse. Optime R. Maffeus in Comment. rer. urban. lib. XVII. et Gyraldus tentarunt *Esar* i. e. deus: quae coniectura vitiosa lectione *lasar* egregie iuvatur, praesertim si scripseris *Aesar*, quod a P. Crinito temere reiectum extra omnem dubitationem ponit Suetonius Aug. c. 97.: *ut inter deos referretur quod Aesar, i. e. .. Etrusca lingua deus vocaretur.* Cf. Dio Cass. LVI, c. 29." Weich. G. de Rhoer. p. 34. coniicit *Lar Arretine.* *lasser* v3. *laser* i-b. — *aretinum* Sc-bPM12 „Vid. Duker. et Drakenb. ad Liv. IX, 32. in. et X, 37, 4. Schneider. Gr. Lat. I, 2, p. 428. Inscriptiones ap. Gruter. et Orell. praeferunt diplasiasmum." Weich. *arrentinum* vl.

plicem mellis commemorationem. Mihi ne *mel gentium* quidem sanum esse videtur, nisi in *meculle* latet nomen aliquod. An forte legendum est *genitum?* Erat quum coniicerem: *mel gentis meum Cilniae*, et infra: *culinarum smaragde.*

ebur ex Etruria cet.] „Allusum ad impensum Maecenatis in gemmas similesque delicias lapillorum studium. Nec dissimulat ipsemet hoc epigrammate super Horatii obitu:

Lugent, o mea vita, te smaragdus,
Beryllus quoque et ipse; nec nitentes
Nuper, candida margarita, quaero,
Nec quos thynnica lima perpolivit
Anellos nec iaspios lapillos."

Pont., qui sic mutavit versum secundum, ubi vulgo: *Beryllos quoque* (vel *mihi*) *Flacce* legitur. Cf. Burmann. Anthol. II, 224., ed. Meyer. 82., Isidor. Orig. XIX, 32, 6., Weichert. l. c. p. 188., qui p. 185. adnotavit haecce: „Augustus in ὑποκορίσμασι sequentibus respicit ludendo cum rerum omnis generis deliciosarum tum inprimis lapillorum pretiosorum studium, cuius Maecenas insimulabatur [qui scripsisse videtur de gemmis auctore Plinio in Elencho libri XXXVII, Vol. I, p. 124. Sill.], augetque τὸ γελοῖον sententiae eo quod illas delicias adiectis nominibus designat quasi omnes ad Etruriae, Maecenatis eiusque maiorum patriae, urbes regionesque pertineant, ibique reperiantur. .. Maecenatem lepide appellat *ebur*, rem per se pretiosam, quam h. l. non India sed Etruria mittat! Perridicule!"

lasar Arretinum] *Aesar*, quod apud Etruscos significaret deum, legendum esse censens Weichertus oblitus est rem quandam pretiosam fuisse nominandam. Ipse adnotavit haecce: „Post eboris mentionem quilibet exspectet unionem, gemmam, aliusve pretii lapidem; sed nominatur *laser Arretinum.* Cur *Arretinum* dicatur *laser*, liquet: Arretium una ex duodecim urbibus Etruriae principalibus et, ut ex Livii lib. X, c. 3. [adde Sil. VII,

tum, Cilniorum smaragde, iaspi figulorum, berylle Porsenae, car-

Edd. vicahgspdzb.] *arretinum* v3. — *supernas* (sup. *num*) A. *sapernus* B. Weichert. ex G. affert *scaevas*. — *tyberinum* P2. *tiburinum* G. — *cilniorum* Gs-bP „est

29.] colligi licet, natalis Maecenati: sed *laser* quid sibi hic velit, perobscurum est. .. Quod etsi teste Plinio N. H. lib. XIX, c. 3, s. 15. auctoritate clarissimum fuit ac magnificum pretiosumque in usu medicamentisque (cf. Salmas. in Exercitt. Plin. p. 249. et Sprengel. in Beitraeg. z. Gesch. der Medicin I, p. 213 sqq.): tamen nullo pacto adduci possum, ut Augustum his verbis significare voluisse cum Taubmanno (ad Plaut. Rud. III, 2, 15; cf. G. de Rhoer. l. c. et Billerbeck. in Flora classica p. 73.) credam Maecenatem apud Etruriae populos in eodem esse pretio quo apud omnes laserpitium (Gr. *σίλφιον*, cf. Herodot. IV, 169. cum not. Baehr., Boettiger. Archaeol. u. Kunst I, p. 226; Arrian. de Exped. Alexandr. III, 28, § 10. Ell.)." — Taubmanno, opinor, non sic refragatus esset Weichertus, nisi eum fugisset Plinium praeter eum quem commemoravit locum, ubi legitur: *Ab his proximum dicetur auctoritate laserpitium, ... cuius sucum vocant laser*, dicere XXII, 23 s. 49. § 101.: „*Laser e silphio profluens quo diximus modo inter eximia naturae dona numeratum*, et in fine libri XXXVII. a me in cod. Bamb. invento, § 204. Sill.: *Rerum autem ipsarum maximum est pretium ... e terra exeuntibus in cocco in lasere* (Bamb. a sec. m. *lasare*).

adamas supernas] „Ridicule Augustus Maecenatem sic vocat, quia nullus ibi reperiatur adamas, ut neque ebur in Etruria aut margaritum in Tiberi, ut notat in Thesauro suo geographico Abrah. Ortelius in voce *infernas*." Pont. — „Lapis ille maximi inter gemmas pretii, qui in Etruria non reperitur, tamen h. l. *supernas* audit, qua quidem voce a Romae incolis notatur quicumque ad mare superum s. Adriaticum, uti *infernas* qui ad mare inferum s. Tyrrhenum natus est (Forcellin. in Lexico h. v.). Me mirum habet quod Maecenas non dicatur *infernas* ob Etruriae situm Tyrrheno mari viciniorem quam Hadriatico. An forte respicitur tractus Padanus ad Spinam et Adriam usque pertinens quem Etrusci pariter tenuisse feruntur et incoluisse?" Weich. — De Adriatico mari profecto non est cogitandum. Melius C. O. Muellerus Etrusc. p. 376. ad Apenninum hoc referendum esse statuit, nam *supernas* est nostrum „*von oben her*" i. e. saepe idem ac „*von der Winterseite*", ut haec regio opponatur calidis illis regionibus in quibus inveniantur pretiosissimi adamantes. Cf. Plin. N. H. XXXVII, c. 4. s. 15., et ibid. XV, 12. s. 11. *Supernatia* (Persica) *e Sabinis veniunt*, ad quae Harduinus perridicule haec adnotavit: „Quae ex Sabinis, qui superum mare accolebant, sive Adriaticum, in urbem advehebantur," et XVI, 39. s. 76. § 196 sq. *Et in totum deteriores* (arbores) *ex humidis opacisque, spissiores ex apricis ac diuturnae. Ideo Romae infernas abies supernati praefertur.* Non tamen est negandum supernatem Apennini partem ab Etruria esse aversam, cf. Vitruv. II, 10. *Citerior eius curvatura quae vergit ad Etruriae Campaniaeque regiones, apricis est potestatibus: .. ulterior autem, quae est proclinata ad superum mare, septentrionali regioni subiecta continetur umbrosis et opacis perpetuitatibus. .. 2. Ideo infernates* (abietes) *quae ex apricis locis apportantur, meliores sunt quam quae ab opacis de supernatibus advehuntur.*

Tiberinum margaritum] „Muellerus l. c. p. 376. illius fluvii fontes potissimum intelligendos censet [cf. ibid. p. 224. et Plin. N. H. III, 5. s. 9. § 53. *Tiberis .. e media fere longitudine Apennini, finibus Arretinorum profluit.*]: sed universe Tiberis audit apud Romanos *amnis Tuscus*. Vid. Sil. Ital. VIII, 362. ibique Rupert. Insolentiorem formam *margaritum* pro *margarita* (de qua exponit Charis. Inst. gr. I. p. 42 et 83. P c. 17. § 10. et c. 18. § 36. L. et Oudend. ad Suet. Cal. 37.) ab Augusto de industria sumptam esse putato." Weich.

[342]*bunculum* * *habeas*, ἵνα συντέμω πάντα, μάλαγμα *moecharum*.

[Mss. ABGPS.
lectio unice vera." Weich. *cilneorum* Av-gM3P2 Crinitus. *cilheorum* B. *ctineorum* P7. *crineorum* SM1. *erineorum* M2. „Penthagathus legendum putat *Ciliniorum smaragde*. [Sic etiam Ursinus ad Liv. X, 3, 1.] Nam dictus *Cilinius* Maecenas. Brusonius lib. 4. cap. 6. Facetiarum legit: *Cillonum smaragde*. Cicero c. Salust. [6, 18.]: *quicquid impudicorum cillonum*." Pont. — *smagragde* e G affert Weich. — *iaspis* Si-gbP (A a sec. m.) „Equidem praetuli Graecam vocativi formam, qua Augustus data opera videtur usus esse, eamque praeferunt Rutgersius, Schottus, Fabricius, Forcellinius et Muellerus." Weich. Idem scripsit *Figulorum* pro vulgato *figulorum*. Vid. not. — *berille* ASvM1P7. *berulle* BP2 (G a p. m.). — *porsennae* B a sec. m.; v-gP2. — *carbunculm h'at ut in Gr.* G „Coniectavit Is. Casaubonus *Carbunculum Italiae*, καὶ ἵνα. Simeo Bosius licentius *Carbunculum Tolumnii; haveas*, ἵνα." Pont. „Crinitus et Gyraldus ediderunt *berylle et carbunculum Porsenae*: et ille quidem *habeas* et quae sequuntur Graeca plane delevit; hic post *Porsenae* posuit punctum novumque κῶλον incepit *Habeas*, ἵνα κτλ.; Schottus *habeas* de mendo suspectum habet; in Casauboni correctione nomen *Italiae* a contextu alienissimum est, quippe in quo omnia speciatim ad Etruriam referri oporteat, et copula hanc verborum complexionem ἀσυνδέτως factam turbat. Denique Bosius verbis quidem audacius, sed sensu longe commodius correxit: *carbunculum Tolumnii; haveas*, ἵνα κτλ. Vid. Liv. IV, 17. *Haveas* placet, neque tamen licentius correxeris *valeas*. Verum enim vero mihi scrupulum iniicit vocativus *carbunculum*. Neutrum huius vocis non reperitur: nisi forte h. l. illud ἅπαξ λεγόμενον

Cilniorum smaragde] Cilnio genere ortus erat Maecenas. Cf. Sil. Ital. VII, 29. et interpretes ad Liv. X, 3. Mueller. Etrusk. I, p. 376. — Weichertus smaragdum ait κατ' ἐξοχὴν designare viridis coloris gemmas, coll. interprett. ad Iuvenal. VI, 458.

iaspi figulorum] „Mentionem figulorum factam esse plurimi existimant propter Arretium, cuius ager terra abundabat aptissima ad coquenda fictilia, de quibus Plinius N. H. XXXV, c. 12. § 160 S. In ea opinione est G. de Rhoer, itemque Od. Muellerus in Etrusk. I, p. 246. et 376. . . Ego . . nomen proprium desidero, nomen hominis qui vivus in Etruscorum rebus studiisve famam adeptus post mortem in magno esset honore. Meditanti mihi in mentem venit *P. Nigidius Figulus*, aequalis Ciceronis, praetor a. u. c. 695. . . . Annius Viterbiensis, ut Crinitus refert, *figulos* pro poetis dictos accepit. Inficete!" Weich. — Equidem Muellerum sequor, nec quidquam est quod me dubium faciat: Arretium est patria figulorum, hi autem non utuntur iaspide (vid. Plin. N. H. XXXVII, c. 8. s. 37.), quae iocose hic iis tribuitur, sed terra illa rubra quae prope Arretium effoditur (vid. Etrusk. II, p. 244.). Cum Porsena denique commode iungi posse figulos docet Martialis epigramma (XIV, 98.), quod Muellerus attulit II, p. 243. *Arretina nimis ne spernas vasa monemus. Lautus erat Tuscis Porsena fictilibus.*

berylle Porsenae] Haec addita esse censet, Weichertus, „quo fortius Maecenas etiam ob belli gerendi peritiam et fortitudinem laudetur." Ego maluerim cogitare de fictilibus illis Porsenae vasis, nisi quis forte mavult huc referre lapides quadratos quibus exstructus erat labyrinthus quem fecit sibi Porsena rex Etruriae sepulcri causa, ut refert Plinius N. H. XXXVI, 13. s. 19. § 91. De beryllo vid. ibid. XXXVII, 6. s. 20.

*carbunculum * habeas*] Haec corrupta esse nemo non videt. Inter ea quae alii tentaverunt maxime mihi placet *haveas*: sed tamen me offendit coniunctivus post imperativum *Vale*, et vocativus *carbunculum*. Vide ergo ne legendum sit *carbuncule mas*: quod si scriptum erat, facile mutari poterat in *carbunculum as*, *carbunculum hãs*, *carbunculum habeas*. Cf. Plin. N. H. XXXVII, 7 s. 25. § 92.: *Principatum habent carbunculi . . . Prae-*

Exceptus est a quodam coena satis parca et quasi cotidiana. 13
Nam paene nulli se invitanti negabat. Post epulum igitur inops ac sine ullo apparatu discedens vale dicenti hoc tantum insusurravit: *Non putabam me tibi tam familiarem.* Cum de Tyriae 14
purpurae quam emi iusserat obscuritate quereretur, dicente venditore: *Erige altius et suspice,* his usus est salibus: *Quid? ego, ut me populus Romanus dicat bene cultum, in solario ambulaturus*

Edd. vicabgspdzb.] probandum est." Weich. — *ἵνα συντείνω πάντα* ca (g in mg.). *ΙΝΙΑ ϹΥΝΤΕΜωπα* (cett. Gr. om) A. *ιυια συντελλω παντα* M8. *ιυιασιυ τέλλω να* (cett. Gr. om.; in mg. *πᾶσιν ἐπιτέλλων* (sup. ω) *πάντα μάλαγμα*) M1. *πᾶσιν ἐπιτέλλω πάντα* SM2P7. „Forte *ἵνα συντρίβω* (seu *συντρίβῃς*, si malis referre ad alterum) *τὰ μαλάγματα.* Nam malagmata alia mixta fuisse, alia contusa, patet ex Celso de Med. V, 18. pag. 259. et alibi." Zeun. — *μαλάγματα* v-a (g in mg.). — *moecharum* cum Graecis om. G. *metharum* S. 14. *suscipe* v. — *Quid ergo* v-g. — *me* om. A.

terea in omni genere *masculi* appellati acrius, at feminae languidius refulgentes.* Fortasse carbunculi gemmae commemorandae ansam dedit carbunculus ille de quo Vitruvius II, 6, 6.: *Uti in Campania,* inquit, *exusta terra cinis, sic in Etruria excocta materia efficitur carbunculus. Utraque autem sunt egregia in structuris* cet. Cf. Mueller. I, p. 246. et Weichert. p. 187., qui suspicatur inesse in locutione *carbunculum habere* aut significationem proverbialem aut solemnis cuiusdam formulae vim coll. Publ. Syr. ap. Petron. c. 55. *Probitas est carbunculus.* Additamentum autem *mas*, si verum est, cohaeret cum iis quae sequuntur, *μάλαγμα moecharum.*

ἵνα συντέμω] i. e. *ἵνα συντόμως εἴπω.* Cf. Eurip. Troad. 441. *ὡς δὲ συντέμω.*

μάλαγμα moecharum] In his verbis sensum quendam petulantem et obscoenum inesse censet Weichertus, haud scio an non recte. Namque *μάλαγμα* non tantum id significat quo aliquid molliatur, sed est etiam vocabulum nauticum, ut apud Hesychium s. v. *Σπεῖραι: τὰ μαλάγματα τῶν νεῶν*, quae in Steph. Thes. sic explicantur: „Intelligit funes complicatos quos lateribus navium, quum in portu sunt, appendunt nautae, ne attritu inter se detrimenti quid capiant. Angl. *Fenders.*" Huc ibidem referuntur verba Plutarch. Sympos. I, 2, 6. p. 618. F. *Διΐστημι δὲ καὶ στραγγαλιῶντας ... ἀλλήλων, τινὰ παρεντιθεὶς μέσον, ὥσπερ μάλαγμα τῆς ἀντιτυπίας*, et eodem referenda esse videntur quae paulo supra ibid. leguntur verba Alcinoi de doctr. Plat. c. 23.: *Τὸν πνεύμονα δὲ ἐμηχανήσαντο τῆς καρδίας χάριν μαλακόν τε καὶ ἄναιμον, .. ὅπως ἔχῃ μάλαγμα πηδῶσα ἡ καρδία κατὰ τὴν ζέσιν τοῦ θυμοῦ*, et praeterea Longini 32, 5.: *Οἷον μάλαγμα, ἵν' ὁ θυμὸς, ὁπότ' ἐν αὐτῇ ζέσῃ, πηδῶσα εἰς ὑπεῖκον μὴ λυμαίνηται.* Haec nituntur Platonis verbis (Tim. p. 70. C.): *Καὶ περὶ τὴν καρδίαν αὐτὸν (τὸν πλεύμονα) περιέστησαν οἷον ἅλμα μαλακὸν, ἵνα, ὁ θυμὸς ἡνίκα ἐν αὐτῇ ἀκμάζοι, πηδῶσα εἰς ὑπεῖκον καὶ ἀναψυχομένη, πονοῦσα ἧττον μᾶλλον τῷ λόγῳ μετὰ θυμοῦ δύναιτο ὑπηρετεῖν.* Quae si consideraveris, mihi concedes *μάλαγμα moecharum* dici posse eum qui libidinum impetum atque intemperantiam coerceat. Vid. tamen Dion. Cass. LIV, 30.

13. *nulli se invitanti negabat*] Cf. Terent. Phorm. I, 2, 62 sq. *Obsecrat, Ut sibi eius faciat copiam. Illa enim se negat,* et Hec. I, 2, 45. *Ille primo se negare.*

ac sine ullo apparatu] sc. institutum. Vid. not. ad § 26.

14. *Erige altius*] „Facit ad ioci huius lucem illud Senecae lib. I. N. Qu. [5, 12.] *Purpuram Tyriam, quo melior saturiorque est, eo oportet altius teneas, ut fulgorem suum ostendat.*" Pont.

in solario] i. e. in summa parte domus, „*auf dem Söller.*" Vid. Becker. Gall. I, p. 94. ed. I.

15 *sum?* Nomenculatori suo, de cuius oblivione querebatur, dicenti: *Numquid ad forum mandas? Accipe*, inquit, *commendatitias, quia*
16 *illic neminem nosti.* Vatinio in prima sua aetate eleganter insultavit. Contusus ille podagra volebat tamen videri discussisse iam vitium, et mille passus ambulare se gloriabatur. Cui Caesar:
17 *Non miror*, inquit: *dies aliquanto sunt longiores.* Relata ad se magnitudine aeris alieni, quam quidam eques Romanus dum vixit excedentem ducenties celaverat, culcitam emi cubicularem in eius auctione sibi iussit, et praeceptum mirantibus hanc rationem reddidit: *Habenda est ad somnum culcita in qua ille, cum tantum de-*
18 *beret, dormire potuit.* Non est intermittendus sermo eius quem Catonis honori dedit. Venit forte in domum in qua Cato habitaverat. Dein Strabone in adulationem Caesaris male existimante de pervicacia Catonis, ait: *Quisquis praesentem statum civitatis*
[343] *conmutari non volet, et civis et vir bonus est.* Satis serio et Catonem laudavit et sibi, ne quis adfectaret res novare, consuluit.

[Mss. ABGPS.

15. *nomen ioculatori* A. *nomenclatori* c-bP. „Non temere Scriverio censente in scriptis (ABGvi) reperitur *nomenculatori.*“ Pont. Vid. not. — *commendaticias* BGvi. 16. *Vatinius* S. — *contusus* bP. *confusus* ABGSv-zM123P2567. „Lege *confissus.* Gronovius *contusus*, ut Iuvenalis [immo Horatius Sat. II, 7, 15.]: *postquam illi iusta podagra* [*cheragra*] *Contudit articulos.* Ac *confissus* est a *confindo* et *findo*, Martial. X, 2. *Marmora Messalae findit caprificus.* Item IX, 94. *Podagra chiragraque secatur Caius.* Atque ita *confissus* nihil est aliud quam *sectus.*“ Haec in dz tribuuntur Pontano, sed in neutra ed Pont. ego ea reperi. — „Bentleius ad Horat. Serm. II, 7, 15. cum Gronovio recte legendum censet *contusus.* Sic enim apud Horat. l. l. chiragra dicitur *contundere articulos*, et apud Pers. Sat. V, 61. *frangere articulos.*“ Zeun. — *iam* om. v-g. 17. *ducenties sestertia* S. *ducenties LLS* icn. *ducenteis LLS* hg (g in mg. *ducenties*). — *culcitram* Svg. — *actione* A. — *orationem* (puncto pos. sub o) A. — *culcitra* v-g. 18. *de Catonis*

15. *Nomenculatori*] „Sic diserte effert Martialis lib. X, epigr. 30. [23.]: *Nomenculator mugilem citat notum.* Est et in inscriptionibus: C. EGNATIVS C. L. EVRIPVS NOMENCVLATOR, quamvis in iisdem quoque monumentis occurrat non semel *nomenclator*, ita ut utroque modo hoc nomen usurpatum veteribus videatur.“ Pont. — Cf. Schneider. Elementarl. p. 171. et de re ipsa Becker. l. c. p. 114. et 249.
commendatitias] sc. litteras. Cf. Cic. ad Fam. V, 5, 1.
16. *discussisse iam vitium*] Sic saepius dicitur discuti *morbus*, ut Plin. N. H. XXVIII, c. 7 extr., et *calculorum vitia* ib. XXXI, 2 s. 8., *febris* ibid. et Cels. II, 17; III, 15. al.
17. *excedentem ducenties*] „In editionibus priscis: *ducenties LLS.* Et solent sic quoque sestertia notare veteres. Omitti tamen honeste potest. Martialis [V, 70, 5.]: *O quanta est gula centies comesse.*“ Pont. — Cf. § 23. Intelligenda sunt ducenties centena sestertia vel ducenties centena milia nummum. Contra vid. c. 7. § 8. *cum quingentis sestertiis* et infra § 24. *centum*, i. e. quingentis milibus et centum milia sestertium. Cf. Krueger. Gramm. p. 739.
18. *male existimante*] „Valet quod apud Graios λοιδοροῦντος. Quomodo et Seneca de vita beata sub finem [de otio 5. § 16] *De quo male existimare consuevimus*, et iterum lib. III. de ira [22, 2.] *Qui .. de rege suo male existimant. Audierat omnia Antigonus.* Vide item Ciceronem Epist. lib. XIII, ep. ad Servil. [i. e. ep. 69, 2. *ut de se bene existimes*]. Pont. — Adde de off. II, 10, 36. *Non omnes eos contemnunt de quibus male existimant.* Vid. Casaubon. ad Suet. Oct. 51., ubi citatur Seneca ep. 31, 9; 68, 5; 107,

Soleo in Augusto magis mirari quos pertulit iocos quam 19
ipse quos protulit, quia maior est patientiae quam facundiae laus, maxime cum aequanimiter aliqua etiam iocis mordaciora pertulerit. Cuiusdam provincialis iocus asper innotuit. Intraverat 20
Romam simillimus Caesari et in se omnium ora converterat. Augustus perduci ad se hominem iussit, visumque hoc modo interrogavit: *Dic mihi, adolescens, fuit aliquando mater tua Romae?* Negavit ille, nec contentus adiecit: *Sed pater meus saepe.* Tem- 21
poribus triumviralibus Pollio, cum Fescenninos in eum Augustus scripsisset, ait: *At ego taceo. Non est enim facile in eum scribere qui potest proscribere.* Curtius eques Romanus deliciis diffluens, 22
cum macrum turdum sumpsisset in convivio Caesaris, interrogavit, *an mittere liceret.* Responderat princeps: *Quidni liceat?* Ille per fenestram statim misit. Aes alienum Augustus cuiusdam senato- 23

Edd. vicahgspdzb.]
pervicacia v-g. — *res novas cons.* B a p. m; Gv-g. *res nova reconsuluit* A.
19. *amirari* (del. *a*) B. *admirari* G 20. *Intraverat .. saepe*] Cf. Io. Saresb. III, 14. — *hominem ad se* ASv-g. 21. *Pollio ... proscribere*] Cf. Io. Saresb. l. c. 22. *Curtius ... misit*] Cf. Io. Saresb. l. c. — *defluens* Mss. vi. *affluens* Sar. — *Respondit* S. — *statim per*

11. Idem est ac quod nos vulgo dicimus „*raisonniren*".

***et civis et vir bonus est*] „Hoc de Catone Augusti iudicium exprimere voluit Valerius quoque lib. II. sub finem [10, 8.]: *Quae quidem* (virtus) *effecit, ut quisquis egregium et sanctum virum civemque significare velit, sub nomine Catonis definiat.*" Pont. — „Sueton. Octav. (87.): *Cum* (Augustus in epistolis autographis) *hortatur ferenda esse praesentia qualiacumque sint: Contenti simus, ait, hoc Catone.*" Zeun.**

ne quis adfectaret res novare*] Sic *affectare* cum infinitivo construitur cum a poetis tum a Quintiliano V, 10, 28.: *Quid affectet quisque, locuples videri an dives;* et X, 1, 97.: *Qui esse docti affectant.

19. *aequanimiter*] i. e. aequo animo, quod adverbium praeterea dicitur legi apud Sulpic. dial. I, 14. et Ammian. XIX, 10.

20. *Sed pater meus saepe*] quasi spurius natus esset Augustus.

21. *Temporibus triumviralibus*] i. e. triumviratus tempore. Sic Seneca de ben. II, 11, 1.: *Ille triumvirali proscriptione servatus.*

***Pollio*] C. Asinius, non Vedius, saevus iste lurco, quem memoravit Dio Cass. LIV, 23., ut opinatum esse Fabricium refert Weichertus l. c. p. 95.**

***cum Fescenninus in eum Augustus scripsisset*] Thorbeckius de C. Asinii Pollionis vita p. 18. hoc factum esse statuit a. u. c. DCCXI., quo exarserit proscriptio: sed Weichertus l. c. postea demum, quum Pollio acto a. d. Kal. Novembr. a. u. c. DCCXV. triumpho in vitam privatam et otium se abdidisset. Fescennini versus illa aetate erant festiva convicia. Cf. Mueller. Etrusk. II, p. 284 sq. Sen. Med. 113. Martial. VII, 8, 7.**

22. *deliciis diffluens*] Sic scribendum esse putavi vel invitis codicibus mss. Cf. Cicero Lael. 15. § 52. *homines deliciis diffluentes*, cum adnot. M. Seyfferti.

an mittere liceret*] tanquam nimis macrum ad edendum. Hoc quidem certum est, sed quaeri potest, utrum *mittere* h. l. idem sit ac *abiicere*, an iocus in eo consistat, ut Curtius dixerit se velle turdum dimittere, ut dimittunt aucupes aves nimis macras. Cf. III, 16, 16. *turdum pinguem*, et Terent. Ad. V, 2, 5.: *Mitte me*, et infra § 26. *avemque dimisit.

***Responderat*] Plusquamperfectum post perfectum *interrogavit* positum ita tantum excusari potest, ut dicatur propter sequens perfectum, *misit* pro: *quum respondisset* positum esse.**

ris cari sibi non rogatus exolverat numerato quadragies. At ille
24 pro gratiarum actione hoc solum ei scripsit: *Mihi nihil.* Solebat Licinius libertus eius inchoanti opera patrono magnas pecunias conferre: quem morem secutus centum promisit per libellum in quo virgulae superductae pars ultra pecuniae defectionem protendebatur vacante infra loco. Caesar occasione usus priori alterum centies sua manu iunxit spatio diligenter expleto et adfectata lit-
[344] terae similitudine: geminatamque accepit summam dissimulante liberto, qui postea coepto alio opere leniter factum suum Caesari obiecit libello tali dato: *Confero tibi, domine, ad novi operis im-*
25 *pensam quod videbitur.* Mira etiam censoris Augusti et laudata patientia. Corripiebatur eques Romanus a principe, tamquam minuisset facultates suas. At ille se multiplicasse coram probavit. Mox eidem obiecit quod ad contrahendum matrimonium legibus non paruisset. Ille uxorem sibi et tres esse liberos dixit. Tum adiecit: *Posthac, Caesar, cum de honestis hominibus inquiris, hone-*
26 *stis mandato.* Etiam militis non libertatem tantum sed et temeritatem tulit. In quadam villa inquietas noctes agebat rumpente somnum eius crebro noctuae cantu. Prendendam curavit noctuam. Miles aucupii peritus et spe ingentis praemii pertulit. Laudato imperator mille nummos dari iussit. Ille ausus est dicere: *Malo vivat*, avemque dimisit. Quis non miratus est non offenso Cae-
27 sare abisse militem contumacem? Veteranus, cum die sibi dicto periclitaretur, accessit in publico ad Caesarem, rogavitque ut sibi adesset. Ille advocatum quem ex comitatu suo elegerat sine mora dedit, commendavitque ei litigatorem. Exclamavit ingenti

[Mss. ABGPS (V inde a § 25.).

fenestram v-g. 23. *scribit* s-z. *rescripsit* „B". 24. *pecunias* (in mg. *copias*) S. — *ultra pec. ad defectionem* S. — *locum* (sup. *o*) S. — *propriori* vl. — *tali* om. S. 25. *eidem* Mss. v-gM123P2567. *idem* s-bV. — *obiecit* ASVv-gM123P56. *subiecit* Bs-bP127. — *liberos tres esse* G. *tres liberos esse* v-g. — *Tunc* Edd. P. — *posthaec* AS. *posthanc* P. 26. *sed etiam* S. — *In quadam villa .. contumacem*] Cf. Io. Sar. l. c. — *inquietes* B (G a p. m.) V. — *prehendendam* S. — *eam spe* g in mg. — *mox dari iussit millenum* (sup. add. *mos.*) G. — *Male* A. — *in offenso* S. — *abiisse* v-gbP. 27. *Veteranus . . . videri*] Cf. Io. Sar.

23. *quadragies*] i. e. *quadragies sestertio*, vel quadragies centenis milibus nummum. Vid. not. ad § 17.

Mihi nihil] Cf. Sen. de benef. II, 7, 1. *Hoc non est donare, sed creditores convocare.*

24. *Licinius libertus eius*] Si Augusti fuit libertus, quaeritur unde nomen ei fuerit *Licinio?*

centum promisit] Scripsit HS. C̄. i. e. centum sestertia. Cf. Krueger. Gramm. § 739, 6.

ultra pecuniae defectionem] i. e. ultra numerum pecuniam significantem.

alterum centies] *Centies* videtur hoc loco tantummodo signum C indicare. Nam ea vis qua significat *centies centena millia sest.* admitti non potest, quia supra dictum est *centum promisit*, non *centies*.

25. *honestis mandato*] i. e. qui non calumnientur.

26. *aucupii peritus et spe ingentis praemii*] Cf. § 13. *post epulum inops ac sine ullo apparatu.* Supplendum est *concitatus* vel simile participium. Sed malim abesse particulam *et*, quam omisit Io. Saresberiensis III, 14. Idem verbum *pertulit* sic interpretatus est: *captam tulit ad Caesarem.*

27. *die sibi dicto*] Dicendum erat: *dicta.*

voce veteranus: *At non ego, Caesar, periclitante te Actiaco bello
vicarium quaesivi, sed pro te ipse pugnavi,* detexitque inpressas
cicatrices. Erubuit Caesar, venitque in advocationem, ut qui ve-
reretur non superbus tantum sed etiam ingratus videri. Delecta- 28
tus inter coenam erat symphoniacis Toronii Flacci mangonis, at- [345]
que eos frumento donaverat, cum in alia acroamata fuisset num-
mis liberalis: eosdemque postea Toronius aeque inter coenam
quaerenti Caesari sic excusavit: *Ad molas sunt.* Sublimis Actiaca 29
victoria revertebatur. Occurrit ei inter gratulantes corvum te-
nens, quem instituerat haec dicere: *Ave, Caesar victor imperator.*
Miratus Caesar officiosam avem viginti milibus nummum emit.
Socius opificis, ad quem nihil ex illa liberalitate pervenerat, ad-
firmavit Caesari habere illum et alium corvum, quem ut adferre
cogeretur rogavit. Adlatus verba quae didicerat expressit: *Ave,
victor imperator Antoni.* Nihil exasperatus satis duxit iubere il-
lum dividere donativum cum contubernali. Salutatus similiter a 30
psittaco emi eum iussit. Idem miratus in pica hanc quoque red-
emit. Exemplum sutorem pauperem sollicitavit ut corvum insti-
tueret ad parem salutationem: qui impendio exhaustus saepe ad
avem non respondentem dicere solebat: *Opera et impensa periit.*
Aliquando tamen corvus coepit dicere dictatam salutationem. Hac
audita dum transit Augustus, respondit: *Satis domi salutatorum
talium habeo.* Superfuit corvo memoria, ut et illa quibus domi-
num querentem solebat audire subtexeret: *Opera et impensa pe-
riit.* Ad quod Caesar risit, emique avem iussit quanti nullam
adhuc emerat. Solebat descendenti a Palatio Caesari honorificum 31

Edd. vicahgspdzb.]

l. c. — *periclitante* (*te* add. a sec. m.) A. 28. *Turonii* ASv-g. „Lege *Toranii*" Salmas. Exercc. Plin. p. 29. b. F. — *numinis liberalis* S. *nummis liberatis* A a p. m.; B. *liberalis nummis* v-g. — *Turonius* ASv-g.
29. *in actiaca victoria* G. — *occurrit* (om. *ei*) S. — *instruxerat H.* — *hoc* v-g. sic *H.* — *Have* s-b. — *nummorum* s-bP. *nummis* G. — *Have* s-b. 30. *iussit eum* v-g. — *Exemplum autem* S. — *instrueret H.* — *corvus tamen* G. — *habeo* Pontanus dicit abesse a scripto, adiiciens: „Nec male: commendat enim dicteria arguta illa brevitas." At in A legitur *habeo.* — *rursusque* GV. 31. *id facturum* v-g. — *brevi*

28. *Toronii Flacci*] „*Thoranium* appellat Tranquillus Augusto [c. 27.]. Item Plinius lib. VII, cap. 12. [§ 55.] et eum imitatus Solinus cap. 5. [immo c. 1. p. 6. F. Salm.]." Pont. — Ubique nunc legitur *Toranius*, sed apud Plutarchum Sertor. 12. *Θωράνιος* nominatur legatus Metelli. Plinii *Toranius* etiam *mango* vocatur: est ergo idem. Sed plane diversus est C. Toranius Suetonii, qui tutor Augusti dicitur fuisse.
Ad molas sunt] „Frumentarias videlicet. Dicit autem id indignatus Augusto Thoranius, quod pueros symphoniacos quasi molarum curatores frumento donaverat. Luserat non absimiliter ad Atticum [II, 1, 9.] Tullius: *Ut Rhodi videretur molis potius quam Moloni operam dedisse.*" Pont.
29. *corvum tenens*] „De alio corvo eiusmodi sub Tiberio vid. Plin. N. H. X, 43. [s. 60, § 121.]." Zeun.
donativum] proprie est donum a novo imperatore militibus datum. Vid. Doederl. Synon. IV, p. 143.
30. *impendio*] tam ad operam quam ad pecuniam impensam est referendum. Cf. Curt. IX, 4, 21. *Regi suo parvo impendio immortalitatem famae daturus.*
Superfuit] i. e. suppetivit. Cf. c. 5, § 2.

[346] aliquod epigramma porrigere Graeculus. Id cum frustra saepe fecisset, rursumque eum idem facturum vidisset Augustus, breve sua manu in charta exaravit Graecum epigramma: pergenti deinde ad se obviam misit. Ille legendo laudare, mirari tam voce quam vultu: cumque accessisset ad sellam, demissa in fundam pauperem manu paucos denarios protulit quos principi daret: adiectus hic sermo: *Νὴ τὴν σὴν τύχην, Σεβαστέ· εἰ πλέον εἶχον, πλέον ἐδίδουν.* Secuto omnium risu dispensatorem Caesar vocavit et sestertia centum milia numerare Graeculo iussit.

[Mss. ABGPSV.

s-b. „Ms. *brevi manu sua*“ Pont. coll. Dig. XXIII, 3, 13. *brevi manu acceptum a muliere.* Add. in dz.: „Legi posse existimo *breve*, ut sit substantivum, unde nostrum *Brief* fluxerit. Isidori glossae: *brevi — gerulus, qui breve gerit.* Est in Vopisco in vita Bonosi [c. 15.]: *Brevis munerum.* Idem Vopiscus in Aureliano [c. 30.]: *brevem* [al. *breve*] *nominum*, ut ita *breve* et *brevis* utrumque substantive sumatur. Seneca appellat *indicem* epist. 39. [§ 2.].“ „Ab omnibus editoribus expressum olim *breve* adiectivum. Dum non considerat Pontanus quid Ictis dicatur *brevi manu fieri*, sic vara vibiam secuta est. Nos, lector, tuum iudicium appellamus.“ Gron. „*Breve* probari nequit. Etsi enim *breve* et *brevis* aliquando pro libello ponitur in quo quid scriptum est: id tamen h. l. constructio non admittit. Lege igitur *brevi* et interpretare *breviter*, ex tempore, subito.“ Zeun. „Praestat *breve* quod ad *epigramma* referri debet.“ Weich. l. c. p. 101. — *manu sua in charta exaravit graecum* i-g. *graecum manu sua in ch. exar.* v. — *mirari* add. in mg. S. — *in fundum pauperem* ASH. *in pauperem fundam* s-bP. — ΝΗΤΝ CΗΝ ΤΥΧΗΝ V. ΝΗΤΗΝ ΤΥΧΗΝΝC (reliquis om.) A. *νὴ τὴν τύχην σου* M12. *νὴ τὴν ψυχὴ σου* S. *Μὴ τὴν σὴν τύχην* h in mg. *Non secundum fatum tuum auguste. Si plus haberem, plus darem.* ΜΗ ΤΗΝ CΗΝ ΤΥΧΗΝ B. *μὴ τὴν σὴν τύγην* s-z. ΜΗ ΤΗΝ ΤΥΧΗΝ CΗΝ P. *μὴ τὴν τύχην* (om. *σὴν*) P6. *οὐκ τὴν τύχην σου* P7. *μὴ κατὰ τὴν τύχην σὴν* v-gb. „Videtur legendum esse aut *κατὰ τὴν τύχην σου* aut *τὴν σήν*.“ Weich. „Edit. vet. (vic) *Μὴ κατὰ τὴν τύχην σὴν, Σεβαστὲ, εἰ πλέον, ἐδίδουν; non secundum fortunam tuam Auguste; si plus haberem, plus darem.* Si addideris *εἶχον, πλέον,* quod in recentiori (a-b) reperitur, haut dubie antiqua lectio est praeferenda. Nam non modo interpretatio adiecta eam probat; sed melior quoque efficitur sensus. Nam *μὴ κατὰ τὴν τύχην σὴν* referuntur ad antecedentia, ad denarios paucos quos Caesari Graeculus exhibuit, h. e. tu maiori praemio es dignus, hoc pretium non satis tuae fortunae convenit.“ Zeun. — *ἐδίδουν. Non secundum fortunam tuam Auguste: si plus haberem, plus darem.* v-g (G *ut in Gr. Non secundum fatum tuum* cet.). „*Secundum factum tuum Auguste si plus haberem. et insecuto* (reliquis om.) Male cod. Flor.“ Gron. in marg.

31. *exaravit Graecum epigramma*] „Suetonius in August. 85. narrat Augustum epigrammata, quorum modicus extet liber, fere tempore balnei meditatum esse.“ Zeun. — Nunc vid. Weichert. l. c. p. 89 sqq. et p. 100 sq.

legendo laudare] Vid. prolegg. p. XL.

cumque accessisset ad sellam] in Rostris, videtur, quo interim venerat Augustus. Cf. Cic. Phil. II, 34. § 85. *Sedebat in Rostris collega tuus .. in sella. .. Escendis, accedis ad sellam.*

Νὴ τὴν σὴν τύχην] affirmantis est, ut vulgo *νὴ τὸν Δία.* Conf. Alciphr. II, 2. *Νὴ τὰ μυστήρια, νὴ τὴν τούτων τῶν κακῶν ἀπαλλαγήν.* Interpretationum Latinarum diversitas ipsa docet deberi eas interpolatori. Conf. c. 3. § 16. et huius libri finem. Similis interpolatio invenitur c. 6. § 5. Minus suspecta mihi est ea quae legitur Comm. I, 6, 41.

ἐδίδουν] Vid. G. Hermann. de partic. *ἄν* I, 13.

dispensatorem] Fuit unus e servis, apud imperatores interdum ingenuus. Vid. Becker. Gallus I, p. 109. ed. I. Orell. ad inscr. N. 4002.

V. Vultis aliqua et filiae eius Iuliae dicta referamus? Sed 1
si garrulus non putabor, volo de moribus feminae pauca praemittere, ni quisquam vestrum habeat seria et discenda quae proferat. Hortantibusque omnibus, ut coepto insisteret, ita de Iulia orsus est. Annum agebat tricesimum et octavum, tempus aetatis, si 2
mens sana superesset, vergentis in senium: sed indulgentia tam fortunae quam patris abutebatur, cum alioquin litterarum amor multaque eruditio, quod in illa domo facile erat, praeterea mitis humanitas minimeque saevus animus ingentem feminae gratiam conciliarent, mirantibus qui vitia noscebant tantam pariter diversitatem. Non semel praeceperat pater, temperato tamen inter in- 3
dulgentiam gravitatemque sermone, moderaretur profusos cultus perspicuosque comitatus. Idem cum ad nepotum turbam simili-[347]
tudinemque respexerat qua repraesentabatur Agrippa, dubitare de pudicitia filiae erubescebat. Inde blandiebatur sibi Augustus lae- 4

Edd. vicahgspdzb.]
— „*sestertia centum milia* Vitium est Latini sermonis. Lege *sestertium mille*, vel si illud nimium est, *sestertios centum*, ut monuit pater lib. I. Pec. Vet. cap. 4. [p. 48 sq.]." Gron. — *numerari graeculo* S. *gracculo numerari* v-g.

V. *Caput V. Super iocis ac moribus Iuliae, Augusti filiae.* ch-b. *Cap. XI. De moribus foeminarum.* vi. 1. *ni quis* (sup. add. *quam*) V. *ni quisque* A. *ne quisquam* P. *ne quis* (add. a sec. m. *ni quisquam*) G. *ut quisque* Sv. 2. *trigesimum et octavum* S. *tricesimum octavum* (om. *et*) s-b. — *et tempus* s-bP. „In Ed. vet. abest *et*, non male." Zeun. — *cum alio: quin* S. *cum alioqui* c-g. — *quae in illa esset* h in mg. Vulgatam lectionem probavit Pont. — *scaevus* coni. Pont. coll. Gell. N. A. XII, 13, 4. — *tantum patere in eadem diversitate* vel *tant. patris et filiae div.*, vel *tant. apparere pariter div.* coni. Zeun. 3. *Nam semel* SP7 (M1 a p. m.). — *praeceperat* ABGPVvM123P257. *praeceperit* P6. *praeceperat ei* Si-gb. „Recte." Zeun. — *patri* P5. — *inter dulgentiam gravitatemque* A. *indulgentia gravitateque* S. — *moderetur* BGV. *quatinus moderaretur* ea (hg *quatenus*). „Lege *ut moderaretur*." Zeun. — *comptus* g in mg. — *similitudinem* (om. *que*) zb. — *pudicitia* (om. *de*) P. *pudicitiam* s-z. „Ed. vet. *de pudicitia*. Melius." Zeun.

numerare Graeculo iussit] „Liberalitatem hanc suam nec ignorari voluit ipse Caesar. Extat in epistola eius ad Tiberium [ap. Sueton. Oct. 71., Weich. p. 153.]: *Ego perdidi viginti milia nummum meo nomine; sed cum effuse in lusu liberalis fuissem, ut soleo plerumque. Nam si quas manus remisi cuique exegissem, aut retinuissem quod cuique donavi, vicissem vel quinquaginta milia. Sed hoc malo. Benignitas enim mea me ad caelestem gloriam efferet.*" Pont. — Cf. etiam Suet. Oct. 41.

V, 2. *Quod in illa domo facile erat*] „Explico ex Suetonio [Oct. 64.]. *Filiam* (inquit de Augusti familia et domo loquens) *et neptem ita instituit, ut etiam lanificio assuefaceret, vetaretque loqui aut agere quidquam nisi propalam et quod in diurnos commentarios referretur.* Quod sumptum indubie a Lacedaemoniis. Cf. Plutarchus Lycurgo [c. 20.]." Pont.

mirantibus .. tantam pariter diversitatem] Cf. Sueton. Oct. 65. *Sed laetum eum atque fidentem et sobole et disciplina domus fortuna destituit. Iulias filiam et neptem omnibus probris contaminatas relegavit*, et Sen. ep. 5, 6. *Quomodo ista tam diversa pariter sunt?*

3. *profusos cultus*] Hoc ad licentiorem vestitum inprimis videtur esse referendum. Cf. § 5.

perspicuos] Salmasius Exerc. Plin. p. 543 a. F. interpretatur ἐνδήλους, περιβλέπτους, i. e. qui populi oculos in eam converterent. Cf. § 6.

similitudinemque cet.] Cf. § 9.

4. *blandiebatur sibi*] „Inusitata

tum in filia animum usque ad speciem procacitatis, sed reatu
liberum: et talem fuisse apud maiores Claudiam credere audebat.
Itaque inter amicos dixit duas habere se filias delicatas, quas ne-
5 cesse haberet ferre, rem publicam et Iuliam. Venerat ad eum
licentiore vestitu, et oculos offenderat patris tacentis. Mutavit
cultus sui postera die morem, et laetum patrem adfectata severi-
tate conplexa est. At ille, qui pridie dolorem suum continuerat,
gaudium continere non potuit, et: *Quantum hic*, ait, *in filia Au-
gusti probabilior est cultus?* Non defuit patrocinio suo Iulia his
6 verbis: *Hodie enim me patris oculis ornavi, heri viri.* Notum et
illud. Averterant in se populum in spectaculo gladiatorum Livia
et Iulia comitatus dissimilitudine, quippe cingentibus Liviam gra-
vibus viris, haec iuventutis et quidem luxuriosae grege circumsi-

[Mss. ABGPSV.

4. *haberet* (del. *t*, om. *se*) G. *se habere* s-bP. — 4 et 5. *rempublicam. et iulia venerat ad eum* BV. *rempu. Iulia venerat ad eum* i. *Iuliam et Rempublicam. Iulia venerat ad eum* c-g. *remp. Et Iulia venit ad eum* P7. *remp. et iulia* (ras.) *venerata deum* G. *remp. et iulia venerata demum* P7. *remp. et iulia venerata dominum* ASvM123P26. 5. *vestitu* ABGvP67. *habitu* i-bPSV. — *cultu* S. — *gaudio* A. — *Et quantum, ait, in fil. Aug. prol. est hic cultus* i-g. 6. *Averterant* ABGSVi-zM13 (P7 a p. m. *averterent*). „Scribe *converterant* ex aliis editionibus, vel *adverterant*.“ Gron. *adverterant* M2. *converterant* bP15. *convertebant* vP6. — *equidem* (om. *et*) G. — *luxurioso* (G a sec. m.) v1. — *circumse-*

verbi *blandiri* significatio est, h. e. credebat, seu ob indulgentiam inducebat animum ut crederet filiam quidem videri impudicam sed re esse castam.“ Zeun. — Freundius affert Ulpian. Dig. XXVI, 7, 3. s. 2. *Blandiuntur enim sibi qui putant honorarios tutores omnino non teneri*, et Ovid. Am. II, 11, 54. *Cur non votis blandiar ipse meis?*

reatu] i. e. culpa. Cf. Hildebrand. ad Apul. Metam. VII, 9. p. 550. — Messalam hac voce primum usum esse retulit Quintil. VIII, 3, 34.

talem fuisse apud maiores Claudiam] Zeunius, qui censet intelligi Q. Metelli Celeris uxorem, de cuius foeda libidine constet ex Cic. pro Caelio, ad Att. II, 1. et Plutarcho in Cicerone iisque quae Manutius adnotaverit ad Cic. Divers. V, 2., toto coelo, ut aiunt, errat. Namque hanc *fuisse apud maiores* Augustus certe dicere non potuit, neque sermo est de muliere foeda libidine infami, sed de dubia fama feminae castae, qualis fuerat illa Claudia de qua Suetonius Tib. 2.: *Claudia*, inquit, *fuit et quae navem cum sacris Matris Deum Idaeae obhaerentem Tiberino vado extraxit precata propalam, ut ita demum se sequeretur, si sibi pudicitia constaret.* Cf. Livius XXIX, 14, 12. *Matronae primores civitatis, inter quas unius Claudiae Quintae insigne est nomen, accepere: cui dubia, ut traditur, antea fama clariorem ad posteros tam religioso ministerio pudicitiam fecit;* Plin. N. H. VII, 35. *Pudicissima femina ... iudicata est .. religionis experimento Claudia inducta Romam Deum Matre;* Lactant. II, 7, 12. *Claudiam ferunt, quae semper impudica esset habita ob nimios corporis cultus, deam .. orasse, ut, si se castam iudicaret, suum cingulum sequeretur;* Sil. Ital. XVII, 35. *Claudia non aequa populi male credita fama.* Non recte vulgo pro virgine Vestali Claudiam haberi docuit Dukerus in adnot. ad Livium l. c. Cf. etiam Cic. p. Cael. 14, § 34. et de harusp. resp. 13, § 27.

5. *adfectata severitate*] Cf. Cic. de har. resp. l. c. *Q. Claudia, cuius priscam illam severitatem sacrificii mirifica tua soror existimatur imitata.*

6. *Averterant in se populum*] a spectaculo vel a ceteris qui aderant. Cf. Liv. II, 5, 6. *Sed a ceteris .. consulis liberi omnium in se averterant oculos.*

debatur. Ammonuit pater scripto: *Videret, quantum inter duas principes feminas interesset.* Eleganter illa rescripsit: *Et hi mecum senes fient.* Eadem Iulia mature habere coeperat canos, quos 7
legere secrete solebat. Subitus interventus patris aliquando oppressit ornatrices. Dissimulavit Augustus deprehensis super vestem earum canis: et aliis sermonibus tempore extracto induxit aetatis mentionem, interrogavitque filiam, utrum post aliquot annos cana esse mallet an calva: et cum illa respondisset: *Ego,* [348]
pater, cana esse malo, sic illi mendacium obiecit: *Quid ergo istae te calvam tam cito faciunt?* Item cum gravem amicum audisset 8
Iulia suadentem melius facturam si se conposuisset ad exemplar paternae frugalitatis, ait: *Ille obliviscitur Caesarem se esse: ego memini me Caesaris filiam.* Cumque conscii flagitiorum miraren- 9
tur quomodo similes Agrippae filios pareret quae tam vulgo potestatem corporis sui faceret, ait: *Numquam enim nisi navi plena tollo vectorem.* Simile dictum Populiae Marci filiae, quae miranti 10
cuidam, quid esset quapropter aliae bestiae numquam marem desiderarent nisi cum praegnantes vellent fieri, respondit: *Bestiae enim sunt.*

Edd. vicahgspdzb.]
debatur BGVv. — *et illa* BG (S in mg. al. *Iulia*). — *scripsit* S. 7. *secreto* ASv-g. — *vestem eius* s-bP. „In Ms. erat *earum*, scilicet ornatricum. Praecessit enim ornatricum vocabulum." Pont. — *aliquot dies* (sup. *annos*) G. — *an calvam* A. — *illa* om. v. *ille* i. — *responderet* Sv. — *ille* (sup. *i*) B. 8. *facturam* om. P. *futuram* BGP2. *futurum* P5. — *ad exempla* v. — *me* om. S. 9. *filios procrearet* v-g. — *sui corporis* s-bP. — *tolle* V. 10. *martis* (sup. *ci*) G. — *praegnantes cum* G.

7. *super vestem earum*] Hoc non excusatur quidem eo quod collectivo quem vocant sensu dicitur *stragula vestis*, aut (Cic. p. Planc. 12, 29.) *quos videtis veste mutata:* sed tamen propter eiusmodi dictiones hoc sibi indulsisse videtur Macrobius.

8. *paternae frugalitatis*] Vid. Sueton. Octav. 72 sqq.

9. *Numquam nisi navi plena tollo vectorem*] „Casp. Barthius Advers. lib. XXXVII, cap. 6. probare mihi haud quaquam potest eam esse verborum horum sententiam, ut *vector*, licet ea ambigua vox sit, et modo eum qui vehit, modo qui vehitur, significans, hic navarchum notet: quasique dictum voluerit Iulia se non admittere eum qui pater esset futurus, nisi prius alieno congressu satiata libidine; cum omnino contrarium velit, se nimirum non nisi *plena navi*, id est utero iam ex mariti congressione impleto clausoque, et, ut loquitur Hippocrates, ubi in ventre habuerit, recipere adulterum, quem nomine *vectoris* intelligit. ... *Navim* autem pro horto muliebri metaphorice accipi inque obscoenis haberi liquet ex Plauti Menaechm. [II, 3, 50.]. Videndus etiam Lipsius Epistol. quaest. lib. V, ep. 3. et maxime Andreas Laurentius lib. VIII. Histor. anatom. quaest. 22., ubi causas adducit, cur bruta gravida marem non admittant ut inter homines mulier." Pont. — Taubmann. ad Rudent. II, 3, 24. adnotavit illo Menaechmi loco intelligi succubam et pellicem, ubi Erotius quaerit: *Quam tu mihi navem narras?* Cf. etiam Mil. III, 3, 42.; Macrobium Comm. II, 14, 8. *Ut in navi sarcina seu vector quiescens*, ubi vid. not.; Martial. II, 14, 17. *Perque tuam, vector lascive, puellam;* Interpretes Petronii ad c. 103. *Unus forte e vectoribus*, et ad c. 107. *Quum omnis vector nihil prius quaerat quam cuius se diligentiae tradat.*

10. *Populiae*] Hoc nomen vide-

VI. Sed, ut a feminis ad viros et a lascivis iocis ad honestos revertar, Cascellius iuris consultus urbanitatis mirae libertatisque habebatur, praecipue tamen is iocus eius innotuit. Lapidatus a populo Vatinius, cum gladiatorium munus ederet, optinuerat ut aediles edicerent, ne quis in arenam nisi pomum misisse vellet. Forte his diebus Cascellius consultus a quodam, an nux pinea pomum esset, respondit: *Si in Vatinium missurus es,*
2 *pomum est.* Mercatori deinde, quemadmodum cum socio navem divideret, interroganti, respondisse traditur: *Navem si dividis, nec*
3 *tu nec socius habebitis.* In Galbam eloquentia clarum, sed quem
[349]habitus, ut supra dixi, corporis destruebat, M. Lollii vox circum-

[Mss. ABGPSV.

VI. *Caput VI. Rursus de virorum iocis augurisque responsis.* ch-b. *Cap. XII. Cecilii urbanitas.* v3i. 1. *Cascellius* s-bV. Vid. infra. *Casellius* c-g. *cessellius* M2. *Caecilius* BGPSviM3P267. *Cecilius* AM1. *Cetilius* P5. „V. c. *Caecilius*, Recte. Sextum Caecilium I. C. cum Favorino super XII. tabb. legibus disserentem laudat Agellius lib. XX, cap. 1. Postea iterum lege *Caecilius*.“ Meurs. — *Laudatus* g in mg. — *gladiatorum* GS. — *Cascellius* As-bPVM3. *Casellius* B. *Casellius* Gi-gM1. *caselius* v. *celius* (sup. *asel.*) S. *Caecilius* P67 „Angl.“. *Catilius* P5. — *pomum eius* (corr. in *est*) V. 2. *socio* (om. *cum*) B (G *sociu* (sup. *o*) G. — *navim* (bis) s-bP. — *creditur* B. — *eam habebitis* S.
3. *ut supra dixi*] c. 4. § 8. — *destituebat* H2. — *Loelii* v1. *Lelii*

tur esse corruptum, sed quid restituendum sit, nescio: num *Pupiolae* an *Publiliae?* Quae sequuntur, *Marci filiae*, ea videntur provocare ut scribamus *Tulliolae*, vel addito, quod desideratur, verbo: *profertur Tulliae.* At huic quis obtruserit tam lascivum iocum?

VI, 1. *Cascellius*] Invitis codicibus retinui hanc recentiorum editionum scripturam, quum paulo infra iidem illi huic scripturae suffragentur, et nomen multo magis notum, *Caecilius*, e § 5. huc translatum esse videatur. De hoc iuris consulto aetatis Augustanae, qui scripsit librum bene dictorum, vid. Real-Encycl. II, p. 182. et Varron. L. L. IX, 42, 71. Coniectura pro *Caecilio* vel *Caelio* illatus est in Cicer. de invent. lib. II, c. 9. § 28.

ut aediles edicerent, ne quis in arenam nisi pomum misisse vellet] Quo scilicet tolleretur ignominia. Zeunius adnotavit: „Poetas malos, molestos musicos et spectaculorum editores minus probatos saxis petitos esse a populo, bonos vero et probatos *φυλλοβολίᾳ* seu iaculo floris serti et soluti honoratos esse multis exemplis ostendit Is. Casaubonus ad Athen. VI, 11.“ Conf. quae attulit Beckerus in Charicle II, p. 275. e Demosth. de cor. § 262, p. 314.: *Ἐτριταγωνίστεις σῦκα καὶ βότρυς καὶ ἐλάας συλλέγων, ὥσπερ ὀπωρώνης ἐκ τῶν ἀλλοτρίων χωρίων, πλείω λαμβάνων ἀπὸ τούτων [τραύματα] ἢ τῶν ἀγώνων οὓς ὑμεῖς περὶ τῆς ψυχῆς ἠγωνίζεσθε. ἦν γὰρ ἄσπονδος καὶ ἀκήρυκτος ὑμῖν πρὸς τοὺς θεατὰς πόλεμος, ὑφ᾽ ὧν πολλὰ τραύματ᾽ εἰληφὼς εἰκότως τοὺς ἀπείρους τῶν τοιούτων κινδύνων ὡς δειλοὺς σκώπτεις*, ubi significari videtur histrio contemptus qui collegerit poma in aliorum honorem coniecta, et Athen. IX, 17. p. 406. e. f. *Ἡγήμων ὁ Θάσιος ὁ τὰς παρῳδίας γράψας Φακῆ ἐπεκαλεῖτο. ... Εἰσῆλθε δέ ποτε καὶ εἰς τὸ θέατρον διδάσκων κωμῳδίαν λίθων ἔχων πλῆρες τὸ ἱμάτιον· οὓς βάλλων εἰς τὴν ὀρχήστραν διαπορεῖν ἐποίησε τοὺς θεατάς. καὶ ὀλίγον διαλιπὼν εἶπε· Λίθοι μὲν οἵδε· βαλλέτω δ᾽ εἴ τις θέλει, Φακῇ δὲ καὶ ἐν θέρει καὶ ἐν χειμῶνι ἀγαθόν.* Hic mos e Graecia Romam videtur esse translatus.

an nux pinea pomum esset] Conf. III, 19, 1. *ut nuces dicant omne pomum quod foris duro tegatur.*

2. *nec tu nec socius habebitis*] Cf. Terent. Ad. I, 2, 23. *Haec si neque ego neque tu fecimus.* Krueger. Gramm. d. lat. Spr. § 287. Not. 3. Vid. etiam infra c. 7. § 1.

ferebatur: *Ingenium Galbae male habitat.* In eundem Galbam 4 Orbilius grammaticus acerbius inrisit. Prodierat Orbilius in reum testis. Quem Galba ut confunderet, dissimulata professione eius interrogavit: *Quid artium facis?* Respondit: *In sole gibbos soleo fricare.* L. Caecilius, cum C. Caesar aliis qui secum pila 5 lusitabant centena sestertia, illi uni quinquaginta dari iussisset: *Quid? ego,* inquit, *una manu ludo?* Cum iratus esse P. Clodius 6 D. Laberio diceretur, quod ei mimum petenti non dedisset: *Quid amplius,* inquit, *mihi facturus es, nisi ut Dyrrhachium eam et redeam?* ludens ad Ciceronis exilium.

VII. Sed quia et paulo ante Aurelius Symmachus et ego 1 nunc Laberii fecimus mentionem, si aliqua huius atque Publii dicta referemus, videbimur et adhibendi convivio mimos vitasse lasciviam et tamen celebritatem, quam, cum adsunt, illi excitare pollicentur, imitari. Laberium asperae libertatis equitem Roma- 2 num Caesar quingentis milibus invitavit ut prodiret in scenam et

Edd. vicahgspdzb.] v3. 4. *inruit* G. — *eius professione* v-g. — *Quod artificium* s-bP. — *fricare soleo* v-g. 5. *Lucilius cecilius* AG. *L. Celius* (sup. *ci*) S. — *gaius* AB. — *Quid ergo* SP7. *quid* (om. *ego*) P5. — *inquit, una* om. P. — *ludo* ABGP (M1 a p. m.) M3P256. *ludo. sed non duabus* P7 *ludo, et non duabus, ut plus habere possim* (S sup. et add. *scilicet*) Edd. V (M1 add. a sec. m.) „Venustius et brevius in Anglicano: *Quid? ego una manu ludam?* Et frangunt profecto reliqua illa et veluti elumbant dicti leporem.“ Pont. „Neque ea exhibet ullus Ms.“ Gron. in mg. — *D. Laberio* s-bS. *dec. laberio* M2. *decimo liberio* P7. *Decimo Valerio* ABGPVv-gM13P26. — *nummum* Sv-g. „Vitiose. Nam Laberius fuit mimus.“ Zeun. (hg in mg. *mimum*). *minimum* A „2 Angl.“. — *mihi inquit* S. — *ludens* Mss. viM123P2567. *alludens* c-b.

VII. *Caput VII. De sententiis ac dictis Laberii et Publii mimographorum: deque Pylade ac Hyla histrionibus.* ch-b. *Cap. XIII. De Laberio.* vi. 1. *paulo ante*] c. 3. § 10. — *nunc*] c. 6. § 6. — *tunc* h. — *imitari videbimur* v1. *videbimur* (add. a s. m. *imitari*) M. — *adhibendi* (sup. *o*) G. — *minos* G. — *et eam celebritatem imitari* v3. — *pollicentur* v om. *imitari*; M. del. *imitari.* „Praeoptem *imitati.*“ Pont. 2.

4. *In eundem Galbam*] Aliter Suetonius gramm. 9.: *Ac ne principum quidem virorum insectatione abstinuit* (Orbilius): *si quidem ignotus adhuc, quum iudicio frequenti testimonium diceret, interrogatus a Varrone diversae partis advocato: Quidnam ageret et quo artificio uteretur? Gibberosos se de sole in umbram transferre respondit, quod Murena gibber erat.* De hoc A. Terentio Varrone Murena vid. Real-Enc. IV, p. 1075.

Orbilius grammaticus] Est Horatii ille praeceptor quem *plagosum* appellat Ep. II, 1, 70. Cf. Sueton. Gramm. 9.

In sole] Cf. c. 7, § 6. Paulo aliter Sueton. l. c.

5. *L. Caecilium*] Et L. Caecilio Metello et L. Caecilio Rufo, qui quidem fuerunt aequales Caesari, haec res indigna esse mihi videtur. De liberto aliquo cogitandum esse putaverim.

ego una manu ludo?] Quae his vulgo subiiciuntur, ea debentur interpolatori. Vid. not. ad c. 4. § 31.

6. *D. Laberio*] Sic legendum esse et res ipsa docet et ea quae leguntur c. 7. § 1., ubi Macrobius ipse Laberii modo se fecisse mentionem ait. Vid. etiam c. 3, § 10. *Laberio* videtur esse mutatum in *lacerio*, idque in *valerio*.

ut Dyrrhachium eam] Cf. Cic. ad fam. XIV, 1, 7. et ad Att. III, 22, 4.

VII, 1. *fecimus*] Vid. not. ad c. 6, § 2.

2. *quingentis milibus*] sc. nummum vel sestertium. Vid. not. ad

[350]ipse ageret mimos quos scriptitabat. Sed potestas non solum si invitet, sed etiam si supplicet, cogit: unde se et Laberius a Caesare coactum in prologo testatur his versibus:

3 *Necessitas, cuius cursus transversi impetum*
Voluerunt multi effugere, pauci potuerunt,
Quo me detrusit paene extremis sensibus?
Quem nulla ambitio, nulla umquam largitio,
Nullus timor, vis nulla, nulla auctoritas
Movere potuit in iuventa de statu,
Ecce in senecta ut facile labefecit loco
Viri excellentis mente clemente edita
Summissa placide blandiloquens oratio?
Etenim ipsi di negare cui nihil potuerunt,
Hominem me denegare quis posset pati?
Ego bis tricenis annis actis sine nota
Eques Romanus e Lare egressus meo
Domum revertar mimus: nimirum hoc die
Uno plus vixi mihi quam vivendum fuit.
Fortuna inmoderata in bono aeque atque in malo

[Mss. ABGPSV.
sed et si AVN. *sed si* (om. *etiam*) S. *sed etiam* (om. *si*) h. — *a caesare augusto* A „2 Angl.". 3. *Necessitate .. retineo*] „Super Laberii istis versibus et Agellius aliquid evulgaverat cap. 15. lib. VIII.: quod et eius hodie soli indices superstites loquuntur." Pont. Cf. Schneidewin. Rhein. Mus. f. Phil. N. F. vol. II. fasc. 4. p. 636. — v. 1. *currus* (sup. *s*) S. *cursu* a. — *transversos* „B". *averso* a. — *impetu* A (B a p. m.) GVR*II* „Angl.". — v. 3. *Quo modo* (om. *me*) R. — *detrusti* „Scaliger." Schneid. — v. 4. *nulla inquam* G. *nulla quem* „Bothius infirmam ob causam." Schneid. — v. 5. *vis nulla auctoritas* (om. *nulla*) vl. — v. 6. *in iuventa potuit* P. — v. 7. *lebefecit* G. — v. 8. *clementi* „Bothius" Schneid. *demente* A. — v. 10. *dii negare cui nihil* S. *dii negare cui nil* v-g. *de negare cui nihil* V (B sup. *i*) Montepessulanus ap. Schneid. NR. *denegare cui nil* A. *cui nichil di negare* G. — v. 11. *me negare* vl. — v. 12. *Ergo bis* As-zGSMNR (*Ergo annis bis tricenis* „Bothius." Schneid.). — *trigenis* G (V a sec. m.). *trecenis* P. — v. 13. *e Lare* Schneid. *Lare* (om. *e*) Mss. et Edd. *ex Lare* „Bothius." Schneid. „Scribo *E. R. Lared egressus meo* metri causa." Meurs. — v. 14. *domum* adnectitur versui antecedenti in Mss. viNR. — *minus* AN. — v. 15. om. PN. — v. 16. *inmoderato* N. — *in bona* A. — *aeque* „deleo libri fide. Libenter enim et crebro sic veteres. In Priapeis: *Quae succo caret atque*

c. 4, § 17. Erat hic census equester.

3. v. 3 *extremis sensibus*] „Cf. Barthius ad Claudian. p. 352., qui *extremos sensus* explicat per *sensus in extrema aetate*." Zeun. — Immo idem est ac *deficientibus sensibus*. Cf. Caes. B. G. II, 25. et Sueton. Ner. 6. (*in*) *extremis suis rebus*, et Catull. 51, 6. *quod omnes Eripit sensus mihi*, et similia ibid. 66, 25. Ovid. Metam. III, 631.

v. 6. *de statu*] sc. existimationis. Cf. Boeth. ad Top. II, p. 302 Or. *Capitis deminutio est prioris status permutatio: .. minima, quum nec civitas nec libertas amittitur, sed status prioris qualitatis immutatur.* Habebatur autem ars mimica pro quaestu sordido. Vid. Rein. Roem. Priv. R. p. 107 sqq.

v. 9. *summissa*] Cf. Cic. Orat. 17, 56. *Volet ille qui eloquentiae principatum petet et contenta voce atrociter dicere et summissa leniter.*

v. 12. *sine nota*] i. e. *sine ignominia*, ut ait Cic. p. Cluent. 46, § 129., ubi etiam legitur: *Is censoriae severitatis nota non urelur?*

Si tibi erat libitum litterarum laudibus
Floris cacumen nostrae famae frangere,
Cur, cum vigebam membris praeviridantibus,
Satisfacere populo et tali cum poteram viro,
Non flexibilem me concurvasti ut carperes?
Nuncine me deicis? quo? Quid ad scenam adfero?
Decorem formae an dignitatem corporis,
Animi virtutem an vocis iocundae sonum?
Ut hedera serpens vires arboreas necat,
Ita me vetustas amplexu annorum enecat.
Sepulchri similis nihil nisi nomen retineo. [351]

In ipsa quoque actione subinde se, qua poterat, ulciscebatur in- 4

Edd. vicahgspdzb.] *petra pumex.* Et Valerius ita refingendus lib. V. cap. 1. *Affirmantes se atque illas virilis concubitus expertes futuras.*" Pont. At in A legitur *aeque.* — v. 18. *Florens* „Verissime Lipsius, nisi forte versus excidit." Schneid. — v. 21. *me flexibilem* Bothius, Schneid. — *ut paceres* „Iani Gulielmi coniectura animo meo verum est. *Pacere* pangere est doctore Festo. Sciunt autem res rusticas callentes tenerarum arborum ramos decerpi aut curvari, ut pangantur novae. Et tale in se debuisse fieri ait Laberius." Pont. — v. 22. *Nuncine me deicis quo?* „Hanc meam emendationem librorum consensus paene postulat. Ex quibus *deicis* quivis facile perspiciat auctori reddendum fuisse. Pronuntiandum διϲυλλάβως, ut apud Virgilium [Ecl. III, 96.] *reice capellas*, ne plura advocem. Labanti ita versui subveni fulcro, si quid video, aptissimo. Commotus Laberii animus ab altera exclamatione indignabundus transilit ad alteram. Primum enim praesens senium opponit pristinae viriditati sic: *Nuncine* me cogis prodire in scenam! *Scenam* autem vix sustinet eloqui prae rubore: hinc altera accedit quaestio indignantis: *quo* me, qui adhuc dignitatem tuebar meam, deicis? Sentis iam, cur *quo* particula postposita sit: neque caesurae versus insolentia in tali causa te morabitur. Pronomen *me* absorpserat *inc.*" Schneid. *Nunc me deicis. quo.* ABM123 (SVv *deiicis*). *Nunc me deicis quo.* GPR (N *mei*). *Nunc me deiicis? sed quo?* „B". *Nunc me quo deiicis?* c-b. *Nunc deiicis quo me?* „Bothius." Schneid. — *quod* N. — v. 25. *vires arboreas secat* „Malim, praesertim quia subnectitur: *Ita me .. necat.* Iuvenal. [X, 316.]: *Necat hic ferro, secat ille cruentis verberibus*, et Catull. [LXXI, 2.]: *Aut si quem merito tarda podagra secat.*" Pont. — v. 26. *annorum enecat* Ps-b Schneid. *annorum necat* ABGSVv-gR „Angl.". *annorum enicat* „Bothius." Schneid. — v. 27. *Sepulchri* (vel ..*cri*) Vs-bPN. „Rectius singularem praestant MP." Schneid. *Sepulchris* (vel ..*cris*) ABGSv-gR. 4. *se* om. S.

v. 22. *Nuncine me deicis? quo?*] In versu constituendo obtemperandum putavi Schneidewino V. Cl. Sed signum interrogationis posui post *deicis*, quum in melioribus codicibus sit punctum: et *quo* interpretor *quem ad finem* vel *cui bono*, ut opponatur antecedenti *ut carperes.* Vid. G. Regel. ad Horat. Od. II, 3, 9.

Quid ad scenam adfero?] „Non absimilis fuit Catonis in Servium Galbam oratio: *Multa me dehortata sunt huc prodire, anni aetas vox vires senectus.* Exstat apud Agellium [N. A. XIII, 24, 15.]." Pont.

v. 25. *hedera .. necat*] Cf. Plin. N. H. XVI, 44. s. 92. *Hedera necari arbores certum est.*

v. 26. *Ita me .. enecat*] „Ut *necat* et *enecat* sibi respondent, sic supra v. 10, 11. *negare* et *denegare.*" Schneid. — Elegantius hoc esse repetitione verbi eiusdem in eodem versus loco positi nemo negabit. Quamobrem unum codicem P sequi malui quam plures illos in quibus verbum *necat* e versu antecedenti in hunc translatum esse videtur.

v. 27. *nihil nisi nomen retineo*] „Ovidius Naso [Met. XI, 429.]: *Et*

ducto habitu Syri, qui velut flagris caesus praeripientique se similis exclamabat:

Porro Quirites! libertatem perdimus,

et paulo post adiecit:

Necesse est multos timeat quem multi timent.

5 Quo dicto universitas populi ad solum Caesarem oculos et ora convertit, notantes inpotentiam eius hac dicacitate lapidatam. Ob
6 haec in Publium vertit favorem. Is Publius, natione Syrus, cum puer ad patronum domini esset adductus, promeruit eum non minus salibus et ingenio quam forma. Nam forte cum ille servum suum hydropicum iacentem in area vidisset increpuissetque, *quid in sole faceret*, respondit: *Aquam calefacit.* Ioculari deinde super coena exorta quaestione, *quodnam esset molestum otium*,
7 aliud alio opinante ille: *Podagrici pedes*, dixit. Ob haec et alia manu missus et maiore cura eruditus, cum mimos conponeret ingentique adsensu in Italiae oppidis agere coepisset, productus Romae per Caesaris ludos, omnes qui tunc scripta et operas suas in scenam locaverant provocavit, ut singuli secum posita invicem materia pro tempore contenderent. Nec ullo recusante superavit
8 omnes, in quis et Laberium. Unde Caesar adridens hoc modo pronuntiavit:

[Mss. ABGPSV.

— *perdidimus* v-g. — *Necesse ... timent*] Cf. Io. Saresb. VIII, 13.
5. *eius impotentiam* v-g (chg in mg. „Al *potentiam*). — *ob haec* (sup. o) S. — *Publilium* PV. 6. *Publilius* PV. — *domum* i-g. — *quaesissetque increpuissetque* v. *quaesissetque* „B". — *super coenam* ASv-g. — *modestum* M. 7. *maiori cura* GS. *maior* (sup. add. *i cura*) B. — *perductus* V. — *locaverat* v3. *vocaverant* (sup. *loc.*) G. — *in quis* (in mg. *quibus*) B. *inquit* G. 8. *et arridens* A. — *hoc modo* om. P.

saepe in tumulis sine corpore nomina legi, et apud Ausonium [epigr. 35, 10.]: *Mors etiam saxis nominibusque venit.*" Pont.

4. *velut flagris caesus praeripientique se similis*] Cf. Ulpian. Dig. XXI, 1, 17, 4. *Ne eum quidem* (servum esse fugitivum), *qui, cum dominum animadverteret verberibus se adficere velle, praeripuisset se ad amicum quem ad precandum perduceret.*

Porro Quirites!] „Formula erat antiqua, qua ad auxilium ferendum excitari solebant Romani." Hand. Tursell. IV, p. 483.

libertatem perdimus] *Perdidimus* si scribitur, ultimo loco senarii est anapaestus qui ferri non potest, quamquam hoc ipsum eius exemplum attulit Orellius ad Eclogg. poett. latt. p. 182.

5. *universitas populi*] Vid. prolegg. p. xlii.

6. *ad patronum domini*] i. e. ad Caesarem.

promeruit eum] i. e. eius gratiam sibi conciliavit. Cf. Plin. Paneg. 62, §§ 4 et 7. *Nunc inter principem senatumque dignissimi cuiusque caritate certatur. . . Quisquis probatos senatui viros suspicit, hic maxime principem promeretur*, et Arnob. VII, 23. *Ita nihil prodest promereri velle per hostias deos laevos.*

in sole] Cf. c. 6. § 4.

7. *qui tunc scripta et operas suas in scenam locaverant*] Noli putare hoc esse soloecum. Cf. Plaut. Trinum. IV, 2, 1 sq. *Nam ego operam meam Tribus numis hodie locavi ad artes nugatorias*, et ibid. III, 3, 52. *Ubi erit locata virgo in matrimonium.*

pro tempore] Quaeritur, quo haec verba sint referenda? In edit. Bipont. verba: *posita invicem materia* commatis sunt inclusa, ut iungenda esse videantur verba: *ut singuli secum pro tempore contenderent.* Sic *pro tempore* idem est ac

Favente tibi me victus es, Laberi, a Syro:
statimque Publico palmam et Laberio anulum aureum cum quingentis sestertiis dedit. Tunc Publius ad Laberium recedentem ait:
Quicum contendisti scriptor, hunc spectator subleva. [352]

Sed et Laberius sequenti statim commissione mimo novo interiecit 9
hos versus:

Non possunt primi esse omnes omni in tempore.
Summum ad gradum cum claritatis veneris,
*Consistes aegre, *ne me citius decidas.*
Cecidi ego, cadet qui sequitur: laus est publica.

Publii autem sententiae feruntur lepidae et ad communem usum 10
adcommodatissimae, ex quibus has fere memini singulis versibus circumscriptas:

Edd. vicahgspdzb.] — *Publilio* P. — *Publilius* P. — *Qui* (om. *cum*) A. 9. v. 1. *esse omnes. omni in tempore* BPVN. *esse omni in tempore omnes* G (Schneid. affert *omni tempore*). *omnes omni tempore* (sup. add. *esse*) S. *esse omnes in tempore* (om. *omni*) s-b. — v. 3. *Consistes* priori versui tribuitur in v-a. *consistentes* V. — *agere* (sup. *egre*) G. — *ne me* scripsi e coniectura. Vid. not. *nec* vcM12 (AM3 puncto posito sub c). *et* BGSV Edd. PN Schneid. — *citius* (om. *quam asc.* vel *descendas*) scripsi e coni. *citius quam ascendas* PShgM3N. *citius quam descendas* BGVvica (g in mg.) R Mont. *quam descendas* (om. *citius*) s-b. „Vel versus doceat absonum esse in aliis editionibus *citius quam ascendas decides.* Frustra itaque et ille Senecae adductus locus: *Ad summum perducta rursus ad infimam, velocius quidem quam ascenderant, relabuntur.* Nam id solum acute voluit Laberius, quod is qui ad summum claritatis gradum pervenerit, aegre consistet, imo quod, antequam descendere et locum cedere aliis cogitaverit, ruet.“ Pont. *citius quam escendas* „quod huic loco convenit egregie. Ex dittographia *ascendas* et *descendas* intelligere mihi videor poetam neutrum scripsisse. Pontani istam argutam sententiam non omissione vocabuli ab omnibus libris monstrati *citius*, non usurpatione simplicis *quam* pro *antequam* redemerim.“ Schneid. (Cf. Symbol. p. 13.) — *decidas* AB (G a p. m.) M123R „Thuan.“. *decides* G a sec. m.; PEdd.VN. *cades* Sanadon. Schneidew. 10. *Publii ... putes* (§ 11.)] Cf. Gell. N. A. XVII, 14, 3 et 4. — *lapide* N. 11.

suo quisque tempore. Sed quum *pro tempore* soleat idem valere ac *pro conditione temporis* (cf. Hand. Tursell. IV, p. 584 sq.), vide, ne iungenda sint verba: *posita invicem materia pro tempore.*

8. *anulum aureum cum quingentis sestertiis*] Cf. supra § 2. et c. 3. § 10.

9. *commissione*] „hoc est *recitatione*,“ ait Barthius Advers. XXIII, 28. p. 1167. Cf. I, 11, 3.

**ne me citius decidas*] Scripsissem cum Schneidewino V. Cl. *et citius quam escendas cades*, si *cades* codicum auctoritate niteretur et verba *quam escendas* consentirent cum antecedentibus: *Summum ad gradum cum claritatis veneris*, quae, ut illa ferri possent, sic interpretanda essent, *cum prope accesseris ad summum gradum:* nam qui ad ipsum summum gradum venit is non amplius potest escendere. *Decidas* in plerisque codicibus legitur, et commendatur iis quae Schneidewinus adnotavit ad § 3. v. 26. Coniunctivus flagitat particulam *ne*, quae latere videtur in *nec*, quod est in nonnullis codicibus, praesertim quum in duobus deletum sit *c*. *Me* fateor me inseruisse ad explendum et versum et sensum, ut sit idem quod *quam ego.* Hoc pronomen si antecedente *ne* absorptum erat, facile ad explicandum comparativum *citius* addi potuit *quam ascendas* vel *quam descendas.* Sed pro illo, si respexeris ad Senecae illum locum quem citavit Pontanus, flagitabis praeteritum *ascenderis*, quod tamen

11 *Beneficium dando accepit qui digno dedit.*
Feras, non culpes, quod mutari non potest.
Cui plus licet quam par est plus vult quam licet.
Comes facundus in via pro vehiculo est.
Frugalitas miseria est rumoris boni.
Heredis fletus sub persona risus est.
Furor fit laesa saepius patientia.
Inprobe Neptunum accusat qui iterum naufragium facit.
Nimium altercando veritas amittitur.
Pars beneficii est, quod petitur si cito neges.
Ita amicum habeas, posse ut fieri hunc inimicum putes.
Veterem ferendo iniuriam invites novam.
Numquam periclum sine periclo vincitur.

12 Sed quia semel ingressus sum scenam loquendo, non Pylades hi-

[Mss. ABGPS (V usque ad fin. § 11.).
Malum consilium est, quod mutari non potest v-gb habent ante versum 1. e Gellio l. c. Idem suadet Pont. „ex Agellio et libris.“ — *Beneficium ... vincitur*] Cf. Io. Saresb. VIII, 14. — v. 1. *accepit dando* Sar. — v. 2. *cum culpes* M. *quam culpes H.* — *imitari* Sar. — v. 3. *licet aut* (del. *licet*) M. — v. 4. *facundus comes* SM. — v. 5. *miseria est* Mss. v-gNR. „Angl.“ *est miseria* Io. Saresb. l. c. et VIII, 13. *quia frugalitas boni rumoris miseria est* (al. *inserta*). *inserta est* s-bV Gell. codd. et edd. vett. „*Inserta* ἔμβλημα. Idem Publius apud Arbitrum [c. 55.] *Probitas est carbunculus.*“ Pont. „*Insertam* pro emblemate accipiebat Scaliger. Sed non video quo sensu nec quam argute dicatur frugalitas emblema bonae famae. Praeterea vetustissimae membranae quas vidi, item excerpta Macrobii eximiae vetustatis in eo versu legunt: *incerta est.* Quae verissima est lectio et bellam efficit sententiam. Frugalis famam habet interdum avari et deparci, interdum viri boni ac frugi... Si *inserta* hac notione veteribus nota fuisset, non quaesisset in senatu Tiberius [apud Suet. c. 71.], quo nomine dici posset in Latio Graecum ἔμβλημα.“ Salmas. Exercc. Plin. p. 789. b. D. Vid. etiam Gronov. ad Gell. l. c. — v. 8. *Inprobe* in s-b tanquam versus clausula suam tenet lineam, ut versus (8) incipiat a voce *Neptunum.* — *fecit* N. — vv. 9 et 10. apud Gell. leguntur post v. 13., quod iam Meursius animadvertit. — *emittitur* V. — v. 10. *scito negas* N. *si belle negas* Gell. l. c. „Magis placet Macrobii lectio, quam etiam ipsi (Gellio) velim restitutam.“ Meurs. — v. 11. *posse hunc* (sup. add. *ut*) *fieri inimicum putes.* G. *ut posse inimicum fieri putes.* Sar. — *hunc* om. h-bP Saresb. „In Agellio est *ut fieri hunc i. p.* Carminis ratio iubet transponere vocem (*hunc*): *posse ut fieri inimicum hunc putes.*“ Meurs. — v. 12. *invites* ABGVMN Gell. *invitas* Edd. PS Saresb. *invitis* „Angl.“. — v. 13. *periculum* A (B a sec. m.) GSvi Sar. *periculo* A (B a sec. m.)

in versum non magis intrat quam *descendas.*

11. v. 5. *Frugalitas miseria est rumoris boni.*] Ita cur non sit scribendum, ego non video. Nam frugalitas iis quidem qui libidinibus inserviunt miseria esse videtur, sed iidem fatebuntur bonam famam eam afferre.

v. 6. *Heredis fletus sub persona risus est*] „Perperam vir quidam doctus ad Gellium hunc versum sic interpretatur: *Fletus heredis est risus personarum.* Personae enim hic locum habent nullum: una persona, sc. comica, sufficit ad dissimulandum risum et occultandum.“ Zeun.

v. 8. *Inprobe*] Hanc vocem cum sequentibus unum versum eumque trochaicum tetrametrum efficere recte defendit Gronovius ad Gell. l. c. Nam Macrobius ipse § 10. singulis versibus has sententias dicit esse circumscriptas.

strio nobis omittendus est, qui clarus in opere suo fuit temporibus Augusti et Hylam discipulum usque ad aequalitatis contentionem eruditione provexit. Populus deinde inter utriusque suf- 13
fragia divisus est, et cum canticum quoddam saltaret Hylas cuius clausula erat: *Τὸν μέγαν Ἀγαμέμνονα*, sublimem ingentemque [353]
Hylas velut metiebatur. Non tulit Pylades, et exclamavit e cavea: *Σὺ μακρὸν οὐ μέγαν ποιεῖς.* Tunc eum populus coegit idem 14
saltare canticum: cumque ad locum venisset quem reprehenderat, expressit cogitantem, nihil magis ratus magno duci convenire quam pro omnibus cogitare. Saltabat Hylas Oedipodem, et Py- 15
lades hac voce securitatem saltantis castigavit: *Σὺ βλέπεις.* Cum 16
in Herculem furentem prodisset et nonnullis incessum histrioni convenientem non servare videretur, deposita persona ridentes increpuit: *Μωροὶ, μαινόμενον ὀρχοῦμαι.* Hac fabula et sagittas 17
iecit in populum. Eandem personam cum iussu Augusti in triclinio ageret, et intendit arcum et spicula inmisit. Nec indignatus est Caesar eodem se loco Pyladi quo populum Romanum fuisse. Hic, quia ferebatur mutasse rudis illius saltationis ritum, 18

Edd. vicahgspdzb.]

Svi Sar. 12. *Cap. XIIII. De Pylade histrione.* v3i. — *nec Pylades* s-bP. — *ad aetatis contentionem* vl. 13. *hylas saltaret* S. (ras.) *saltaret* (videtur fuisse *psaltaret;* sup. add. *can.*) *hilas* G. — *TON METANATA MEMNONA* A. *ut in Gr.* G. om. S. — *veluti* S. — *CYMAKPO* (rel. Gr. om.) A. *ut in Gr.* G. — *οὐ μεταποιεῖς* v-a (g in mg.). 14. *illum populus* G. *populus cum* s-b. 15. *CYBAENEIC* B. *CYBαENEIC* A. „*βαενεις* quasi *βαίνεις* Angl.“ 16. *in Hercule furente* „placet ex emendatione patris ad Senecae hoc nomine tragoediam.“ Gron. — *MωPOIMαI* (rel. Gr. om.) A. *ut in Gr.* G. *μονοὶ μινόμενον* S. *μωρὸν μαινόμενον* vic. — *iniecit* v-g. 17. *misit* s-bP.

12. *Pylades histrio*] Pontanus confert Athenaeum I, c. 17. p. 20. d. e.: *Τῆς δὲ ὀρχήσεως τῆς τραγικῆς καλουμένης πρῶτος εἰσηγητὴς γέγονε Βάθυλλος ὁ Ἀλεξανδρεὺς, ὅν φησι νομίμως ὀρχήσασθαι Σέλευκος· τοῦτον τὸν Βάθυλλον, φησὶν Ἀριστόνικος, καὶ Πυλάδην, οὗ ἐστι καὶ σύγγραμμα περὶ ὀρχήσεως, τὴν Ἰταλικὴν ὄρχησιν συστήσασθαι ἐκ τῆς κομικῆς, ἣ ἐκαλεῖτο κόρδαξ, καὶ τῆς τραγικῆς, ἣ ἐκαλεῖτο ἐμμέλεια, καὶ τῆς σατυρικῆς, ἣ ἐλέγετο σίκιννις*, et Zosim. lib. 1.: *Octaviani temporibus pantomimorum saltatio prius incognita in usu esse coepit Pylade ac Bathyllo primis eius auctoribus.*

et Hylam discipulum] „Vid. Sueton. August. 45., ubi Hylas pantomimus ab Augusto ipso palam verberibus caesus et Pylades urbe atque Italia submotus dicuntur.“ Zeun. — Cf. Dio Cass. LIV, 17. Non recte Pontanus censuit hoc nomine intelligendum esse Bathyllum coll. Iuvenal. VI, 63. Dion. Cass. lib. LIV. l. c. Tac. Ann. I, 54.

13. *cum canticum quoddam saltaret*] „Qualis ea saltatio, expressit Cassiodorus IV. Varior.: *His sunt additae orchestarum loquacissimae manus, linguosi digiti, silentium clamosum, expositio tacita.* Et glossarii auctor: *saltat*, *ὀρχεῖ*, *ὀρχεῖται.* Vide ad Aristaenetum elegantissimum Mercerum.“ Pont. — Adde Heindorf. ad Horat. Sat. I, 5, 63. et Bähr. Gesch. d. roem. Lit. I, p. 205.

e cavea] ubi erat inter spectatores. Cf. Plaut. Amphitr. prol. 66.

15. *securitatem*] i. e. *τὴν ἀσφάλειαν.*

16. *Cum in Herculem furentem prodisset*] i. e. ut saltaret Herculem furentem. Singularis quidem est haec ratio dicendi, neque ullum eius mihi notum est exemplum, nolui tamen sequi Gronovium commendantem patris sui coniecturam: *in Hercule furente*,

quae apud maiores viguit, et venustam induxisse novitatem, interrogatus ab Augusto, quae saltationi contulisset, respondit:

Αὐλῶν συρίγγων τ' ἐνοπήν, ὁμαδόν τ' ἀνθρώπων.

19 Idem cum propter populi seditionem pro contentione inter se Hylamque habita concitatam indignationem excepisset Augusti, respondit: *Καὶ ἀχαριστεῖς βασιλεῦ· ἔασον αὐτοὺς περὶ ἡμᾶς ἀσχολεῖσθαι.*

[354] VIII. His dictis et excitata laetitia cum in Avieno memoria florida et amoenitas laudaretur ingenii, mensas secundas mini-
2 ster admovit. Et Flavianus: Multi, ut aestimo, in hoc a Varrone dissentiunt, qui in illa lepidissima satira Menippea, quae inscribitur *Nescis quid vesper vehat,* de secunda mensa placentas removit: sed quaeso dicas, Caecina, verba ipsa Varronis, si tibi bene-
3 ficio memoriae tenacioris haeserunt. Et Albinus: Locus, inquit, Varronis quem referri a me imperas in his fere verbis est: *Bellaria ea maxime sunt mellita quae mellita non sunt: dulcibus enim*

[Mss. ABGPS.

18. *qui apud* ich. „Melius" Zeun. — *Respondit* ... *Augusti* (§ 19.) om. S. — *Αὐλῶν*] Hom. Il. κ', 13. — *αυλωn cυρι* (rel. Gr. om.) A. *ut in Gr.* *λυδῶν συριγγῶν* (rel. Gr. om.) v-a. „Forte *Λυδίων*, ut apud Lucianum [Harmonid. 1. p. 534.]: *Λύδιος ἁρμονία.* Pindari scholiast. [in Olymp. I, 26. Cf. Nem. IV, 73.]: *Ἁρμονίαι δὲ πλείονες, Δώριος, Φρύγιος, Λύδιος.* Apul. Miles. X. [37, p. 745.]: *Iam tibiae multiforatiles cantus Lydios dulciter sonant.*" Pont. 19. *καιχαρις.* (rel. Gr. om.) A. *ut in Gr.* G. — *καὶ ἀχαριστεῖς* om. v-a. — *ασχολειcται* B. *ἀπολεῖσθαι καὶ εὐκαρίσεις* vic (a *καὶ εὐκαιρήσεις*). „Forte auctor scripsit *Καὶ γὰρ ἀχαριστεῖς ... ἀσχολεῖσθαι, καὶ εὐχαριστήσεις.* Certe ita sensus commodus efficitur, qui in lectione vulgari admodum friget." Zeun. Vid. not.

VIII. *Caput VIII. Quomodo Plato vino indulgendum esse praeceperit: et quam periculosum turpeque sit, tactus ac gustus voluptatibus esse obnoxium.* ch-b. 1. *His verbis dictis* P6. — *excitata* (om. *et*) BG. — *admonuit* ABG (S in mg. *amovit*) M123P567. Cf. III, 17, § 17. 2. *in hoc ut estimo* G. *ut existimo in hoc* Sab. *ut extimo in hoc* vichg. — *satyra* Edd. PS. — *vesper serus* chg. 3. *Bellaria* ... *Liberi bellaria*] Cf. Gell. N. A. XIII, 11, §§ 6 et 7. et Io. Saresb. VIII, 7. — *πέμ-*

quum voluerit Macrobius significare ipsum Herculem eum egisse.

19. *indignationem excepisset Augusti*] „Immo et serio aliquando in eum animadvertit Augustus. Tranquillus: *Pyladem urbe atque Italia submovit, quod spectatorem a quo exsibilabatur demonstrasset digito conspicuumque fecisset.* Dio restitutum dicit libro iam citato." Pont. — Vid. not. ad § 12.

ἀχαριστεῖς] „h. e. At enim ingratus erga nos, rex, existis, quod nobis succenses ob populi seditionem et tumultum nostra causa. Sine istum nostra causa tumultuari et dissidere, atque gratias ages nobis, quod nos ita impedivimus, quo minus res novaret ac te de regno deiiceret." Zeun., qui post *ἀσχολεῖσθαι* voluit addi: *καὶ εὐχαριστήσεις.* Interrogationis signum, quod erat post *βασιλεῦ*, sustuli.

VIII, 1. *His dictis et excitata laetitia*] Sic bini sunt ablativi absoluti. Deleta particula *et* pro ablativo instrumenti habendum esset *His dictis:* quod melius esse non negaverim.

2. *de secunda mensa placentas removit*] Dicit enim (§ 3.): *Bellaria ea maxime sunt mellita* (i. e. suavia) *quae mellita* (i. e. cum melle facta) *non sunt:* placentas autem *mellitas* dicit Horat. Ep. I, 10, 11.

3. *quem referri a me imperas*] Hoc huius constructionis exemplum addas prolegg. p. xl.

dulcibus] Cf. Isidor. Orig. XX, 2, 18. *Dulcia sunt genera pistorii operis a sapore dicta, melle enim asperso sumuntur.*

cum πέψει societas infida. Significant autem *bellaria* omne mensae secundae genus. Nam quae *πέμματα* Graeci, vel *τραγήματα* dixerunt, ea veteres nostri appellavere *bellaria:* vina quoque dulciora est invenire in comoediis antiquioribus hoc vocabulo, dictaque ea *Liberi bellaria.* Et Evangelus: Agite, antequam surgen- 4
dum nobis sit, vino indulgeamus: quod decreti Platonici auctoritate faciemus, qui aestimavit fomitem esse quendam et ignitabulum ingenii virtutisque, si mens et corpus hominis vino flagret. Tunc Eustathius: Quid agis, inquit, Evangele? an Platonem aesti- 5
mas haurienda passim vina suasisse, et non magis inter minuta [355]

Edd. vicabgspdzb.]
μασιν enim cum πέψει „ex Agellio videatur faciendum." Pont. „Masserius apud Aulum Gellium cap. 11. lib. 13. ex Caelio Rhodigino hunc locum sic restituit: *πέμμασιν enim et πέψει*" g in mg. — *hoc vocabulo appellata* Gell. l. c. 4. *Cap. XV. De vino.* v3i. — *decreti .. flagret*] Cf. Gell. XV, 2, 3. Sed vid. not. — *quia aestimavit* P. *qui existimavit* Sv-gb. — *incitabulum* ASv-g. „Melius." Meurs. Sic Gell. l. c. 5. *Tum* ASv-g. — *Eustachius* ASvic. — *agit* (sup. *s*) A. *ais* g in mg. — *an Platonem* ... (§ 9.) *diluamus*] Cf. Io. Saresb. VIII, 10. — *existimas*

cum πέψει] i. e. cum digestione.

Significant autem bellaria omne mensae secundae genus] Cf. Petron. Sat. 68. *Secundas enim habetis mensas: si quid belli habes, affer,* et Donat. ad Ter. Adelph. IV, 2, 51. *Proprie bellissimum dixit. Unde et huius modi ad irritandam gulam cibi bellaria dicuntur.*

quae πέμματα Graeci vel τραγήματα dixerunt] „Nuncupabat haec etiam, *ματτύας* Macedonum lingua Graecia vetus, Sparta *ἐπάϊκλα.* Athenaeus lib. XIV. extr.: *Μόλπις δ' ὁ Λάκων τὰ παρὰ τοῖς Σπαρτιάταις ἐπάϊκλα, ὃ σημαίνει τὰς ἐπιδειπνίδας, ματτύας φησὶ λέγεσθαι παρὰ τοῖς ἄλλοις,* et de epaiclis clarius apud eundem Athenaeum lib. IV, cap. 4. [c. 8, p. 140 f.] Persaeus: *Εὐθὺς,* inquit, *τοὺς μὲν εὐπόρους ζημιοῖ εἰς ἐπάϊκλα· ταῦτα δ' ἔστι μετὰ δεῖπνον τραγήματα.* [Adde ibid. p. 140. c.: *Ἔτι φησὶν ὁ Πολέμων καὶ τὸ δεῖπνον ὑπὸ τῶν Λακεδαιμονίων ἄϊκλον προσαγορεύεσθαι. .. Ἄικλον δ' οὐ λέγουσιν οἱ Λάκωνες τὴν μετὰ τὸ δεῖπνον μοῖραν. .. ἀλλ' ἐπάϊκλα μὲν λέγεται ταῦτα, ὄντα οἷον ἐπιχορηγήματα τοῦ συντεταγμένου τοῖς φειδίταις ἀΐκλου.*]. Priorem vocem Latinitas asseruit et exstat apud Suetonium Caligula [c. 38.] et apud Martialem lib. X. [ep. 59.]" Pont. — Adde XIII, 92., Senec. Controv. IV, 27. Ubique nunc fere legitur *mattea.*

4. *quod decreti Platonici auctoritate faciemus*] Haec apud Gellium tribuuntur homini qui Platonicum sese philosophum diceret, de quo ille: *Erat autem,* inquit, *nihili homo et nugator atque in Graecae facundiae gloria iactabundus, et praeterea vini libidine adusque ludibria ebriosus.* Non sine causa ea Macrobius tribuisse videtur Evangelo, de quo vid. Prolegg. p. xxxi.

fomitem esse quendam et ignitabulum ingenii virtutisque] Cf. Plat. de leg. II, p. 671. *Οὐκοῦν ἔφαμεν .. τὰς ψυχὰς τῶν πινόντων διαπύρους γιγνομένας μαλθακωτέρας γίγνεσθαι καὶ νεωτέρας, ὥστε εὐαγώγους ξυμβαίνειν τῷ δυναμένῳ τε καὶ ἐπισταμένῳ παιδεύειν καὶ πλάττειν, καθάπερ ὅτ' ἦσαν νέαι,* et p. 666. Salmasius Exercc. Plin. p. 127. a. E. haec verba interpretatur coll. Serv. ad Virg. Aen. I, 176. et Fest. ap. Paul. lib. VI, p. 84 sq. Muell., ubi *fomites* esse dicuntur assulae ex arboribus, dum caeduntur, excisae. (Vid. Comm. I, 9, 3.). *Ignitabulum* idem ibid. dicit esse Graece *ὑπέκκαυμα,* et p. 126. a. G. *πυρεῖον:* Festus apud Paulum lib. IX, p. 105. esse ignis receptabulum. Cf. Solin. c. 11. *Pyrpole etiam* (dicitur Delos) *quoniam et ignitabulam ibi et ignis inventa sunt.* Est ergo *fomes* et *ignitabulum* nostro sermone: *Zunder und Feuerzeug.*

5. *passim*] i. e. nullo ordine et

pocula iucundiorem liberalioremque invitationem, quae fieret sub quibusdam quasi arbitris et magistris conviviorum sobriis, non inprobasse? Et hoc est quod in primo et secundo de legibus non
6 inutile viris esse decernit. Nam et modicis honestisque inter bibendum remissionibus refici integrarique animos ad instauranda sobrietatis officia existimavit, redditosque sensim laetiores ad intentiones rursus capessendas fieri habiliores; et simul, si qui penitus in his affectionum cupiditatumque errores inessent quos celaret alioquin pudor reverens, ea omnia sine gravi periculo libertate per vinum data detegi et ad corrigendum medendumque fieri
7 oportuniora. Atque hoc etiam Plato ibidem dicit, non diffugiendas esse huiuscemodi exercitationes adversum propulsandam vini violentiam, neque ullum umquam continentem prorsum aut temperantem satis fideliter visum esse cui vita non inter ipsa errorum pericula et in mediis voluptatum inlecebris explorata sit.
8 Nam cui libentiae gratiaeque omnes conviviorum incognitae sint, quique illarum omnino expers sit, si eum forte ad participandas huiusmodi voluptates aut voluntas tulerit aut casus induxerit aut necessitas inpulerit, mox deleniri et capi, neque mentem eius ani-

[Mss. ABGPS.
Sab. *extimas* vichg. — *iucundiorem ... diluamus* (§ 9.)] Gell. N. A. l. c. § 4-8. — *magis conviviorum* B. — *et in secundo* v-g Gell. l. c. — *in primo et secundo de legibus*] Cf. p. 638, 647, 649, 666, 671. Steph.
6. *extimavit* vichg. — *et ad* Si-g (Gell. *reddique eos sens. laet. atque ad int. rurs. capiendas*) — *alioqui* (A a p. m.) i-g. *alios qui* Sar. — *detegit* vl. 7. *defugiendas* Gell. — *huiusmodi* v-g. — *exerrationes* „Lipsio [Elect. I, 7.] omnino emendandum placuit, ut videlicet ita appellaverit mentis illos errores et quasi primas halucinationes ante plenam ebrietatem." Pont. — *adversus* v-g Gell. *ad* g in mg. — *neque illum* Sar. — *prorsus* Gell. Sar. — *cui vita victusque* „Agellius auctior. Sed in scripto et veteribus est *cui vita*." Pont. 8. *licentia* Sar. — *deleniri* B (G a p. m.) Gell. *deliniri* A (G a sec. m.) S Edd. P. — *submodo*. Cf. Hand. Tursell. IV, p. 405 sq.

inter minuta pocula] Ioann. Saresb. l. c. addit *et modesta*, ut Cicero Sen. 14, 46. dicit *pocula minuta atque rorantia*.

6. *redditosque sensim laetiores cet.*] Cf. Plato de leg. I, p. 649. *Πιόντα τὸν ἄνθρωπον αὐτὸν αὑτοῦ ποιεῖ (ὁ οἶνος) πρῶτον ἵλεων εὐθὺς μᾶλλον ἢ πρότερον, καὶ ὁπόσῳ ἂν πλέον αὐτοῦ γεύηται, τοσούτῳ πλειόνων ἐλπίδων ἀγαθῶν πληροῦσθαι καὶ δυνάμεως εἰς δόξαν; καὶ τελευτῶν δὴ πάσης ὁ τοιοῦτος παῤῥησίας ὣς σοφὸς ἂν μεστοῦται καὶ ἐλευθερίας, πάσης δὲ ἀφοβίας, ὥς τε εἰπεῖν τε ἀόκνως ὁτιοῦν, ὡσαυτως δὲ καὶ πρᾶξαι;*

7. *non diffugiendas esse huiuscemodi exercitationes adversum propulsandam vini violentiam*] Cf. ibid. p. 648. *Εἴ τε τις ἑαυτῷ πιστεύων φύσει καὶ μελέτῃ καλῶς παρεσκευάσθαι μηδὲν ὀκνοῖ μετὰ ξυμποτῶν πλειόνων γυμναζόμενος ἐπιδείκνυσθαι τὴν ἐν τῇ τοῦ πώματος ἀναγκαίᾳ διαφθορᾷ δύναμιν ὑπερθέων καὶ κρατῶν κτλ.*

neque ullum .. explorata sit] Conf. ibid. p. 647. *Ἢ τῇ μὲν διαίτῃ τῇ ἐν αὑτῷ προσμαχόμενον καὶ νικῶντα αὐτὴν δεῖ τέλεον οὕτω γίγνεσθαι πρὸς ἀνδρίαν, ἄπειρος δὲ δή που καὶ ἀγύμναστος ὢν τῶν τοιούτων ἀγώνων ὁστισοῦν οὐδ' ἂν ἥμισυς ἑαυτοῦ γένοιτο πρὸς ἀρετήν.*

8. *libentiae gratiaeque omnes conviviorum*] Plato dicit l. c.: *Σώφρων δὲ ἄρα τελέως ἔσται μὴ πολλαῖς ἡδοναῖς καὶ ἐπιθυμίαις προτρεπούσαις ἀναισχυντεῖν καὶ ἀδικεῖν διαμεμαχημένος,... ἀλλ' ἀπαθὴς ὢν πάντων τῶν τοιούτων.*

mentem eius animumque consistere]

mumque consistere. Congrediendum igitur et tamquam in acie 9 quadam cum voluptariis rebus cumque ista vini licentia comminus decernendum, ut adversus eas non fuga nec absentia simus tuti, sed vigore animi et constanti praesentia moderatoque usu temperantiam continentiamque tueamur, et calefacto simul refoto- [356] que animo, si quid in eo vel frigidae tristitiae vel torpentis verecundiae fuerit, diluamus.

Sed, quia voluptatum fecimus mentionem, docet Aristoteles 10 a quibus voluptatibus sit cavendum. Quinque enim sunt hominum sensus, quos Graeci *αἰσθήσεις* appellant, per quos voluptas animo aut corpori quaeri videtur, tactus gustus odoratus visus auditus. Ex his omnibus voluptas, quae inmodice capitur, ea 11 turpis atque inproba est. Sed enim quae nimia ex gustu atque tactu est, ea igitur gemina voluptas, sicut sapientes viri censuerunt, omnium rerum foedissima est: eosque maxime qui sese duabus istis voluptatibus dediderunt gravissimi vitii vocabulis Graeci appellaverunt, vel *ἀκρατεῖς* vel *ἀκολάστους:* nos eos vel incontinentes dicimus vel intemperantes. Istas autem voluptates duas, 12 gustus atque tactus, id est cibi et Veneris, solas hominibus communes videmus esse cum beluis, et idcirco in pecudum ferorumque animalium numero habetur quisquis est his ferarum voluptatibus occupatus: ceterae ex tribus aliis sensibus proficiscentes hominum tantum propriae sunt. Verba super hac re Aristotelis 13 philosophi in medium proferam, ut quid de his infamibus voluptatibus tam clarus atque inclytus vir sentiat publicetur: *Διό τοι* 14 *κατὰ τὴν τῆς ἁφῆς ἢ γεύσεως ἡδονὴν ἐγγινομένην ἐὰν ὑπερβάλ-*

Edd. vicahgspdzb.]

sistere Ps-z. 9. *quominus* Sar. — *animi vigore* v-g. — *deluamus* Gell. *abluamus* Sar. 10. *Sed quoniam* s-bP. — *dicit* P. — *Aristoteles*] Problem. XXVIII, 7; Ethic. ad Nicom. VII, 4 seqq. — *Quinque* .. *ἐπιληψίαν* (§ 17.)] Cf. Gell. N. A. XIX, 2. — *etenim* s-bP. 11. *Ex iis* vi Gell. — *improbata* g in mg. — *ea voluptas* (om. *igitur gemina*) c-g. — *foedissima* (sup. add. *est*) G. — *appellavere* BG. 12. *duas voluptates* G. — *atque Veneris* v-g. — *ferarumque* (om. *animalium*) *numerum* (sup. *o*) G. — *ex aliis tribus* G. 13. *de iis* vi. 14. *Διό* .. *πάσχει* om. GSM3 (A *Διατοιιατα* rel. om.). — *Διό τοι* scripsi e coni. *Διατοι* BPM12P27. *Διὰ τί* vh (i *διὰ τίνα τὰ τὴν*). *Διὰ τί οἱ* (vel *διατὶ οἱ*) cag-b Gell. — *τῆς* om. vi. — *ἐγγινομένην* BPM12. *ἐγγενομενην* vi. *ἐνγιγνομένην* h-pl. (p2 *ἐγγ.*) *εἰ γιγνομένην* dz. „*Εἰ* abest a Gellio et Ed. vet. recte. Verum omnino sensus postulat, ut legas: *διὰ τί κατὰ τὴν* ... *ἡδονὴν γιγνόμενοι, ἂν* (i. e. *ἐὰν*) *ὑπερβάλλωσιν.* Nam *γίγνεσθαι κατὰ* seu *περί τι* est *versatum esse in re, deditum esse rei.* Atque *ἂν ὑπερβάλλωσι* idem est quod alibi Aristoteles dicit *καθ' ὑπερβολήν.*" Zeun. *ἐγγιγνόμην* P7. *γιγνομένην* ca. — *ἐὰν* BPM12viP27. *ἂν* c-b Gell. — *ὑπερ-*

i. e. satis firmum esse. Sic Cicero (Phil. II, 28, 68., ad Quint. fr. II, 3, 2. al.) dicit *mente consistere.*

11. *vel ἀκρατεῖς vel ἀκολάστους*] Cf. Plutarch. de virt. mor. 6, p. 445. D.: *Κατὰ ταὐτὰ δὲ οἴονται καὶ τὴν ἀκρασίαν ἔλαττόν τι κακίας εἶναι, παντελῆ δὲ κακίαν τὴν ἀκολασίαν.* ... *ἡ δὲ ἀκρασία τῷ μὲν λόγῳ σώζει τὴν κρίσιν ὀρθὴν οὖσαν, τῷ δὲ πάθει φέρεται παρὰ τὴν κρίσιν ἰσχύοντι τοῦ λόγου μᾶλλον· ὅθεν διαφέρει τῆς ἀκολασίας· ὅπου μὲν γὰρ ἡττᾶται τοῦ πάθους ὁ λογισμὸς, ὅπου δὲ οὐδὲ μάχεται.*

13. *Verba super hac re Aristotelis*] Eandem rem sed aliis verbis

ωσιν, ἀκρατεῖς λέγονται· οἵ τε γὰρ περὶ τὰ ἀφροδίσια ἀκόλαστοι τοιοῦτοι, οἵ τε περὶ τὰς τῆς τροφῆς ἀπολαύσεις, τῶν δὲ κατὰ [357]τὴν τροφὴν ἀπ' ἐνίων μὲν ἐν τῇ γλώττῃ τὸ ἡδύ, ἀπ' ἐνίων δὲ ἐν τῷ λάρυγγι, διὸ καὶ Φιλόξενος γεράνου λάρυγγα εὔχετο ἔχειν· [οἱ δὲ κατὰ τὴν ὄψιν καὶ τὴν ἀκοὴν οὐκέτι.] Ἢ διὰ τὸ τὰς ἀπὸ τούτων γινομένας ἡδονὰς κοινὰς εἶναι ἡμῖν καὶ τοῖς ἄλλοις ζώοις, ἅτε δὲ οὐσῶν κοινῶν αἰσχρὰν εἶναι τὴν ὑποταγὴν, αὐτίκα τὸν ὑπὸ τούτων ἡττώμενον ψέγομεν καὶ ἀκρατῆ καὶ ἀκόλαστον λέγομεν διὰ τὸ ὑπὸ τῶν χειρίστων ἡδονῶν ἡτ-

[Mss. BP (AGS om. Graec.).
βάλλωσιν c-b (a ἤπερβ.) Gell. ὑπερβάλλωσι vi. ΥΠΕΡΒΑΛΩCΙΝ PM12P27. ΥΠΕΡΒΑΛΩCΙ B. — οἵ τε γάρ BPM12v-g Gell. οἵτε δὲ s-b. „δὲ alieno loco est. Igitur repone γε, vel cum Edit. vet. et Gellio γάρ.“ Zeun. — τοιοῦτοι, οἵ τε BPM12P7. τοιοῦτοι οἳ vi. οὗτοι, οἵτε h-z. οἵτε (om. τοιοῦτοι) cab. „Οὗτοι recte abest ab Ed. vet. et Gellio.“ Zeun. — τὸ ἡδὺ om. vi. ΤΟΕΔΥ B. ΤΟΝΛΥ P. — ἐν τῇ λάρ. P7. — ΛΑΡΙΓΓΙ BM12P7. ΛΑΡΥΙΤΙ P. — διὸ .. λάριγγα om. vi. — ΛΑΡΙΓΓΑ BM12P7. ΛΑΡΙΤ P. φάρυγγα ch. „Non male: vid. Foesii Oeconomia Hipp. v. φάρυγξ.“ Zeun. — ηὔχετο P (M12 in mg.) vi. — εὔχειν vi. — [οἱ δὲ .. οὐκέτι.] om. BPM12 vi. — οἱ δὲ ca Gell. ἢ δὲ h-b. — Ἢ om. vi. — τὰ ἀπὸ sp. τὰς ἀπὸ restituit Meurs. — γενομένας vi (B prius ε in ras.) — ΑΤΑΔΗ ΟΥCΩΝ M12P7. ΔΕΟΥCΩΝ (om. ἅτε) B. ἅτε οὖν οὐσῶν c. ἅτε οὖν οὖσαι a. τῶν δὲ οὐσῶν vi. — κοιναὶ (om. αἰσχρὰν .. αὐτῶν καὶ) a. — αἰσχρῶν vi. — ΤΗΝ ΥΠΟ ΤΑΓΗΝ ΑΥΤΙΚΑ P. ΤΗΝΙΠΟΤΑΓΗΝ ΑΥΤΙΚΑ B. τὴν ὑποταγὴν αὐτοί τε ἀποφαίνομεν καὶ M12. τὴν αὐτίκα (sic cum lacuna, om. etiam τὸν ὑπὸ τούτων) vi. τὴν ὑποταγὴν (p2-b ὑποσταγὴν) αὐτῶν καὶ ἀτιμόταται εἰσί· διὸ καὶ μάλιστα μόναι ἐπονείδιστοι· ὥστε h-b (ca om. αἰσχρὰν εἶναι τὴν ὑποταγὴν αὐτῶν). „Gellius: [non, ut addit Zeun., Ed. vet., i. e. c] ἅτε οὖν οὖσαι κοιναὶ ἀτιμόταται εἰσί· διὸ καὶ μάλιστα ἢ μόναι ἐπονείδιστοι. ὥστε κτλ. Recte.“ Zeun. — ΤΟΥΠΟΤΟΥ ΤΟΝ P. ΤΟΠΟΤΟΥ: ΤΟΝ B. τὸν ὑπὸ τοιούτων M12. — ΗΤΙΩΜΕΝΟΝ B. — ΚΑΙ ΑΚΡ. ΚΑΙ B. καὶ ἀκρατῆ (om. καὶ) s-z. „Post ἀκρατῆ intersere καὶ, uti sensus, Ed. vet. et Gellius comprobant.“ Zeun. — λέγομεν om. vi. — ὑπὸ

tractavit Aristoteles Ethic. ad Nicom. III, 10. et ad Eudem. III, 2.

14. τοιοῦτοι] i. e. εἰσὶν ἀκρατεῖς.

ἐν τῇ γλώττῃ .. ἐν τῷ λάρυγγι] i. e. alii ligurientes alii voraces sunt. Cf. Athen. III, 28. p. 113. f. (80.) Ἀνόσιοι λάρυγγες, ἀλλοτρίων κτεάνων παραδειπνίδες.

Φιλόξενος] Cf. Aristot. ad Nicom. l. c. Διὸ καὶ ηὔξατό τις Φιλόξενος Ἐρύξιδος ὀψοφάγος ὢν τὸν φάρυγγα αὐτῷ μακρότερον γεράνου γενέσθαι, et ad Eudem. l. c. Διὸ οἱ ὀψοφάγοι οὐκ εὔχονται τὴν γλῶτταν ἔχειν μακρὰν, ἀλλὰ τὸν φάρυγγα γεράνου, ὥσπερ Φιλόξενος ὁ Ἐρύξιδος. Athen. I, 10, p. 6. b.

οἱ δὲ κατὰ τὴν ὄψιν καὶ τὴν ἀκοὴν] Intelligas ὑπερβάλλοντες, quamquam haec respondent antecedentibus: Οἵ τε γὰρ περὶ τὰ ἀφροδίσια ἀκόλαστοι et οἵ τε περὶ τὰς τῆς τροφῆς ἀπολαύσεις. Cf. Aristot. ad Nicom. l. c. Οἱ γὰρ χαίροντες τοῖς διὰ τῆς ὄψεως .. οὔτε σώφρονες οὔτε ἀκόλαστοι λέγονται, καίτοι δόξειεν ἂν εἶναι καὶ ὡς δεῖ χαίρειν καὶ τούτοις καὶ καθ' ὑπερβολὴν καὶ ἔλλειψιν, ὁμοίως δὲ καὶ ἐν τοῖς περὶ τὴν ἀκοήν· τοὺς γὰρ ὑπερβεβλημένως χαίροντας μέλεσιν ἢ ὑποκρίσει οὐδεὶς ἀκολάστους λέγει, et ad Eudem. l. c. Περὶ δὲ τὰς δι' ὄψεως ἢ ἀκοῆς ἢ ὀσφρήσεως ὀσμὰς οὐδεὶς λέγεται ἀκόλαστος ἂν ὑπερβάλλῃ.

οὐκέτι] Intelligas ἀκόλαστοί εἰσιν.

ἀπὸ τούτων] i. e. ἀπὸ τῆς ἀφῆς καὶ γεύσεως.

τὴν ὑποταγὴν] i. e. si quis iis se dedit.

αὐτίκα] h. l. idem est quod Latine *continuo* (vid. Hand. Tursell. II, p. 105.), nostro sermone *sofort*. Significat ex iis quae dicta sint colligi rem nulla interposita deliberatione.

ἡττᾶσθαι;] Signum interrogatio-

τᾶσθαι; Οὐσῶν δὲ τῶν αἰσθήσεων πέντε τὰ ἄλλα ζῶα ἀπὸ δύο μόνων ἥδεται, κατὰ δὲ τὰς ἄλλας ἢ ὅλως οὐχ ἥδεται ἢ κατὰ συμβεβηκὸς τοῦτο πάσχει. Quis igitur habens aliquid humani 15 pudoris voluptatibus istis duabus, coeundi atque comedendi, quae homini cum sue atque asino communes sunt, gratuletur? Socra- 16 tes quidem dicebat multos homines propterea velle vivere ut ederent et biberent, se bibere atque esse ut viveret. Hippocrates autem, divina vir scientia, de coitu Venerio ita existimabat, partem esse quandam morbi taeterrimi quem nostri comitialem dixerunt. Namque ipsius verba haec traduntur: τὴν συνουσίαν εἶναι μικρὰν ἐπιληψίαν.

* * *

Edd. vicabgspdzb.] χειρίστων (om. τῶν) M12. ὑπὸ τῶν χειρίσταιν vi. — τῶν δὲ αἰσθήσεων (om. οὐσῶν, vi. — ἀπὸ δύο μόνων BPa. ἀπὸ δύο μόνον vi. ἀποδυόμενα τῶν προειρημένων c. ἀπὸ δύω μόνων τῶν (g τοῦ) προειρημένων h-b (Gell. δύο). — ἢ κατὰ τὸ vi. ΙΚΑ B. — πάσχει ὁρᾷ μὲν γὰρ ὁ ὁρῶν (ag Gell. ὁρῶν μὲν γὰρ τὸ ὁρῶν) ἢ ὀσφραινόμενον χαίρει, ὅτι ἀπολαύει, καὶ ὅταν πληρωθῇ, οὐδὲ τὰ τοιαῦτα ἡδέα αὐτῷ· ὥσπερ οὐδὲ ἡμῖν ἡ τοῦ ταρίχους ὀδμὴ, ὅταν ἅδην ἔχωμεν τοῦ φαγεῖν, ὅταν δὲ ἐνδεεῖς ὦμεν, ἡδεῖα· ἡ δὲ τοῦ ῥόδου ἀεὶ ἡδεῖα. c-g Gell. 15. *Quid* P7. 16. *Socrates . . . viveret*] Cf. Io. Saresb. VII, 8. — *homines multos* Sv-g. — *se autem bibere* Si. *sese bibere* ch. — *divinae vir scientiae* G a sec. m. — *venereo* Sv-g. — τὴν συνουσίαν .. ἐπιληψίαν om. BGSP7 (A ΤΗΝ ΣΥ. rel. om.). — ΤΗΝ ΣΥΣΙΑΝ M3. — μικρὰν om. dz. ΜΑΙΚΡΑΝ M3. — ἐπιληψίαν, *id est, coitum esse parvum morbum comitialem* v3-b.

nis posui, ut ἢ in sententiae initio esset *an*.

16. *Socrates .. dicebat*] Cf. Plutarch. de aud. poet. 4, p. 21. E. Athen. IV, 48, p. 158. F. Diog. Laert. II, 5, 16.

velle vivere, ut ederent et biberent] „Talis ille apud Plautum: *Non hic ut possit edit, sed posse cupit, ut edat.*" Pont. — Hoc fragmentum inter incerta (34.) recepit Pontano auctore Weisius.

Hippocrates] Oiselius ad Gellium l. c. adnotavit haecce: „In Hippocratis scriptis, quae hodie exstant, huiusmodi verba non reperiuntur." Et Galenus Comm. I. in lib. III. Epidem. Hippocrat. huiusmodi dictum Democriti fuisse refert: Τίς γὰρ, inquit, ἀνάγκη γράφειν Δημόκριτον μὲν εὑρηκέναι μικρὰν ἐπιληψίαν εἶναι τὴν συνουσίαν. Quomodo etiam capiendus Clemens Alex. Paedag. lib. II. Μικρὰν ἐπιληψίαν τὴν συνουσίαν ὁ Ἀβδηρίτης ἔλεγε σοφιστής. Potuit tamen et Hippocrates idem dixisse: vel dicendum Gellium hic memoria lapsum." Vide etiam Menagium ad Diog. Laert. lib. IX, p. 410., et Casaubon. ad eund. lib. c. 43., ubi dicitur ad Eryximachum referri hanc sententiam a Stobaeo, qui tamen non dissimilem tribuat Democrito: ξυνουσίη ἀποπληξίη μικρά.

τὴν συνουσίαν εἶναι μικρὰν ἐπιληψίαν] Interpretatio Latina quae vulgo adiicitur quin interpolatori debeatur dubitandum non est. Vid. not. ad c. 4. § 31. Non minus certum est huius libri interiisse finem. Sed Pontanum haud recte huc transtulisse octo ultima libri III. capita demonstrare conatus sum in prolegg. p. XXXIII sq.

[Mss. ABGPS.
Macrobii Theodosii V. C. et inl. conviviorum primi diei Saturnaliorum explicit. ABM3P2R (G add. *Incipit secundus*). *Macrobii Theodosii viri et illustris conviviorum primi diei Saturnaliorum liber II. explicit.* M1. *Macrobii Theodosii viri illustris conviviorum primi diei et secundi Saturnaliorum V. C. liber II explicit. Incipit tertius feliciter.* P6. *Macrobii Saturnaliorum liber II. explicit. incipit III.* M2. *Explicit liber secundus, incipit tertius.* P7. In P, in quo quattuor lineae sunt relictae vacuae, et in Svi nulla est subscriptio. In chg subiiciuntur haec Arnoldi Vesal. verba: „*Finis libri secundi.* Secundo huic libro suum deesse finem, et sequenti item principium, id facilius perspectu est, quam ut admonendus sit lector. Si quid tamen lucis tantis addi tenebris queat, hanc librorum putem fuisse cohaerentiam: In fine primi libri mentio facta erat de poeta Vergilio. Sed cum coenae tempus interpellaret, placitum fuit sermonem eum reservari colloquio diei sequentis. Quare cum secundus liber ea contineat, quae dicta erant inter coenandum, restabat, ut tertio ea quae de Vergilio dicenda erant, explicarentur: quorum magnam certe partem desiderari nemo non facile animadverterit. Sed haec deplorari a nobis possunt, emendari non possunt.“ In a legitur: „Desunt multa.“ In s sunt quindecim asterisci. In p-b octo libri tertii capita (XIII-XX.) adnectuntur tanquam huius libri capita IX-XVI. additis in p-z his Pontani verbis: „Hic libri huius in omnibus ad hoc aevum editionibus finis fuit, et viderunt tamen homines eruditi plurima desiderari, quae deplorare facilius potuerunt, quam emendare. Nos Anglicani indicio [at in A nihil eiusmodi est] primi hunc hiatum sanavimus, et octo ex tertii libri iniusta possessione extorsimus capita, veterique huic suae et verae sedi redonavimus. Instituta enim de luxuria et de voluptatibus et praesertim περὶ τὰς τῆς τροφῆς ἀπολαύσεις narratio convenienter iam istis pertexitur, finiturque secundus liber. Paucula interim deesse post verba *parvum morbum comitialem* et sub initium quoque sequentis capitis, non inficier, sed paucula, inquam, id est verba duo quatuor, quibus parabatur responsus obiectanti Horo priscorum abstinentiam. Patet ex fine subsequi capitis [III, 13, 16.]: *Neque ego nunc antiquitati nos praeferendos vel comparandos dico; sed respondi obiectanti Horo, asserens, ut res habet, maiorem illis seculis deliciarum curam fuisse quam nostro.* Dixi desiderari post haec paucula, quae, nisi fallor, repperi, et sunt ista: *Fugienda sunt ergo omnibus modis et abscindenda igne et ferro, totoque artificio superanda, languor a corpore, imperitia ab animo, luxuria a ventre, a civitate seditio, a domo discordia, et in communi a cunctis rebus intemperantia.* Laudat sub Macrobii nomine Ioh. Sarisberiensis lib. 8. cap. 15. Ego apud Macrobium legisse non memini. Hic autem insanum in modum conveniunt. Fallor itaque? aut loci huius fragmentum est.“

MACROBII AMBROSII THEODOSII

V. C. ET INL.

CONVIVIORUM SECUNDI DIEI

SATURNALIORUM

LIBER TERTIUS.

[Ed. Bip. vol. II. p. 1.]

I. *** violatum cum se nosset multa caede pollutum: 1

Edd. vicahgspdzb.]

In Mss. nulla est inscriptio, nisi quod in M3 legitur in margine a vet. manu adscriptum: *Tertius dies.* In Edd.: *Macrobii Aurelii Theodosii viri cons. et ill. Saturnaliorum liber III.* vichg. *Liber tertius. Deest huius tertii libri principium.* a. *Aurelii Macrobii Theodosii V. C. et inlustris Conviviorum secundi diei Saturnaliorum liber tertius.* s-b.

I. Caput I. Quam accurate Vergilius (z *Virg.*) *expresserit diversos ritus sacrificandi.* ch-b. *Cap. I. De ritu sacrorum.* v3i. 1. *Violatum cum se nosset multa caede pollutum: Tu* cet. ABSM123 (G *Aeneas violatum;* P5 *Iolatum;* P2 *iolatum cum se noster;* A a sec. m. P7 *et multa;* R *lolatum cum se nosse*). *Violatum cum se nosset* (v *noscet*) *Aeneas multa caede pollutum, ait: Tu* cet. v-sP6. *caede pollutum: Tu* cet. (om. *violatum .. multa*) P. [1]) *Congregatis in tempore constituto in domo Vettii, qui venire debuerant,* [2]) *inter caenandum coepit Evangelus Vettium taliter compellare: Dixisti, inquit, mi Vetti, inter omnia quibus eminet laus Maronis hoc te lectorem assiduum admirari, quia doctissime ius pontificium, tanquam hoc professus, in multa et varia operis sui parte servavit. Et si tantae dissertationis sermo non cederet,* [3]) *promisisti fore ut Vergilius noster Pontifex maximus videretur. Nunc igitur comple promissum, vel sermonem a memoria tua credam cessisse, vel potius praesulem nostrum Vergilium Pontificem ignorasse. Tunc Praetextatus decenti rubore perfusus: Non, inquit, o Evangele, propter verba tua magis vana quam vera, sed propter totius coetus reverentiam, quem scio avide istud audire, ostendam nec me sermonis oblitum, nec sacrorum Vergilium imperitum. Hoc autem reputo principaliter praemit-*

I, 1. *** *violatum cum se nosset*] Hoc huius libri vulnus, ut alia, panno assuto velare conatum Is. Pontanum refutavi in prolegg. p. xxxiv. Quid interciderit, docui ibid. p. xviii sq. Hic tantum moneo ea quae supersint esse partem disputationis Vettii Praetextati de Virgilii iuris pontificii scientia, et hoc quidem loco demonstrari poetam non immemorem fuisse legis illius e qua nefas erat sacra attingere hominem caede pollutum.

[2] *Tu, genitor, cape sacra manu patriosque Penates.*
Me bello e tanto digressum et caede recenti
Attrectare nefas, donec me flumine vivo
Abluero.

2 Post Caietae quoque nutricis sepulturam, quo potissimum navigans adpellitur quam ad eam partem per quam

— *fluvio Tiberinus amoeno*
In mare prorumpit,

ut confestim in ipso Italiae limine fluviali unda ablutus possit quam purissime

— *Iovem Phrygiamque ex ordine Matrem*

3 invocare? Quid quod Evandrum aditurus per Tiberim navigat, quod cum esset reperturus Herculi sacra celebrantem, ut sic puri-
4 ficatus sacris possit hospitalibus interesse? Hinc et Iuno ipsa conqueritur non magis quod Aeneam contigisset contra suum velle in Italiam pervenire quam quod *optato* potiretur *Tibridis alveo,* quia sciret eum hoc amne purificatum posse sacra etiam sibi

[Mss. ABGPS.

tendum, quo ad hoc quis diis superis rem sacram recte perficiat, [4]) *prius eum rite purificari oportere. Et hoc* [5]) *Vergilius prius plane demonstrat, quum Aeneam Pontificem introducit* [6]) *patri suo sic loquentem: Tu* cet. p-b. In p adscriptum est in mg.: „Hactenus ex Ms. Vide Notas.“ Adnotationes additae sunt haecce: [1]) „Omnia haec adusque, *Tu genitor*, ex veteri eodem eruimus genuina germana Macrobii nostri.“ Pont. — [2]) „*Ante caenandum*] Ita omnino legendum, non *inter caenandum*. Nam cum (ut liquet ex fine libri 2. antecedentis) exorto sole ut congregarentur constitutum esset, id temporis adusque caenam silentio transmissum, verisimile haud est. Itaque pro *inter*, *ante* reponendum curavimus.“ Idem. — [3]) „Supra (I, 24, 16.): *Et si tantae*, inquit, *dissertationi sermo concesserit*, *promitto fore ut Virgilius noster pontifex maximus asseratur.*“ Idem. — [4]) Martialis ad Domitianum [Praef. ad lib. VIII.]: *Meminerit non nisi religionis purificatione lustratus accedere ad templa debere.* Glossarium: *ἁγνίζω, purgo, purifico.*“ Idem. — [5]) „*Virgilius prius plane demonstrat*] Existimo in eo latere ἐπίθετον, quale solet Virgilio dare Macrobius pro artificio quod in eo demonstrat. Forte *Virgilius pius*. Infra cap. 5. [§ 9.] *Adeo omnem pietatem in sacrificiis quae diis exhibenda sunt posuit.*“ Gron. — [6]) „Quod in vetustis licet libris est: *Violatum* . . *pollutum*, *ait*, sensui solum turbando est. In scripto quodammodo quoque comperi, sed confusum et lacerum.“ Pont. — *Tu genitor*] Virg. Aen. II, 717. — *ex tanto* S. *et ante* B a p. m. *e ante* P. *tanti* G. — *attractare* BG. 2. *per quod* P. — *fluvio*] Aen. VII, 30. — *posset* Edd. PS. — *Iovem*] Aen. VII, 139. 3. *per evandrum tiberim aditurus* S. — *sic* om. B a p. m. p2-z. 4. *Hic* Bs-z. „Ed. vet. recte habet *Hinc*.“ Zeun. — *et contra* v. — *optato*] Aen. VII,

Tu genitor cape sacra manu] „Respexit Seneca libro de benef. III. [37, 1.]: *Cum conplexus sacra et penates religiosus senex vadentem non simplici sarcina premeret.*“ Pont.

2. *quo potissimum* . . *quam*] Scribendum erat aut *potius*, aut *nisi* pro *quam*.

3. *quod cum esset reperturus Herculi sacra celebrantem*] Hoc Aeneae non dixerat deus Tiberinus, sed tantum (Aen. VIII, 57.): *Ipse ego te ripis et recto flumine ducam.* Itaque his verbis non Aeneae sed poetae significatur consilium. Ceterum vid. infra (v. 69 sq.) verba: *rite cavis undam de flumine palmis sustinet.*

4. *Aeneam*] Dicendum erat *Aeneae*. *contra suum velle*] Vid. not. ad Comm. I, 17, 10.

posse sacra etiam sibi rite perficere] Cf. Aen. VIII, 60. *Iunoni fer*

rite perficere: nam ne supplicari quidem sibi ab eo vellet. Nunc, 5
quoniam purificationem ad sacra superorum pertinentem deorum [3]
in Virgiliana observatione monstravimus, videamus utrum et circa inferorum deorum cultum proprietatem moris idem poeta servaverit. Constat dis superis sacra facturum corporis ablutione pur- 6
gari: cum vero inferis litandum est, satis actum videtur si aspersio sola contingat. De sacris igitur superorum ait Aeneas:

— donec me flumine vivo
Abluero.

At Dido, cum sacra dis inferis instituit, ait: 7

Annam, cara mihi nutrix, huc siste sororem:
Dic corpus properet fluviali spargere lympha.

et alibi: *Sparserat et latices simulatos fontis Averni.*

Nec non, cum Misenum sepulturae mandari refert: 8

Idem ter socios pura circumtulit unda,
Spargens rore levi.

Sic et, cum facit Aeneam apud inferos ramum Proserpinae consecraturum, ita infert:

Occupat Aeneas aditum corpusque recenti
Spargit aqua.

II. Verborum autem proprietas tam poetae huic familiaris 1
est, ut talis observatio in Virgilio laus esse iam desinat: nullis [4]
tamen magis proprie usus est quam sacris vel sacrificalibus verbis. Et primum illud non omiserim, in quo plerique falluntur: 2

— Extaque salsos
Porriciam in fluctus,

non, ut quidam, *proiciam,* aestimantes dixisse Virgilium proicienda exta, quia adiecit *in fluctus.* Sed non ita est. Nam et ex disci- 3

Edd. vicabgspdzb.]
303. — *nam nec* P. 5. *utrum etiam* v-g. — *idem postea* G. 6. *satis factum* B. — *contingit* ASv-g. — *donec*] Aen. II, 719. 7. *inferis statuit* „Erat in calamo exarato. Et ea vox propria sacrorum est.“ Pont. allat. Virg. Eclog. V, 68. et Sueton. Aug. cap. 101. Tertullian. Scorp. cap. 10. — *Annam*] Aen. IV, 634. — *Sparserat*] Aen. IV, 512. 8. *refert idem: Ter* Pv-g. — *Idem*] Aen. VI, 229. — *circunluit* g in mg. — *Sed et cum* Av-g. — *Aenean* ABM1. — *ita infert* ABPSvis-z M123. *ita refert* Gc-gb. „Ed. vet. melius *refert* ob consuetudinem Macrobii (c. 2. § 11., c. 3. § 2. et § 5. et alibi).“ Zeun. — *Occupat*] Aen. VI, 635.

II. *Caput II. Quam proprie Vergilius usus sit verbis ad sacra pertinentibus* ch-b. 1. *autem* om. v. — *laus* om. v-g. — *designat* G. — *magis tamen* G. 2. *Extaque*] Aen. V, 237. — *porricit* v. — *proiicit* v. — *existimantes* Sv-gb. — *quia adiecit* S. Idem „retracta ex proxima

rite preces, et 83 sqq. *Sus: Quam pius Aeneas tibi enim, tibi, maxima Iuno, Mactat, sacra ferens.*

5. *proprietatem moris*] Vid. prolegg. p. XLII.

6. *corporis ablutione purgari*] Cf. Arnob. VII, 16. *Quorum templa cum adire disponitis, ab omni vos labe puros lautos castissimosque praestatis*, ibique Hildebrand.; Hartung. I, p. 191.

8. *ramum*] aureum. Vid. Virgil. Aen. VI, 136 sqq.

infert] Cf. c. 10, § 3. *Labeo vero sexagesimo et octavo libro intulit.*

II, 2. *quia adiecit*] Sic scriben-

plina haruspicum et ex praecepto pontificum verbum hoc sollemne sacrificantibus est, sicut Veranius ex primo libro Pictoris ita dissertationem huius verbi executus est: *Exta porriciunto, dis danto, in altaria aramve focumve eove quo exta dari debebunt.*
4 *Porricere* ergo, non *proicere*, proprium sacrificii verbum est: et quia dixit Veranius: *in aram focumve eove quo exta dari debebunt,* nunc pro ara et foco mare accipiendum est, cum sacrificium dis
5 maris dicatur. Ait enim:

Di, quibus imperium est pelagi, quorum aequora curro,
Vobis laetus ego hoc candentem in litore taurum
Constituam ante aras voti reus, extaque salsos
Porriciam in fluctus, et vina liquentia fundam.

Ex his docetur in mare rite potuisse *porrici exta*, non *proici*.

6 *Constituam ante aras voti reus.*

Haec vox propria sacrorum est, ut *reus* vocetur qui suscepto voto se numinibus obligat, *damnatus* autem qui promissa vota iam solvit. Sed de hoc non opus est a me plura proferri, cum vir
[5] doctissimus Eustathius paulo ante hanc partem plenius executus sit.

[Mss. ABGPS.

dictione literula" coni. Pont. *qui adiecit* Edd. ABGP. 3. *Nam ex* (om. *et*) Sv-g „2 Angl.". — *venerannius* (del. *ne*) A. — *est executus* BG. — *porriciunt* hs. *proricuit* P5. — *dis danto* Sp-z (gb *diis*) „Ita refinximus ex Scripto, in quo: *porriciunto distanto*." Pont. *dis tanto* A (B in mg.) GM12P267 (v-a *diis*). *dis tato* B. *odistante* P5. *dis dando* PM3 (h. *diis*; s *odis*). 4. *verbum* (om. *est*) G. — *non pro ara* chg. — *et pro foco* v-g. 5. *Di*] Aen. V, 235. — *aequore curro* A. *aequore curvo* S. — *Ex iis* vl. — *ritu* (sup. add. *e*) B. 6. *sacrarum* B (AG a p. m.). — *vota non solvit* ich-bP (hg in mg.: *iam*). „Multis disputat Ios. Castalio I. C. Observatt. dec. III, c. 9. hic legi debere sublata negatione: *qui promissa iam solvit*. At Macrobius intelligit potius eum proprie *voti damnatum* appellari, qui promissum votum cum non solvit, is *damnas* sive *damnatus* habeatur, ut solvat. Itaque praecedit obligatio, quam qui praestitit *voti reus* dicitur." Pont. — *paulo ante*] In deperdita

dum esse putavi cum Pontano unoque codice, quum in his verbis insit causa cur quidam existimarent Virgilium scripsisse *proiciam*. Pronomen relativum *qui* flagitaret modum coniunctivum.

3. *Exta porriciunto, dis danto*] Non omnino reiiciendum est gerundium *dando*, quo indicaretur modus quo porriciantur exta. Sed talium formularum rationi magis accommodatus esse videtur repetitus imperativus. Cf. Varro R. R. I, 29, fin. *Sic quoque exta deis cum dabunt, porricere dicebant.* Liv. XXIX, 27, 5. *Secundum eas preces cruda exta victimae, uti mos est, in mare porricit.* Festus apud Paul. lib. XIV, p. 219. Muell. *Porriciam, porro iaciam.* Serv. ad hunc Virg. locum. Muell. Etrusk. II, p. 185., qui confert Xenophont. Anab. IV, 3, 18. *σφαγιάσασθαι εἰς τὸν ποταμὸν.* Orvillius ad Charit. VIII, 2, p. 662. Hartung. I, p. 162.

6. *damnatus autem, qui promissa iam solvit*] *Solvit* est pro tempore praesenti habendum, non pro perfecto, quod statuisse videntur ii qui putaverunt scribendum esse *non solvit*. Ut in iudicio *reus*, i. e. accusatus, opponitur *damnato*, sic *voti reus* dicitur qui votum suscepit, *voti damnatus* qui compos factus est eius rei, pro qua votum suscepit, ut nunc votum ei sit solvendum. Cf. I, 12, 31. Serv. ad h. Virg. l. Interprett. Livii ad VII, 28, 4. et XXXIX, 11, 4. Cornel. Nepot. ad Timol. 5, 3. Münchn. Gel. Anz. 1845. N. 219.

Est profundam scientiam huius poetae in uno saepe reperire 7
verbo, quod fortuito dictum vulgus putaret. Multifariam enim legimus, quod litare sola non possit oratio nisi ut is qui deos precatur etiam aram manibus adprehendat. Inde Varro Divina- 8
rum libro quinto dicit *aras primum asas dictas, quod esset necessarium a sacrificantibus eas teneri: ansis autem teneri solere vasa quis dubitet? Conmutatione ergo litterarum aras dici coeptas, ut Valesios et Fusios dictos prius nunc Valerios et Furios dici.* Haec 9
omnia illo versu poeta executus est:

Talibus orantem dictis arasque tenentem
Audiit omnipotens.

Nonne eo additum credideris, non quia orabat tantum, sed quia et aras tenebat, auditum? Nec non cum ait:

Talibus orabat dictis arasque tenebat.

item: *Tango aras, medios ignes ac numina testor,*
eandem vim nominis ex adprehensione significat.

Idem poeta tam scientia profundus quam amoenus ingenio 10
nonnulla de veteribus verbis quae ad proprietatem sacrorum noverat pertinere ita interpretatus est ut mutato verbi sono integer tellectus maneret. Nam primo pontificii iuris libro apud Picto- 11
rem verbum hoc positum est, *vitulari*, de cuius verbi significatu Titius ita retulit: *Vitulari est voce laetari.* Varro etiam in libro

Edd. vicabgspdzb.]

nunc operis parte. 7. *Cap. II. De verborum proprietatibus.* vi. — *Multifariae* (del. *a*) B. *multifariam* (sup. *e*) G. — *possit oratio* (sic cum lac.) A. — *nisi et is* ich-bS. *nisi is* (om. *ut*) v3a. 8. *divinorum* A. — *ansas* ASv-g. — *ea* h. — *dictos ... Furios* om. P. 9. *ille* S. — *poeta executus est versu* c-g. — *exsequuntur* (om. *est*) P. — *Talibus orantem*] Aen. IV, 219. — *eo auditum* G. — *Talibus orabat*] Aen. VI, 124. — *Tango*] Aen. XII, 201. 10. *Item* G. 11. *iuris* om. v.

Cum particula *iam* conf. c. 9. § 2. *Cum obsiderent urbem hostium camque iam capi posse confiderent.*

7. *Est .. reperire*] Addendum erat hoc exemplum in prolegg. p. XL.

quod litare sola non possit oratio] Dicendum erat: *litari sola non possit oratione:* sed sic saepe solet actionem quandam nominibus abstractis tribuere Macrobius. Vid. prolegg. p. XLII. *Litare* quid sit, docetur c. 5, § 4.

nisi ut .. adprehendat] ponitur quasi praecedat: *litari possit nulla alia ratione.* Vid. Hand. Tursell. IV, p. 247.

8. *aras primum asas dictos*] Ad eos qui sequuntur Virgilii versus (Aen. IV, 219 sq.) in Servianis commentariis adnotatum est: *Veteres asas dicebant, postea aras dixerunt, sicut Valesios Valerios, Fusios Furios, quod Varro libro V. Rerum divinarum plenius narrat.* Cf. Merkel. ad Ovid. Fast. p. CXVIII. Hartung. I, p. 146., qui adiecit commodius aram derivari a verbo αἴρω.

Valesios et Fusios] Praeter Servium l. c. conferas Festum apud Paul. lib. I, p. 23. Muell.: *Ut Valesii Papisii pro eo quod est Valerii Papirii.*

9. *Nonne eo additum credideris*] i. e. Nonne hoc idem valet ac si additum esset cet.

arasque tenebat] „Servius ad h. l. (Aen. VI, 124.) ita: *Rogabant deos ararum ansas tenentes.* Simulacrum ita precantium exhibet numus apud Niedek. de adoration. Cf. Ovid. Amor. I. El. 4. [27.] *Tange, precor, mensam tangunt quo more precantes.*" Zeun. — Adde Trist. V, 2, 44. *Nullas submovet ara manus.* Hartung. I, p. 174.

eandem vim nominis] i. e. arae.

[6] quinto decimo Rerum divinarum ita refert, *quod pontifex in sacris quibusdam vitulari soleat, quod Graeci παιανίζειν vocant.*
12 Has tot interpretationis ambages quam paucis verbis docta elegantia Maronis expressit:

— *Laetumque choro paeana canentes!*

Nam si *vitulari* est *voce laetari*, quod est *παιανίζειν*, nonne in
13 cantu laeti *παιᾶνος* enarratio verbi perfecta servata est? Et, ut huic vocabulo diutius inmoremur, Hyllus libro quem de dis con-
14 posuit ait *Vitulam vocari deam quae laetitiae praeest.* Piso ait *vitulam victoriam nominari.* Cuius rei hoc argumentum profert, *quod postridie Nonas Iulias re bene gesta, cum pridie populus a Tuscis in fugam versus sit* (unde *Populifugia* vocantur) *post victo-*
15 *riam certis sacrificiis fiat vitulatio.* Quidam nomen eius animadversum putant, quod potens sit vitae tolerandae: ideo huic deae

[Mss. ABGPS.

viri A. — *Cingius* coni. Merkel. ad Ovid. Fast. prolegg. p. LXXVI. „Non dubito, inquit, quin quae Macrobius Sat. III, 2. .. sub Titii nomine profert, sint ex *L. Cincii* libris de verbis priscis, non ex *C. Titii* Sex. f. Sex. n. tribuni plebis a. u. c. 597. orationibus." Consentit M. Hertz. de Luciis Cinciis p. 35. adiiciens: „Quae coniectura ingeniosa diplomaticis certe rationibus egregie firmatur" cet. Cf. I, 16, 28. — *quinto decimo libro divinarum rerum* G. — *Varro .. refert* cum seqq. Titii verbis adnumerantur in s-b. — *παιανίζειν vocant* om. P. una linea relicta vacua. *ita ianφzein vocant* A. *ut in gr. vocant* G. 12. *Maronis elegantia* v-gbP. *eloquentia Maronis* s-z. „An hic agitur de *eloquentia* poetae? Nunc quoque Stephanum audimus. Antiqui *elegantia*, qui iudicium meum accipiunt." Gron. Vid. not. — *Laetumque*] Aen. VI, 657. — *est ut in gr.* G. — *παιαΝΟCΕ. narratio* B. *παιαΝ-ΟCΕ. narratio* A. *παιανίζουσι narratio* S. *enarratio* (om. *παιᾶνος*) G. — *servata* (om. *est*) v-g. 13. *Hylus* Pv. *Hyginus* „Rescripserat Scriverius ad oram libri sui. Qui et aliquoties a Macrobio in testimonium adducitur. Quamvis eodem notante *Hyllus* inter Romana etiam nomina reperiatur in inscriptionibus et apud Martialem." Pont. — *Vitulinam* g in mg. — *praeest leticie* G. 14. *Piso* G a sec. m.; Si-bM2. om. B. *Poso* A (B a sec. m; G a p. m.) PvM1. — *Populifugia dicuntur* chg. — *post victoriam sequentem* v. 15. *Virgilius*] Eclog. III, 77. — *vitulam pro*

12. *docta elegantia Maronis*] „Ea consistit in delectu propriorum cuique rei verborum, quam in illo Vettius iam ostendit. Infra c. 11. [§ 9.]: *Poeta enim aeque in rebus doctrinae et in verbis sectator elegantiae.* Cap. 4. [§ 6.] vocat *non incuriosam subtilitatem.*" GRON.

14. *vitulam victoriam nominari*] Sic vulgo etiam *vitulari* putatur ortum esse e *victulari*. Cf. Hartung. II, p. 256. Sed Doederlinus hoc verbum dicit esse deminutivum Graeci *αἴϑειν*, comparans Synon. VI, p. 408. Gothicum *withan*, *sich weiden*, Handb. d. Etym. p. 209. Gothicum *vithon*, *bewegen*.

a Tuscis] Supra (I, 11, 37.) dicuntur fuisse finitimi qui sibi praefecerint Postumium Livium Fidenatium dictatorem. Cf. Varro L. L. VI, 3, 18. *Qui tum sub urbe populi, ut Ficuleates ac Fidenates et finitimi alii, contra nos coniurarunt.*

Populifugia] Cf. Varro l. c. *Dies Poplifugia videtur nominatus, quod eo die tumultu repente fugerit populus.* Merkel. l. c. p. CLVIII. huc refert etiam ea quae leguntur apud Augustin. C. D. II, 6.: *Nec ubi Fugalia celebrarentur effusa omni licentia turpitudinum, et vere Fugalia, sed pudoris et honestatis.*

15. *Quidam nomen eius animadversum putant, quod potens sit vitae tolerandae*] i. e. Quidam putant se intellexisse nomen eius inde derivandum quod potens sit cet. Praeterea vid. not. ad I, 9, 6.

pro frugibus fieri sacra dicuntur, quia frugibus vita humana toleratur. Unde hoc esse animadvertimus? Quod ait Virgilius:

Cum faciam vitulam pro frugibus, ipse venito,

ut *vitulam* dixerit pro vitulatione, quod nomen esse sacrificii ob laetitiam facti superius expressimus? Meminerimus tamen sic le- 16
gendum per ablativum:

Cum faciam vitula pro frugibus,

id est: cum faciam rem divinam non ove, non capra, sed vitula, tamquam dicat: cum vitulam pro frugibus sacrificavero, quod est: cum vitula rem divinam fecero. Pontificem Aeneam vel ex no- 17
mine referendorum laborum eius ostendit. Pontificibus enim permissa est potestas memoriam rerum gestarum in tabulas con- [7]
ferendi, et hos annales appellant equidem maximos, quasi a pontificibus maximis factos. Unde ex persona Aeneae ait:

Et vacet annales tantorum audire laborum.

III. Et quia inter decreta pontificum hoc maxime quaeritur, 1
quid *sacrum,* [quid *profanum,*] quid *sanctum*, quid *religiosum,*

Edd. vicabgspdzb.] (B a p. m.) G. *vitula pro* (B eraso *m*) Edd. APS. *vitulum* Iuvenalis veterem interpretem Sat. IX. [v. 117.] citare monet Meurs. — *vitulam dixerit* S. *vitula dix.* Edd. ABGP. — *superius*] Cf. § 14. 17. *Pontificem ... ostendit* om. P. — *Aencan* Bs-bM1. — *ex nomine* (sup. *ex ordine*) G. — *in tabula* v1. — *magnis* (sup. *maximis*) G. — *Et*] Aen. I, 373. — *vacat* Ss-zA. — *nostrorum* v-g (h in mg. „*tantorum* ant.").

III. *Caput III. De sacro, profano, sancto et religioso: quid ea sint, et quam diligenter horum verborum proprietates expresserit Maro.* ch-b.

1. *quid profanum* om. Mss. v-z. „Inserit Anglicanus (A in mg. a sec. m.) *quid prophanum.* Quod germanissimum est, et agitur de eo altero statim loco. Plautus [ap. Fest. p. 228. Muell.]: *Quid sacrum, quid prophanum habeas, parvi penditur.*" Pont. — *utrum iis* v-g. — *diffinitionem*

Cum faciam vitulam] Ablativum, quamvis ab omnibus fere codicibus et a Servio commendaretur, respuendum esse putavi, quia infra Macrobius dicit: *sic legendum per ablativum*, et sic tantum *vitula* pro vitulatione accipi potest, si legitur *faciam vitulam*, i. e. fiet a me vitulatio (cf. § 14.), et optimi codices Virgilii habent accusativum. Sed in re ipsi scriptori dubia offendebat enuntiatio certa atque firma: *Unde hoc esse animadvertimus, quod* cet., quam ob rem signum interrogationis posui et post *animadvertimus* et post *expressimus.*

16. *Meminerimus*] Cf. Comm. II, 16, 5. *ut meminimus.*

17. *Pontificem Aeneam ... ostendit*] Vid. not. ad I, 24, 16.

Pontificibus enim ... quasi a pontificibus maximis factos] Klausenius Aen. u. d. Pen. p. 1012. apte contulit Serv. ad h. Virg. l. (Aen. I, 373.): *Ita autem annales conficiebantur. Tabulam dealbatam quotannis pontifex maximus habuit, in qua praescriptis consulum nominibus et aliorum magistratuum digna memoratu notare consueverat domi militiaeque terra marique gesta per singulos dies. Cuius diligentiae annuos commentarios in octoginta libros veteres retulerunt, eosque a pontificibus maximis, a quibus fiebant, annales maximos appellarunt: unde quidam ideo dictum ab Aenea annales aiunt, quod et ipse religiosus sit, et a poeta tum pontifex inducatur.* Praeterea conf. Fest. ap. Paul. lib. XI, p. 126. Muell., Cicero de or. II, 12, 52., Dionys. Halic. I, 73. Becker. R. A. I, p. 4 sq.

III, 1. *quid profanum*] Haec uncis inclusa addidi, licet non legantur in codicibus excepto margine codicis A, ut necessaria propter § 3.

quaerendum, utrum his secundum definitionem suam Virgilius usus sit, et singulis vocabuli sui proprietatem more suo servarit.

2 *Sacrum est*, ut Trebatius libro primo de religionibus refert, *quicquid est quod deorum habetur*. Huius definitionis poeta memor, ubi sacrum nominavit, ammonitionem deorum paene semper adiecit:

Sacra Dionaeae matri divisque ferebam.

Item: *Sacra Iovi Stygio quae rite incepta parabam.*

Item: — *Tibi enim, tibi, maxima Iuno,*
Mactat sacra ferens.

3 *Profanum* omnes paene consentiunt id esse quod extra fanaticam causam sit, quasi porro a fano et a religione secretum. Cuius significatus exemplum executus est, cum de luco et aditu inferorum sacro utroque loqueretur:

[8] — *Procul, o procul este profani,*
Conclamat vates, totoque absistite luco.

4 Eo accedit quod Trebatius *profanum id proprie dici* ait *quod ex religioso vel sacro in hominum usum proprietatemque conversum est*, quod apertissime poeta servavit, cum ait:

Faune, precor, miserere, inquit, tuque optima ferrum
Terra tene, colui vestros si semper honores:
Quos contra Aeneadae bello fecere profanos.

Dixerat enim:

Sed stirpem Teucri nullo discrimine sacrum
Sustulerant,

unde ostendit proprie profanatum, quod ex sacro promiscuum humanis actibus commodatum est.

5 *Sanctum est*, ut idem Trebatius libro decimo Religionum refert, *interdum idem quod sacrum idemque quod religiosum, inter-*

[Mss. ABGPS.

GS. — *suo more*. As-bP. — *servarit* s-bP. 2. *Quid sacrum: quid sanctum: quid religiosum: quid profanum. Cap.* v1. *Cap III. De sacro, sancto, religioso, et prophano* v3i. — *diffinitionis* A. — *Sacra Dionaeae*] Aen. III, 19. — *Sacra Iovi*] Aen. IV, 638. — *paravi* Edd. et Virg. l. c. — *Tibi*] Aen. VIII, 84. 3. *et religione* (om. *a*) S. — *consecutus est* v-g. — *adytu* vi. *adyto* chg (g in mg. *aditu*). — *Procul*] Aen. VI, 258.

4. *aptissime* v. *vel apertissime* Si-g. — *Faune*] Aen. XII, 777. — *profanum* hg. — *Sed*] ib. 770. — *prophanatum* A. *profanum* s-bP. *pro-*

2. *Sacrum est*] Cf. c. 7, § 3. et Fest. lib. XVIII, p. 321. Muell. *Gallus Aelius ait sacrum esse quocunque modo atque instituto civitatis consecratum sit.*

3. *Profanum*] Cf. Fest. lib. XVI, p. 253. *Profanum est quod fani religione non tenetur.*

quod extra fanaticam causam sit] Cf. Fest. ap. Paul. lib. VI, p. 92. *Fulguritum, id quod est fulmine ictum, qui locus statim fieri putabatur religiosus, quod cum deus sibi dicasse videretur. Fanatica dicitur arbor fulmine icta.* — *Causa* idem fere est quod *condicio*. Cf. Cic. de leg. III, 2, 9. *meliore in causa* et statim *commodiore condicione*.

4. *ex sacro promiscuum*] i. e. ex sacro vulgare factum. Aliter enim *promiscuum* et *commodatum* inter se iungi nequeunt, nisi forte mavis interpretari *ut promiscuum*. Servius, qui ad Aen. XII, 779. fere eadem habet, sed aliis verbis: *Docuit, inquit, profanum esse quod a religione in usum hominum transiit.*

dum aliud, hoc est nec sacrum nec religiosum, est. Quod ad secundam speciem pertinet: 6

Sancta ad vos anima, atque istius inscia culpae,
Descendam.

Non enim sacro aut religioso eius anima tenebatur, quam sanctam, hoc est incorruptam, voluit ostendere, ut in illo quoque:

— Tuque, o sanctissima coniunx,
Felix morte tua.

In quo castitatis honorem incorruptae uxoris amplexus est: unde et *sanctae leges,* quae non debeant poenae sanctione corrumpi.
Quod autem ad priorem speciei definitionem de sancto attinet, 7
id est ut non aliud sit quam sacrum aut religiosum:

Ecce levis summo de vertice visus Iuli [9]
Fundere lumen apex,

et paulo post:

Nos pavidi trepidare metu crinemque flagrantem
Excutere et sanctos restinguere fontibus ignes.

Hic enim *sanctos* ac si *sacros* accipiemus, quia divinitus contigerunt. Item:

— Tuque, o sanctissima vates
Praescia venturi,

non aliud nisi sacram vocat, quam videlicet *vatem,* et deo plenam et sacerdotem.

Edd. vicahgspdzb.]
fanum esse Si-g. — *accommodatum* v-g. 6. *Sancta*] Aen. XII, 648. — *nescia* c-gb. „quod a Stephano temere mutatum esse videtur." Zeun. — *illo quoque loco* S. — *Tuque*] Aen. XI, 158. — *coniux* B a p. m.; g-bP. — *debent* Sc-g. 7. *diffinitionem* GS. — *non ut aliud* v-h. — *et religiosum* S. — *Ecce*] Aen. II, 682. — *Nos*] ib. 685. — *metu* om. v1. — *Tuque*] Aen. VI, 65. — *sacrum* v. — *videlicet vatem* scripsi e coni. Vid. not. *videbat et vatem* ABGSv-g. *videbat* (om. *et vatem*) s-bP. „Ed. vet. *quam videbat et vatem et Deo pl.* cet. Forte haec est vera lectio, dummodo post *vatem* deleveris illud *et*, ut *vates Deo plena* sit unum."

5. *Sanctum*] Quae leguntur in Farnesiano fragmento Festi lib. XVIII, ea apud Muellerum p. 317. sic sunt suppleta: *Sanctum ait dici Opilius Aurelius, quod nec sacrum est (sit?) nec religiosum. At Aelius Gallus, quod utrumque esse videatur et sacrum et religiosum: plerique autem, quod qui violaverit ei poena sit multave sancita.*

6. *hoc est incorruptam*] Cf. comm. Servian. ad h. Virg. l.: *Hic sancta incorrupta accipiendum est: neque enim sacro aut religioso eius anima tenebatur.*

castitatis honorem] Cf. comm. Servian. ad h. Virg. l.: *Sanctissima incorruptae castitatis significat, unde et sanctae leges appellantur, quae neque corruptae sunt, neque corrumpi possunt.*

7. *ac si*] Singulari quadam vi usurpatum esse videtur pro *proinde ac.* Servius ad h. Virg. l.: *Sanctos vero, ut venerabilius fieret; sane sanctum est interdum non idem quod sacrum, neque idem quod religiosum; interdum non aliud quam sacrum. Hic ergo sanctos sacros accipiemus, quippe quo loco auspicia fierent.*

quam videlicet vatem] Sic scripsi e coniectura intellecto verbo *vocat.* Cf. c. 5. § 7. *Hinc enim videlicet et nomen hostiae acquisitum est.* Lib. I. praef. § 8. *confusura videlicet.* V, 11, 15. *quoniam videlicet* cet. VI, 6, 3. *qui ex caesis videlicet profunditur.* — *Videlicet* facile potuit mutari in *videbit et*, et deinde in id quod vulgo legitur, *videbat et.* In verbis *quam videbat et*

8 Superest ut quid sit *religiosum* cum Virgilio communicemus. Servius Sulpicius *religionem esse dictam* tradidit *quae propter sanctitatem aliquam remota ac seposita a nobis sit, quasi a relin-*
9 *quendo dicta ut a carendo cerimonia.* Hoc Virgilius servans ait:

Est ingens gelidum lucus prope Caeretis amnem
Religione patrum late sacer,

et adiecit, quo proprietatem religionis exprimeret:

undique colles
Inclusere cavi, et nigra nemus abiete cingit,

quae res utique faciebat lucum a populi communione secretum. Et ut relictum locum ostenderet non sola adeundi difficultate, adiecit et sanctitatem:

Silvano fama est veteres sacrasse Pelasgos
Agrorum pecorisque deo.

10 Secundum Pompeium Festum *religiosi sunt qui facienda et vitanda discernunt.* Hinc Maro ait:

[10] — *Rivos deducere nulla*
Religio vetuit.

Quod autem ait *deducere*, nihil aliud est quam detergere. Nam festis diebus rivos veteres sordidatos detergere licet, novos fodere
11 non licet. In transcursu et hoc notandum est quod et ipse velut

[Mss. ABGPS. Zeun. 8. *dictam esse tradidit* B. *tradidit esse dictam* G. — *quae* om. G. — *ceremonia* ch-bP. 9. *Est*] Aen. VIII, 597. — *ceretis* (AB a sec. m.) GS. *ceteris* (AB a p. m.). *ceritis* via. — *undique*] ib. 598. — *a communione populi* Sv-g. *a populi communicatione* z. — *Silvano*] ib. 600. — *pecorique* A a p. m.; BSv. — *sordidates* (sup. o) A. — *Rivos*]

vatem et deo plenam et sacerdotem non ferendum est triplex *et*: quare Zeunius censuit delendam esse hanc particulam post *vatem*. Sed me offendit etiam verbum *videbat* post *vocat*, praesertim tempore imperfecto.

8. *cum Virgilio communicemus*] i. e. e Virgilii sententia, quasi communiter cum Virgilio, consideremus. Cf. c. 10, § 5.

Servius Sulpicius] „Gellius lib. IV, c. 9. [§ 8.]. Masurium Sabinum huius sententiae laudat auctorem. Necessario in alterutro mendum.“ Meurs.

religionem esse dictam ... quae] Melius Gellius l. c.: *Religiosum est, quod.*

quasi a relinquendo dicta] „A *relegendo* videtur deducere versus hic vetus [ap. Gell. l. c. § 1.]: *Relegentem esse oportet, religiosum nefas.*“ Pont. — Sic Cicero N. D. II, 28 extr. A *religendo* derivant Serv. ad Virg. Aen. VIII, 349. Lactant. IV, 28. Augustin. Retract. I, 13. Hartung. I, p. 140.; Doederlinus Handb. d. Etym. p. 155. a re et *ἀλέγειν*.

ut a carendo cerimonia] „*Ceremoniae* vocem ab oppido *Cere* fluxisse videtur innuere Valerius Maximus lib. I, c. 1, § 10. Qui videndus.“ Pont. — Conf. Fest. ap. Paul. lib. III, p. 44. Muell. Niebuhr. Roem. Gesch. I, p. 428. Etymologia suadet ut scribatur *caerimonia*, sed in omnibus meis codicibus est *cerimonia.*

10. *Secundum Pompeium Festum*] Cf. lib. VIII, p. 289. *Religiosi dicuntur qui faciendarum praetermittendarumque rerum divinarum secundum morem civitatis dilectum habent.* Eadem leguntur apud Serv. ad Virgilii locum qui sequitur, Festo non nominato.

nihil aliud est quam detergere] Servius ad Georg. I, 269. *Rivos deducere id est siccare. Nam irrigare inducere est*, sed ad v. 272 idem: *Ergo hic, ut aliquibus videtur, deducere purgare est.*

festis diebus ... non licet] Cf. I,

praeteriens sub unius verbi significatione proiecit. Cavetur enim in iure pontificio ut, quoniam oves duabus ex causis lavari solent, aut ut curetur scabies aut ut lana purgetur, festis diebus purgandae lanae gratia oves lavare non liceat, liceat autem, si curatione scabies abluenda sit. Ideo hoc quoque inter concessa numeravit: 12

Balantumque gregem fluvio mersare —,

quod si hucusque dixisset, licita et vetita confunderet: sed adiciendo *salubri* causam concessae ablutionis expressit.

IV. Nomina etiam sacrorum locorum sub congrua proprie- 1
tate proferre pontificalis observatio est. Ergo *delubrum* quid pontifices proprie vocent, et qualiter hoc nomine Virgilius usus sit, requiramus. Varro libro octavo Rerum divinarum: *Delubrum* 2
ait *alios aestimare in quo praeter aedem sit area adsumpta deum causa, ut est in Circo Flaminio Iovis Statoris: alios in quo loco dei simulachrum dedicatum sit*, et adiecit: *sicut locum in quo fige-* [11]
rent candelam candelabrum appellatum, ita in quo deum ponerent nominatum delubrum. His a Varrone praescriptis intellegere pos- 3

Edd. vicahgspdzb.]
Georg. I, 269. 11. *enim inique* B. *autem inique* (sup. *enim*) G. — *pontifico* vl. — *purgetur lana* v-g. — *oves lavari* ASv-g. — *adhibenda sit* P. 12. *Balantumque*] Georg. I, 272. — *greges* Ps-z. „Edit. vet. habet *gregem*, quod etiam in codd. Virgilii reperitur constanter." Zeun. — *mersare salubri* vi. — *confuderat* s-bP.

IV. *Caput IV. Quid delubrum, qui* [p2dz *quid*. „Ed. vet. *qui*. Non male. Nam sic solet auctor alias loqui, ut § 7." Zeun.] *Dii Penates. Et quod ne in his quidem Vergilius a sua recesserit diligentia.* ch-b. *Cap. IIII. Quid delubrum.* vi. 1. *proprie pontifices* G. 2. *divinarum rerum* G. — *existimare* Sab. *extimare* vichg. — *Varro ... delubrum*] Cf. Serv. ad Aen. II, v. 225, ubi legitur *libro XXVII.* et *Iovi Statori.* Vid. not. — *dedicatum est* Ps-zG. — *appellatur* s-z. „Ed. vet. habet *appellatum*, quod praeferendum propterea videtur, quod statim sequitur in eadem constructione *nominatum delubrum*." Zeun. 3. *possumus intelligere*

15, 21. et cum §§ 11 et 12. conf. I, 16, 12., ubi vid. nott.

IV, 2. *Varro libro octavo Rerum divinarum*] Cf. Serv. ad Aen. II, 225.: *Varro autem Rerum divinarum libro XXVII. delubrum esse dicit aut ubi plura numina sub uno tecto sunt, ut Capitolium, aut ubi praeter aedem* cet. Merkel. ad Ovid. Fast. p. cxxiii sqq. inter libri VI. fragmenta hoc recepit.

in Circo Flaminio] Intelligendus est campus ad Tiberim prope Campum Martium situs, de quo vid. Becker. R. A. I, p. 593 sqq. Totus campus sic vocatus est a circo ibi aedificato, cf. Varro L. L. V, § 154. *Circus Flaminius dicitur qui circum aedificatus est Flaminium campum.*

Iovis Statoris] Fuit hoc delubrum in Metelli (postea Octaviae) porticu, cum aede Iunonis. Vid. Becker. l. c p. 608. Plin. N. H. XXXVI, 5. s. 4. § 35. Sill. *Intra Octaviae vero porticus in aede Iunonis ipsam deam Dionysius* (fecit), .. *Timarchidis filii Iovem qui est in proxima aede.* Duo alia delubra ibidem sita idem commemorat l. c. § 26. *Sed in magna dignatione Cn. Domitii delubro in Circo Flaminio Neptunus ipse ... Mars est etiamnum sedens colosseus eiusdem in templo Bruti Callaici apud circum eundem.*

nominatum delubrum] „Glossarium: *delubrum* καθίδρυμα, ζόανον [leg. ξόανον], ἀνάθημα; item ἵδρυμα, *delubrum*." Pont. — Cum priore glossa convenit id quod legitur apud Paul. Diac. lib. IV, p. 73. Muell.: *Delubrum dicebant fustem delibratum, hoc est decorticatum, quem venerabantur pro deo*, et apud Serv. ad Aen. II, 225.: *Masurius*

sumus id potissimum ab eo probatum quod ex sua consuetudine in ultimo posuit, ut a dei dedicato simulachro delubrum coepe-
4 rit nuncupari. Virgilius tamen utramque rationem diligenter est executus. Ut enim a postrema incipiamus, observavit delubrum nominaturus aut proprie deorum nomina aut ea quae dis accommodarentur inserere:

At gemini lapsu delubra ad summa dracones
Effugiunt,

et, ut mox simulachrum nominaret, subtexuit:

saevaeque petunt Tritonidis arcem,
Sub pedibusque deae clypeique sub orbe teguntur,

item: *Nos delubra deum miseri, quibus ultimus esset*
Ille dies.

5 Illam vero opinionem de area, quam Varro praedixerat, non omisit:

Principio delubra adeunt, pacemque per aras
Exquirunt,

et mox: *Aut ante ora deum pingues spatiatur ad aras.*
Quid enim est *spatiatur* quam spatio lati itineris obambulat? Quod adiciendo ante aras ostendit aream adsumptam deorum causa. Ita suo more velut aliud agendo inplet archana.

6 De dis quoque Romanorum propriis, id est Penatibus,

[Mss. ABGPS.

v-g. — *ab dei* v-g. *et dei* (om. *a*) S. 4. *executus* (om. *est*) h. — *propria* S. — *At*] Aen. II, 225. — *delubra ad summa ... Sub pedibusque deae*] Cf. Serv. l. c. — *saevaeque*] ib. 226. — *Tritonidos* s-bP. — *Nos*] Aen. II, 248. 5. *dimisit* v-g. — *delubrum* (sup. *a*) G. — *Principio*] Aen. IV, 56. — *Aut*] ib. 62. — *Aut ... obambulat*] Cf. Serv. ad Aen. IV, 56. — *est aliud* v-a. *aliud est* hgbP. — *spatiari* (vel *spac.*) v-g. — *lati loci* Serv. l. c. — *obambulabat* P. — *alia agendo* S. 6. *Cap. V. Quid dii penates* v3i (v1 *Qui*). — *decimo nono*

Sabinus: Delubrum effigies a delibratione corticis: nam antiqui felicium arborum ramos cortice detracto in effigies deorum formabant, unde Graeci ξόανον dicunt. (Vid. eund. ad Aen. IV, 56.). Doederlinus (Etym. p. 54.) hanc vocem derivat ab eo quod est *lavere*, *λούειν*. Cf. Serv. l. c. *Delubrum dicitur, quod uno tecto plura complectitur numina, quia uno tecto diluitur, ut est Capitolium in quo est Minerva Iuppiter Iuno. Alii* [*ut Cincius*] *dicunt delubrum esse locum ante templum, ubi aqua currit. a diluendo. Est autem synecdoche, h. e. a parte totum.... Alii delubrum dicunt templum ab eo quod nulli iunctum aedificio pluvio diluatur.* Hartung. l. c. p. 144. *delubrum* ait significare locum ab omni usu privato deliberatum.

4. *aut ea quae dis accommodarentur*] i. e. aut deorum cognomina, ut infra *Tritonis*.

inserere] Vid. prolegg. p. XL.

5. *quam*] positum est pro *nisi*.

Quod adiciendo] sc. verbum *spatiatur*. Vulgo male hoc verbum in antecedentibus scriptum est vulgaribus litteris, sed in sequentibus *ante aras* litteris distinctis, quasi haec essent verba Virgilii.

velut aliud agendo] Cf. I, 24. 17. *tamquam aliud agens.*

6. *id est Penatibus*] In Servianis Commentariis ad eum Virgilii locum quem citavit Macrobius (Aen. III, 119.) legitur: *Sane hoc loco Virgilius secutus veterum opinionem Neptunum tantum et Apollinem nominavit: dicuntur enim hi dii Penates fuisse, quos secum advexit Aeneas, quamvis diversis locis alias opiniones aliorum secutus poeta de diis Penatibus diversa dixerit*, et ad

aspersa est huic operi non incuriosa subtilitas. Nigidius enim de dis libro nono decimo requirit, *num di Penates sint Troiano-* [12] *rum Apollo et Neptunus, qui muros eis fecisse dicuntur, et num eos in Italiam Aeneas advexerit.* Cornelius quoque Labeo de dis Penatibus eadem existimat. Hanc opinionem sequitur Maro, cum dicit:

Sic fatus meritos aris mactabat honores,
Taurum Neptuno, taurum tibi, pulcher Apollo.

Varro Humanarum secundo *Dardanum* refert *deos Penates ex* 7 *Samothrace in Phrygiam, et Aeneam ex Phrygia in Italiam detulisse.* Qui sint autem di Penates, in libro quidem memorato Varro non exprimit: sed qui diligentius eruunt veritatem Pena- 8 tes esse dixerunt per quos penitus spiramus, per quos rationem animi possidemus: esse autem medium aethera Iovem, Iunonem

Edd. vicahgspdzb.] ahg. — *non di* (sup. add. *i*) G. — *adduxerit* S. — *Labeo libro* Sv-g. — *extimat* v. — *Sic*] Aen. III, 118. 7. *humanarum rerum* S (G a sec. m.). — *Aenean* s-z. — *et frygiam* B a p. m. *ex Troia* s-bP. 8. *Penates esse dixerunt ... coniunxit*] Cf. Serv. ad Aen. II, 296. — *penitus* om. Serv. — *animi rationes* Serv. — *possideamus* (del. *a*) A. — *Demara-*

I, 378.: *Sane de diis Penatibus licet varias opiniones secutus sit Virgilius, omnes tamen diversis locis complexus est. Nam alii, ut Nigidius et Labeo deos Penates Aeneae Neptunum et Apollinem tradunt, quorum mentio fit* III, 119. *Varro deos Penates quaedam sigilla lignea vel marmorea ab Aenea in Italiam dicit esse advecta, cuius rei Virgilius III*, 148. *meminit. Idem Varro hos deos Dardanum ex Samothracia in Phrygiam, de Phrygia Aeneam in Italiam memorat portavisse. Alii autem, ut Cassius Hemina, dicunt deos Penates ex Samothracia appellatos θεοὺς μεγάλους, θεοὺς δυνατοὺς, θεοὺς χρηστούς. Quorum diversis in locis meminit, III*, 12, 437 *et* 731. Vid. eundem ad Aen. II, 325. et Heyn. Excurs. IX. ad Aen. lib. II. Muell. Etrusk. II, p. 87. Klausenius Aen. p. 658. animadvertit nihil dixisse Virgilium illo loco de Penatibus. Cf. eundem p. 647. et Arnob. III, 40.: *Nigidius Penates deos Neptunum esse atque Apollinem prodidit, qui quondam muris urbem Ilium condicione adiuncta cinxerunt. Idem rursus in libro sexto exponit et decimo, disciplinas Etruscas sequens, genera esse Penatium quattuor et esse Iovis ex his alios, alios Neptuni, inferorum tertios, mortalium hominum quartos.* Hartung. I, p. 79. Hertzberg. de diis Romanorum patriis p. 76. Mueller. Etrusk. II, p. 87 sq. Creuzer. Symb. III, p. 555 sq. 576 sqq

7. *ex Samothrace*] Cf. Serv. ad Virg. Aen. l. c., et ad III, 12.: *Dii Penates a Samothracia sublati, ab Aenea in Italiam advecti sunt, unde Samothraces cognati Romanorum esse dicuntur.* Dionys. Hal. A. R II, 66. *Οἱ μὲν ἐκ τῶν ἐν Σαμοθρᾴκῃ λέγοντες ἱερῶν μοῖραν εἶναι τῷ Αἰνείᾳ φυλαττομένην τὴν ἐνθάδε, Δαρδάνου μὲν εἰς τὴν ὑφ' ἑαυτοῦ κτισθεῖσαν πόλιν ἐκ τῆς νήσου τὰ ἱερὰ μετενεγκαμένου, Αἰνείου δὲ, ὅτε ἔφυγεν ἐκ τῆς Τρῳάδος, ἅμα τοῖς ἄλλοις καὶ ταῦτα κομίσαντος εἰς Ἰταλίαν.* Augustin. C. D. VII, 28. *Hinc etiam Samothracum nobilia mysteria in superiore libro sic interpretatur* (Varro) cet. Hartung. l. c. Hertzberg. p. 88.

8. *per quos penitus spiramus*] Cf. Arnob. III, 40. *Nec defuerunt qui scriberent Iovem Iunonem ac Minervam deos Penates existere, sine quibus vivere ac sapere nequeamus, sed qui penitus nos regant ratione calore ac spiritu.* Creuzer. l. c. p. 577 sq.

medium aethera Iovem] De Servio vid. app. Summam aetheris partem Iovis caput esse dicit Macrobius I, 17, 70., Iovem esse caelum I, 18, 15. et Comm. I, 17, 15., Varro apud Augustin. l. c.

Iunonem vero imum aera cum

vero imum aera cum terra, et Minervam summum aetheris cacumen: et argumento utuntur quod Tarquinius, Demarati Corinthii filius Samothracicis religionibus mystice imbutus, uno templo ac
9 sub eodem tecto numina memorata coniunxit. Cassius vero Hemina dicit *Samothracas deos eosdemque Romanorum Penates, proprie dici θεοὺς μεγάλους, θεοὺς χρηστούς, θεοὺς δυνατούς.* Noster haec sciens ait:

Cum sociis natoque, Penatibus et magnis dis,

10 quod exprimit θεοὺς μεγάλους. Sed et omnia haec nomina cum in uno de supradictis numinibus servat, doctrinam procul dubio suam de omni hac opinione confirmat. Cum enim ait:

[Mss. ABGPS.

thi vichg. *Damarathi* a. — *samothraciis* GSv-g (vl *cis*) Serv. — *coniungit* v-g. 9. *Cassius* (om. *vero*) s-bP. — *Emina* PS. — *Samothracos* B a p. m.; G. — *dici ut in Gr.* (sic etiam infra) G. *dicit* GR. A. — θεοὺς μεγάλους, θεοὺς χρηστοὺς om. S. — θεοὺς μεγάλους ... § 12. extr. *ignem*] Non iisdem plane verbis habet Servius l. c. — θεοὺς χρηστούς, θεοὺς δυνατούς om. v–a. — *Cum*] Aen. III, 12. 10. *Sed* (om. *et*) BG. — *cum uno* B sup. add. *in*; G o corr. in *i*. — *hac omni* Sv-g. —

terra] Cf. I, 15, 20., ubi vid. not., Serv. et Augustin. ll. cc.

Minervam aetheris cacumen] De summa aetheris parte genita esse dicitur I, 17, 70., ubi vid. not. Augustin. l. c.: *Caelum Iovem, terram Iunonem, ideas Minervam vult intelligi* (Varro). ... *Caelo enim tribuit masculos deos, feminas terrae. Inter quas posuit Minervam, quam supra ipsum caelum antea posuerat.* Serv. l. c. Hartung. II, p. 81. Kopp. ad Martian. I, § 39.

Samothracicis religionibus] Vid. not. ad § 7.

uno templo ac sub eodem tecto numina memorata coniunxit] Cf. Serv. l. c. Boettiger Id. z. Kunstmyth. I, p. 21. Muellerus Etrusk. II, p. 44. citat Servium ad Virg. Aen. I, 422: *Quoniam prudentes Etruscae disciplinae aiunt apud conditores Etruscarum urbium non putatas iustas urbes fuisse, in quibus non tres portae essent dedicatae et votivae et tot templa, Iovis Iunonis Minervae.* et p. 146. Vitruv. I, 7, 1.: *Aedibus vero sacris, quorum deorum maxime in tutela civitas videtur esse, et Iovi et Iunoni et Minervae in excelsissimo loco, unde moenium maxima pars conspiciatur, areae distribuantur.* Praeterea conf. Dionys. Hal. A. R. IV, 59. Ἐκεῖνος γὰρ (ὁ Ταρκύνιος) ἐν τῷ τελευταίῳ πολέμῳ μαχόμενος πρὸς Σαβίνους εὔξατο τῷ Διὶ καὶ τῇ Ἥρᾳ καὶ τῇ Ἀθηνᾷ. Liv. VI, 16, 2. *Iuppiter optime maxime, Iunoque regina ac Minerva ceterique dii deaeque qui Capitolium arcemque incolitis.* P. Victor. reg. VIII. *In templo Iovis optimi maximi erant tria delubra, medium Iovis, dextrum Minervae, laevum Iunonis.* Serv. ad Virg. Aen. III, 134. *Sane Varro Rerum divinarum refert inter sacratas aras focos quoque sacrari solere, ut in Capitolio Iovi Iunoni Minervae, nec minus in plurimis urbibus oppidisque.* et idem l. c. ad § 2. Becker. R. A. I, p. 395 sq. Ibid. tab. 5. n. 15 et 16. picti sunt duo numi, in quibus templum illud conspicitur, quod descripsit etiam Muellerus Etrusk. tab. I, 1.

9. *Samothracas deos ... dici* θεοὺς μεγάλους cet.] Pontanus confert Petron. Satir. 140. *Dii maiores sunt qui me restituerunt in integrum.* Sed conf. potius Servium l. c. ad § 6. et Varron. L. L. V, 10, § 58. *Terra enim et Caelum, ut Samothracum initia docent, sunt dei magni et hi quos dixi multis nominibus ... et hi quos augurum libri scriptos habent sic: Divi qui potes, pro illo quod Samothraces* θεοὶ δυνατοί.

et magnis dis] Cf. Ennius VI, 33. *Doque volentibus cum magnis dis.* Servius ad h. Virg. l.: *Nam dii magni sunt: Iuppiter Iuno Minerva Mercurius, qui Romae cole-*

Iunonis magnae primum prece numen adora,
τὴν μεγάλην nominavit;
Adsit laetitiae Bacchus dator et bona Iuno, [13]
τὴν χρηστήν; *dominamque potentem*, τὴν δυνατήν. Eodem nomine appellavit et Vestam, quam de numero Penatium aut certe comitem eorum esse manifestum est, adeo ut et consules et praetores seu dictatores, cum adeunt magistratum, Lavinii rem divinam faciant Penatibus pariter et Vestae. 11

Sed et Virgilius, ubi ex persona Hectoris dixit: 12
Sacra suosque tibi commendat Troia Penates,
mox adiecit:
Sic ait, et manibus vittas Vestamque potentem,
Aeternumque adytis effert penetralibus ignem.

Addidit Hyginus in libro quem de dis Penatibus scripsit vocari eos θεοὺς πατρῴους. Sed nec hoc Virgilius ignoratum reliquit: 13

Edd. vicahgspdzb.]
Iunonis] Aen. III, 437. — *nominat* v-g. — *Adsit*] Aen. I, 734. — *dominamque*] Aen. III, 438. 11. *penatum* A (G a p.m.) v-g. — *ut consules* (om. *et*) S. — *consules praetores* (om. *et*) s-z. — *sed et dictatores* g in mg. — *ineunt* c-g. — *faciunt* Gvi. 12. *Sacra*] Aen. II, 293. — *mox subiecit* s-b. — *Sic*] ib. 296. 13 *Hyginus* B. *Higinus* AGs-b. *Hyginius* S. *Higinius* v-g. *thygrinus* P. — *vocari eos* om. cum Gr. G. — πατρώους Edd. Mss. — *Sed ne* AGbP. *Nec* (om. *sed*) v-g. —

bantur: Penates vero apud Laurolavinium. Unde apparet non esse unum.

10. *Iunonis magnae*] Eadem exempla leguntur apud Serv. ad Virg. Aen. I, 378. et II, 296. Cf. Ennius VIII, 61. *Optuma caelicolum Saturnia magna dearum*, ubi *magna* dictum esse pro *maxima* censuit Priscian. lib. XVII.

11. *eodem nomine*] i. e. potentem. Cf. § 12. Cum Iunone Vestam aequiparat Martian. II, § 168. *Nam eccam tibi Iuno aetherea, seu Vesta est.*

quam ... comitem eorum esse manifestum est] Cf Serv. ad Aen. II, 296. *Hic ergo quaeritur, utrum Vesta de numero Penatium sit, an comes eorum accipiatur* Cic. in Catil. IV, 9, 18. *Patria communis .. vobis aras Penatium, vobis illum ignem Vestae sempiternum .. commendat;* de harusp resp. 6, 12. *De deorum Penatium Vestaeque matris caerimoniis.* Tacitus Annal. XV, 41. *Numae regia et delubrum Vestae cum Penatibus P. R. exusta.* Sed de sede Penatium res minime certa. Sacrarium eorum prope a Vestae templo sub Velia fuisse docet Hartung. I, 76. (coll. Cic. N. D. II, 27., Dionys. I, 68., Liv. XLV, 16., Solin. p. 2. E., Niebuhr. I, p. 431. not.). Cf. Hertzberg. p. 88. Creuzer. III, p. 564, 578 sqq. Pellegrino Andeut. p. 38 sq. Heyn. Excurs. IX. ad Virg. Aen. lib. II., et quae hic statim sequuntur.

adeuntes magistratum] Serv. l. c. habet *abeuntes magistratu.* Sed cf. Val. Max. I, 6, 7. *Cui consuli in Hispaniam ituro haec prodigia acciderunt: Cum Lavinii sacrificium facere vellet, pulli cavea emissi in proximam silvam fugerunt.* Cic. de har. resp. 6, 12. Ascon. ad or. p. Scaur. p 21. Klausen. p. 621.

Lavinii] Cf. Serv. l. c. et ad III, 12. Varro L. L. V, 144. *Oppidum, quod primum conditum in Latio stirpis Romanae, Lavinium; nam ibi dii Penates nostri.* Pellegr. p. 38, 58, 121. Hartung. I, p. 77. Creuzer. III, p. 579.

12. *Vestamque potentem*] Servius l. c. adnotavit: *Potentem potest ad illud accipi* θεοὺς δυνατούς, *sicut vocari Penates dictum est.*

13. θεοὺς πατρῴους] Hertzberg. p. 75. praeter Virgilii locos citat Plaut. Merc. V, 1, 5. *Di Penates meum parentum*, et orat. p. domo 57, 144. *Patrii Penates familiaresque qui huic urbi et rei publicae praesidetis.* Alias Cicero

Di patrii, servate domum, servate nepotem,

et alibi: — *patriique Penates.*

V. Nec minus de sacrificiorum usu quam de deorum scientia diligentiam suam pandit. Cum enim Trebatius libro primo de Religionibus doceat *hostiarum genera esse duo, unum in quo voluntas dei per exta disquiritur, alterum in quo sola anima deo sa-*
[14]*cratur,* unde etiam haruspices *animales* has hostias vocant; utrum-
2 que hostiarum genus in carmine suo Virgilius ostendit. Et primo quidem illud quo voluntas numinum per exta monstratur:

— *Mactat lectas de more bidentes,*

et mox: — *Pecudumque reclusis*
Pectoribus inhians spirantia consulit exta.

3 Alterum illud in quo hostia animalis dicitur, quod eius tantum anima sacratur, ostendit, cum facit Entellum victorem Eryci mactare taurum. Nam ut expleret animalis hostiae causas, ipso usus est nomine:

Hanc tibi Eryx meliorem animam pro morte Daretis;

et ut nuncupata vota signaret, ait *persolvo,* quod de voto proprie dicitur; utque ostenderet persolutum dis, signavit dicens:

Sternitur, exanimisque tremens procumbit humi bos.

4 Videndum etiam ne et illam hostiam ostendat animalem:

Sanguine placastis ventos et virgine caesa,
Cum primum Iliacas Danai venistis ad oras:
Sanguine quaerendi reditus, animaque litandum
Argolica.

Nam et *animam,* id est hostiae nomen, posuit, et *litare,* quod significat sacrificio facto placasse numen.

[Mss. ABGPS.

Di] Aen. II, 702. — *di patriae* P. — *nepotum* P. — *alibi*] Vid. not.

V. *Caput V. Quanta fuerit Vergilii cura in exprimendis diversis hostiarum generibus: et cur Mezentium contemptorem dixerit deorum.* ch-b. *Cap. VI. Hostiaram genera.* vi. 1. *hostiarum genera ... hostias vocant*] Cf. Serv. ad Aen. IV, 56. — *exquiritur* Serv. — *appellant* Serv. — *unde et* v-g. — *genus hostiarum* A. — *Virgilius* (chg *Verg.*) *in carmine* (om. *suo*) v-g. 2. *Mactat*] Aen. IV, 57, ubi legitur *mactant.* — *Pecudumque*] ib. 63. 3. *Entellem* (sup. *u*) BG. — *Hanc*] Aen. V, 483. — *Daretis Persolve* S. — *et* (sup. add. *ut*) G. — *significaret* v-g. — *significavit* Sv-g. — *Sternitur*] Aen. V, 481. 4. *Sanguine*] Aen. II, 116. — *idem hostiae nomen* A. *idem nomen* (sup. add. *hostiae*)

(p. Sulla 31, 86, ubi vid. Halm., p. Sestio 20, 45., de har. resp. 17, 37.) dicit *patrii Penatesque dii,* quod Hertzberg. p. 74. ait idem esse ac *Lares et Penates.* Cf. Creuzer. III, p. 580., I. F. Gronov. Diatr. ad Stat. Silv. p. 449 sqq. ed. Hand.

patriique Penates] Nominativum inveni nusquam, sed legitur Aen. II, 717. *patriosque Penates,* IV, 598. *Quem secum patrios aiunt portare Penates,* V, 26 sq. *Adhibete Penates Et patrios epulis et quos colit hospes Acestes.*

V, 1. *animales has hostias vocant*] Cf. Comm. Serv. ad Aen. IV, 56; V, 483; II, 118. Ibidem ad Aen. III, 231: *Sunt autem hae animales hostiae quae tantum immolantur [et caro sacerdotibus proficit].* Pellegr. p. 87. Mueller. Etrusk. II, p. 179 sq.

4. *litare*] Cf. c. 2, § 7. Serv. ad Aen. II, 118. *Litare, verbo pontificali,*

5 In his ipsis hostiis, vel animalibus vel consultatoriis, quaedam sunt quae *iniuges* vocantur, id est quae numquam domitae aut iugo subditae sunt. Harum quoque noster poeta sic meminit:

Nunc grege de intacto septem mactare iuvencos [15]
Praestiterit, totidem lectas de more bidentes,

et ut iniuges evidentius exprimeret, adiecit:

— Et intacta totidem cervice iuvencos.

6 *Eximii* quoque in sacrificiis vocabulum non poeticum ἐπίθετον sed sacerdotale nomen est. Veranius enim in Pontificalibus quaestionibus docet *eximias dictas hostias quae ad sacrificium destinatae eximantur e grege, vel quod eximia specie quasi offerendae numinibus eligantur.* Hinc ait:

Quattuor eximios praestanti corpore tauros,

ubi quod eximuntur *eximios*, quod eliguntur *praestanti corpore* dicendo monstravit. 7 *Ambarvalis hostia est*, ut ait Pompeius Festus, *quae rei divinae causa circum arva ducitur ab his qui pro frugibus faciunt.* Huius sacrificii mentionem in Bucolicis habet ubi de apotheosi Daphnidis loquitur:

Haec tibi semper erunt, et cum sollemnia vota
Reddemus nymphis, et cum lustrabimus agros,

ubi *lustrare* significat circumire: hinc enim videlicet et nomen hostiae acquisitum est, ab ambiendis arvis; sed et in Georgicorum libro primo:

Edd. vicahgspdzb.]

B. — *placare* c-gb. 5. *In ipsis* (om. *his*) AS. — *consultatoriis* v. — *quae hostiae iniuges* Edd. — *domitae sunt aut iugo subditae* G. — *ac iugo* v-g. — *Nunc*] Aen. VI, 38. — *de niveo* v-gbP. „Male, cum diis inferis sacra parentur.“ Heyn. ad Virg. l. c. — *et ut .. iuvencos* om. a. — *Et intacta*] Georg. IV, 540 et 551. — *de more iuvencos* (sup. *cervice*) G. *cervice iuvencas* v-gb. „Hoc apud Virgilium utroque loco extat, et sensus poscit“ Zeun. 6. *poeticum ut in Gr.* G. — *Veranius* B a sec. m.; s-bPM2P6. *Veratius* A (B a p. m) GSv-gM3P27. *Veracius* M1P5. Vid. ind. auctor et app. ad c. 6. § 14. — *eximuntur* Ps-z. „Lege cum Ed. vet. *eximantur.* Nam sequitur statim *eligantur.*“ Zeun. — *vel* (sup. add. *quod*) A. — *offerenda* p2dz. — *Hic* AP17. — *Quattuor*] Georg. IV, 538 et 550. — *eximantur* G. — *dicendo* om. v-g 7. *Haec*] Ecl. V, 74. — *circuire* v-g. — *Sed* (om. *et*) BG. — *libro primo*] v. 345. 8.

usus [*est, i. e.*] *sacrificiis deos placare.* Graece *καλλιερεῖν.*

5. *iniuges*] Cf. Fest. ap. Paul. lib. IX, p. 113. Muell. *Iniuges boves qui sub iugo non fuerint.*

grege de intacto] Quod inde ab edit. Stephan. legitur e cod. P sumptum, *de niveo*, id videtur inde ortum esse quod quis minus intelligeret in iis quae sequuntur: *Et intacta totidem cervice iuvencos* primariam vocem, ad quam referendum esset illud *adiecit*, esse *cervicem.* Hos locos coniunxit etiam Servius ad Aen. VI, 38., qui *intacto* interpretatur *indomito.*

6. *Eximii*] Cf. Fest. ap. Paul. lib. V, p. 82. *Eximium inde dici coeptum quod in sacrificiis optimum pecus e grege eximebatur, vel quod primum erat natum.*

sacerdotale nomen] Cf. c. 4. § 11. *Eodem nomine appellavit et Vestam.*

quod eximuntur .. quod eliguntur] Vid. not. ad Comm. I, 13, 18.

7. *Ambarvalis hostia*] Festus ap. Paul. lib. I, p. 5. *Ambarvales hostiae dicebantur quae pro arvis .. sacrificabantur.* Serv. ad Virg. Ecl. III, 77. *Dicitur autem hoc sacrificium ambarvale, quod arva ambiat victima*, (cf. ad Ecl. V, 75. et ad Georg. I, 345.).

lustrare significat circumire] Cf. Comm. Serv. ad hunc ipsum lo-

Terque novas circum felix eat hostia fruges.

8 Observatum est a sacrificantibus ut, si hostia quae ad aras duceretur fuisset vehementius reluctata ostendissetque se invitam altaribus admoveri, amoveretur, quia invito deo offerri eam putabant. Quae autem stetisset oblata, hanc volenti numini dari aestimabant. Hinc noster:

Et ductus cornu stabit sacer hircus ad aras,

[16] et alibi: *Et statuam ante aras aurata fronte iuvencum.*

9 Adeo autem omnem pietatem in sacrificiis quae dis exhibenda sunt ponit, ut propter contrariam causam Mezentium vocaverit contemptorem deorum. Neque enim, ut Aspro videtur, ideo *contemptor divum* dictus est, quod sine respectu deorum in homines inpius fuerit: alioquin multo magis hoc de Busiride dixisset, quem

10 longe crudeliorem *inlaudatum* vocasse contentus est. Sed veram huius contumacissimi nominis causam in primo libro Originum Catonis diligens lector inveniet. Ait enim *Mezentium Rutulis imperasse ut sibi offerrent quas dis primitias offerebant, et Latinos omnes similis imperii metu ita vovisse:* IUPPITER, SI TIBI MAGIS CORDI EST NOS EA TIBI DARE POTIUS QUAM MEZENTIO, UTI NOS

11 VICTORES FACIAS. Ergo quod divinos honores sibi exegerat, merito dictus est a Virgilio contemptor deorum. Hinc pia illa insultatio sacerdotis:

— *Haec sunt spolia et de rege superbo*
Primitiae,

ut nomine contumaciae cui poenas luit raptas de eo notaret exuvias.

[Mss. ABGPS.

vehementius retenta P. — *admoveri* (om. *amoveretur*) P. *admoveri abnueretur* v. — *existimabant* Sv-gb. — *Et ductus*] Georg. II, 395. — *Et statuam*] Aen. IX, 627. — *iuvencam* G. 9. *posuit* v-gb. „Recte, quia sequitur *vocaverit.*“ Zeun. — *invocaverit* S. *vocaret* v. — *enim et ut* v1. — *Aspero* v3s-z. *haspro* B a p. m. — *contemptor*] Aen. VII, 648. — *alioqui* c-g. — *inlaudatum*] Georg. III, 5. 10. *ita vocasse* p2dz. „Ed. vet. recte *vovisse* sensu postulante.“ Zeun. — *O iuppiter* S. — UTEI s-b. 11. *dictus* (om. *est*) G. — *Haec*] Aen. XI, 15. — *nomini* h. — *cuius* i-bP. — *pena* S.

cum: *Lustrare hic circumire: dicitur enim ambarvale sacrificium.*

8. *hostia quae ad aras duceretur*] „*Ducere* solemnis in ea re dictio, et reddenda Iuvenali Sat. XII, [3.] *Niveam reginae ducimus agnam* ex scripto nostro. Vulgo *caedimus.*“ Pont.

stabit] Cf. Serv. ad hunc Virg. versum: *Placebit. Tunc est enim aptum sacrificium, cum dedicatum animal victimae patiens invenitur: unde et alibi* [Aen. IX, 627. ubi vid. Serv.] *sic ait: Et statuam .. i. e. placere faciam. Contra Lucanus* [VII, 165.]: *Discussa fugit ab ara Taurus.* C. F. Hermann. Handb. d. gottesd. Alt. d. Gr. § 28, 5.

9. *inlaudatum*] Cf. VI, 7, 16.

10. *contumacissimi nominis*] i. e. nominis quod hominem contumacissimum significet.

Latinos .. ita vovisse] Cf. Fest. apud Paul. lib. XVII, p. 265. *Rustica vinalia ... Iovis dies festus, quia Latini bellum gerentes adversus Mezentium omnis vini libationem ei deo dedicaverunt.*

11. *luit*] Turnus, quem apud Virgilium Mezentium suum esse dicit Aeneas.

1 VI. Mirandum est huius poetae et circa nostra et circa externa sacra doctrinam. Neque enim de nihilo est quod, cum De- [17] lon venit Aeneas, nulla ab eo caesa est hostia, nisi, cum proficisceretur, Apollini et Neptuno res facta divina est. Constat 2 enim, sicut Cloatius Verus Ordinatorum libro secundo docet, esse Deli aram apud quam hostia non caeditur, sed tantum sollemni deum prece venerantur. Verba Cloatii haec sunt: *Deli ara est Apollinis Γενέτορος in qua nullum animal sacrificatur, quam Pythagoram velut inviolatam adoravisse produnt.* Hanc ergo esse, 3 quae adoratur ab Aenea, *Γενέτορος* aram poeta demonstrat, siquidem templum ingressus pontifex nullo acto sacrificio statim inchoat precem, et ut *Γενέτορα* expressius nominaret:

Da, pater, augurium.

At vero cum taurum mox immolat Apollini et Neptuno, apud 4 aliam utique aram factum intellegimus: et bene supra tantummodo *patrem*, quod ibi proprium est, et infra, quod commune est, *Apollinem* nominat. Meminit huius arae et Varro Cato de liberis edu- 5

Edd. vicahgspdzb.]

VI. *Caput VI. Mirandum fuisse Vergilii cum circa Romana, tum circa externa etiam sacra doctrinam: quod ex Apollinis Delii et Herculis Victoris sacris ostenditur.* ch-g. 1. *Miranda est ... doctrina* v3-g. — *de longe venit* G (B del. gc). — *nisi* om. s-bP. — *proficiscerentur* v. — *res divina facta* v-g. 2. *prece deum* G. — *sunt haec* A. — *Deliaca est* S. — *Γενήτορος* Edd. P. *ut in Gr.* G. — *adorasse* v-g. 3. *Γενήτορος* Edd. P. *ut in Gr.* G. — *ut* om. G. — *genetora* A (G a p. m.). *Γενήτορα* s-bP. *genitora* v-g. *genitura* B a p. m. *genituram* G a sec. m. — *Da*] Aen. III, 89. 4. *tauro* AP. „Angl." — *infra*] ib. 119. 5. *Varro Cato* coni. Meursius adiiciens: „Cato [immo *Catus*] sive de liberis educandis notissimus Varronis liber. Librarii indocti male hic convenire utraque ista nomina existimantes alterum insignita fraude eiecerunt." Idem suadet F. Ritschlius in indice scholarum in univers. litt. Frid. Guil. Rhenana habend. per menses hibern. a. MDCCCXLV. et XLVI. p. IV. his verbis: „Gellius IV, 19.: *M. Varro in*

VI, 1. *Mirandum est ... doctrinam*] Vid. prolegg. p. XL.

nulla ab eo caesa est hostia] Cf. Virg. Aen. III, 79. *Egressi veneramur Apollinis urbem* sqq.

nisi] Sic *nisi* etiam a Cicerone ponitur, ubi facile potest substitui *sed*, ad Fam. XIII, 73, 2. *De re nihil possum iudicare: nisi illud mihi certe persuadeo* cet. Vid. Hand. Tursell. IV, p. 234.

2. *Deli ara est Apollinis Γενέτορος*] „Meminit Laertius Diogenes lib. VIII. [1, 13.] *Ἀμέλει καὶ βωμὸν προςκυνῆσαι μόνον ἐν Δήλῳ τὸν Ἀπόλλωνος τοῦ Γενέτορος, ὅς ἐστιν ὄπισθεν τοῦ Κερατίνου διὰ τὸ πυροὺς καὶ κριθὰς καὶ τὰ πόπανα μόνα τίθεσθαι ἐπ' αὐτοῦ ἄνευ πυρός, ἱερεῖον δὲ μηδέν.* Flaccus quoque [V, 404.] allusit: *Phoebi Genitoris ad aram Ventum, ait.*" Pont. — Menagius ad Diog. l. c. attulit Iamblich. [de Pythag. vit. c. 5, p. 60. Kiefsl.]: *Λέγεται δὲ περὶ τὸν αὐτὸν χρόνον θαυμασθῆναι αὐτὸν περὶ τὴν Δῆλον προσελθόντα πρὸς τὸν ἀναίμακτον λεγόμενον καὶ τοῦ Γενέτορος Ἀπόλλωνος βωμόν.*

3. *pontifex*] i. e. Aeneas.

4. *apud aliam utique aram*] Hoc Virgilius quidem non dicit, qui (Aen. III, 118 sq.): *Sic fatus*, inquit, *meritos aris mactavit honores, Taurum Neptuno, taurum tibi, pulcher Apollo.*

5. *Meminit huius arae et Varro Cato de liberis educandis*] Verum hoc esse mihi habeo persuasum: id unum vereor, ne ipsum correxerim Macrobium. Scilicet potuit *Varro Cato* facile haberi pro *διττογραφίᾳ*. Non *Catus* sed *Cato* hic

candis in haec verba: *Nutrix haec omnia faciebat in verbenis ac*
6 *tubis sine hostia, ut Deli ad Apollinis Genitivi aram.* Eodem
versu non omittendum puto cur *saxo vetusto* dixerit exstructum
templum. Velius Longus: *Inmutatio est,* inquit, *epitheti: vult*
enim dicere vetustatem templi. Hunc multi alii commentatores se-
7 cuti sunt: sed frigidum est aedificii aetatem notare. Epaphus
autem, vir plurimae lectionis, libro septimo decimo ait *Delphis*
quodam tempore evenisse ut templum religiosum antea et intactum
spoliatum incensumque sit, et adicit: *multas circa Corinthum urbes*
[18] *insulasque proximas terrae motu haustas, Delon neque antea neque*
postea hoc incommodo vexatam, sed semper eodem manere saxo.
8 Thucydides etiam Historiarum libro tertio idem docet. Non mi-

[Mss. ABGPS.

logistorico qui inscriptus est Catus aut de liberis educandis. Idem XX, 11: *In logistorico M. Varronis qui inscribitur Catus.* Nonius septies et tricesies *Varro Cato vel de liberis educandis.* Hinc emendandus Macrobius Sat. III, 6. *Meminit huius arae et Cato de liberis educandis:* cuius libri prorsus solitaria memoria. Scribendum esse et *Varro Cato de l. e.* vidit Krahnerus de Varr. antiq. p. 11." *Cato* (om. *Varro*) Mss. et Edd. — *sine hostiis* v-g. — *genitiviarum* B a p. m.; G a sec. m. *genetiviarum* A (G a p. m.). *genetivi aram* R „uterque Angl.".

6. *Eodem versu*] „Pro *versu* res postulat, ut legas vel *loco* vel *libro*, vel ut mutes *eodem versu* in *ante hunc versum.* Nam locus, quem auctor spectat, reperitur v. 84. Forte scripsit auctor *eodem loco*, ut pag. seq. [§ 11.] in pari causa." Zeun. — *venusto* A „quidam ex Angl.". — *constructum* A „Angl.". — *velis* (sup. *us*) A. — *sunt secuti* BG. — *frigidum* (om. *est*) A. 7. *et intactum* (sup. *exin captum*) G. — *multas terras*

liber a quibusdam falso dicitur fuisse inscriptus. Catus autem hic, cui Varro (cf. fragm. apud Non. p. 77.) hunc librum misit, quod petiverat, ut educationis filii sibi esset socius, quis fuerit, non est compertum, nisi quod in Aeliorum numero videtur esse referendus. Vid. app. et Gellium ed. Lion. ll. cc. Varron. ed. Bipont. p. 318 sqq. Baehr. G. d. R. L. II, p. 35. n. 28. Ritschl. l. c. p. xi.

in verbenis ac tubis] Donatus ad verba Terent. Andr. IV, 3, 11. *Ex ara hinc sume verbenas* adnotavit: *Ex ara scilicet Apollinis quem Δήλιον Menander vocat,* et: *Verbenae quasi herbenae redimicula sunt ararum.* Cf. Serv. ad Virg. Aen. XII, 120. et Ecl. VIII, 65. Sed etiam suffitas esse in sacrificiis verbenas testatur Arnobius V, 3. his verbis: *Mola salsa tus sanguis verbenarum suffitio.* Cf. Hartung. I, p. 200 sq. — *Tubis* quin usi sint in sacris Romani, non negaverim, cf. Varr. L. L. VI, 14. *Dies Tubulustrium appellatur, quod eo die .. sacrorum tubae lustrantur,* et Calpurn. Ecl. I, 67. *Iussitque silentibus armis Inter sacra tubas, non inter bella, sonare:* sed hic quid velint tubae fateor me nescire. Quid ergo si legamus *ac libis?* Quod facile potuit mutari in *lubis* et *tubis*, et respondet in Diogenis Laertii illo loco verbis τὰ πόπανα. — De praepositione *in* vid. Hand. Tursell. III, p. 267.

6. *Eodem versu*] Minus accurate dictum est pro *eodem loco.* Nam illud legitur v. 89; hoc v. 84.

saxo vetusto] Servius ad h. l. interpretatur *religioso.* Idemque Epaphi verba (§ 7.) affert. Sed Virgilius VIII, 478: *saxo fundatam vetusto* dicit etiam Agyllam Etruriae urbem.

7. *vir plurimae lectionis*] Servius l. c.: *vir peritissimus.*

8. *Thucydides historiarum libro tertio*] Lib. II, c. 8. legitur: Ἔτι δὲ Δῆλος ἐκινήθη ὀλίγῳ πρὸ τούτων, πρότερον οὔπω σεισθεῖσα ἀφ' οὗ Ἕλληνες μέμνηνται. Adde Herodot. VI, 98. Δῆλος ἐκινήθη, ὡς ἔλεγον οἱ Δήλιοι, καὶ πρῶτα καὶ ὕστατα μέχρι ἐμεῦ σεισθεῖσα, et Plin. N. H. IV, 12 s. 22. § 66. ex interpunctione Sillígii: *Delos .. sola motum terrae*

rum ergo, si praesidio religionis tutam insulam semper ostendens ad reverentiam sibi locorum accessisse dicit continuam saxi eiusdem, id est insulae, firmitatem. Ut servavit Apollinis Genito- 9
ris proprietatem *patrem* vocando, idem curavit Herculem vocando *victorem:*

Haec, inquit, limina victor
Alcides subiit.

Varro Divinarum libro quarto *victorem* Herculem putat dictum, 10
quod omne genus animalium vicerit. Romae autem Victoris Herculis aedes duae sunt, una ad portam Trigeminam, altera in foro Boario. Huius commenti causam Masurius Sabinus Memorabi- 11
lium libro secundo aliter exponit. *Marcus*, inquit, *Octavius Herrenus, prima adolescentia tibicen, postquam arti suae diffisus est, instituit mercaturam, et bene re gesta decimam Herculi profanavit.*

Edd. vicahgspdzb.]

circa P. 8. *libro tertio*] Vid. not. — *et reverentiam* Sv-g. — *eiusdem saxi* A. 9. *vocando patrem* As-bGP. — *Haec*] Aen VIII, 362. — *lumina* As. — *alcidas* P. 10. *animalium genus* v-g. 11. *cognomenti* scripsit Cl. Salmasius Exerc. Plin. p. 76. F. adiiciens: „Perperam apud Macrobium hodie legitur *huius commenti.*“ — *Masurius* gbM1. *Massurius* ABPSv-bs-zM13P267. *mausurius* G. *Massanius* P5. — *Sabinus* s-b (g in mg.). *Albinus* Mss. v-gM123P2567. — *Memorabilium* ABGSv-gM123R7 *memorialium* s-bP. Vid. ind. auct. s. v. *Masurius.* — *lib. I.* v-g (a primo). — *Herrenus* ABG. *herenus* v. *Herennius* Si-bP. — *prima in adolescentia* S. — *arti suae diffisus est* B (G e corr. Vid. fuisse *artis* et *diffusus*) Sv-gM2. *arti diffisus suae est* b. *artis suae diffisus est* A (P *diffisus suae*) M13. *artis distisus suae est* s-z. „Festus [p. 72, Muell.]: *Distisum et pertisum dicebant, quod nunc distaesum et pertaesum.*“ Pont.

non sensit ad M. Varronis aetatem. Mucianus prodidit bis concussam. Sen. N. Q. VI, 26, 2. *Hanc philosophi quoque, credula natio, dixerunt non moveri auctore Pindaro.*

ad reverentiam sibi locorum accessisse] i. e. ei visum esse locum reverentia dignum.

9. *Herculem vocando victorem*] Cf. Comm. Serv. ad hunc Virg. locum, ubi eadem fere quae apud Macrobium leguntur, Hartung. II, p. 25. Merkel. p. cc.

10. *libro quarto*] Sic etiam Servius l. c.; sed Merkel. p. CXVIII. haec tribuit quinto libro.

quod ... vicerit] Servius l. c.: *Quod omne genus animalium decies vicerit.* Additam vocem molestam dicit Merkel. l. c.

ad portam Trigeminam] i. e. prope Aventinum. Cf. Becker. R. A. I, p. 158. et p. 476.

in foro Boario] i. e. prope circum Maximum. Ibi erat ara Maxima. Cf. Serv. ad Aen. VIII, 271. Dionys. A. R. I, 40. Ovid. Fast. I, 581. Liv. I, 7, 10. Prop. IV, 9, 67. Plut. Quaest. Rom. 60. Becker. R. A. I, p. 469. Idem p. 476. hanc aedem commemorat afferens Solin. I, 10. Tac. Annal. XV, 41. Plin. X, 29, 41.; XXXIV, 7, 16.; XXXV, 4, 7. Vid. etiam Salmas. Exercc. Plin. p. 7 sq. Merkel. p. CXXI.

11. *Huius commenti*] Intelligas inventionem huius cognominis, ut minime necessaria sit Salmasii coniectura.

Herrenus] In nomine dubio codicum auctoritati obsecutus sum. Apud Servium l. c. ed. Lion. legitur *Hersennus* (*Eserninus*). Qui memoratur c. 12. § 7. *Octavius Hersennius* haud scio an sit idem.

postquam arti suae diffisus est, instituit mercaturam] Cf. c. 14. § 12. *Quae res ad hanc artis suae fiduciam Roscium abstraxit*, et Cic. Tusc. V, 1, 3. *Equidem ... huic incipio sententiae diffidere;* et Plaut. Stich. III, 1, 26. *Ubi coenas hodie, si hanc rationem instituis?*

decimam Herculi profanavit] „*Profanare* in his Masurii verbis non βεβηλοῦν est, ut supra [c. 3. § 4.]

Postea, cum navigans hoc idem ageret, a praedonibus circumventus fortissime repugnavit et victor recessit. Hunc in somnis Hercules docuit sua opera servatum. Cui Octavius impetrato a magistratibus loco aedem sacravit et signum, Victoremque incisis litteris appellavit. Dedit ergo epitheton deo quo et argumentum veterum victoriarum Herculis et commemoratio novae historiae quae recenti Romano
12 *sacro causam dedit contineretur.* Nec frustra in eodem loco dixit:

Et domus Herculei custos Pinaria sacri.

[19] Quidam enim aram Maximam, cum vicino conflagraret incendio, liberatam a Pinariis ferunt, et ideo sacri custodem domum Pina-
13 riam dixisse Virgilium. Asper: *Κατὰ διαστολὴν*, inquit, *Potitiorum, qui ab Appio Claudio praemio corrupti sacra servis publicis*
14 *prodiderunt.* Sed Veranius Pontificalium eo libro quem fecit de

[Mss. ABGPS.

— *bene gesta* (om. *re*) P. — *pugnavit* v-g. — *in somniis* v-g. — *literis incisis* s-bP. 12. *Et domus*] Aen. VIII, 270. — *herculi* (sup. *e*) A. — *quidam* (om. *enim*) P. — *aram Maximam* ... *a Pinariis*] Conf Serv. ad Aen. VIII, 269. — *flagraret* v-g. — *sacris* P. 13. *Asper: Κατὰ διαστολὴν* ipse sic distinxi. *Asper κατὰ διαστολὴν* hs-b. *ΑCΠΕΡ ΚΑΤΑ ΔΙΑCΤΟΛΗΝ* AB (S *ἅπερ*). *κατὰ διαστολὴν* (om. *Asper*) vicag. *ut in Gr.* G. — *potiorum* (sup. add. *ti*) A. — *quia ab* P. — *publiciis* A. 14. *Veranius* P2. *Veratius* Mss. (A *Severatius* sup. add. *t*) Edd. P7. *Veracius* P56. „*Veratius* etiam v. c. Lego tamen *Veranius*, cuius multa mentio Festo [ed. Muell. p. 158 bis., 203, 205, 250 bis, 253, 289, 348.] et ipsi huic in Trebatii, sed *τεμενίζειν*. Varro *fanare* dixit lib. V. Verba eius, quia huic loco unice illustrando sunt, sic habent [Nos damus, ut ea emendavit Muellerus lib. VI. § 54.]: *Hinc profanatum in sacrificio; atque inde Herculi decuma appellata ab eo est, quod sacrificio quodam fanatur, id est ut fani lege sit. Id dicitur polluctum, quod a porriciendo est fictum; quom enim ex mercibus libamenta porrecta sunt Herculi in aram, tum polluctum est, ut, quom profanatum dicitur, id est proinde ut sit fani factum.*“ Pont. — Cf. c. 12. § 2. Aurel. Victor. Orig. g. R. 6, 5 sq. *Tum Recaranus sub Aventino Inventori Patri aram dedicavit, appellavitque Maximam, et apud eam decimam sui pecoris profanavit: .. inde videlicet tractum, ut Herculi decimam profanari mos esset.* Fest. lib. XVI, p. 237. Muell. *Potitium et Pinarium Hercules, cum ad aram quae hodieque Maxima appellatur, decimam bovum, quos a Geryone abductos abigebat Argos in patriam, profanasset, genus sacrificii edocuit.* Plutarch. Sull. c. 35. Hartung. II, p. 25. Merkel. p. CCI.

cum navigans hoc idem ageret] ut scilicet re bene gesta decimam profanaret Herculi.

in somnis] Cf. Comm. I, 5, 1.

argumentum] i. e. signum, vel indicium, ut ait Petron. Sat. 137, 8.: *Amoris hoc est argumentum, non malignitatis.*

12. *aram Maximam*] Vid. not. ad § 10.

cum ... conflagraret] idem esse videtur ac cum periculum esset, ne conflagraret.

13. *Κατὰ διαστολὴν ... Potitiorum*] i. e. ut distingueretur a Potitiis.

qui ... prodiderunt] Cf. Liv. I, 7, 14. *Potitii ab Evandro edocti antistites sacri eius per multas aetates fuerunt: donec tradito servis publicis sollemni familiae ministerio genus omne Potitiorum interiit.* Festus l. c. *Quae familia et posteri eius non defuerunt decumantibus usque ad Ap. Claudium censorem qui quinquaginta milia aeris gravis his dedit, ut servos publicos edocerent ritum sacrificandi: quo facto Potitii, cum essent ex familia numero duodecim, omnes interierunt intra diem XXX.* Similia habet etiam Servius l. c.

14. *Veranius Pontificalium eo li-*

supplicationibus ita ait: *Pinariis, qui novissimi comeso prandio venissent, cum iam manus pransores lavarent, praecepisse Herculem, ne quid postea ipsi aut progenies ipsorum ex decima gustarent sacranda sibi, sed ministrandi tantummodo causa, non ad epulas, convenirent: quasi ministros ergo sacri custodes vocari.* Ut 15
ipse Virgilius alibi:

At Triviae custos iamdudum in montibus Opis,

id est ministra; nisi forte *custodem* dixit eam quae se prohibuerit et continuerit a sacris, ut ipse alibi:

Et custos furum atque avium cum falce saligna
Hellespontiaci servet tutela Priapi.

Hic utique *custodem* prohibitorem avium furumque significat.

Haec ubi dicta, dapes iubet et sublata reponi 16
Pocula, gramineoque viros locat ipse sedili.

Non vacat quod dixit *sedili.* Nam propria observatio est in Herculis sacris epulari sedentes: et Cornelius Balbus Ἐξηγητικῶν libro octavo decimo ait *apud aram Maximam observatum ne lectisternium fiat.* Custoditur in eodem loco ut omnes aperto capite 17

Edd. vicahgspdzb.] Macrobio.“ Meurs. Cf. h. lib. cap. 2. § 3.; c. 20, 2. Cap. 5. § 6. Mss. plerique habent *Veratius.* — *Pontificalium eo libro* coni. Merkel. ad Ovid. Fast. p. xcviii. *Pontificalis in eo libro* Mss. et Edd. — *lavassent* G a sec. m. — *ministrantes* s-bP. 15. *At*] Aen. XI, 836. — *Et custos*] Georg. IV, 110. — *prohibitoremque* vi. 16. *Haec*] Aen. VIII, 175. *Herculis sacris* (om. *in*) v-g. *in herculis sacro* S. — *ita ait* v-g „B“. *ita* (om. *ait*) AS „unus ex Angl“. *id* (om. *ait*) P. — *nec lecti sternium* A. 17. *aperto* Edd. PM123. Cf. I, 8, 2; 10, 22. *operto* BGS. *operto*

bro] Sic suadente Merkelio scribere non dubitavi, et propter ea quae leguntur in app. crit., et quod c. 5. § 6. legitur: *Veranius* (vel *Veratius*) *in Pontificalibus quaestionibus.* Praepositio *in* simili modo omittitur c. 4. § 1. et § 6., hoc cap. § 10. et § 16., c. 7. § 8. al.

qui novissimi comeso prandio venissent] Cf. Liv. l. c. § 13. *Forte ita evenit, .. ut Pinarii extis adesis ad ceteram venirent dapem.* Festus l. c.: *Pinarius quod non adfuit sacrificio.* Servius l. c.: *Perfecto itaque matutino sacrificio, cum circa solis occasum essent sacra repetenda, Potitius prior advenit, Pinarius postea extis iam redditis.* Plutarch. Quaest. Rom 60. *Ὑστέρησε δὲ καὶ τὸ Πειναρίων γένος.* Dionys. Antiq. I, 40. *Ταύτην δὲ αὐτοῖς προστεθῆναι τὴν ἀτιμίαν ὀψίμου τῆς παρουσίας ἕνεκα, ἐπεὶ ἕωθεν αὐτοῖς κελευσθὲν ἥκειν, ἐσπλαγχνευμένων ἤδη τῶν ἱερῶν ἀφίκοντο.* Buttmann. Mythol. II. p. 294 sqq. Hartung. R. R. II, p. 29.

ministrandi tantummodo causa] Cf. Serv. l. c. *Unde iratus Hercules statuit ut Pinariorum familia tantum ministra esset epulantibus Potitiis et complentibus sacra.*

15. *id est ministra*] Cf. Comm. Serv. ad h. Virg. l. [*vel*] *ministra* [*vel observatrix. Potest et pro comite accipi, vel custos mandatorum Triviae, ne inulta Camilla moriatur*].

prohibitorem avium furumque] Servius ad Georg. IV, 111. confert Horat. Serm. I, 8, 4. *Nam fures dextra coercet, Obscoenoque ruber porrectus ab inguine palus: Ast importuna volucres in vertice arundo Terret fixa.*

16. *ne lectisternium fiat*] Cf. Serv. ad Aen. VIII, 176.: *Nam in templo Herculis lectisternium esse non licebat.*

17. *aperto capite*] ut Saturno. Cf. I, 8, 2. *Illic Graeco ritu capite aperto res divina fit,* et 10, 22. *Hinc est quod ex instituto peregrino huic deo sacrum aperto capite facimus.* Hartung. II, p. 26.

sacra faciant. Hoc fit, ne quis in aede dei habitum eius imitetur: nam ipse ibi operto est capite. Varro ait *Graecum hunc esse* [20] *morem, quia sive ipse sive qui ab eo relicti aram Maximam statuerunt Graeco ritu sacrificaverunt.* Hoc amplius addit Gavius Bassus. Idcirco enim hoc fieri dicit, *quia ara Maxima ante adventum Aeneae in Italia constituta est, qui hunc ritum velandi capitis invenit.*

VII. Ea quoque quae incuriose transmittuntur a legentium plebe non carent profunditate. Nam cum loqueretur de filio Pollionis, id quod ad principem suum spectaret, adiecit:

Ipse sed in pratis aries iam suave rubenti
Murice, iam croceo mutabit vellera luto.

2 Traditur autem in libro Etruscorum, si hoc animal insolito colore fuerit inductum, portendi imperatori rerum omnium felicitatem.

[Mss. ABGPS.

rato (sup. *a*) A. — *ibi operto ipse capite est* v-g. *ipse ibi operto capite est* M3. *ipse ibi aperto est capite* B a sec. m.; M1 a p. m. — *ab eo relicti* (om. *qui*) S. *ab eo relicti qui* v-a. *ab eo relicti quia* hg. — *addidit* Sv-gM1. — *Gavius* Ss-bPM13P67. „Scribo *Gabius*.“ Meurs. *gravius* (B del. *r*) G. *Graius* P5. *Caius* v-g (chg C.). — *quae hunc* P. *qua hunc* s-z. „Lego (ut est in v. c.) *qui*, de quo ritu plenius in Variarum libris.“ Meurs.

VII *Caput VII. Ea etiam, quae negligenter in Vergilio transmittuntur a legentium vulgo, non carere sensuum profunditate. Et homines sacros cur occidere licuerit.* ch-b. 1. *idque* (om. *quod*) s-bP. — *expectaret* P (B sup. add. *s*). — *Ipse*] Ecl. IV, 43. — *iam* om. z. *vellere aluto* B.

2. *Traditur ... felicitatem*] Cf. Serv. ad h. Virg. l. — *in libris* Serv. — *Hetruscorum* v-g. — *miro et insolito* Serv. — *indutum* Edd. PS. *infectum* Serv. — *omnium rerum* s-bP. — *felicitatem vel cum felicitate*

ne quis in aede dei habitum eius imitetur] Cf. Serv. ad Aen. III, 407. *Sane sciendum sacrificantes diis omnibus caput velare consuetos ob hoc, ne se inter religionem aliquid vagis offerret obtutibus excepto tantum Saturno, ne numinis imitatio esse videretur,* [*quia Saturnus velato capite ibi cernitur. Et Herculi in templo suo, quia et ipse capite operto est, vel quia hae arae ante adventum Aeneae a Iunone vel Evandro consecratae sint*].

qui hunc ritum velandi capitis invenit] Cf. Virg. Aen. III, 405 sqq. *Purpureo velare comas adopertus amictu. ... Hac casti maneant in religione nepotes.* Festus lib. XVIII, p. 322. Muell. *Saturnii quoque dicebantur, qui castrum in imo clivo Capitolino incolebant, ubi ara dicata ei deo ante bellum Troianum videtur, quia apud eam supplicant apertis capitibus: nam Italici auctore Aenea velant capita* cet. Praeterea vid. Plutarch. Quaest. R. 10 et 11., Klausen. p. 917.

VII, 2. *in libro Etruscorum*] Exspectes *in libris Etruscorum*, ut legitur apud Serv. ad Ecl. IV, 43. Cf. Cic. de har. resp. 12, 25. *Atque in apum fortasse examine nos ex Etruscorum scriptis haruspices, ut a servitio caveremus, monerent,* et 17, 37. *Haec quae nunc ex Etruscis libris in te conversa atque interpretata dicuntur;* de divin. I, 12, 20. *Chartis promebat Etruscis,* ex secundo de consulatu libro, et 33, 72. *Quod Etruscorum declarant et haruspicini et fulgurales et tonitruales libri.* Mueller. Etrusk. II, p. 22 sq. Becker. R. A. I, p. 12 sq. Putabantur hi libri a Tagete esse profecti. Vid. not. ad V, 19, 13.

insolito colore fuerit inductum] Commodius Servius l. c.: *infectum.* Sed *inductum* videtur respondere Tarquitii verbis *si aspergetur.* Cf. Plaut. Most. III, 2, 143. *Si sunt inducti pice,* Plinius N. H. XXIV, 8. s. 33. *Humor .. cuti nitorem inducit,* et XXXV, 10. s. 36. § 102.

Est super hoc liber Tarquitii transcriptus ex Ostentario Tusco.
Ibi reperitur: *Purpureo aureove colore ovis ariesve si aspergetur,
principi ordinis et generis summa cum felicitate largitatem auget,
genus progeniem propagat in claritate laetioremque efficit.* Huius-
modi igitur statum imperatori in transitu vaticinatur.

Verbis etiam singulis de sacro ritu quam ex alto petita 3
significet, vel hinc licebit advertere:

Iniecere manum Parcae, telisque sacrarunt
Evandri.

Nam quicquid destinatum est dis sacrum vocatur: pervenire au- [21]
tem ad deos non potest, nisi libera ab onere corporis fuerit,
anima, quod nisi morte fieri non potest. Ita ergo oportune sa-
cratum Halesum facit, quia erat oppetiturus. Et hic proprietatem 4
et humani et divini iuris secutus est. Nam ex manus iniectione
paene mancipium designavit, et sacrationis vocabulo observantiam
divini iuris inplevit. Hoc loco non alienum videtur de conditione 5
eorum hominum referre quos leges sacros esse certis dis iubent,
quia non ignoro quibusdam mirum videri quod, cum cetera sacra
violari nefas sit, hominem sacrum ius fuerit occidi. Cuius rei

Edd. vicahgspdzb.] *largitatem* S. *cum foelicitate largitatem* v. „Optime, declarant sequentia illa Tarquitii verba: *summa cum felicitate largitatem auget.*" Meurs. — *Tarquitii* ABGs-bP (M1 a p. m.) M3. *Tarquinii* i-g (M1 in mg.) M2. *Tarquini* S a p. m.; v. *tranquitii* S in mg. *tranquinii* P7. „In veteri [editione] recte *Tarquinii.* Quo et illa Lactantii spectaverint: *At Tarquinii Prisci librorum nullus quod sciam ex auctoribus.* Supra lib. II, cap. 16. [III, 20, 3] *ostentarium arborarium Tarquinii Prisci* laudatur. Qui an idem sit cum hoc *Tarquitio*, et an ibi etiam reponi *Tarquitius* debeat, ibi videndum. Nolim enim adversari Pithoeo, qui Advers. I, 20. ex Plinio et Marcellino *Tarquitii* hoc loco retinendum censuit et altero illo refingendum." Pont. „Ed. vet. male *Tarquinii.* Nam videtur esse *L. Tarquitius* ille, cuius libri de Etrusca disciplina a Plinio memorantur in indice auctorum." Zeun. — *Thusco* chs-bP. — *ariesque* P. — *aspergetur* ABGSv-gM123. *aspergeretur* P5. *aspergatur* s-bP. — *principio* P. — *progeniemque* v-ag. „Bene." Zeun. *propaginemque* h. 3. *de ritu sacro* v-g. — *Iniecere*] Aen. X, 419. — *ad eos* v-g. — *non potest anima nisi libera ... fuerit.* s-b. — *sacrum* v-g. — *alesum* S. 4. *proprietatem humani* (om. et) S. — *executus est* v-g. 5. *eorum omnium* (corr. in *hominum*) A. — *violare* PS. 6. *in suis fini-*

Huic picturae quater colorem induxit. Quod legitur inde ab ed. Steph., *indutum*, id quodammodo commendatur sequenti Virgilii versu: *Sponte sua sandix pascentes vestiet agnos.*

ex Ostentario Tusco] Cf. c. 20. § 3. et ind. auct. s. v. *Tarquitius.* Vocem *Ostentario* Koppius ad Martian. II, § 151. interpretatur „ostenti vim docente" sc. libro.

principi ... largitatem auget] Mueller. Etr. II, p. 24. in his verbis agnoscit et orationem et indolem principibus faventem Etruscorum.

3. *sacrum*] Cf. c. 3, § 2.

libera ab onere corporis] Cf. Comm. I, 9, 3 et 6.

oppetiturus] Potest ex antecedentibus suppleri *mortem*, quod tamen non necessario est addendum. Cf. Virg. Aen. I, 96. XII, 543 et 640. Tac. Ann. II, 24. Plin. N. H. X, 3 s. 4. § 14.

5. *hominem sacrum ius fuerit occidi.*] „Lex tribunicia: SI QVIS IM QVI PLEBIS SCITO SACER SIT OCCIDERIT, PARICIDA NE SIT. Vide Festum in *Sacer mons* et in *Ver sacrum.* Budaeus in Commentario linguae Graecae: *Anathemata dicti sacri*

6 causa haec est. Veteres nullum animal sacrum in finibus suis esse patiebantur, sed abigebant ad fines deorum quibus sacrum esset: animas vero sacratorum hominum, quos * zanas Graeci
7 vocant, dis debitas aestimabant. Quemadmodum igitur quod sacrum ad deos ipsos mitti non poterat a se tamen dimittere non dubitabant, sic animas, quas sacras in caelum mitti posse arbitrati sunt, viduatas corpore quam primum ire illo voluerunt.
8 Disputat de hoc more etiam Trebatius Religionum libro nono, cuius exemplum, ne sim prolixus, omisi. Cui cordi est legere, satis habeat et auctorem et voluminis ordinem esse monstratum.

[22] VIII. Nonnullorum quae scientissime prolata sunt male enuntiando corrumpimus dignitatem, ut quidam legunt:

Discedo ac ducente dea flammam inter et hostes
Expedior,

2 cum ille doctissime dixerit: *ducente deo,* non *dea.* Nam et apud Calvum Aterianus adfirmat legendum:

[Mss. ABGPS.

bus G. — *sacrum* (sup. add. *at*) B. — *sacrorum* (sup. *at*) B. — *zanas Graeci* ABGPM123P567 (P2 *zanan*, sup. *s;* in S est lacuna ante *graeci*). *ζώανας Graeci* vi. *Graeci ζωάνας* c-b. — *existimabant* Sv-gb. 7. *demittere* Avl. — *dubitant* v-g. — *illo ire* Edd. PS. 8. *hoc more* (sup. add. *de*) A.

VIII. *Caput VIII. Quae male enuntiando apud Vergilium corrumpantur. Et quod ea nec ratione apud hunc poetam careant, quae fortuita esse videntur: cum aliis quibusdam.* ch-b. *Cap. VII. Quae male enunciando corrumpantur apud Maronem.* v3i. *Quae scientissime prolata a nonnullis male enunciando corrumpantur. Cap.* vl. 1. *Discedo*] Aen. II, 632., ubi legitur *Descendo.* — *Discedunt* (sup. *escendo*) S. — *hac ducente* vl. 2. *Calvium* P2. — *Aterianus* scripsi e coni. *Acterianus* Edd. P. *Acthe-*

homines, quorum capita diis inferis dicata sunt et devota. Vide an huc spectet illud Pauli ad Rom. c. 9, v. 3. optantis pro fratribus fieri anathema." Pont. — Festi verba haec sunt: Lib. XVIII, p. 318. Muell. *Homo sacer is est quem populus iudicavit ob maleficium: neque fas est eum immolari, sed qui occidit parricidii non damnatur, nam lege tribunicia prima cavetur, si quis eum qui eo plebei scito sacer sit occiderit, parricida ne sit: ex quo quivis homo malus atque improbus sacer appellari solet;* et ap. Paul. lib. XIX, p. 379. *Ver sacrum vovendi mos fuit Italis. Magnis enim periculis adducti vovebant quaecunque proximo vere nata essent apud se animalia immolaturos. Sed quum crudele videretur pueros ac puellas innocentes interficere, perductos in adultam aetatem velabant atque ita extra fines suos exigebant;* ubi Muellerus confert Fest. s. v. *Mamertini* p. 158., et s. v. *Sacrani* p. 321., Nonium e Sisenna p. 522, 14. M., Servium in Virg. Aen. VII, 796.

*quos * zanas Graeci vocant*] H Stephanus in Thes. Gr. I. s. v. *ξόανον* refert Caelium Rhodig. Antiq. Lect. XII, 11. dicere *ζόανας* vocari sacratos homines. Sed vide ne sit *zanas* ortum e detruncata Graeca voce, et legendum *quos ἀναθήματα Graeci vocant*, vel simile quid. Scilicet, si duplicata littera s scriptum erat *quos ΣΑΝΑΘ.*, facile inde oriri poterat *quos ZANAC.*

8. *cuius exemplum*] i. e. ipsa verba. Cf. Cic. ad Att. IX, 6, 3. *Capua litterae sunt allatae hoc exemplo* cet.

ordinem] inter reliquos libros, i. e. numerum.

VIII, 1. *ducente deo, non dea*] Ad hunc ipsum Virgilii versum Servius adnotavit haecce: *Secuncundum eos qui dicunt utriusque sexus participationem habere numina.*

Pollentemque deum Venerem,

non *deam.* Signum etiam eius est Cypri barbatum corpore, sed veste muliebri, cum sceptro ac natura virili: et putant eandem marem ac feminam esse. Aristophanes eam Ἀφρόδιτον appellat. 3 Laevinus etiam sic ait: *Venerem igitur almum adorans, sive femina sive mas est, ita uti alma Noctiluca est.* Philochorus quoque in Atthide eandem adfirmat *esse lunam, et ei sacrificium facere viros cum veste muliebri, mulieres cum virili, quod eadem et mas aestimatur et femina.*

Edd. vicahgspdzb.] *rianus* Bv1M3P6. *Aetherianus* AGM2. *etherianus* SP27. *Atherianum* P5. — *legendo* S. — *etiam huius* v-g. — *natura* G. Coni. Creuzer. Symb. II, p. 492. coll. Larcher. Mém. sur Vénus p. 46. Siebelis. ad Philochor. p. 19. Serv. ad Aen. II, 632. *statura* Edd. ABPS (G in mg.). — *viri* v-g. — *aphridioton* (corr. in *aphrodit.*) A. 3. „*Lavinius* forte legendum, cuius librum *Sordidorum vocabulorum* citat Agellius lib. XX, cap. 11.“ Meurs. — *Attide* ABG. — *lunam. Nam et* chgb. „Melius“ Zeun.

Nam ait Calvus: Pollentemque deum Venerem. Item Virgilius (VII, 498.): *Nec dextrae erranti deus abfuit, cum aut Iuno fuerit aut Alecto. Est etiam in Cypro simulacrum barbatae. Veneris [corpore et veste muliebri cum sceptro et natura virili] quod Ἀφρόδιτον vocatur: (cui viri in veste muliebri, mulieres in virili veste sacrificant: quamquam veteres deum pro magno numine dicebant. Sallustius: Ut tanta mutatio non sine deo videretur). Et hoc ad Graecorum imitationem, qui ὁ θεὸς et ἡ θεὸς dicunt, sicut ὁ ἄνθρωπος et ἡ ἄνθρωπος, vir et femina.* Sed rectius recentiores Virgilii interpretes dicunt *deum* h. l. dici *numen*, τὸ θεῖον.

2. *Aterianus*] Sic scripsi, ne nimis discederem a librorum mss. vestigiis. Vulgo vocatur *Haterianus.* Vid. Lion. Praefat. ad Serv. p. IX. Baehr. Gesch. d. R. L. I, p. 236. Suringar. Histor. crit. schol. p. 170.

cum sceptro ac natura virili] Facile obtemperavi Creuzero iubenti sic scribi pro eo quod antea legebatur *ac statura virili.* Quid enim vult statura virilis cum sceptro coniuncta, quum supra dictum esset *barbatum corpore.* Membrum virile *naturam* vocat etiam Cicero N. D. III, 22. At quid hoc cum sceptro? Quid si intelligendum est sceptrum phallo ornatum, non ipsius simulacri membrum? Ceterum conf. Serv. l. c. et not. seq. Voces *natura* et *statura* confunduntur etiam II, 3, 3.

3. Ἀφρόδιτος] Meinekius fragm. com. Graec. II, 2. p. 1206. adnotavit: „Grammaticus in Bekk. Anecdot. p. 272, 24.: *Ἀφρόδιτος ὁ Ἑρμαφρόδιτος· παραπλήσιοι δὲ τούτῳ ἄλλοι δαίμονες, Ὀρθάνης Πρίαπος.* Hesychius: *Ἀφρόδιτος· Θεόφραστος μὲν τὸν Ἑρμαφρόδιτόν φησιν, ὁ δὲ τὰ περὶ Ἀμαθοῦντα γεγραφὼς Παίων εἰς ἄνδρα τὴν θεὸν ἐσχηματίσθαι ἐν Κύπρῳ λέγει.*“

uti alma Noctiluca est] „Glossarius: *Nocticula* Ἑκάτη νυκτοφαίνουσα. Scribendum fors. *Noctiluca.* Sed in Ioh. Sarisberiense lib. II. cap. 17. reperio glossarii lectionem: *Quale est quod Nocticulam quandam .. noctis dominam concilia et conventus de nocte asserunt convocare.* Si retinemus *Nocticula*, scribetur rectius, ut monuit Franc. Douza, *Nocticola.*“ Pont. — Cf. Varro L. L. V, 10, § 68. *Luna vel quod sola lucet noctu, itaque ea dicta Noctiluca in Palatio: nam ibi noctu lucet templum.*

viros cum veste muliebri] Cf. Servius l. c. et Creuzer. Symb. II, p. 361.

quod eadem et mas aestimatur et femina] „Et hoc est quod Parthi eam *Lunum* coluerunt non sexu solum sed nomine quoque masculo. Aelius Spartianus in Caracallo [c. 7.]: *Et quoniam dei Luni fecimus mentionem, sciendum doctissimis quibusque id memoriae traditum: atque ita nunc quoque a Carrenis praeci-*

4 Hoc quoque de prudentia religionis a Virgilio dictum est:

Decidit exanimis, vitamque reliquit in astris
Aereis.

[23] Hyginus enim de proprietatibus deorum, cum de astris ac de stellis loqueretur, ait *oportere his volucres immolari.* Docte ergo Virgilius dixit apud ea numina animam volucris remansisse quibus ad litandum data est.

5 Nec nomen apud se, quod fortuitum esse poterat, vacare permittit:

— *Matrisque vocavit*
Nomine Casmillae mutata parte Camillam.

6 Nam Statius Tullianus de vocabulis rerum libro primo ait *dixisse Callimachum Tuscos Camillum appellare Mercurium*, quo vocabulo significant praeministrum deorum. Unde Virgilium ait Metabum *Camillam* appellasse filiam, Dianae scilicet praeministram.
7 Nam et Pacubius, cum de Medea loqueretur:

[Mss. ABGPS.
— *existimatur* Sv-gb. 4. *Decidit*] Aen. V, 517. — *Aeriis* s-bP. *aetheriis* Virg. l. c. — *Yginus* ABG. *Hyginius* S. *Higinus* c-bP. *Iginus* vi. — *enim cum de propr. deor.* vl. — *eorum* (sup. add. *d*) A. — *ac stellis* (om. *de*) Edd. P. *et stellis* S. 5. *permittat* S. — *Matrisque*] Aen. XI, 542. — *Ca millae* (ras post *a*). 6. *Statius ... praeministram*] Cf. Serv. ad Aen XI, 543. — *Callimadium apud Camillam appellari* Serv. — *Thuscos* ch. — *deorum ministrum* Serv. — *bene ait* Serv. — *Matabum* P. — *scilicet Dianae ministrum* Serv. 7. *Pacubius* B

pue haberi, ut qui Lunam femineo nomine ac sexu putaverit nuncupandam, is addictus mulieribus semper inserviat: at vero qui marem deum esse crediderit, is dominetur uxori neque ullas muliebres patiatur insidias. Unde quamvis Graeci vel Aegyptii eo genere quo feminam hominem etiam Lunam deam dicant, mystice tamen deum dicunt. Casaubonus in notis suis ad eum locum varietatis huius, quod Luna virili ac femineo genere efferatur, causam ex linguis atque idiomate Orientalium repetendam demonstrat. Quem omnino vide.“ Pont.

4. *animam volucris*] i. e. columbae ab Eurytione ictae sagitta. Cf. Virg. Aen. V, 516.

ad litandum] Cf. c. 5. § 4.

6. *dixisse Callimachum Tuscos Camillum appellare Mercurium*] „In eadem voce Varro lib. VI. [p. 88. Bip.; VII, 34. Muell.]: *Verbum esse Graecum arbitror, quod apud Callimachum in poematis eius inveni.* Porro interpres Apollonii [I, 917.]: *Κάσμιλλος Ἑρμῆς ἐστιν, ὡς ἱστορεῖ Διονυσόδωρος.*“ Pont. — Adde quae illis verbis antecedunt apud Varronem: *Casmilus nominatur Samothrace mysteriis dius quidam administer diis magnis.* Cum magnis diis coniungitur Mercurius apud Servium ad Aen. II, 296. et III, 12. Cf. Creuzer. Symb. II, p. 561 sq. Lobeck. Aglaoph. p. 1245. et quae leguntur in Steph. Thes. Gr. l. IV, p. 752. ed. Par.: „Arcad. p. 56, 2.: Τὸ δὲ *Καδμῖλος ὁ Ἑρμῆς περισπᾶται.* Et Choerobosc. in Crameri Anecd. II, p. 229, 13. Lycophr. 162.: Ὁ *Καδμίλου γόνος·* ubi schol. *Καδμῖλος ὁ Ἑρμῆς ἐν Τυῤῥηνίᾳ.*“

Dianae scilicet praeministram] Turnebus, quem citat Pontanus, Advers. lib. XIV. cap. 13.: „Scio, inquit, quam erudite de Camillae nomine argutetur Macrobius, et quam e recondito originem eius repetat: sed mihi versum Maronis consideranti longe alia sententia animo surgit et incessit: mihi enim videtur Maro innuere Camillam a Casmilla deduci detracta litera: quod cum ita sit, Camillam ut Camaenam esse existimabo, ut Casmillam Casmenam. Nam quae a Latinis postea Camaenae vocatae sunt, ante a cascis priscisque La-

Caelitum camilla, expectata advenis, salve hospita.

Romani quoque pueros et puellas nobiles et investes *camillos* et *camillas* appellant, flaminicarum et flaminum praeministros. Hanc 8 quoque observationem eius non convenit praeterire.

Mos erat, inquit, *Hesperio in Latio, quem protinus urbes*
Albanae coluere sacrum, nunc maxima rerum
Roma colit.

Varro de moribus *morem* dicit *esse in iudicio animi, quem sequi* 9 *debeat consuetudo.* *Iulius Festus de verborum significationibus

Edd. vicabgspdzb.] (A a sec. m.) vl. *Pachubius* P. *paucibius* A. *Pacuvius* Sv3-b. Vid. I, 12, 35. — *Pacuvius in Medea cum de Medea* Serv. — *adveni* s-bP. — *pueros puellas* (om. *et*) AB. *pueros puellasve* v-g. — *appellabant* Serv. — *flamminicarum et flamminium* (del. *i*) A. 8. *Mos*] Aen. VII, 601. 9. *de muneribus*, ut legitur in ed. Ald. Censorini c. 2. pro *de numeris*, legendum esse censet Ritschl. in Ind. lectt. Bonn. a. MDCCCXLV. p. VI. — *esse dicit* Edd. P. — „*Pompeius Festus* iudicatum iam aliis rescribendum videri. At libris auctoribus destitutus quis mutet?“ Pont. Cf. Anton. Augustin. ad Paul. Diac. lib. XI, p. 511. Lind. — „*Libro XI.* tinis Casmenae, ut Varro scribit, dicebantur. Musarum autem et Camaenarum virgini quamvis bellatrici non erat indecorum gerere nomen.“ Quae praeterire nolui, quamquam me non habet consentientem homo doctissimus.

7. *Pacubius, cum de Medea loqueretur*] Serv. l. c. male addit *in Medea.* Varro l. c. habet *in Medio.* Adnotavit Muellerus: „Versus est Pacuvii, cuius *Medii* s. *Medi* multa extat mentio“, et ad VI, 60.: „Etiam apud Festum modo *Medo* modo *Medio* legitur. Hoc inde factum, quod Medeae filius, qui Μήδειος est Hesiodo, Μῆδος dicitur Apollodoro aliisque. *Medea* his locis male illatum est.“

investes] Hildebrandus ad Apul. Metam. V, 28, p. 373. Oud.: *quae puerum ingenuum et investem sollicitavit*, adnotavit haecce: „*Vestis* quum lanuginem malas et inguina vestientem significet, factum est, ut *investis* proprie imberbis sit et impubes, et quia iste Venerem non expertus est, incorruptus et purus. Cf. gloss. Philox. p. 125. *investis*, ἄφϑορος. Optime de hoc vocabulo exposuit Voss. in Etym. s. v. *vestis* p. 554.“

camillos et camillas] „Iterum Varro [l. c.]: *Camillam qui glossemata interpretati sunt dixerunt administram.* Et statim: *Dicitur in nuptiis Casmillus qui cumerum fert, in quo quid sit in ministerio plerique extrinsecus nectunt.* Sed bene emendatum Scaligero: *extrinsecus nesciunt.* Et forte insuper faciendum: *in quo quid insit mysterii.*“ Pont. — Cf. Fest. ap. Paul. lib. III, p. 63. Muell. *Cumeram vocabant antiqui vas quoddam quod opertum in nuptiis ferebant, in quo erant nubentis utensilia, quod et camillum dicebant, eo quod sacrorum ministrum κάσμιλον appellabant*, et p. 43 *Camillus proprie appellatur puer ingenuus*, et lib. VI, p. 93. *Flaminius camillus puer dicebatur ingenuus patrimes et matrimes, qui flamini Diali ad sacrificia praeministrabat, antiqui enim ministros camillos dicebant. Alii dicunt omnes pueros ab antiquis camillos appellatos, sicut habetur in antiquo carmine, quum pater filio de agricultura praeciperet: Hiberno pulvere, verno luto, grandia farra, camille, metes.* In Comm. Serv. ad Georg. I, 101. eidem versui qui legitur etiam apud Macrobium V, 20, 19. additur: *Camillus adulescens est.* Cf. Scaliger ad Varron. l. c. et Hartung. I, p. 157 sq. II, p. 71 sq. Mueller. Etr. II, p. 70 sqq.

9. *Varro ... consuetudo*] Serv. ad h. Virg. l.: *Varro vult morem communem consensum omnium simul habitantium, qui inveteratus consuetudinem facit.*

* *Iulius Festus*] Hoc nomen quin corruptum sit, non dubito; nam

libro tertio decimo: *Mos est*, inquit, *institutum patrium, pertinens*
10 *ad religiones cerimoniasque maiorum.* Ergo Virgilius utrumque auctorem secutus, et primo quidem Varronem, quoniam ille dixerat morem praecedere, sequi consuetudinem, postquam dixit: *Mos*
[24] *erat*, subiunxit: *Quem protinus urbes Albanae coluere*, et: *Nunc*
11 *maxima rerum Roma colit*, quo perseverantiam consuetudinis monstrat. Et quoniam Festus pertinere ad cerimonias ait, hoc idem docuit Maro adiciendo *sacrum:*

— *Quem protinus urbes*
Albanae coluere sacrum.

12 Mos ergo praecessit et cultus moris secutus est, quod est consuetudo: et hic definitionem Varronis inplevit. Adiciendo deinde *sacrum* ostendit morem cerimoniis dicatum, quod Festus adseruit.
13 Idem observavit et in duodecimo libro, cum ait:

— *Morem ritusque sacrorum*
Adiciam,

14 in quo ostendit aperte morem esse ritus sacrorum. Sed historiae quoque fidem in his versibus secutus est:

Mos erat Hesperio in Latio, et reliqua.

Servavit enim regnorum successionem: quippe primi regnaverunt Latini, deinde Albani, et inde Romani. Ideo: *Mos erat*, primum dixit, *Hesperio in Latio*, et postea: *Quem protinus urbes Albanae coluere sacrum;* deinde subiecit: *Nunc maxima rerum Roma colit.*

[25] IX. *Excessere omnes adytis arisque relictis*
Di quibus imperium hoc steterat.

Et de vetustissimo Romanorum more et de occultissimis sacris

[Mss. ABGPS.

scribo. Librarii nimium quantum supini in unitatis nota scribenda. De Iulio Festo mendam esse olim notavit vir magnus." Meurs. — *decimotertio* h. — *Mos ... maiorum*] Fest. lib. XIII, p. 157. Muell. — *pertinens* om. P. — *ceremonias* ch-g. *caerimonias* b. 10. *auctorum* B. *actorem* G. — *quando ille* G. — *subiunxit* om. S. — *Nunc* (om. *et*) S. *et* (om. *Nunc*) G. — *quod* s-bP. — *demonstrat* G. 12. *esse dicatum* s-bP. 13. *servavit* v-g. — *in duodecimo libro*] v. 836. — *in quo .. sacrorum* om. P. 14. *historiae quidem fidem* v. — *inde Albani* ASv-g. — *quem protinus una Albani coluere viri* ABGPv („B" *unam*).

IX. *Caput IX. De carmine quo evocari solebant dii tutelares et aut urbes aut exercitus devoveri.* ch-b. 1. *Excessere*] Aen. II, 351. — *ista*

vix putaverim Macrobium ipsum, qui Festum c. 3. § 10. et c. 5. § 7. recte nominaverit *Pompeium*, hoc nomen h. l. confudisse cum *Iulii* (Caesaris) nomine: sed quomodo emendandum sit, nescio. Fortasse Macrobius posuerat praenomen *Sextus*, idque scriptum vi.tvs mutatum est in ivlivs.

11. *sacrum*] Aut hoc verbum omitti poterat, aut quae deinde repetuntur Virgilii verba. Cf. c. 5. § 5.

12. *hic*] h. e. haec dicendo, opponitur enim id quod sequitur: *Adiciendo deinde.*

13. *in quo ostendit aperte morem esse ritus sacrorum*] Hanc interpretationem non admittit particula *que*.

14. *Servavit enim regnorum successionem*] Poterat Macrobius etiam h. l. comparare Aen. XII. v. 826 sq.: *Sit Latium, sint Albani per secula reges, Sit Romana potens Itala virtute propago.*

IX, 1. *de vetustissimo Romanorum more et de occultissimis sacris*]

vox ista prolata est. Constat enim omnes urbes in alicuius dei 2
esse tutela, moremque Romanorum archanum et multis ignotum
fuisse ut, cum obsiderent urbem hostium eamque iam capi posse
confiderent, certo carmine evocarent tutelares deos: quod aut ali-
ter urbem capi posse non crederent, aut etiam, si posset, nefas
aestimarent deos habere captivos. Nam propterea ipsi Romani et 3
deum in cuius tutela urbs Roma est et ipsius urbis Latinum no-
men ignotum esse voluerunt. Sed dei quidem nomen nonnullis 4
antiquorum, licet inter se dissidentium, libris insitum: et ideo ve-

Edd. vicahgspdzb.]
om. v. 2. *certo certamine* S. — *invocarent* G. — *posse capi* A. — *aut si posset* (om. *etiam*) s-bP. *aut etiam si posset etiam* S. — *existimarent* Sv3-gb. *extimarent* v1. 3. *ut ipsius* s-z. 4. *dei quidem* (om. *nomen*) S. — *licet* om. S. — *diffidentium* v1. — *vetustas* ABGSv-g.

Cf. Plin. N. H. XXVIII, 2. s. 4. § 18. *Verrius Flaccus auctores ponit, quibus credat in oppugnationibus ante omnia solitum a Romanis sacerdotibus evocari deum cuius in tutela id oppidum esset, promittique illi eundem aut ampliorem apud Romanos cultum. Et durat in pontificum disciplina id sacrum, constatque ideo occultatum, in cuius dei tutela Roma esset, ne qui hostium simili modo agerent.* Exemplum talis evocationis vide apud Livium V, 21, 3. *Te simul, Iuno regina, quae nunc Veios colis, precor, ut nos victores in nostram tuamque mox futuram urbem sequare: ubi te dignum amplitudine tua templum accipiat,* et § 5. *Veientes ignari ... deos votis ex urbe sua evocatos hostium templa novasque sedes spectare.*

2. *quod ... nefas aestimarent deos habere captivos*] Cf. Serv. ad h. Virg. l.: *Quia ante oppugnationem evocabantur ab hostibus numina propter vitanda sacrilegia.* Pontanus contulit Arnobium [VI, 3]. *Ista non prima et maxima contumelia est, habitationibus deos habere districtos?* et Cyprian. de idol. vanit.: *Cum homo latius maneat, qui intra unam aediculam vim tantae maiestatis includat?* Poterat addere eiusdem libri Arnobiani capp. 17, 18, 23, ubi quaeritur, sintne simulacra pro ipsis diis habenda.

3. *deum ... ignotum esse voluerunt*] Vid. Plinii quae supra attuli et Serv. l. c.: *Inde est, quod Romani celatum esse voluerunt, in cuius dei tutela urbs Roma sit, et iure pontificum cautum est, ne suis nominibus dii Romani appellarentur, ne exaugurari possint; et in Capitolio fuit clypeus consecratus cui inscriptum erat:* GENIO URBIS ROMAE SIVE MAS SIVE FEMINA, *et pontifices ita precabantur: Iuppiter optime maxime, sive quo alio nomine te appellare volueris.* *Nam et ipse ait: Sequimur te, sancte deorum, Quisquis es.* Cf. Plutarch. Quaest. Rom. c. 61., ubi fere eadem leguntur.

ipsius urbis Latinum nomen] *Valentiam* hoc fuisse dicit Solinus c. 1., qui praeterea secutus est Plinium, qui N. H. III, 5. s. 9. § 65. Sill.: *Roma ipsa,* inquit, *cuius nomen alterum dicere arcanis caerimoniarum nefas habetur, optimaque et salutari fide abolitum enuntiavit Valerius Soranus, luitque mox poenas. Non alienum videtur inserere hoc loco exemplum religionis antiquae ob hoc maxime silentium institutae. Namque diva Angerona, cui sacrificatur a. d. XII. Kal. Ian. ore obligato obsignatoque simulacrum habet.* Valerium Soranum nominat etiam Plutarch. l. c. Apud Servium ad Aen. I, 277. tribunus plebis dicitur fuisse. Aliter Laurent Lyd. IV, 50.: *Ὀνόματα δὲ τῇ πόλει τρία, ... τελεστικὸν μὲν, οἱονεὶ Ἔρως, ... ἱερατικὸν δὲ Φλῶρα, ... πολιτικὸν δὲ Ῥῶμα, καὶ τὸ μὲν ἱερατικὸν πᾶσιν ἦν δῆλον καὶ ἀδεῶς ἐξεφέρετο, τὸ δὲ τελεστικὸν μόνοις τοῖς ἀρχιερεῦσιν ἐξάγειν ἐπὶ τῶν ἱερῶν ἐπετέτραπτο:* ubi Roetherus adnotavit nomen ROMA, si retrorsum legeretur, fieri AMOR.

4. *insitum*] Dicendum erat *insertum.* Sed in tanto omnium exemplarium consensu nolui quidquam mutare.

tusta persequentibus quicquid de hoc putatur innotuit. Alii enim Iovem crediderunt, alii Lunam: sunt qui Angeronam, quae digito ad os admoto silentium denuntiat: alii autem, quorum fides mihi
5 videtur firmior, Opem Consiviam esse dixerunt. Ipsius vero urbis nomen etiam doctissimis ignoratum est, caventibus Romanis ne quod saepe adversus urbes hostium fecisse se noverant idem ipsi quoque hostili evocatione paterentur, si tutelae suae nomen
6 divulgaretur. Sed videndum ne quod nonnulli male aestimaverunt
[26] nos quoque confundat, opinantes uno carmine et evocari ex urbe aliqua deos et ipsam devotam fieri civitatem. Nam repperi in libro quinto Rerum reconditarum Sammonici Sereni utrumque carmen, quod ille se in cuiusdam Furii vetustissimo libro repperisse
7 professus est. Est autem carmen huiusmodi quo di evocantur, cum oppugnatione civitas cingitur: SI DEUS SI DEA EST CUI POPULUS CIVITASQUE CARTHAGINIENSIS EST IN TUTELA, TEQUE MAXIME, ILLE QUI URBIS HUIUS POPULIQUE TUTELAM RECEPISTI, PRECOR VENERORQUE VENIAMQUE A VOBIS PETO UT VOS POPULUM CIVITATEMQUE CARTHAGINIENSEM DESERATIS, LOCA TEMPLA SACRA URBEMQUE

[Mss. ABGPS.
— *putant* Angl. — *mihi fides* v-g. 5. *ignotum* s-bP. — *quoque ipsi* S. 6. *male* om. v3. — *existimaverunt* Sv3-g. *extimaverunt* v1. — *rerum conditarum* BG. *reconditarum* (om. *rerum*) v1. — *quo ille* (om. *se*) P. 7. POPOLVS (sic semper) s-bP. — *carthaginensis* S. *Kartaginiensis* (del. *i*) A. — *tuque* S. — *ille* add. a sec. m. A. — *carthaginensem* S. *Kartaginensem* A. *carthaginiensium* v-g. 8. *civitatique*

vetusta] Sic inde ab ed. Steph. legitur fortasse e cod. P. Quod in codicibus mss. ceteris et in edd. vett. est, *vetustas*, non revocandum esse censui, quia nec *vetustas* .. *innotuit* commodum praebet sensum, si pro substantivo hoc nomen habemus, nec, si pro adiectivo, ellipsis nominis *res* ferri potest.

Iovem] Cf. Serv. l. c. ad § 3.

Lunam] Hoc quis docuerit, nescio. Complura templa eam habuisse Romae constat. Fortasse cogitandum est de Iunone Lucina, cf. Varr. L. L V, § 69. Aram, ut aliis diis, Lunae dedicatam esse a Tatio rege refert idem ib. § 74. et Dionys. Halic. II, 50. Vid. Hartung. II, p. 83 sq.

Angeronam] „Variae super hac dea opiniones. Scaliger ad Varron. [p. 130. ed. Bip.] amat rescribere: *Angenora*, quia cohibet os, et dea sit ἐχεμυθίας, unde Sophocles [Oed. Col. v. 1052.] ὡς καὶ χρύσεα κλῇς ἐπὶ γλώσσᾳ βέβακεν. Glossarius consilii atque oportunitatum deam facit. *Angerona*, inquit, ἡ θεὸς τῆς βουλῆς καὶ καιρῶν. Quod Conso tribuit in *Consualia* Festus. *Consi*, inquit, *quem deum consilii putabant*.“ PONT. — Quae praeterea attulit Pontanus, ea leguntur lib. I, c. 10. § 7 sqq. Vid. not. ad illum locum et ad h. cap. § 3. Klausen. Aen. p. 1037.

Opem Consiviam] Cf. I, 10, 19 sqq. et 12, 21 sq. et Varr. L. L. VI, § 21. *Opeconsiva dies ab dea Ope Consivia, quoius in Regia sacrarium, quod ita actum, ut eo praeter virgines Vestales et sacerdotem publicum introeat nemo.* Fest. lib. XIV, p. 186. Muell. *Opima spolia dicuntur originem quidem trahentia ab Ope Saturni uxore, quod ipse sacrorum cultor habetur ... Itaque illa quoque cognominatur Consiva, et esse existimatur terra: ideoque in Regia colitur a P. R., quia omnes opes humano generi terra tribuat.* Hartung. II, p. 130. Creuzer. Symb. III, p. 498 et 714.

6. *utrumque carmen*] In nostrum sermonem conversa leguntur apud E. v. Lasaux, Ueber den Fluch bei den Griechen u. Roemern. Würzb. 1843. 4. p. 17 sq. Cf. Pellegrin. Andeut. p. 23. Hartung. R. R. I, p. 106.

EORUM RELINQUATIS ABSQUE HIS ABEATIS, EIQUE POPULO CIVI- 8
TATI METUM FORMIDINEM OBLIVIONEM INICIATIS, PRODITIQUE ROMAM AD ME MEOSQUE VENIATIS, NOSTRAQUE VOBIS LOCA TEMPLA SACRA URBS ACCEPTIOR PROBATIORQUE SIT, MIHIQUE POPULOQUE ROMANO MILITIBUSQUE MEIS PRAEPOSITI SITIS UT SCIAMUS INTELLIGAMUSQUE. SI ITA FECERITIS, VOVEO VOBIS TEMPLA LUDOSQUE FACTURUM. In eadem verba hostias fieri oportet auctoritatemque 9
videri extorum, ut ea promittant futura. Urbes vero exercitusque sic devoventur iam numinibus evocatis, sed dictatores imperatoresque soli possunt devovere his verbis: DIS PATER VEIOVIS MANES, 10
SIVE QUO ALIO NOMINE FAS EST NOMINARE, UT OMNES ILLAM UR- [27]
BEM CARTHAGINEM EXERCITUMQUE QUEM EGO ME SENTIO DICERE FUGA FORMIDINE TERRORE CONPLEATIS, QUIQUE ADVERSUM LEGIONES EXERCITUMQUE NOSTRUM ARMA TELAQUE FERENT, UTI VOS EUM EXERCITUM EOS HOSTES EOSQUE HOMINES URBES AGROSQUE EORUM ET QUI IN HIS LOCIS REGIONIBUSQUE AGRIS URBIBUSVE HABI-

Edd. vicahgspdzb.]
v3-b. — *metum* om. P. — *ad me nosque* S. — *mihi quoque* (B del. *quo*; G *quo* a sec. m.) v-g. — *romanoque populo* A. — *ludos templaque* G.
9. *se dictatores* P. 10 *pater ve iovis* AM3 (M1 sup. *sive*) *paterve iovis* BG. *pater vel iovis* P. *pater sive Iovis* Sv-gM2. — *SIVE VOS* s-bP. — *terrorum* (sup. *e*) B. *TERROREQUE* s-bP. — *adversus* Av-g. — *eos exercitus* Sv-g. — *eosque hostes* v. — *urbibusque* Sv-g. — *illis legibus*

8. *voveo vobis templa ludosque facturum*] Cf. Arnob. III, 38. *Cincius numina peregrina novitate ex ipsa appellata pronuntiat; nam solere Romanos religiones urbium superatarum .. consecrare.* Interpretes contulerunt Prudent. contra Symmach. II, 18. *Innumeros post deinde deos virtute subactis Urbibus ex claris peperit sibi Roma triumphis. Inter fumantes templorum armata ruinas Dextera victorias simulacra hostilia cepit. Et captiva domum venerans ceu numina vexit.*

9. *In eadem verba hostias fieri oportet auctoritatemque videri extorum*] Plus uno modo haec verba me offendunt. Nam *in eadem verba* commode tantum dicitur in actionibus quae ipsae verbis efficiuntur. Cf. Liv. XXXI, 9, 9. *Vovit in eadem verba consul*, et reliqua exempla quae congessit Handius Tursell. III, p. 324. Deinde *hostiae* alias non dicuntur *fieri*, sed aut *caedi* aut *mactari* aut *feriri*, quod verbum forsitan quis pro illo ponere maluerit: *exta* denique alias dicuntur *inspici*.

10. *DIS PATER*] Is mortis deus dicitur Comm. I, 11. §§ 2 et 4.

VEIOVIS] Hic, qui etiam *Vedius* est nominatus, etiam ex inferis erat diis. Cf. Mueller. Etrusk. II, p. 59 sq., qui citavit Martian. II, § 166. *Idem Pluton, quem etiam Ditem Veiovemque dixere.* Idem I, § 58. eius meminit, ubi Koppius citavit Cic. N. D. III, 24., P. Victor. urb. Rom. reg. 8., Plin. N. H. XVI, 40. s. 79., Gell. V, 12. Fest. s. v. *vesculi*. Ovid. Fast. III, 430, 437, 440. Praeterea vid. Merkel. ad Ovid. Fast. p. ccxiii., Klausen. p. 1082 sqq. Hartung. II, p. 53 sqq.

MANES] Cf. I, 13, 3. Comm. I, 12, 4. Muellerus Etrusk. II, p. 95. *Manes* dicit idem valere ac θεοὺς τοὺς χρηστούς, quod congruit cum iis quae docet Macrobius I, 3, 13.

QUEM EGO ME SENTIO DICERE] Haec formula infra repetitur, et legitur in verbis quibus arcem a Romanis inauguratam esse retulit Varro L. L. VII, § 8.: *Olla veter arbos, quirquir est, quam me sentio dixisse*, ubi eam vertit Muellerus (quem vid.) Etrusk. II, p. 133. „*was ich damit genannt haben will*“, Lasaulx h. l. „*welches* (infra: *die*) *ich meine*.“

FUGA FORMIDINE TERRORE] Inest quoddam ὕστερον πρότερον, nam a terrore nascitur formido, e formidine fuga, sed id quod summum est primo loco est positum. Cf.

TANT ABDUCATIS LUMINE SUPERO PRIVETIS EXERCITUMQUE HOSTIUM URBES AGROSQUE EORUM QUOS ME, SENTIO DICERE, UTI VOS EAS URBES AGROSQUE CAPITA AETATESQUE EORUM DEVOTAS CONSECRATASQUE HABEATIS OLLIS LEGIBUS QUIBUS QUANDOQUE SUNT MAXIME HO-
11 STES DEVOTI. EOSQUE EGO VICARIOS PRO ME FIDE MAGISTRATUQUE MEO PRO POPULO ROMANO EXERCITIBUS LEGIONIBUSQUE NOSTRIS DO DEVOVEO, UT ME MEAMQUE FIDEM IMPERIUMQUE LEGIONES EXERCITUMQUE NOSTRUM QUI IN HIS REBUS GERUNDIS SUNT BENE SALVOS SIRITIS ESSE. SI HAEC ITA FAXITIS UT EGO SCIAM SENTIAM INTELLEGAMQUE, TUNC QUISQUIS HOC VOTUM FAXIT UBI FAXIT RECTE FACTUM ESTO OVIBUS ATRIS TRIBUS. TELLUS MATER TEQUE IUPPI-
12 TER OBTESTOR. Cum Tellurem dicit, manibus terram tangit: cum Iovem dicit, manus ad caelum tollit: cum votum recipere dicit,
13 manibus pectus tangit. In antiquitatibus autem haec oppida inveni devota: * Stonios Fregellas Gavios Veios Fidenas, haec intra
[28] Italiam, praeterea Carthaginem et Corinthum; sed et multos exercitus oppidaque hostium Gallorum Hispanorum Afrorum Mauro-
14 rum aliarumque gentium quas prisci locuntur annales. Hinc ergo est quod propter huiusmodi evocationem numinum discessionemque ait Virgilius:

[Mss. ABGPS.

v3-bP. — *quandocumque* vl. 11. *et pro populo* v-g. — *deo devoveo* A. „Angl.“ — *sinetis* B (AG a p. m.; v *nos iri sinetis esse*). *sinatis* Si-g. — *votum hoc* ASv-g — VBI. VBI s-bP. — *o tellus* S. 13. *Stonios* ABGv-gM3P26. *Sconios* P5. *stoinos* M1. *stomos* SM2P7. *Tonios* s-bP. — *Figellas* P5. — *Gabios* Edd. *Cavios* AGM23 (B *fregella. scaviosve. ios*). *caivos* M1. *scaivos* P2. *canios* P5. *Camos* S. — *vehios* M2. om. P7. — *quos* (sup. *a*) B. 14 *est ergo* Sv-a. — *eiusmodi* Edd. — * *numinumque discessionem* vi. *numinum discessionem* (om. *que*) G. — *assignaret* v-g. 15. *Ferus*] Aen. II, 326.

Cic. p. Rosc. Am. 2, 5. *Forsitan quaeratis qui iste terror sit et quae tanta formido*. Lasaulx minus bene vertit: „*Flucht, Furcht, Erstarrung*.“

ABDUCATIS] Sc. vobiscum ad inferos. Cf. Freund. lex. s. h. v., ubi inter alia citantur verba epitaphii Scipionis Barbati OPSIDESQUE ABDOUCIT. Nos: „*Der Teufel soll sie holen*.“ Lasaulx laxius „*wegführen*“.

AETATESQUE] sc. omnes. Cf. Tac. Hist. III, 68. *Innoxiam liberorum aetatem miserarentur*.

11. VICARIOS] Hanc vocem Turnebus Adv. XVIII, 4. sic interpretatur: „qui in vicem aliorum exitio pestique devoventur, quae aliis erant eventura.“ Cf. Quintil. Decl. IX, 22. *Perituri vitam mariti vicaria morte sua redemit*.

FIDE MAGISTRATUQUE MEO] i. e. fide mea atque publica. Infra: *meamque fidem imperiumque*.

OVIBUS ATRIS] atrae sunt, quia immolantur diis inferis. Cf. Virg. Georg. IV, 547. *Et nigram mactabis ovem*, et Lucret. III, 52. *Et nigras mactant pecudes et Manibus divis Inferias mittunt*. et interpretes Horatii ad Od. III, 8, 6. Hartung. I, p. 163.

12. *manibus terram tangit*] Cf. I, 10, 21. et Hartung. I, p. 175. et II, p. 84.

13. * *Stonios*] Sic scripsi cum plerisque codd. mss. Sed genuinum hoc nomen esse non dixerim. Quis enim unquam huius nominis urbem commemoravit? Nam quod legitur in Livii lib. LXII. epitome: *Q. Marcius consul Stoenos, gentem Alpinam*, et apud Stephanum Byzantinum p. 681.: Στονῖνος πόλις Λιγύρων· οἱ πολῖται Στονῖνοι, id huc referri vix potest, quum intra Italiam hoc oppidum situm esse dicat Macrobius, et consulatus Q. Marcii Regis cadat in an-

Excessere omnes adytis arisque relictis
Di,

et ut tutelares designaret, adiecit:

quibus imperium hoc steterat.

Utque praeter evocationem etiam vim devotionis ostenderet, in 15
qua praecipue Iuppiter, ut diximus, invocatur, ait:

— Ferus omnia Iuppiter Argos
Transtulit.

Videturne vobis probatum sine divini et humani iuris scientia non 16
posse profunditatem Maronis intellegi?

X. Hic cum omnes concordi testimonio doctrinam et poetae 1
et enarrantis aequarent, exclamavit Evangelus diu se succubuisse patientiae, nec ultra dissimulandum, quin in medium detegat inscientiae Virgilianae vulnera. *Et nos*, inquit, *manum ferulae* ali- 2
quando *subduximus*, et nos cepimus pontificii iuris auditum: et ex his quae nobis nota sunt Maronem huius disciplinam iuris [29]
nescisse constabit. Quando enim diceret, 3

Caelicolum regi mactabam in litore taurum,

Edd. vicahgspdzb.]

X. *Caput X. Cur Vergilius tertio Aeneidos fecerit Iovi immolari taurum: et quibus diis tauri immolari soleant.* ch-b. 1. *Hi cum* h. *Nam cum* BG. — *et narrantis* Sv-g. *et enarrentis* A. — *exclamat* Bs-bP. — *vulnus* s-bP. 2. *aliquando ferulae* G. — *aditum* B sup. add. *u*; G eras. *u*. — *nota sunt nobis* v-g. — *se nescisse* G. 3. *Cae-*

num U. C. DCXXXV., non ergo ad ea tempora pertineat, ut hoc nomen primo loco fuerit ponendum.

14. *Excessere omnes adytis*] „Quid etiam hic ex Aeschyli interprete observet Turnebus, videndum Adversar. XIV. cap. 15. Adi item Camerar. lib. I. cap. 10. parte secunda Meditationum historicarum, qui ex SS. Scripturis non dissimilia adducit de vocatione deorum dearumque ex urbibus obsessis" Pont. — Locus Aeschyli, ad quem respexit etiam Muretus Var. Lect. V, 19., est Sept. c. Theb. 203 sq. *'Αλλ' οὖν θεοὺς Αὐτοὺς ἁλούσης πόλεος ἐκλείπειν λόγος*, et Muretus attulit scholion: *Λέγεται γὰρ ὅτι, ὅταν ἔμελλε πορθηθῆναι ἡ Τροία, ἐφάνησαν οἱ θεοὶ τοῖς Τρωσὶν ἀνελόμενοι, ἐκ τῶν ναῶν τὰ ἀγάλματα αὐτῶν*, Turnebus: *Εἴρηται δὲ καὶ ἐν Ξοανοφόροις Σοφοκλέους ὡς οἱ θεοὶ ἀπὸ τῆς 'Ιλίου φέρουσιν ἐπὶ τῶν ὤμων τὰ ἑαυτῶν ξόανα, εἰδότες ὅτι ἁλίσκεται.*

X, 1. *Hic*] Cf. II, 1, 1.

se succubuisse patientiae] i. e. se esse impatientem.

inscientiae Virgilianae vulnera] Haec metaphora est audacior, et iniuria ea translata est in alterum locum, ubi vulgo legitur, I, 24, 6.

2. *Et nos, inquit, manum ferulae aliquando subduximus*] „D. Hieronymus ad Domnionem: *Et nos didicimus litteras, et nos saepe manum ferulae subduximus.* Sidonius Apollinaris lib. II, Epist. ad Hesperium suum: *Nam cum videmus in huiusmodi disciplinam iuniorum ingenia succrescere, propter quam nos quoque subduximus ferulae manum, copiosissimum fructum nostri laboris adipiscimur.* Aspexere omnes Iuvenalem Sat. I. [v. 15.] *Et nos ergo manum ferulae subduximus.* Iuvenalis, ni fallor, illud Timoclis apud Athenaeum [lib. XIII, p. 571. a.] *Πληγὰς λαβεῖν ἁπαλαῖσι χερσὶν ἡδύ γε.*" Pont. — Heinrichius ad Iuven. l. c. confert Horatianum (A. P. 415.) illud: *Et ego didici extimuique magistrum.*

cepimus ... auditum] Hanc vel similem dicendi formulam nusquam me legere memini, nisi forte comparandum est *capere somnum* vel *cibum*, similia. An verum est id quod legitur in cod. Bamb. a

si sciret taurum immolari huic deo vetitum, aut si didicisset quod Atteius Capito conprehendit? Cuius verba ex libro primo de iure sacrificiorum haec sunt: *Itaque Iovi tauro verre ariete immo-*
4 *lari non licet.* Labeo vero sexagesimo et octavo libro intulit *nisi Neptuno Apollini et Marti taurum non immolari.* Ecce pontifex tuus quid apud quas aras mactetur ignorat, cum vel aedituis haec
5 nota sint et veterum non tacuerit industria. Ad haec Praetextatus renidens: Quibus deorum tauro immoletur, si vis cum Virgilio communicare, ipse te docebit:

Taurum Neptuno, taurum tibi, pulcher Apollo.

6 Vides in opere poetae verba Labeonis? Igitur ut hoc docte ita illud argute. Nam ostendit deo non litatum ideo secutum

Horrendum dictu et visu mirabile monstrum.

7 Ergo respiciens ad futura hostiam contrariam fecit. Sed et noverat hunc errorem non esse inexpiabilem. Atteius enim Capito, quem in acie contra Maronem locasti, adiecit haec verba: *Si quis forte tauro Iovi fecerit, piaculum dato.* Committitur ergo res non quidem inpianda, insolita tamen: et committitur non ignorantia, sed ut locum monstro faceret secuturo.

[Mss. ABGPS.

licolum] Aen. III, 21. — *taurum* BGSv-g (M1 a sec. m.) M2P26. *tauro* As-bP (M1 a p. m.) M3P5. — *si comprehendisset* Ps-z. „Ed. vet. *didicisset.* Quod praeferendum videtur propterea quod statim sequitur *comprehendit.* Nam noster, ut aliquoties monuimus, studio commutate dicendi trahitur maxime.“ Zeun. 4. *innuit* g in mg. — *quidem apud* v. 5 *immoletur tauro* Sv-g. *taurus immoletur* G in mg., ubi leguntur omissa verba *haec .. si vis.* — *Taurum*] Aen. III, 119. 6. *ideo non* Mss. v-z. — *deo* b. — *Horrendum*] Aen. III, 26. — *et dictu video* Virg. l. c. 7. *esse non expiabilem* (sup. add. *in*) G. — *in aciem* S. — *tauro* (om. *Iovi*) v. *Iovi tauro* i-g. — *piaculum esto* S (g in mg.). — *monstro locum* v-g. — *futuro* M.

prima et in Gud. a secunda manu, *aditum?*

3. *si sciret taurum immolari huic deo vetitum*] Cf. Serv. ad h. Virg. l.: *Contra rationem Iovi taurum sacrificat ... Ubique enim Iovi iuvencum legimus immolatum, ut* IX, 627., Ecl. III, 87., *Iuvenalis* XIII, 9. *Nam in victimis etiam aetas est consideranda.* — *Taurum*, accusativo casu, legitur etiam infra § 4. et c. 6, 4., sed in Capitonis verbis et § 5. *tauro.*

4. *intulit*] Cf. c. 1. § 8. *ita infert.*

Ecce pontifex tuus] Cf. prolegg. p. xli. et I, 24, 16.

et .. non tacuerit] i. e. neque ea tacuerit.

5. *Ad haec .. renidens*] Cf. I, 4, 4.

si vis cum Virgilio communicare] „Pro: si a Virgilio discere cupias.“ Pont. — Cf. c. 3. § 8. Virgilii hunc versum Macrobius commemorat etiam V, 13, 11.

6. *deo non litatum*] Cum editore Bipontino, quem merito offendit quod vulgo legitur duplex *ideo*, sic scripsi: nam ut absolute dici potest *litari*, ita addi potest dativus casus. Cf. Cic. Div. II, 17, 38.: *Quid? quum pluribus diis immolatur, qui tandem evenit, ut litetur aliis, aliis non litetur?* et Plin. N. H. X, 28. s. 40. *litatum est ei deo:* Ceterum conf. c. 5. § 4.

ideo] i. e. ob id ipsum, ut indicaretur deo non esse litatum.

secutum .. monstrum] Haec sunt iungenda. Conf. huius capitis finem et sequentis principium, et Servium qui l. c.: *Adeo*, inquit, *et hinc putetur subsecutum esse prodigium.* Non recte ergo vulgo ponitur colon post *secutum*, quasi idem valeat atque *ea quae sequuntur.*

hostiam contrariam fecit] Intelligas: immolantem poeta.

XI. Subiecit Evangelus: Si eventu excusantur inlicita, dic, [30] quaeso, quod erat monstrum secuturum et cum Cereri libari vino iuberet, quod omnibus sacris vetatur?

Cui tu lacte favos et miti dilue Baccho.

Vinum autem Cereri non libari debuit illum vel Plautus docere, 2 qui in Aulularia ait:

Cererin', Strobile, hi sunt facturi nuptias?
[*Qui?*] *Quia temeti nihil adlatum video.*

At hic vester, flamen et pontifex et omnia, tam quid immoletur 3 quam quid libetur ignorat, et, ne non ubique in libando pari errore sit devius, in octavo ait:

In mensam laeti libant, divosque precantur,

cum non in mensam sed in aram secundum morem libare debuerint. Ut prius tibi, Praetextatus inquit, de posteriore quaestione 4 respondeam, fateor te non inmerito de usurpata in mensam libatione quaesisse; ampliusque speciem difficultatis auxeras, si magis Didonem in mensam similiter libantem notasses:

Dixit, et in mensam laticum libavit honorem. [31]

Nam et Tertius, cum de ritu sacrorum multa dissereret, ait sibi 5 hunc locum in quaestionem venire, nec tamen haesitationem suam requisita ratione dissolvit. Ego autem quod mihi magistra lectione compertum est publicabo. In Papiriano enim iure evidenter relatum est arae vicem praestare posse mensam dicatam.

Edd. vicahgspdzb.]

XI. *Caput XI. Quod Vergilius illo versu primi Georgicon, Cui tu lacte* (ch *rite*) *favos et miti dilue Baccho, significarit* (s-z *significavit*), *Cereri mulso litandum esse. Tum quomodo et in primo et in octavo libro Aeneidos in mensam libari faciat, cum in aram tantum esset libandum.* ch-b. 1. *ut cum* P. — *Cui*] Georg. I, 344. 2. *in Aulularia*] II, 6, 5. — *Cererin strobile* P. *cerer in strobile* A (B a p. m.) S. *cereri instrobile* B a sec. m.; G a p. m. *cereri vin strobile* G a sec. m. *Cererin' mi Strobile* Edd. — *istas* vel *has facturi* (om. *hi sunt*) Edd. Plaut. *has facturi* Fest. lib. XX, p. 364. Muell. — *Qui* om. Mss. v1. — *video* ABGSv1 et Fest. l. c. *iubeo* P. *intellego* v3-b Edd. Plaut. Serv. ad h. Virg. l. 3. *tamen quid* B. — *quam que* B. — *in octavo*] v. 279. 4. *us. in mensa lib.* S. — *hauseras* S. — *in mensa sim.* v-g. — *Dixit*] Aen. I, 736. — *et in mensa* v-g. 5. *tercius* M3. *Publius* (i *pub.*; c-g *P.*) *Tertius* v-g. *p* (i. e. *pro*) *tercius* „B". *terentius* G. *terentianus* M2. M. Hertz. de Cinciis p. 39. videtur flagitare ut legatur *P. Titius.* — *in quaestione* Edd. — *venisse* s-bP. — *quid mihi* v-g. 6. *Populo-*

XI, 1. *quod omnibus sacris vetatur*] Aliter Servius ad h. Virg. l.: *Nam superfluum est quod quidam dicunt contra religionem dixisse Virgilium* [*licere*] *Cereri de vino sacrificari: pontificales namque hoc non vetant libri. Quod autem ait Plautus, cuius illi utuntur exemplo: Cererine nuptias facturi estis? Qui? Quia temeti nihil allatum intelligo, non est huic loco contrarium. Nam aliud est sacr*[*ifici*]*um, aliud nuptias Cereris celebrare: in quibus revera vinum adhibere nefas fuerat.*

3. *hic vester*] h. l. et c. 12. § 1. in ore Evangeli idem valet ac quem vos praedicatis. Sed vid. V, 2, 15. *et omnia*] Cf. Ovid. Her. XII, 162. *Qui nobis omnia solus erat.* Liv. XL, 11, 3. *Demetrius iis unus omnia est.*

4. *magis*] idem est ac *potius.* Conf. § 7 sq. et prolegg. p. XLIV.

5. *magistra lectione*] Cf. Virg. Aen. VIII, 442. *arte magistra.*

arae vicem praestare posse men-

6 *Ut in templo,* inquit, *Iunonis Populoniae augusta mensa est. Namque in fanis alia vasorum sunt et sacrae supellectilis, alia ornamentorum: quae vasorum sunt instrumenti instar habent, quibus semper sacrificia conficiuntur, quarum rerum principem locum optinet mensa in qua epulae libationesque et stipes reponuntur: ornamenta vero sunt clypei coronae et huiuscemodi donaria. Neque*

[Mss. ABGPS.

neae ch. — *augustata mensa* legit Turneb. Advers. XVIII, 4. et interpretatur: „ea quae augusta facta est, i. e. quae consecrata est.“ — *semper* om. s-bP. — *constituuntur* (sup. *fici*) S. — *principalem* S. — *ornamento vero* B. — *huiuscemodi* BGv-gbP. *ciuscemodi* SM23. *cuiuscemodi*

sam dicatam] Pontanus confert Petron. [c. 135.]: *Oenothea mensam veterem posuit in medio altari, quam vivis inplevit carbonibus*, ubi videas interpretes: adde Festum ap. Paul. lib. III. p. 64. *Curiales mensae, in quibus immolabantur Iunoni quae Curis appellata est*, ad quae adnotavit Muellerus: „Ita Dionysius II, 50. de Tatio: Ἐν ἁπάσαις δὲ ταῖς κουρίαις Ἥρᾳ τραπέζας ἔθετο Κυριτίᾳ λεγομένῃ αἳ καὶ εἰς τόδε χρόνου κεῖνται,“ et Serv. ad Aen. I, 736. (740.) *Tangit ritum Romanorum qui paniceas sacratasque mensas habebant, in quas libabant*, et ad VIII, 279. quae posui infra. Hartung. I, p. 145.

In Papiriano iure] Cf. Dionys. A. R. III, 36. Συγκαλέσας (ὁ Τύλλος Ὀστίλλιος) τοὺς ἱεροφάντας, καὶ τὰς περὶ τῶν ἱερῶν συγγραφὰς, ἃς Πομπίλιος συνεστήσατο, παρ' αὐτῶν λαβὼν, ἀνέγραψεν εἰς δέλτους· ... ἃς ἀφανισθῆναι συνέβη τῷ χρόνῳ· ... μετὰ δὲ τὴν ἐκβολὴν τῶν βασιλέων εἰς ἀναστροφὴν δημοσίαν αὖθις ἤχθησαν ὑπ' ἀνδρὸς ἱεροφάντου Γαΐου Παπιρίου τὴν ἁπάντων τῶν ἱερῶν ἡγεμονίαν ἔχοντος, et quos praeterea affert Beckerus I, p. 14., Pompon. in Dig. I, 2, 2., et Paulum qui ibid L, 16, 144. commemorat Granii Flacci librum de iure Papiriano; Glück. de iure civili Papiriano Hal. 1780; Einert. de Papirio et iure Papiriano Lips. 1798.; Niebuhr. Röm. Gesch. I, p. 277. Adde Servium ad Virgil. Aen. XII, 836, et Real-Encycl. IV, p. 660.

6. *Iunonis Populoniae*] Cf. Martian. II, § 149. *Populonam plebes* (dicit Iunonem). Apud Arnobium quoque (III, 31.) haec dea dicitur cognominata fuisse *Populonia*. Quid significet hoc cognomen, non liquet. Seneca apud Augustin. C. D. VI, 10. in dearum viduarum numero refert *Populoniam*, quamobrem cum ea Stymphaliorum Ἥραν τὴν χήραν comparat et illud nomen a populando derivat Creuzerus Symb. II, p. 222., ubi Macrobium citat auctorem eius interpretationis, ex qua Iuno dicitur nominata fuisse Populonia, quod e coniugiis nascantur populi; quae unde sumpta sit, nescio. A populo hoc nomen ductum esse statuit etiam Hartung. II, p. 44. Cf. etiam Real-Enc. IV, p. 579.

vasorum sunt et sacrae supellectilis] Cf. Serv. ad Aen. VIII, 279. *inter vasorum supellectilem.* Hand. Tursell. II, p. 478, 7.: „Saepe id quod additur (cum particula *et*) ita comparatum est, ut antecedentem notionem alio nomine declaret, quod alibi verbis *aut*, *id est*, similibus exprimitur.“ et Forcellin. s. v. *vas*: „Quin et omnis generis supellex nonnumquam vasorum nomine venit,“ qui praeter Plaut. Aul. I, 2, 17. et Sen. Benef. I, 1. (ubi Lipsius adnotavit: „*Vasa debitoris*, instrumentum, supellectilem .. Graeci ita laxe etiam τὸ σκεῦος) et Grat. Cyn. 219. affert Ulpian. Dig. XXXIII, 7, 8. *Vasa quae utilia culturae sunt, aratrum, ligones cet.* Nos similiter *Küchengeschirr* et *Ackergeschirr.*

ornamentorum] Cf. Caesar. B. C. II, 18, 1. *Pecuniam omnem omniaque ornamenta ex fano Herculis in oppidum Gadis contulit*, Cic. in Verr. act. II, lib. IV, 32, 71; 46, 103; 55, 123.

epulae] Cf. Hartung. I, p. 164 sqq.

stipes] Cf. Varro L. L. V, 36, 182. *Etiam nunc diis cum thesauris asses dant, stipem dicunt;* Lips. ad Tac. Ann. XIV, 15; Gronov. de pec. vet. IV, 11.

enim dedicantur eo tempore quo delubra sacrantur, at vero mensa arulaeque eodem die quo aedes ipsae dedicari solent, unde mensa hoc ritu dedicata in templo arae usum et religionem optinet pulvinaris. Ergo apud Evandrum quidem fit iusta libatio, quippe apud 7 eam mensam quae cum ara Maxima more utique religionis fuerat dedicata et in luco sacrato et inter ipsa sacra in quibus epulabantur: in convivio vero Didonis, quod tantum regium constat, non etiam sacrum, fuisse, apud humanam mensam in triclinio, non in templo, quia non erat religiosa sed usurpata libatio, solam fecit libasse reginam, in cuius persona nulla observationis necessitas et multa ad usurpandum in potestate permissio. At vero hic 8

— *omnes*

In mensam laeti libant, divosque precantur,

quia quod recte fieri noverat ab omnibus simul in templo epu- [32] lantibus et uni sacratae adsidentibus mensae factum esse memoravit. De illo autem versu: 9

Cui tu lacte favos et miti dilue Baccho,

paucis, quod male accusatur, absolvam. Poeta enim aeque in

Edd. vicahgspdzb.] As-z (M1 *cuisce.*) om. M2. — *enim* om. M2. — *donaria dedicantur* Edd. SM1. — *aedes ipsa* P. — *usum arae* G. 7. *fit vetusta* S. — *in loco* A. — *personam* AS. 8. *omnes*] Aen. VIII, 278. — *in mensa* v-g. — *assistentibus* h. 9. *Cui*] Cf. § 1. — *quod Maro accusatur*

clypei] Cf. Plin. N. H. XXXV, 3. s. 3. § 12. *Suorum vero clypeos in sacro vel publico dicare privatim primus instituit, ut reperio, Appius Claudius, qui consul cum Servilio fuit anno urbis CCLIX. Posuit enim in Bellonae aede maiores suos, placuitque in excelso spectari et titulos honorum legi*, et s. 4. § 13. *Scutis enim, qualibus apud Troiam pugnatum, continebantur imagines, unde et nomen habuere clypeorum, non ut perversa grammaticorum subtilitas voluit, a cluendo.*

coronae] Iovi inprimis in Capitolium coronas aureas mittere solebant Romani. Cf. Liv. II, 22, 6; III, 57, 7; XXXII, 27, 1; XXXVI, 35, 12; XLIII, 6, 7., sed etiam aliis diis, ut Veneri et Cupidini, Plaut. Asin. IV, 1, 58 sq.

donaria] Cf. Liv. XLII, 28, 9. Saepius *dona* dicuntur illa ἀναθήματα.

mensa arulaeque .. dedicari solent] Cf Serv. l. c.: *Apud antiquos inter vasorum supellectilem etiam mensam cum aris mos erat consecrari quo die templum consecrabatur.*

religionem optinet pulvinaris] Qualia diis posita sunt in lectisterniis. Cf. Liv. XXII, 10, 9. et Cic. p. dom. 53. § 136. *Quum .. aram et aediculam et pulvinar .. dedicasset.*

7. *cum ara Maxima*] quae erat in foro Boario. Vid. cap. seq. §§ 1, 3, 4. et c. 6. § 10 sqq.

more utique religionis fuerat dedicata] „Formula dedicationis arae fere talis est: QVANDO TIBI HODIE HANC ARAM DABO DEDICABOQVE, HIS LEGIBVS HISQVE REGIONIBVS [leg. RELIG.] DABO DEDICABOQVE QVAS HIC HODIE PALAM DIXERO, VTI INFIMVM SOLVM HVIVSQVE ARAE TITVLORVMQVE EST. SI QVIS TERGERE ORNARE REFICERE VOLET QVOD BENEFICII CAVSA FIAT IVS FASQVE ESTO. Cetera vide in notis ad Festi scedas.“ PONT.

usurpata libatio] i. e. non religione concessa. Cf. infra: *ad usurpandum*, et Suet. Claud. 25. *usurpare Romana nomina* et *civitatem Romanam usurpantes*. Cod. Iust. VIII, 10, 8. et Ulp. Dig. XLVII, 22, 2.

fecit libasse] Cf. prolegg. p. XL.

8. *hic*] i. e. apud Evandrum.

sacratae mensae] Cf. Serv. l. c. ad § 5.

9. *quod male accusatur, absol-*

rebus doctrinae et in verbis sectator elegantiae, sciens Cereri mulso libari, adiecit: *miti Baccho favos dilue*, scilicet mitescere vinum dicens, cum mulsum coeperit fieri. Nam ita hic *mite* vinum dixit, ut alibi ait *domitum:*

— Et durum Bacchi domitura saporem.

Notum autem esse non diffitebere, quod a. d. duodecimum Kalendas Ianuarias Herculi et Cereri faciunt sue praegnate panibus mulso.

XII. Oportune mehercle, Praetextate, fecisti Herculis mentionem, in cuius sacra hic vester gemino errore commisit:

Tum Salii ad cantus incensa altaria circum
Populeis adsunt evincti tempora ramis.

Nam et Salios Herculi dedit, quos tantum Marti dicavit antiquitas, et populeas coronas nominat, cum ad aram Maximam sola

[Mss. ABGPS.

Sv-g. „Non inepte.“ Zeun. 10. *mite hic vinum ita dixit* v-g. — *Et durum*] Georg. IV, 102. — *ad diem* AGv-a (g in mg.) spb. *diem* (om. *ad*) hg. *a. d. diem* dzS. — *duodecimam* v-a. — *praegnante* v-g. — *Panibus mulso* s-z. *penatibus mulso* G a p. m.; ich. „Nec aliter fuit in scripto nostro [in A est *panibus*]. Falsum tamen, et certum mihi rescribere *panibus*, *mulso*.“ Pont. Vid. not. „Vulgaris lectio est retinenda, dummodo scribas et distinguas: *panibus, mulso.*“ Zeun.

XII. *Caput XII. Herculi cur Salios assignarit Vergilius; curque hos populeis ramis coronatos induxerit.* ch-b. 1. *mehercule* Edd. P. — *hic virgilius* (om. *vester*) Sv „B“. — *Tum*] Aen. VIII, 285. — *ad cantum* ABGSv1M123. — *incensi* AS. — *tempora* (om. *evincti*) P. *cincti tempora*

vam] i. e. docebo male eum accusari. Cf. prolegg. p. XL. et p. XLIII.

sciens Cereri mulso libari] Immo *vino* ait Cato R. R. c. 134.

scilicet mitescere vinum dicens] Statuit Macrobius πρόληψιν quandam, de qua Virgilius non videtur cogitasse, qui paulo supra (v. 341.) dicit: *et tum mollissima vina.* Magis etiam erravit Servius, qui putavit *miti Baccho* esse casum dativum.

10. *Herculi et Cereri faciunt*] Cf. Hartung. II, p. 31.

praegnate] est forma Plautina. Cf. Truc. I, 2, 102; IV, 3, 37. Nonnulli eam tribuunt etiam Ciceroni ad Att. I, 10, 5. Macrobius ipse Virgilio eam tribuisse videtur IV, 2, 8.

panibus mulso] „Probaverat Maronem per *mitem Bacchum* mulsum intellexisse: restabat itaque, ut et Cereri *mulso* libatum antiquitus ostenderet. Cur autem *panibus* factum Festus [ap. Paul. lib. XIV, p. 220. Muell.] quodammodo aperit: *Panibus*, inquit, *redimibant caput equi immolati Idibus Octobribus in campo Martio*, *quia sacrificium fiebat ob frugum eventum.*“ Pont. — Adde Athen. IV, 38. (c. 13. p. 153. c.): Ἐν τῇ Ῥωμαίων πόλει, ὅταν εὐωχῶνται ἐν τῷ τοῦ Ἡρακλέους ἱερῷ, δειπνίζοντος τοῦ κατὰ καιρὸν θριαμβεύοντος, καὶ ἡ παρασκευὴ τῆς εὐωχίας Ἡρακλεωτική ἐστι. διοινοχοεῖται μὲν γὰρ οἰνόμελι· τὰ δὲ βρώματα ἄρτοι μεγάλοι καὶ καπνιστὰ ἑφθὰ κρέα, καὶ τῶν προσφάτως καθιερωθέντων ὀπτὰ δαψιλῆ.

XII, 1. *Oportune* cet.] Loquitur Evangelus, ut cc. 10 et 11.

in cuius sacra hic vester gemino errore commisit] In Digestis saepius (cf. Freund. s. h. v.) dicitur absolute: *committere in legem*, sed nemo, quod sciam, addidit unquam nomen casu ablativo, quod ponendum erat accusativo casu.

populeas coronas nominat] „Haut immerito. Hinc et Phaeder III, fab. 17. [v. 4.]: *Populus celsa*, inquit, *placuit Herculi*, atque Tertullianus de corona mil., quem locum laudat Niedek. de adoratt., dicit: *Herculem capite praeferre nunc populum nunc oleastrum nunc apium.*“ Zeun. — Cf. § 4.

lauro capita et alia fronde non vinciant. Videmus et in capite 2 praetoris urbani lauream coronam, cum rem divinam Herculi facit. Testatur etiam Terentius Varro in ea satura quae inscribitur *περὶ κεραυνοῦ* maiores solitos decimam Herculi vovere, nec de-[33] cem dies intermittere quin pollucerent, populum *ἀσύμβολον* cum corona laurea dimitterent cubitum. Hiccine est, Vettius ait, er- 3 ror geminus? At ego in neutro dico errasse Virgilium. Nam, ut primum de frondis genere dicamus, constat quidem nunc lauro sacrificantes apud aram Maximam coronari, sed multo post Romam conditam haec consuetudo sumpsit exordium, postquam in Aventino Lauretum coepit virere, quam rem docet Varro Humanarum libro secundo. E monte ergo proximo decerpta laurus 4

Edd. vicahgspdzb.]
B (A sup. add. *sua;* G sup. *praecincti*) vl. 2. *in capite* (om. *et*) v. — *fecit* v. — *satura* A. *satira* pdz. *satyra* GSv-sbBP. — *quae inscribitur ut in Gr.* G. — *ac populum* s-bPS. — *ad ἀσύμβολον* v-g. — *demitterent* Pvi. 3. *hicine* (sup. add. c) G. *haccine* (sup. *i*) B. *hinccine* h. — *Vectius ait* Avi. *ait Vectius* g. — *vivere* S. 4. *ad tempora*

ad aram Maximam] Zeunius citat Plutarch. Quaest. Rom. 60. Vid. not. ad c. 6. § 10.

et alia fronde non] Dicendum erat: *non alia fronde.*

2. *cum rem divinam Herculi facit*] In Comm. Serv. ad Aen. VIII, 276. legitur: *Neque alia fronde circumdat caput praetor urbanus qui Graeco ritu sacrificat.*

decimam Herculi vovere] Zeunius citat Plut. l. c. 18, et Dionys. Hal. A. R. I, 40. Vid. not. ad c. 6. § 11. et Plaut. Stich. II, 1, 80. (Zeun. citat 1, 3, 80.) *Ut decumam partem Herculi polluceam*, Bacch. IV, 3, 29. *Herculem fecit ex patre: Decumam partem ei dedit.*

nec decem dies intermittere] Cf. Plaut. Bacch. II, 2, 31 sq. *Non tantulum Unquam intermittit tempus, quin eum nominet.*

quin pollucerent] Cf. c. 16. § 17. *Ad polluctum Herculis ultimi cum venirent*, et 17. § 16. *Pollucibilem sane coenam paravit. Pollucere* significat epulas praebere publicas. Cf. Plutarch. Sull. c. 35. Ἀποθύων δὲ τῆς οὐσίας ἁπάσης ὁ Σύλλας τῷ Ἡρακλεῖ δεκάτην ἑστιάσεις ἐποιεῖτο τῷ δήμῳ πολυτελεῖς. Hartung. II, p. 27 sq. Oehler. ad Terent. Varr. Sat. rel. p. 102.

populum ἀσύμβολον] i. e. sine symbola vel gratuito convivio exceptum. Sic *ἀσύμβολον δεῖπνον* dicit Eubulus apud Athen. I, 14, p. 8. c. Haec cum sequentibus videntur continere interpretationem verbi *pollucerent*, quamobrem particulam *ac*, quam e codice P, cui suffragatur cod. S, recepit Carrio in ed. Stephan., delevi tribus aliis meis codicibus obsecutus. Deleta illa particula forsitan quis voluerit coniungere verba: *ut pollucerent populum ἀσύμβολον*, quum Plautus Curc. I, 3, 37. dicat: *polluctus virgis*, quod explicatur: *largiter exceptus*, at vide, ne tum scribendum esset *ἀσυμβόλως* et magis desideraretur particula.

dimitterent cubitum] Haec videntur significare ad multam noctem protracta esse convivia.

3. *multo post Romam conditam*] In comm. Serv. l. c. legitur tantum: *sed hoc post urbem conditam coepit fieri.*

postquam in Aventino Lauretum coepit virere] Comm. Serv. l. c.: *Varro Rerum humanarum docet in Aventino institutum Lauretum, de quo proximo monte decerpta laurus sumebatur ad sacra.* Plin. N. H. XV. § ult. *Loretum in Aventino vocatur, ubi silva lauri fuit;* Varro L. L. V, 42, § 152. *In eo Lauretum ab eo quod ibi sepultus est Tatius rex, qui ab Laurentibus interfectus est*, (cf. Fest. lib. XX, p. 360.), *vel ab silva laurea quod ea ibi excisa est aedificatus vicus.* Dionys. Antiq. R. III, 43. Ὅς (ὁ Αὐεντῖνος λόφος) τότε μὲν ὕλης παντοδαπῆς μεστὸς ἦν, πλείστης δὲ καὶ καλλίστης δάφνης, ἐφ’

sumebatur operantibus, quam vicina offerebat occasio. Unde recte Maro noster ad ea tempora respexit quibus Evander ante urbem conditam apud aram Maximam sacra celebrabat et uteba-
5 tur populo utique *Alcidae gratissima.* Salios autem Herculi ubertate doctrinae altioris adsignat, quia is deus et apud pontifices
6 idem qui et Mars habetur. Et sane ita Menippea Varronis adfirmat quae inscribitur Ἄλλος οὗτος Ἡρακλῆς, in qua, cum de multo Hercule loqueretur, eundem esse ac Martem probavit. Chaldaei quoque stellam Herculis vocant quam reliqui omnes
7 Martis appellant. Est praeterea Octavii Hersennii liber qui inscribitur de sacris Saliaribus Tiburtium, in quo Salios Herculi in-
8 stitutos operari diebus certis et auspicato docet. Item Antonius Gnipho, vir doctus cuius scholam Cicero post laborem fori fre-

[Mss. ABGPS.

(om. *ea*) v-g. — *Alcidae*] Virg Ecl. VII, 61. 5. *ubertatem* B. *propter ubertatem* Sv-g. *libertate* G. 6. *menippa* P. — *adfirmat* om. P. — *ΗΡΑΚΛΗCΙΝ. Qua* AB (G *ut in Gr. Qua*). ἠρακλῆς ἦν ἢ ἀλλ' ὢ οὗτος. *Quia* SP7. — *de multo Hercule* ABGSP7. *de Hercule* (om. *multo*) P. *de Hercule multa* Edd. 7. *hersenii* Av-g. *herennii* (sup. *s*) S. 8. *Ita* A. — *cnipho* AB. *enipho* S (G, in quo erat omissum, a sec. m.)

ἧς Λαυρῆτον ὑπὸ Ῥωμαίων καλεῖται τόπος τις ἐξ αὐτοῦ· νῦν δὲ οἰκιῶν ἐστι πλήρης ἅπας. Becker. R. A. I, p. 449 sq.

4. *operantibus*] Hoc verbum Nonius 523, 9. interpretatur: *religiose et cum summa veneratione sacrificiis litare.* Cf. infra § 7.

recte Maro noster ad ea tempora respexit] Comm. Serv. l. c.: *Sed poeta ad illud tempus retulit quo Evander apud aram Maximam sacra celebravit.*

et utebatur populo utique Alcidae gratissima] Comm. Serv. l. c.: *Quamvis ipse dixerit: Populus Alcidae gratissima, et paulo supra: Herculi consecrata, qui cum ad inferos descendens fatigaretur labore, dicitur de hac arbore corona facta caput velasse.* Hartungus II, p. 28. not. Evangelo suffragatur, dicens iniuria pro lauro poetam commemoravisse populum Herculi quidem, sed non Recarano, sacram.

5. *Salios .. Herculi ... adsignat cet.*] Cf. Comm. Serv. ad Aen. VIII, 285. [*Salii sunt*] *qui tripudiantes aras circumibant .. [Saltabant autem ritu veteri armati post victoriam Tiburtinorum de Vulscis. Sunt autem Salii Martis et Herculis, quoniam Chaldaei stellam Martis Herculem dicunt, quos Varro sequitur. Tiburtes Salios etiam dicaverant. cet.*], et ad v. 275. *Secundum pontificalem ritum idem est Hercules qui et Mars. Nam et stellam unam habere dicuntur. .. Item paulo post dat Salios Herculi quos Martis esse non dubium est.* Hartungus II, p. 768. ait Salios pertinuisse ad Herculem, quum et ipse fuerit deus belli. Cf. eund. II, p. 22 sq. et Creuzer. Symb. III, p. 692. Oehler. l. c. p. 94.

6. *de multo Hercule*] Sic collectivo, quem dicimus, sensu Virgil. Eclog. I, 34. dicit *multa victima*, Ovid. Fast. IV, 772. *multa agna*, Amor. III, 5, 4. *multa avis*, Lucan. III, 707. *multus .. moriens* al.

Chaldaei quoque stellam Herculis vocant quam reliqui omnes Martis appellant] Cf. Serv. ll. cc. Plin. N. H. II, 8. s. 6. § 34. *Tertium* (sidus est) *Martis, quod quidam Herculis vocant.* Harduinus in adnotatione addit stellam Martis dictam esse Ἡρακλέους ἀστέρα a Tatio Phaenom. c. 17. § 135. Praeterea citat Hyginum Astron. poet. lib. II, p. 76. Aristot. de mundo c. 2. p. 602. et Apul. de mundo p. 169, c. 2., ubi legitur: *Et loco tertio Pyrois* (globus est), *quem multi Herculis, plures Martis stellam vocant.*

7. *operari*] Cf. § 4.

8. *post laborem fori*] Cf. Sueton. de ill. gramm. 7.: *Scholam eius* (M. Antonii Gniphonis) *claros quoque viros frequentasse aiunt: in his*

quentabat, Salios Herculi datos probat in eo volumine quo disputat quid sit *festra*, quod est ostium minusculum in sacrario, quo [34] verbo etiam Ennius usus est. Idoneis, ut credo, auctoribus cer- 9 tisque rationibus error qui putabatur uterque defensus est. Si qua sunt alia quae nos commovent, in medium proferamus, ut ipsa collatio nostrum, non Maronis, absolvat errorem.

Tunc Evangelus: Numquamne tibi, Praetextate, venit in 10 mentem toto, ut aiunt, caelo errasse Virgilium, cum Dido sua rem divinam pro nuptiis faceret?

— *Mactat* (enim inquit) *lectas de more bidentes*
Legiferae Cereri Phoeboque patrique Lyaeo,

et quasi expergefactus adiecit:

Iunoni ante omnes cui vincla iugalia curae.

* * *

Edd. vicabgspdzb.] v-a. *anipho* „B". — *festra* s-bPM3 (M1 sup. a sec. m. *ne*). „Ita iam dudum legendum in Macrobio suspicati sumus, cum ecce confirmata est sententia nostra libro Macrobii manuscripto, cuius copiam nobis fecit Petr. Pithoeus." Scaliger ad Paul. Diac. s. v. *festram*. *festa* B. *feste* G. *fenestra* Sv-gM2. — *hostia* P. — *Ennius etiam* v-g. 9. *actoribus* G. — *qui putatur* A. 10. *suam rem* v-g. — *Mactat*] Aen. IV, 57., ubi legitur *Mactant*. — *frugiferae* A in mg. — *Iunoni*] ib. 59.

„Et hic multa deesse verba quis tam stupidus ut non vel sine admonitione omni animadvertat? Nam neque respondetur ad quaestionem ab Evangelo propositam, neque sequentia ulla ratione cum his, quae praecedunt, cohaerent. Nobis apparet loci continentiam habuisse hoc modo: In bibliotheca, ut ex fine primi libri intelligere licet, ostensum iam erat, quam peritus iuris pontificii esset Vergilius. Quare cum coenae tempus sermonem de Vergilio interrumperet, dilatus est sermo hic in diem sequentem, atque interim inter coenandum hilariora quaedam tractata, quemadmodum et in secundo libro factum videmus. Quantum itaque suspicari licet, ortus inter coenandum sermo fuit de luxu. Ubi cum Horus sui seculi luxuriam nimiam reprehenderet, Cecinna ita ei respondet, ut ostendat antiquitati maiorem deliciarum curam fuisse quam seculo suo. Hori verba omnia desiderantur, nec Cecinnae responsio plene adest." Arnoldi Vesal. verba quae leguntur in chg. „Multa hoc loco desint necesse est." a. In s sunt quindecim asterisci. In omnibus his editionibus, ut in Mss., sequitur caput XIII., at in p-b, quibus in editionibus capita XIII-XX. sunt libri II. capita IX-XVI., hic finis est libri III., nisi quod adiiciuntur haec verba, a Pontano, ut vide-

Marcum Ciceronem, *etiam cum praetura fungeretur.* Non erat ergo quod Zeunius putaret *Antonii Gniphonis* nomen esse mutandum in *Antipatri Stoici* vel *Aeschyli Gnidii* vel *Apollonii Molonis*.

festra] Cf. Festum ap. Paul. lib. VI, p. 91. Muell. *Festram antiqui dicebant quam nos fenestram.* Petron. Sat. fragm. p. 676. Oudend. Merkel. ad Ovid. Fast. p. CLIII.

9. *ipsa collatio*] sc. dubitationum atque sententiarum. Videtur sumpsisse vocem a collatione bonorum, de qua vid. Digest. XXXVII, 6.

10. *Dido sua*] Dicendum erat *eius*. Vid. prolegg. p. XXXIX.

cui vincla iugalia curae] Responsum Praetextati intercidit, et fortasse alia nonnulla. Cf. prolegg. p. XIX. Lacunam explere conatus est Pontanus, qui respondendi partes tribuit Servio, e cuius commentariis excerpsit quaedam quae huc pertinere ei viderentur: idem octo quae sequuntur capita transtulit in librum II. Vid. app. crit. et prolegg. pag. XXXII. et p. XXXIV.

[Ed. Bip. vol. I. p. 357.]

XIII. Accipite et M. Varronis verba de agricultura libro [358]tertio, qui cum de pavonibus in villa nutriendis loqueretur, sic ait: *Primus hos Q. Hortensius augurali coena posuisse dicitur, quod potius factum tum luxuriose quam severe boni viri lauda-*

[Mss. ABGPS.

tur, affecta: [1]) *Tunc Servius respondere rogatus, ait:* [2]) *Leges Ceres dicitur invenisse; nam et sacra ipsius* [3]) *Themisferia vocantur. Sed hoc ideo fingitur, quia ante inventum frumentum a Cerere passim homines sine lege vagabantur.* [4]) *quae feritas interrupta est invento usu frumentorum. itaque ex agrorum divisione inventa sunt iura. Phoebus vero praeest auspiciis. Lyaeus vero, id est, Liber, urbibus liberatis est deus, unde Marsias eius minister in civitatibus libertatis est indicium. Communis hoc habet sensus, quod Dido sacrificabat numinibus quae urbi praesunt, quasi nuptura pro reipublicae utilitate. Demum Iunoni, cui curae sunt nuptiae. Est etiam sensus altior. Nam* [5]) *facturi aliquid ante adversos placamus deos, et sic propitiis supplicamus, ut* [Aen. III, 120.] *Nigram hiemi pecudem, Zephyris felicibus albam. Igitur ante placat Cererem nuptura, quae propter raptum filiae nuptias execratur; et Apollinem, qui expers uxoris est; et Liberum, qui nisi raptam uxorem habere non potuit. Et sic Iunonem conciliavit noster Servius. Cum autem dictis omnes applausissent, placuit eis audire Eusebium, quo noster Vergilius tanquam rhetor effulsit.* Ad quae Pontanus (p-z) adnotavit haecce: [1]) „Quae deinde sequuntur ad finem usque libri huius ex eodem Cantabrigiensi explevimus. [At in A nihil eiusmodi legitur.] Servio vero uti ista dicendi partes dat, ita apud eundem quoque ad Maronem eadem fere invenies. Paucula tamen meliora hic quam ibi reperies, uti istud: *Sic propitiis supplicamus;* nam ibi est: *Sic protinus invocamus.* Porro *Themisferia* adscriptum [sic! fort. ad scriptum] expressimus, quae Servio et aliis *Themisphoria.* Arnob. [V, 24.] *Vultis enim consideremus mysteria et illa divina, quae Thesmophoria nominantur a Graecis: quibus gente ab Attica sancta illa pervigilia consecrata sunt.*“ — [2]) „Tribuit item politicum munus Cereri Homerus in eius Hymno: *χαῖρε θεὰ καὶ τήνδε σάου πόλιν.*“ — [3]) „Ex loco Arnobii iam citato reponendum *Thesmophoria.*“ — [4]) „Erant enim id aevi homines *βαλανηφάγοι.* Unde et vetus illud natum, *ἄλλος βίος, ἄλλη δίαιτα.*“ — [5]) „Respexit etiam magnus Hippocrates libro de insomniis: *Καὶ τοῖς θεοῖς εὔχεσθαι (χρὴ) ἐπὶ μέν τοῖσιν ἀγαθοῖσιν ἡλίῳ, Διὶ οὐρανίῳ, Διὶ κτησίῳ, Ἀθηνῇ κτησίῃ, Ἑρμῇ, Ἀπόλλωνι· ἐπὶ δὲ τοῖς ἐναντίοισιν, τοῖσιν ἀποτροπίοισι, καὶ γῇ καὶ ἥρωσιν ἀποτρόπαια γενέσθαι τὰ χαλεπὰ πάντα.*“

XIII. *Caput XIII* (p-b *Lib. II. Cap. IX.*) *De luxu seu luxuria Q. Hortensii, Fabii Gurgitis, Metelli Pii ac Metelli pontificis maximi. Tum de porco Troiano, de leporum ac cochlearum saginatione.* ch-b. 1. *libro tertio*] cap. 6. — *augurali adiiciali coena* bg Edd. Varronis l. c. — *dicitur posuisse* Sv-g. — *tuum* A. — *luxuriosi quam severi* Edd. Varr. Ausonium Popmam sic (sed om. *tum*) in Notis ad Varronem emendasse ait

XIII, 1. *Accipite* cet.] Loquitur, ut apparet ex huius capitis fine et initio sequentis, Caecina Albinus Horo respondens de luxuria veterum.

Primus Q. Hortensius] Cf. Plin. N. H. X, 20. s. 23. *Pavonem cibi gratia Romae primus occidit orator Hortensius aditiali coena sacerdotii,* ubi Harduinus praeter h. l. affert Aelian. hist. an. V, 21. [Add. III, 42.] et Tertull. de pall. p. 119. [p. 31. Salm.]. Adde Becker. Gall. I, p. 295 sq. ed. I.

severe] Cf. Plaut. Cist. III, 15. *Voluisti istuc severum facere,* ubi

bant. Quem cito secuti multi extulerunt eorum pretia, ut ova eorum denariis veneant quinis, ipsi facile quinquagenis. Ecce res 2
non ammiranda solum sed etiam pudenda, ut ova pavonum quinis denariis veneant, quae hodie non dicam vilius, sed omnino nec veneunt. Is Hortensius platanos suas vino irrigare consuevit: 3
adeo ut in quadam actione quam habuit cum Cicerone susceptam precario a Tullio postulasset ut locum dicendi permutaret secum: abire enim in villam necessario se velle, ut vinum platano, quam in Tusculano posuerat, ipse suffunderet. Sed forte ad no- 4
tam seculi sui non sufficit Hortensius, vir alioquin ex professo mollis et in praecinctu ponens omnem decorem. Fuit enim vestitu ad munditiem curioso, et ut bene amictus iret, faciem in speculo quaerebat, ubi se intuens togam corpori sic applicabat, ut

Edd. vicahgspdzb.] Pont. — *ita ut* hg Edd. Varr. 2. *sed et pudenda* v-g. — *nec veneunt* B a sec. m.; Sv-g (M1 a sec. m.) M2P567. *nec venent* AG (BM1 a p. m.) M3P2. *non veneunt* s-bP. 3 *in actione quadam* s-bP. *in quadam occasione* S. — *suscepta* v-g. — *vino platanum* BG. 4. *Sed forte ... (§ 5.) ruga mutasset*] Cf. Io. Saresb. VIII, 12. — *alioqui* G. — *mundiciem* (sup. *a*) BG. *munditiam* A. — *vene amictus* A. — *in speculo ponebat* s-z. „Scriptus habebat *gerebat* [immo *querebat*]: unde facile eruitur firmaturque antiqua scriptio, *in speculo quaerebat.*“ Pont. Vid. not. — *tunicam* G. — *ne forte* AS „Angl.“. — *nodos* (sup.

Taubmannus adnotavit: „Nonius docet *severum* significare aliquando saevum, implacidum.“

laudabant] i. e. nominabant. Cf. Gell. N. A. II, 6, 16. Festus ap. Paul. lib. X. p. 118. Muell.

denariis .. quinis] i. e. circiter binis florenis.

2. *omnino nec veneunt*] i. e. ne veneunt quidem omnino. De particula *nec* et de ea quae paulo supra legitur, *ecce*, vid. prolegg. p. XLI.

3. *platanos suas vino irrigare consuevit*] „Platanos inprimis umbrarum gratia veteres aluisse ostendit Barthius ad Claudian. Fescenn. 18. ex Aelian. V. H. II, 14., Horat. Carm. II, 15, [4.], Martial. III, 58, [3].“ Zeun. — Cf. Plin. N. H. XII, 1. s. 4. *Tantumque postea honoris increvit* (platanis), *ut mero infuso enutriantur: compertum id maxime prodesse radicibus: docuimusque etiam arbores vina potare;* ubi Harduinus hunc l. citat et Martial. IX, 61, 16. *Crevit et affuso laetior umbra mero*, et epigramma Philippi Anthol. Gr. lib. I. c. 59. [ap. Iacobs. II, p. 213.]. Adde Plin. XVI, 44. s. 91. et Gronov. Observ. I, 5. p. 40.

quam habuit cum Cicerone susceptam] ut defensionem Sullae, vid. ed. Halm. p. 4., et Sestii, ib. p. 5.

necessario] Hoc adverbium cum verbo *velle* coniunctum quem non offendat? At interpreteris: *quod necesse esset*, ne perirent scilicet platani.

quam .. posuerat] Dicendum erat *posuisset*, vid. proleg. p. XLI.

4. *vir .. mollis*] Cf. Salmas. ad Tertull. de pall. p. 376. Real-Encycl. III, p. 1498.

vestitu ad munditiem curioso] Passivam hanc huius adiectivi vim praetermisit Freundius, sed Forcellinus affert Plin. N. H. XXX, 11. s. 30. § 99. *curiosa Apionis interpretatione*, et Quintil. VII, 5, 2. *praeturae curiosa consilia.* Adde infra c. 14. § 5. *Erat saltandi cura, dummodo non curiosa* cet. Praeterea conf. Ovid. art. am. III, 133 sqq. *Munditiis capimur: non sint sine lege capilli ... et speculum consulat ante suum.* Tac. Ann. III, 30. *Diversus a veterum instituto per cultum et munditias.* Cic. off. I, 36, 130. *Adhibenda praeterea munditia est, non odiosa neque exquisita nimis.*

faciem in speculo quaerebat] „Allusum ad vetus dicterium, quo victu aut vestitu mollem notabant:

rugas non forte sed industria locatas artifex nodus astringeret et sinus ex conposito defluens modum lateris ambiret. Is quondam cum incederet elaboratus ad speciem, collegae de iniuriis diem dixit, quod sibi in angustiis obvius offensu fortuito structuram togae destruxerat: et capital putavit, quod in humero suo locum

[Mss. ABGPS.

i) B. — *adstringeret* B. *adtringeret* G. *constringeret* s-bP. — *nodum lateris* s-bP. *nodum latius* coni. Salmas. ad Tertull. de pall. p. 373 sqq. Vid. not. 5. „*elaboratus ad speculum* placuit Scriverio nostro, quia praecessit: *faciem in speculo quaerebat.* Nobis vix evilescit prius.“ Pont. — *offenso* BG. — *stricturam* v. — *capitale* Sv-g. — *logium* (sup. *e*) B.

Hic virum quaerit. Nec aliter perstrictus a Cinna poeta Magnus Pompeius: *Fasciola qui crura tegit, digito caput uno Scalpit: quid credas hunc sibi velle? virum.* Porro Macrobio convenienter ad Marcellam D. Hieronymus: *Vidua nostra ante morosius ornabatur, et die tota quid sibi deesset quaerebat ad speculum.*“ Pont. — Cf. Ovid. l. c. et Apul. de mag. 15. *Novissimam pronuntiandi congruentiam ab speculo petivit.*

ut rugas ... artifex nodus astringeret] Cf. Plin. N. H. XXXV, 8. s. 34. § 57. *In veste et rugas et sinus invenit* (in picturis Cimo). Virgil. Aen. I, 320. *Nuda genu, nodoque sinus collecta fluentis.* Tertullian. de pall. 5. *Nec artifice necesse est qui pridie rugas ab exordio formet, et inde deducat in tilias totumque contracti umbonis figmentum custodibus forcipibus adsignet*, cum adnotatione Salmasii p. 368., qui p. 375. *nodum* ait a Macrobio appellari umbonem togae quo rugarum et plicarum in umbilici modum collectarum congregatio stringeretur. De adiectivo *artifex* vid. not. ad Comm. II, 16, 4.

sinus ex conposito defluens] Cf. Plin. et Virg. ll. cc., Tertull. l. c. (qui) *ambitum vero eius, ex quo sinus nascitur, .. retrahat a scapulis et exclusa dextera in laevam adhuc congerat*, cum adnot. Salmas. p. 379 sq. Quintil. XI, 3, 137. *Veteribus nulli sinus: perquam breves post illos fuerunt.* Becker. Gall. II, p. 82 sqq. ed. I.

modum lateris ambiret] Difficilia haec sunt explicatu, sed augebis, non minues, difficultatem praeferendo id quod in recentioribus editionibus legitur, *nodum lateris.* Est autem *latus* superior corporis pars, ut apud Horatium Sat. I, 2, 93. *Brevi latere ac pede longo est:* igitur *modus lateris* est quod nos dicere solemus „*die Taille*“, et si haec sunt genuina verba Macrobii, *modum lateris ambiret* dicit pro *latus ambiret pro eius modo*, quam rationem huic usitatissimam esse docuimus prolegg. p. XLII. Olim putabam esse scribendum: *Sinus ex composito defluens in modum lateris*, sed sic adiecta praepositio *in* vim mutat nominis *modum*, et nimis nude ponitur verbum *ambiret.*

5. *cum incederet*] Vid. not. ad II, 3, 16.

elaboratus ad speciem] „Interpres historiae Apollonii Tyrii: *Videntes omnes cives speciem Tarsiae et ornamentum dixerunt: Felix pater cuius filia Tarsia.* Cyprianus: *Neque enim fas est virgini ad speciem suae formae comi.* Et Propertius [II, 31, 3.]: *Tota erat in species Poenis digesta columnis*, Statius [Silv. V, 1, 53 sq.]: *Tibi quamquam et origo niteret, Et felix species.*“ Pont. — I. F. Gronov. in diatrib ad Stat sylv. V, 5., p. 595. reprehendit Pontanum, quod male acciperet versum Propertii. Handius ibid. confert Liv. XXXVII, 40. *Addebant speciem frontalia et cristae*, et Cic. in Verr. II. Act. I, 22, 58. *Forum comitiumque adornatum ad speciem magnifico ornatu.* Hertzbergius, qui apud Propert. l. c. legit *in speciem* cum Lachmanno, confert Manil. V, 152 sq. *Femineae vestes, nec in usum tegmina plantis, Sed speciem fractique placent ad mollia gressus*, et praeterea Caes. B. G. VII, 23, 5. *Hoc cum in speciem .. opus non deforme est, tum ad utilitatem summam habet opportunitatem.*

5. *capital*] Cf. Fest. ap. Paul. lib. III, p. 48. *Capital facinus, quod capitis poena luitur*, ubi Muel-

ruga mutasset. Ergo hoc praetermisso ad viros venio triumpha- 6
les quos victores gentium luxuria vicit, et, ut taceam Gurgitem a devorato patrimonio cognominatum, quia insignibus virtutis secutae vitia prioris conpensavit aetatis, Metellus Pius in quam [359]
foveam luxus et superbiae successuum continuatione pervenit? Et, ne multis morer, ipsa de eo Salustii verba subieci: *Ac Metellus* 7
in ulteriorem Hispaniam post annum regressus magna gloria, concurrentibus undique virile et muliebre secus, per vias et tecta omnium visebatur. Eum quaestor C. Urbinus aliique cognita voluntate cum ad coenam invitaverant, ultra Romanum ac mortalium etiam morem curabant exornatis aedibus per aulaea et insignia sce-

Edd. vicahgspdzb.]

6. *primoris* s-bP. — *In quam foveam luxus et superbiae Metellus Pius pervenit continuatione successuum* v (i-g *successuum continuatione pervenit*). — *Salustii*] Hist II, (41.) ed. Cort. p. 960. Cf. Non. 1180, 21.

7. *Ac Metellus* ABGSM123R. *At Metellus* Edd. P. — *ulteriora* (sup. *em*) A. — *virile et muliebre secus* G a p. m.; s-bP. *virili et muliebri secus* G a sec. m. *virile et muliebre sexus* (a sec. m. *virili et muliebri*) M. *virili et muliebre sexus* B a p. m. (A *virilie*). *virili et muliebri sexu* B a sec. m.; v-g. — *Cum quaestor* ichg. *Et cum quaestor* a. *Et quaestor* v(3). — *quum ad coenam* v(3). *eum ad coenam* i-g. — *cognita eius voluntate* S. — *invitassent* s-bP. — *Romanorum* v3-b — „*et signa* legenti Ciacconio assentior. Sic de rep. ord. [I, 8.]: *Domum signis, aulaeis* confert Non. p. 38, 14. v. *capital.*

6. *Gurgitem a devorato patrimonio cognominatum cet.*] „Respexit Iuvenal. Sat. 11. [v. 40 sq.]: *Ac rebus mersis in ventrem foeneris atque Argenti gravis et pecorum agrorumque capacem.* Iterum Satir. 6. [v. 265 sq.] *Dicite vos neptes Lepidi caecique Metelli Gurgitis aut Fabii quae ludia sumserit unquam Hos habitus.*" Pont. — Qu. Fabius Qu. f. M. n. Maximus Gurges, consul a. CCCCLXI, CCCCLXXVII, CCCCLXXXVIII., Samnites vicit, et, ut pater et avus, fuit princeps senatus (cf. Plin. N. H. VII, 41 s. 42.), orta autem seditione servorum diem supremum obiit in oppugnatione Volsiniorum. Cf. Real-Encycl. III, p. 400 sq.

Metellus Pius ... successuum continuatione] Qu. Caecilius Metellus Pius cum L. Cornelio Sulla consul a. DCLXXIII. Sertorio victo superbissimum se praebuit. Cf. Plutarch. Sert. 22. et Valer. Max. IX, 1, 5. Real-Enc. II, p. 32.

Salustii verba] „Quae ad illustrationem huius Sallustiani fragmenti pertinent, vide Thysium ad Sallust. p. 417 seq." Zeun.

7. *in ulteriorem Hispaniam*] Val. Max. l. c. *In horrida et bellicosa provincia cum praesertim acerrimus hostis Sertorius Romanorum exercituum oculos Lusitanis telis perstringeret.*

virile et muliebre secus] Cf. Sisenn. ap. Non. 222, 27. *Tum in muro virile ac muliebre secus populi multitudine omni collocata*, et quae similia congessit I. F. Gronovius ad Liv. XXVI, 47, 1.

per vias et tecta omnium visebatur] i. e. omnes viae et omnia tecta plena erant eum conspicientium.

ultra Romanum ac mortalium etiam morem curabant] Cf. Plin. Ep. I, 5, 15. *curatur a multis*, quod Doeringius interpretatur: *colitur observatur*, θεραπεύεται. Plautus Stich. V, 3, 9. *Nunc ibo hinc et amicos meos curabo hic advenientis*, ib. I, 2, 39. Men. V, 4, 7 et 9. De re ipsa conf. Plutarchum et Val. Maximum ll. cc.

per aulaea] Cf. Val. Max. l. c. *Cum Attalicis aulaeis contectos parietes laeto animo intuebatur.* De aulaeorum usu vid. Serv. ad Virg. Aen. I, 697.

et insignia] Cf. Cic. p. Sest. 26, 57. *Sedens cum purpura et sceptro et illis insignibus regiis*, ubi adnotavit Orellius: „Hic significatur *diadema* regni vel maximum in-

8 *nisque ad ostentationem histrionum fabricatis. Simul croco sparsa humus et alia in modum templi celeberrimi. Praeterea tum sedenti in transenna demissum Victoriae simulachrum cum machinato strepitu tonitruum coronam ei inponebat, tum venienti ture quasi deo*
9 *supplicabatur. Toga picta plerumque amiculo erat accumbenti, epulae vero quaesitissimae, neque per omnem modo provinciam sed trans maria, ex Mauritania volucrum et ferarum incognita antea plura genera. Quis rebus aliquantam partem gloriae dempserat, maximeque apud veteres et sanctos viros superba illa gravia in-*

[Mss. ABGPS.

lacis aliisque operibus exornare." Cort. l. c. 8. *cum sedenti* Edd. PS. — *in trasenna* B a p. m.; G. *in transemia* vl. — *dimissum* ABGSR. — *turi* (sup c) B. 9. *ei accumbenti* v-g. — *vero* om. v-g. — *exquisitissimae* s-bP. — *sed trans maria ex Mauritania* Edd. sine interpunct. — *et plura* S. — *maxime* (om. *que*) c-bP. — *existimantes* Sagb. *extimantes*

signe", nisi forte h. l. intelliguntur fasces laureati.

scenisque ... fabricatis] Cortius adnotavit: „Nempe et histriones adhibebant conviviis, Liv. XXXIX, 6. [8]. Petronius passim; vide Bulenger. de conviv. III, cap. 12."

8. *croco sparsa humus*] Hoc odoris causa factum esse docet Lucretius II, 414 sqq. *Neu simili penetrare putes primordia forma In nareis hominum, cum tetra cadavera torrent, Et cum scena croco Cilici perfusa recens est.* Cf. Plin. N. H. XXI, 6. s. 17. Martial. VIII, 33. 4. Propert. IV, 1, 16. Apul. Met. X, 34. Spartian. Hadrian. 19. Martian. IX, § 903. Barth. Advers. XXV, 11. p. 1237.

in transenna demissum Victoriae simulachrum] „Servius Aeneid. 3. [immo V, 488.] legit *cum sedenti transenna demissum.* Quod Brodaeo placet Miscell. lib. IV, cap. 19. Nonius *transennam* citat et fenestram interpretatur. Servio *transenna est extensus funis:* Brodaeo *cancelli.*" Pont. — Forcellinus s. v. *transenna* docet legi apud Nonium 2, 859. quoque *transenna* omissa praepositione *in*, et in glossa Philox. *Βρόχος ἐν ἀφετηρίαις τεταμένος, transenna.* Videtur esse h. l. machina funibus demissa. Cf. Salmas. Exercc. Plin. p. 647, a, C. Plutarchus l. c. ad § 6.: *Νῖκαι πεποιημέναι, δι᾽ ὀργάνων ἐπιδρόμων χρύσεα τρόπαια καὶ στεφάνους διαφέρουσαι κατήγοντο.* Valer. Max. l. c. habet tantummodo: *demissasque lacunaribus aureas coronas.*

strepitu tonitruum] Cortius apte confert Phaedri fab. V, 7, 23 sq. *Aulaeo misso, devolutis tonitribus Di sunt locuti more translatitio.*

ture] Plutarchus l. c. *Θυσίαις δ᾽ αὐτὸν αἱ πόλεις ἐπιφοιτῶντα καὶ βωμοῖς ἐδέχοντο.* Cort. nos delegat ad Sen. de ira III, 18, 1. Prudent. Apotheos. 187, 198, 292. Lactant. I, 20. Struv. Synt. ant. Rom. p. 485. Val. Max.: *Tunc, cum in Hispania adventus suos ab hospitibus aris et ture excipi patiebatur.*

9. *Toga picta ... accumbenti*] Plutarch. l. c.: *Ἐσθῆτα θριαμβικὴν ἔχων ἔπινε.* Valer. Max.: *Cum palmata veste convivia celebrabat.* Iunguntur *toga picta* et *tunica palmata* ap. Flor. I, 5, et Capitolin. Gordian. 4. Vid. not. ad I, 6, 2.

quaesitissimae] Codices mss. refragantur Freundio dicenti ante Augusti aetatem hanc vocem usitatam non fuisse. Idem affert Tac. Ann. II, 53. *Excepere Graeci quaesitissimis honoribus*, III, 26. *Quaesitiores iam et plures* (leges) *Solon perscripsit*, et 57. *quo quaesitior adulatio fuit.* Plutarch. l. c. *Δείπνων σοβαρωτέρων ὑποδοχάς*, Valer. Max.: *cum immanibus epulis.*

trans maria] Sic saepe Plinius: locos congessi in adnot. ad N. H. XXXIV, 1. s. 2.

apud veteres et sanctos viros] Cf. Liv. XLII, 47, 4. *Veteres et moris antiqui negabant se in ea legatione Romanas agnoscere artes.* Metellum ipsum *hominem sanctissimum* dicit Cicero p. Arch. 5, 9. et p. Balbo 22, 50.

gravia] Cort. confert Iug. 38. extr.

digna Romano imperio aestimantes. Haec Salustius, gravissimus alienae luxuriae obiurgator et censor.

Accipite inter gravissimas personas non defuisse luxuriam. 10
Refero enim pontificis vetustissimam coenam quae scripta est in indice quarto Metelli illius pontificis maximi in haec verba: *Ante* 11
diem nonum Kalendas Septembres, quo die Lentulus flamen Martialis inauguratus est, domus ornata fuit: triclinia lectis eburneis strata fuerunt: duobus tricliniis pontifices cubuerunt, Q. Catulus,

Edd. vicahgspdzb.]

vich. — *Nec Sal.* (BG a p. m.) R. *ex Sal.* A a p m. *et Sal.* G a sec. m. 10. *et inter* s-bP. — *enim vobis* s-bP. 11. *septembris* A Edd. — *martialis flamen* BGR. — *strata fuit. tunc* A. — *Catullus* B a

Quae gravia quamquam et flagitii plena erant.

gravissimus alienae luxuriae obiurgator et censor] Suae non item. Cf. Gellius N. A. XVII, 18. *M. Varro .. in libro quem inscripsit: Pius aut de pace, C. Salustium scriptorem seriae illius et severae orationis, in cuius historia notiones censorias fieri atque exerceri videmus, in adulterio deprehensum .. dicit.*

10. *pontificis*] i. e. Lentuli, ut apparet e § 11., non Metelli, ut statuisse Arnoldus Vesaliensis videtur, ut qui in huius capitis summario scripserit: *De luxu ... Metelli Pii ac Metelli pontificis Maximi*, et post illum Hertzberg. de diis patr. p. 82.: quos temere ipse secutus sum in prolegg. p. XIX. Nam aditiales coenae iis erant edendae qui sacerdotium inibant (cf. § 1. Plin. N. H. X, 20. s. 22; Sen. ep. 95, 42). Metellus igitur pontifex maximus non edidit sed descripsit illam coenam, isque non diversus est a Metello illo Pio, quem pontificem maximum fuisse refert Asconius in Cornel. p. 80., eique in pontificatu successit C. Iulius Caesar (cf. Plut. Caes. 7.; Dio XXXVII, 37., Sueton. Caes. 13.).

vetustissimam coenam] Quo anno haec edita sit, incertum est, sed ante annum urbis DCLXXXIX., quo anno mortuus esse dicitur Metellus. De hac coena uberius disputavit C. A. Boettigerus Kleine Schriften III, p. 217 sqq., eiusque disputationem addita adnotatione in Francogallicum vertit F. I. Bastius.

in indice quarto] Quaeritur quid sit *index?* Nam in illis librorum indicibus quos a Graecis appellari σιλλύβους ait Cicero ad Att. IV, 4, b. tale quid perscriptum fuisse non videtur. Nisi ergo mavis existimare indices illos fuisse appendices quasdam ad annales maximos quarti anni quo fuerit Metellus pontifex maximus, sunt intelligendi annales, quum Servius ad Virg. Aen. I, 373. doceat pontifices maximos quotannis in tabula dealbata notavisse digna memoratu, in quibus quidem coenae pontificalis singula fercula esse relata mireris. Boettigerus l. c. p. 218. vertit: „in seinen archivalischen Nachrichten", et adnotat: „gewisse Register, die der oberste Pontifex zu halten pflegte".

11. *Lentulus*] L. Cornelius Lentulus Niger, de quo vid. Orell. Onomast. Tull II, p. 179. et Real-Enc. II, p. 685. *L. Lentulus flamen Martialis* commemoratur in Vatin. 10, 25; de har. resp. 6, 12. et in schol. Bob. in Clod. p. 336; brevius *Lentulus flamen* ad Att. II, 24, 2; XII, 7, 1.

domus ornata fuit] aulaeis, signis, similibus ornamentis. Vid. app. ad § 7. et apud Gell. XV, 8, 2., verba Favorini: *Stratus auro argento purpura amplior aliquot hominibus quam diis immortalibus adornatur.*

triclinia lectis eburneis strata fuerunt] „Conf. Mercurialis de art. gymn. I, 11. et Bynaeus de morte I, c. 1, 3." ZEUN. — Nunc vid. Becker. Gall. II, 143 sqq., inprimis p. 149.; et Hor. Sat. II, 6, 102 sq. *In locuplete domo .., rubro ubi cocco Tincta super lectos canderet vestis eburnos.*

cubuerunt] Beckerus l. c. p. 144. animadvertit desiderari nomina Lentuli ipsius et Metelli pontificis

[360] *M. Aemilius Lepidus, D. Silanus, C. Caesar, rex sacrorum, P. Scaevola Sextus, Q. Cornelius, P. Volumnius, P. Albinovanus, et L. Iulius Caesar augur qui eum inauguravit: in tertio triclinio Popilia Perpennia Licinia Arruntia virgines Vestales et ipsius uxor*
12 *Publicia flaminica et Sempronia socrus eius. Coena haec fuit: Ante coenam echinos, ostreas crudas quantum vellent, peloridas*

[Mss. ABGPS.

sec. m.; Vvl. *catullius* AGSR. — *Syllanus* v-g. — *G. caesar.* A. — *preccvola sectus* A. — *voluminus* A. *volomnius* (sup. *u*) B. *volominius* R. *volumnus* G. — *albinovalus* G. *aloinus vanus* S. — *quicum* AB GR. — *auguravit* AG. — *poplia* ABGVR. — *perpenia* v-g. — *Arruncia* Vvi. *Aruntia* ABS. *Aruncia* chg. — *ipsius* (om. *et*) b. — *flaminia* S. *flamincia* v3. 12. *Antecoenam*, una voce, Lipsius Antiq. lect. III, p. 72. *Antecoena* Salmas. ad Capitol. Gordian. iun. 21. p. 107. Bast. ap.

maximi. Cum sex feminae essent in uno triclinio, in duobus aliis seni viri videntur accubuisse. Vid. infra.

Q. Catulus] Q. Lutatius Q. f. Q. n. Catulus, qui Iovis Capitolini aedem dedicavit et a. u. c. DCXCIII. mortuus est consule Q. Metello Celere (Cic. accus. in Verr. IV, 31, 69. et p. Cael. 24, 59.).

M. Aemilius Lepidus] Nisi legendum est *M'.*, ut sit Manius Aemilius Mam. f. M. n. Lepidus, qui consul fuit a. u. DCLXXXVII., intelligendus est M. Lepidus triumvir, qui a. u. c. DCCIX. in locum Caesaris occisi factus est pontifex maximus (cf. Cic. Phil. V, 15, 40).

D. Silanus] D. Iunius Silanus a. u. DCXCI. fuit consul.

C. Caesar] Cf. Vellei. II, 43, 1. *Absens pontifex factus erat in Cottae consularis locum, cum paene puer a Mario Cinnaque flamen dialis creatus victoria Sullae, qui omnia ab iis acta fecerat irrita, amisisset id sacerdotium*, quod refert etiam Sueton. Caes. 1.

rex sacrorum] Vid. not. ad I, 15, 9. Quaeritur quis hic fuerit? Vulgo haec adiunguntur antecedentibus, ut Caesar esse dicatur rex sacrorum. At hoc equidem legi nusquam, neque putaverim eum fuisse regem sacrorum ante quam pontificem maximum, quum Festus illi priorem tribuat locum his verbis (lib. XIV, p. 185. Muell.): *Maximus videtur rex, dein Dialis, post hunc Martialis, quarto loco Quirinalis, quinto pontifex maximus.* Videtur ergo omissum esse nomen regis sacrorum, ut cum pontifice maximo numerus virorum qui illi coenae interfuerint, sit XII. Vid. not. seq.

P. Scaevola Sextus] Hic aliunde non est cognitus, nam *Scaevolae, pontifices ambo et iidem iuris peritissimi*, quos memorat Cicero de legg. II, 19, 47., sunt alii, e quibus minor, Quintus, (qui alterius, Publii, fuit filius) occisus est a. u. DCLXXI. Guil. Teuffel. in Real-Encycl. V, p. 187. non recte statuit esse sermonem de pontifice maximo. Ceterum me offendit *Sextus* cognomen, quod solet esse praenomen. Quum apud Ciceronem de harusp. resp. 6, 12. legatur: *P. Galba, ... L. Claudius rex sacrorum, Sex. Caesar flamen Quirinalis*, potuerit quis coniicere scripsisse Metellum: *L. Claudius rex sacrorum, P. Galba, Sext. Caesar.*

Q. Cornelius] cum *P. Albinovano* qui sequitur a Cicerone l. c. commemoratur inter pontifices minores.

P. Volumnius] fortasse idem est qui p. Cluent. 70. § 198. dicitur fuisse iudex in Cluentium.

L. Iulius Caesar augur] Videtur is esse qui DCLXXXIX. (XC.) fuit consul cum C. Marcio Figulo. Cf. Orell. Onom. Tull. II. p. 314. Real Enc. IV, p. 426.

virgines Vestales] Hertzberg. l. c. adnotavit: „Quot quidem adultae erant, h. e. quattuor: nam quae intra primos sacerdotii annos essent, impuberes puellas, adhiberi vix par erat.“

flaminica] Cf. I, 16, 30.

12. *Ante coenam*] Boettigerus l. c. monet in tres partes fuisse divisa convivia, sed tertiam, mensas secundas, hic esse omissam. Lipsius Antiq. lect. III. p. 71.:

sphondylos, turdum asparagos subtus, gallinam altilem, patinam

Edd. vicahgspdzb.] Boettig. Opusc. III. p. 219. defendit *ante coenam*. — *ostrea cruda* A. — *pelloridas* P2. — *sphondilos* V. *fondilos* SP7. *phodilos* P6. — *turdum*

„Caenam, inquit, antiqui in tres partes tribuerunt, sive placet dicere missus; primum missum *antecaenam* sive *gustationem* sive *gustum* dixerunt: secundum, in quo praecipui et lautissimi cibi, proprie *caenam*: tertium, in quo bellaria, *mensam pomorum* sive *mensas secundas*,“ coll. Petron. 21. *gustatione mirifica initiati*, [add. 31. *Allata est tum gustatio valde lauta*], et Martial. XI, 52, 12. *Haec satis in gustu*, [add. 31, 4. *Gustu protinus has edes in ipso*]. Eadem brevius Turneb. Advers. XVII, 10. et XVIII, 4. *Gustum*, genere neutro, legitur apud Apicium IV, 5. Paulo infra Lipsius: „Vocarunt antecaenam etiam *promulsidem*, ideo videlicet quod daretur ante mulsum“, coll. Petron. 24. *in promulside libidinis*, [add. 31. *in promulsidari*]. Consentit Boettigerus l. c., qui adiecit Lipsium in epist. miscell. Cent. I, 65. p. 87. vocem *antecoenam* dicere esse dubiam, sed eam usurpavisse Salmasium, qui ad Capitolin. Gord. iun. 21. etiam *frigida* dici docuerit, ubi affertur inter alia Plutarch. Symp. VIII, 9, 3. Αἱ καλούμεναι ψυχραὶ τράπεζαι πρότερον ὀστρέων, ἐχίνων, ὠμῶν λαχάνων, ἀπ' οὐρᾶς ἐπὶ στόμα μεταχθεῖσαι τὴν πρώτην ἀντὶ τῆς ἐσχάτης τάξιν ἔχουσιν, et Martial. XIII, 14.: *Claudere quae coenas lactuca solebat avorum, Dic mihi, cur nostras inchoet illa dapes*, et III, 50. *Inter lactucas oxygarumque.* Una voce dictum esse videtur *antecoenium* et plurali numero *antecoenia*. Apud Apul. Metam. II, 15. legitur *Veneris antecoenia*. Hildebrandus (qui conferri iubet Buleng. de conviv. I, c. 4. in Graev. Thes. XII. p. 60.) affert Isidor. Orig. XX, 2, 12. *unde antecoenia vocatur*, sed Lindemannus scripsit *vocantur*. Idem ex Io. Saresberiensis Policratico affert *antecoenia*, quod vult mutari in *antecoeniam*: sed in meo exemplari VIII, 7, p. 555. legitur *antecoenium vel, ut ait Portunianus, paracoenium.* Vid. Becker. Gall. II, p. 139. ed. I.

echinos] Intelligendum est *apposuit*, vel simile quid. De echinis vid. Athen. III, 41, p. 91, a. Aristot. H. An. IV, 5. Plin. N. H. IX, 31. s. 51. § 99. Sen. ep. 95. § 27. Plaut. Rud. II, 1, 8. Testaceum esse echinum docet Laur. Theod. Gron. ad Plin. l. c.

ostreas crudas] Cf. Athen. III, 35. p. 88, b sqq. Plin. N. H. IX, 54. s. 79. Sen. et Plaut. ll. cc. Barth. Advers. XLIII, 22 extr.

quantum vellent] sc. convivae.

peloridas] Cf. Athen. III, 44, p. 92 extr. Αἱ δὲ πελωρίδες ὠνομάσθησαν παρὰ τὸ πελώριον· μεῖζον γάρ ἐστι χήμης καὶ παρηλλαγμένον. Plin. N. H. XXXII, 11. s. 53. § 147. (e cod. Bamb.) *Chemae, peloridum generis, varietate distantes et rotunditate;* et IX, 31. s. 51. § 99. *pelorides emolliunt alvum.*

sphondylos] Cf. Columella VIII, 16. Sen. l. c. Apud Plinium lib. XXXII. § 151. legitur *spondylus* etiam in cod. Bamb.: σφόνδυλος est forma Attica.

turdum] Boettiger. l. c. interpretatus est: „*Weindrossel* (turdus musicus Linn.)“, ut esset avis quae commemoratur infra c. 16. § 16. et II, 4, 22.: at me offendit numerus singularis, quum Athenaeus II, 68, p. 64, f. dicat: Κίχλαι. Καὶ τούτων ἦσαν καὶ ἄλλων ὀρνίθων ἀγέλαι ἐν τοῖς προπόμασι. Idem piscem eiusdem nominis et singulari et plurali numero commemorat VII, 71. p. 305.: quamobrem equidem putaverim intelligendum esse piscem, de quo Plinius lib. XXXII. l. c.: *Turdus inter saxatiles nobilis*, Columella l. c.: *Rursus optime saxosum mare nominis sui pisces nutrit, qui scilicet, quod in petris stabulentur, saxatiles dicti sunt, ut merulae turdique*, et c. 17. *Turdi complura genera.*

asparagos subtus] Haec coniungenda esse videntur cum antecedenti *turdum*, quia *subtus* est adverbium loci, non temporis (ut existimavisse videntur ii qui scripserunt *asparagos. Subtus gallinam* cet.), nec praepositio. Bastius apud Boettigerum l. c. eandem

ostrearum peloridum, balanos nigros, balanos albos: iterum sphondylos glycomaridas urticas ficedulas, lumbos capraginos aprugnos,

[Mss. ABGPS.

asparagos subtus, gallinam scripsit Bastius apud Boettigerum, Kleine Schriften III. p. 220. *turdum, asparagos. subtus gallinam* Edd. Becker. Gall. II, p. 142. Codices nonnullos Paris. habere dicit improbans Bast. l. c. — *patina ex ostrearum* (A corr. in *ostreor.*) BGSVM13P267 (P5 *hostreor.*). — *balanos nigras balanos albas* P5. *balanos nigros* (om. *balanos albos*) P7. — *spondilos* SV. *splondilos* P5. — „*glycomerides* Iac. Gutherius de iure pontificio lib I. cap. 26. legit ex Plin. cap. 11. lib. 32." Pont. *cliomaridas* P2. — *fiscedulas* A. — *capraginos* P5. *capragines* ABi-bGPSM23 (bg in mg.: „forte legendum *caprigenos*). *capuagines* M1. *capagines* P2. *caprigenes* v1. *capriginés* v3. *caprugineos* vel *capruginos* legit Salmas. Exerc. Plin. p. 323. a. G. (p. 455.) probante Boettigero p. 222. „Tentatum reperio *lumbos capriginos*. Sed iis ignoratum *lumbos* ἁπλῶς sive *lumbulos*, uti nuncupat Apicius [VII, 8.], in amoribus ac deliciis fuisse voluptariis viris. Glossa. *lumbi* ὀσφύες, ἰσχία. Porro *capragines*, quod sequitur, non satis expedio; et labor ut corrigam *capras oryges*. Cf. Plin. VIII, c. 53. [s. 79. § 214. Sill.] et Iuvenal. [XI, 140.], et Columella lib. X. [immo IX, 1].“ Pont. — *In cocna* fere quam ego habet interpunctionem; Boettigerus vertit: „*Spargel mit einer Poularde oder fetten Henne.*" Cf. Athen. II, 62, p. 63, e

gallinam altilem] Plinius N. H. X, 50. s. 71. e lege Fannia: *Ne quid volucre poneretur praeter unam gallinam quae non esset altilis.*

patinam ostrearum peloridum] i. e. ostreae et pelorides coctae in iure. Boettigerus l. c. confert Apicium I, 29 et IX, 7. [adde IV, 2.], Bastius ait idem esse atque *ostreas patinarias*, et citat interpretes Plauti ad Asinar. I, 3, 28. et Horatii ad Sat. I, 3, 80. Add. Martial. XIII, 62. et vid. infra. Sed quaeritur quid lateat in codicum scriptura: *patina ex ostrearum*. Num forte *patinas sex?* Equidem statuere malo *ex* ortum esse e littera *m*.

balanos nigros, balanos albos] Nullo coloris discrimine *balanos* nominant Plinius l. c. § 145., Colum. VIII, 16., Athenaeus III, 35. p. 87, extr. Idem ibid. 40. p. 91 a.: *Αἱ δὲ βάλανοι καλούμεναι ἀπὸ τῆς πρὸς τὰς δρῦνας ὁμοιότητος διαφέρουσι παρὰ τοὺς τόπους.*

iterum] Boettigerus interpretatur: „Zweiter Gang", et dicit esse alterum gustationis missum, ut coenam ipsam in VIII. partes distribuat.

glycomarides] Apud Plinium l. c. § 147., ubi vulgo legitur *chamae glycymerides quae sunt maiores quam pelorides*, in cod. Bamb. invenitur tantum *chemae glycymarides;* pro *maiores* scilicet dicendum erat aut *minores* aut *meliores*.

urticas] Cf. Plin. N. H. IX, 45. s. 68. Apud Plautum l. c. legitur *marinam urticam*, apud Athenaeum II, 61, p. 63. ἀκαλήφη, et III, 39. p. 90 extr. κνίδαι.

ficedulas] Cf. Plin. N. H. X, 29. s. 44., Apic. IV, 2. Martial. XIII, 49. Favorin. ap. Gell. XV, 8, 2. *Qui negant ullam avem praeter ficedulam totam comesse oportere.* Apud Athen. II, 69, p. 65. vocantur συκαλλίδες, Boettigerus l. c.: „*Feigenschnepfen*". Idem recte animadvertit infra easdem esse intelligendas alio modo paratas.

lumbos capraginos] Vid. app. Si recte vertit Boettigerus l. c.: „*Coteletten von Rehwildpret*", fortasse scribendum est *capreaginos*. Alteram scripturam *caprugineos* si quis praetulerit, me non habebit obloquentem, nam quod est in codicibus compluribus, *capragines*, id poterat non minus eiecto quam in e mutato o nasci. *Caprigenos* Camerarius videtur sumpsisse e lib. VI, cap. 5. § 14., qua in re confudit diversa.

aprugnos] Cf. Plin. N. H. VIII, 51. s. 78. *Iam Catonis Censoris orationes aprugnum exprobrant callum* (i. e. „die Schwarte", cf. Plaut. Poen. III, 2, 2; Pers. II, 5, 4.). *In tres tamen partes diviso media ponebatur lumbus aprugnus appellata.* Apic. VII, 1. et 8.

altilia ex farina involuta, ficedulas murices et purpuras. In coena sumina, sinciput aprugnum, patinam piscium, patinam suminis, anates, querquedulas elixas, lepores, altilia assa, amulum, panes Picentes. Ubi iam luxuria tunc accusaretur, quando tot rebus farta 13
fuit coena pontificum? Ipsa vero edulium genera quam dictu turpia? Nam Titius in suasione legis Fanniae obicit seculo suo

Edd. vicahgspdzb.]

summa codd. nonnulii Paris. (P25) improbante Bastio l. c. (A, ut dubites sitne *mm* an *min*). — *anetes* V a p. m.; R. — *amulum* ABGSVM123P25. *amylum* Edd. P. *amilum* R. — *panis* V. *panes* om. Par. 6367 ap. Bast. l. c. 13. *facta* S. — *Nam Titius ... armatis fuit*] Cf. Io. Saresb. VIII, 7. — *Titius* ABGS Saresb. „Quod magis probo [quam *Cincius*]. Meminit huius *Titii* Festus in *Offendices*. Vide infra etiam huius libri cap. 16. [§ 15.], ubi ita habes: *C. Titius* etc. Vere emendavi. Nec ta-

altilia ex farina involuta] Boettigerus vertit: „*Eine Hühnerpastete*". Melius, opinor, Bastius dialecto Vindobonensi: „*Backene Hendl*", et Francogallice: „*poulets en marinade*". Huc pertinet glossa quam Harduinus attulit ad Plin. N. X, 50, 71.: *Altilia dicuntur volatilia saginata studio.* Cf. c. 16. § 18.

murices et purpuras] Cf. Colum. VIII, 16. Plin. N. H. IX, 33. s. 52. et 35. s. 60. Martial. XIII, 87. Athen. III, 36, p. 88 sq.

sumina, sinciput aprugnum] Cf. Plin. N. H. VIII, 51. s. 77. *Neque alio ex animali* (quam ex sue) *numerosior materia ganeae: quinquaginta prope sapores, cum ceteris singuli. Hinc Censoriarum legum paginae, interdictaque coenis abdomina glandia testiculi vulvae sincipita verrina, ut tamen Publii mimorum poetae coena, postquam servitutem exuerat, nulla memoretur sine abdomine, etiam vocabulo suminis ab eo inposito.* c. 16. § 18. Plutarch. de carn. esu II, 1. p. 997., A. Martial. XIII, 44. Plaut. Curc. II, 3, 44.; Capt. IV, 3, 4.; Pseud. I, 2, 34.; Men. I, 3, 28.; Pers. VI, 70.; Petron. 135. Glossa Philox. *Sinciput, ..* *ἡμικέφαλον.*

patinam piscium] „Hinc *patinarius* apud Plautum [Asin. I, 3, 28.]: *Is* (piscis) *habet succum, is suavitatem: cum quovis pacto condias Vel patinarium vel assum, vorses quo pacto lubet.*" Pont. — Vid. paulo supra et Apic. IV, 2. Boettigerus haec omisit, ut quae typographi errore intercidissent in ed. Zeun.

patinam suminis] Boettiger.: „*Ragout von Schweineuter*" coll. Apic. VII, 2. Adde IV, 2. et Martial. X, 48.

anates] Boettigerus: „*Gebratene Entenbrüste*", sed, quem citat, Martial. XIII, 52. habet: *Tota quidem ponatur anas: sed pectore tantum Et cervice sapit: cetera redde coco.* Cf. Apic. VI, 2. Gell. XV, 8, 2.

querquedulas elixas] Boettiger.: „*Wilde Enten fricasirt.*" Sed querquedulas cum anatibus in *νησσοτροφείοις* ali solitas esse docet Varro R. R. III, 3 et 11. et Colum. VIII, 15. Quod anatum genus hoc sit, incertum est. Varro L. L. V, 12, 79. habet: *querquedula κερκουρίς.*

amulum] Boettiger.: „*Crème aus Kraftmehl*". Plinius N. H. XVIII, 7. s. 17. *Amylum ... appellatum ab eo quod sine mola fiat:* qua ratione, docetur et ibid. et a Catone R. R. 87., ubi etiam cum lacte coqui dicitur. Cf. Apic. II, 2; VIII, 2 et 3.

panes Picentes] „Plinius [XVIII, 11. s. 27.] *Durat sua Piceno in panis inventione gratia.* Martialis [XIII, 47.]: *Picentina Ceres niveo sic nectare crescit, Ut levis accepta spongia crescit aqua.*" Pont. — Boettigerus: „*Picentinische Zwiebacke, in Milch getaucht*". Hos idem ait per totam coenam pro pane edisse convivas: Bastius in ferculorum numero eos refert. Alteram hanc rationem commendare videntur ea quae adiicit Plinius l. c.: *Ex alicae materia. Eum novem diebus macerant, decimo ad speciem tractae subigunt uvae passae succo: postea in furnis, ollis inditum, quae rumpantur ibi, torrent: neque est ex eo cibus, nisi madefacto, quod fit lacte maxime mulso.*

13. *dictu turpia*] ut mollia nimis atque delicata.

legis Fanniae] Cf. c. 17. § 3 sqq.

quod porcum Troianum mensis inferant, quem illi ideo sic vocabant, quasi aliis inclusis animalibus gravidum, ut ille Troianus
14 equus gravidus armatis fuit. Exigebat hoc quoque illa gulae intemperantia, ut et lepores saginarentur teste Varrone, qui de agricultura libro tertio, cum de leporibus loqueretur, sic ait: *Hoc quoque nuper institutum, ut saginarentur, cum exceptos e lepora-*
15 *rio condant in caveis, et loco clauso faciant pingues.* Si cui hoc mirum videtur, quod ait Varro lepores aetate illa solitos saginari, accipiat, aliud quod maiore ammiratione sit dignum, cochleas sa-
[361]ginatas, quod idem Varro in eodem libro refert. Verba ipsa qui
16 volet legere, ubi quaerere debeat indicavi. Neque ego nunc antiquitati nos praeferendos vel conparandos dico, sed respondi obiurganti Horo, adserens, uti res habet, maiorem illis seculis deliciarum curam fuisse quam nostro.

XIV. Subiecit Furius Albinus, antiquitatis non minus quam Caecina peritus: Miror te, inquit, Albine, non retulisse quanta illis affluentia marinarum procurari solita fuerit copiarum, cuius relatu

[Mss. ABGPS.

men nescio L. Cincium Alimentum, cuius mentio apud Agellium, Festum, Livium Nonium et alibi apud hunc ipsum Macrobium.“ Meurs. Consentit R. Merkel. ad Ovid. Fast. p. LXXV. et M. Hertz. de Luciis Cinciis p. 35. „*Cincius* librarii lapsu scriptum pro *C. Titius.*“ Duebner. ad Meyeri orat. Rom. fragm. p. 274. *tutius* M3. *titus* P5. *citius* P6. *atius* P12. *cintius* M1. *cincius* P7 Edd. — *obiecit* pz-bPSR. — *inserant* S. 14. *ut* (om. *et*) v-g. — *teste Varrone* . . . (§ 15.) *in eod. libro refert*] Io. Saresb. l. c. — *sic ait* add. a sec. m. B. — *Hoc quoque*] „Verba sunt Varronis lib. III. cap. 12. de R. R , quae tamen paulo secius quam Macrobius refert Salisberiensis Policrat. l. c. Lego: *Hos quoque n. i. est ut saginarent pleraque cum exceptos e leporario concludant* i. c.“ Meurs. Sic Varro l. c. — *e loperario* P7. *de porariis* P. *a leporario* G. — *condant* s-bP. *quondam* A a sec. m.; BGSv1iR. *quodam* A a p. m. *quidam* v3c-g. *concludant* Varro l. c. — *faciam* AB GSR. 15. *illud* Edd. P. — *in eodem libro*] cap. 14. — *debeat quaerere* Sv-g. 16. *Neque ego enim* S.

XIV. *Caput XIV.* (p-b *Lib. II. Cap. X.*). *Saltandi cantandique studium atque adeo ne histrioniam quidem apud vetustiores Romanos inter turpia nominatum fuisse.* ch-b. 1. *Albine* om. Edd. *albine cecinna* S. — *non* add. a sec. m. B. — *cuius relaxata* P. — *lecta* zb. 2.

porcum Troianum] Includebant vel aves vivas. Cf. Petron. 40. Becker. Gall. II, p. 188.

ideo] Hanc particulam sequi debebat una e particulis *quod*, *quia*, *quoniam* cum enuntiatione integra, pro qua sequitur *quasi* .. *gravidum*.

15. *cochleas saginatas*] Cf. Plin. N. H. IX, 57. s. 82. *Cochlearum vivaria instituit Fulvius Hirpinus in Tarquiniensi paulo ante civile bellum quod cum Pompeio Magno gestum est* . . . *Quin et saginam earum commentus est, sapa et farre aliisque generibus, ut cochleae quoque altiles ganeam inplerent.*

16. *obiurganti Horo*] Eius verba interciderunt. Sed cadit talis obiurgatio in eum, quem Macrobius statuerit esse philosophum Cynicum. Cf. prolegg. p. XIX. et p. XXX sq.

maiorem illis seculis deliciarum curam fuisse] „Plinius lib. XXXVI, c. 1. [s. 2] *Exstant censoriae leges glandia in coenis gliresque et alia dictu minora apponi vetantes.*“ PONT. — Cf. ibid. VIII, 51. s. 77., § 209. et 57. s. 82., § 223. et quae hic sequuntur.

XIV, 1. *antiquitatis non minus quam Caecina peritus*] Vid. prolegg. p. XXVII sq.

maximam conviviorum nostrorum sobrietatem doceres. Et Caecina: Profer, inquit, in medium quae de hac quoque parte lectu
comperisti: ultra omnes enim polles memoria vetustatis. Et Fu- 2
rius sic ingressus est: Vetustas quidem nobis semper, si sapimus, adoranda est. Illa quippe secula sunt quae hoc imperium vel sanguine vel sudore pepererunt, quod non nisi virtutum faceret ubertas: sed, quod fatendum est, in illa virtutum abundantia vitiis quoque aetas illa non caruit, e quibus nonnulla nostro se-
culo morum sobrietate correcta sunt. Et de luxu quidem illius 3
temporis circa marinas copias dicere institueram: sed quia in adsertionem nostrae emendationis alia ex aliis proferenda se suggerunt, de piscibus non omitto, sed differo dum de alia lascivia [362]
qua nunc caremus ammoneo. Dic enim, Hore qui antiquitatem 4
nobis obicis, ante cuius triclinium modo saltatricem vel saltatorem te vidisse meministi? At inter illos saltatio certatim vel ab honestis adpetebatur. Ecce enim, ut ab illo ordiar tempore quod fuit optimis moribus, inter duo bella Punica ingenui, quid dicam ingenui, filii senatorum in ludum saltatorium commeabant et illic
crotalia gestantes saltare discebant. Taceo quod matronae etiam 5
saltationem non inhonestam putabant: sed inter probas quoque earum erat saltandi cura, dummodo non curiosa usque ad artis perfectionem. Quid enim ait Salustius: *Psallere saltare elegantius*

Edd. vicahgspdzb.]
adoranda est semper si sapimus G. — *Illa quidem secula* P. 4. *Dic* (om *enim*) A. — *oro* B. — *saltatricem* (sup. *torem*) *vel saltatricem* A. — *ut ab illo ordiar tempore* ... (§ 13.) *constat*] Cf. Io. Saresb. VIII, 12. — *Punica: ingenui* b. Zeunii monitu: „Post *Punica* distingue. Nam *ingenui* referendum est ad sequentia.“ — *crotalia* BGM3. *crotalaia* S. *crotala* A Edd. PM12. 5. *matronae saltationem etiam* G. — *Salustius*] Catil. 25. — *Sallustius* Bc-bP. — *sallere* M. — *psaltare* B. — *probe* AG.

3. *nostrae emendationis*] i. e. morum nostrae aetatis emendatorum.

non omitto, sed differo] sc. disputationem.

4. *qui antiquitatem nobis obicis*] i. e. qui obiurgandi causa nobis proponis antiquitatis exemplum. Cf. c. 13. § 16.

Ecce] Cf. prolegg. p. XLI.

inter duo bella Punica] secundum scilicet et tertium.

crotalia] Haec forma deminutiva alias quod sciam usurpatur tantum de inauribus, cf. Plin. N. H. IX, 35. s. 56., § 114. Sed tamen compluribus bonis codicibus obtemperandum esse putavi, quod facile haec forma mutari posset in alteram propter Scipionis verba (§ 7.): *cum crotalis saltare*, quae Macrobius repetit § 8. In cod. A legitur interpretatio: „Est autem *crotalum* genus instrumenti resonantis acute in modum tabellarum sese vehementi impulsu collidentium.“

5. *inter probas quoque earum*] Raro sic cum adiectivo certam quandam conditionem indicante iungitur genitivus partitivus: sed conf. Plin. N. H. VIII, 48. s. 73., § 193. *lanarum nigrae*, et XI, 50. s. 111., § 265. *canum degeneres*. Krueger. Gramm. d. lat. Spr. § 336. Not. 4. Madvig. Lat. Sprachl. § 284. § 5.

dummodo non curiosa] Non referendum est ad adiectivum *curiosa* (Vid. Hand. Tursell. II, p. 327 sq.), quod nimium studium significat. Cf. Quintil. VIII, 3, 55. *Est etiam quae περιεργία vocatur, supervacua, ut sic dixerim, operositas, ut a diligenti curiosus distat.* Hoc loco id inprimis est mirandum, quod *cura* dicitur esse *curiosa*. Vid. not. ad c. 13. § 4.

Psallere saltare elegantius] Cortius ad Salustium l. c. adnotavit

quam necesse est probae? adeo et ipse Semproniam reprehendit,
6 non quod saltare sed quod optime scierit. Nobilium vero filios et, quod dictu nefas est, filias quoque virgines inter studiosa numerasse saltandi meditationem testis est Scipio Africanus Aemilianus, qui in oratione contra legem iudiciariam Tib. Gracchi sic
7 ait: *Docentur praestigias inhonestas: cum cinaedulis et sambuca*

[Mss. ABGPS.

proba est B. *probere* P. 6. „*inter studia seria* puto fuisse. Scriptus variat legitque *studiosas* [A *studiosa*]. Sed Seneca pater hoc fecerit: *Cantandi*, inquit, *saltandique nunc obscaena studia effeminatos tenent.*“ Pont. Vid. not. — *lege iudiciorum* (sup. *aria*) A. *legem agrariam C. Gracchi* coni. Meyerus. Vid. not. 7. *sabuca* A*MVR „Forte *sabulo*,

haec: „*Saltare* ita ut *psallere* suis limitibus non turpe erat, vid. Ovid. I. Art. am. v. 595. Horat. Sat. I, 9, 24., Passerat. ad Propert. p. 332. Immo in sacris quibusdam tam viris quam feminis necesse erat teste Servio ad Eclog. V, 73. Seneca de tranq. c. 15. Loccen. ad Nep. Epam. c. 1. [Adde Quintil. I, 11, 18.] Verum uti excessus in psallendo psaltriarum erat, sic in saltando ad histriones et pantomimos ablegatum, vid. Graev. ad Cic. Offic. I, 42.; immo saltatrices Romae honestis neque odiosae ac psaltriae, Ammian. XIV, 6.“ — Praeterea conf. Cic. Catil. II, 10, 23. et p. Mur. 6, 13., Sueton. Tit. 3., Gell. N. Att. XIX, 9, 3.

quam necesse est probae] Cortius l. c.: „*Castae*, inquit Graevius l. c., et sane *probum* pro casto et *improbum* pro impudico dici pluribus probat N. Abram. ad Cic. p. Mil. c. 4. Saltatrices enim .. spectantium libidinem excitare solebant, lege Iuvenal. Sat. XI. v. 162. Simili dictione utitur Plinius V. ep. 19. *Utitur et cithara perite ultra quam comoedo necesse est.* .. Tacit. V. Annal. c. 1. *Comis ultra quam antiquis feminis probatum.*“ Adde Quintil. I, 10, 31. *Psalteria et spadicas etiam virginibus probis recusanda.*

6. *inter studiosa*] Hoc esset: „inter ea ad quae studia sua converterent“. Sed hoc sensu nemo, quod sciam, hanc vocem usurpavit. Quid ergo, si legamus: *inter studia sua?* Nam adiectivi *curiosus* usus is ex quo significat rem in quam cura impenditur (vid. not. ad c. 13. § 4.) vix potest huc referri.

contra legem iudiciariam Tib. Gracchi] Errorem admisisse videtur Macrobius: Nam quamquam Plutarchus in vita Ti. Gracchi c. 16.: *Αὖθις ἄλλοις νόμοις*, inquit, *ἀνελάμβανε τὸ πλῆθος, ... καὶ τοῖς κρίνουσι, τότε συγκλητικοῖς οὖσι, καταμιγνὺς ἐκ τῶν ἱππέων τὸν ἴσον ἀριθμόν*, *indiciariam* tamen *legem*, qua iudicandi munus a senatu ad equites translatum est, C. Graccho et idem Plutarchus in huius vita c. 5., et ceteri scriptores adscribunt. Cf. Vellei. II, 32, 3; Appian. Bell. civ. I, 22. Pseudo-Ascon. in Verr. p. 145. Florus III, 17, 3. Orell. Onom. Tull. III, p. 266. Hanc vero iudiciariam legem H. Meyerus ad orator. Rom. fragm. p. 105. (215.) animadvertit a. DCXXXI. post mortem demum Africani esse latam, ideoque censet esse haec referenda ad C. Gracchi legem agrariam a. DCXXIV. latam coll. schol. Vatic. ad Cic. p. Mil. c. 7, 2. p. 283. Or.: *P. Scipio Aemilianus, cum Latinorum causam societatis iure contra C. Gracchum triumvirum eiusque collegas perseveranter defensurus esset, ne ager ipsorum divideretur, repentina morte domi suae interceptus est.*

7. *praestigias inhonestas*] Cf. Gell. N. A. XIII, 23, 2. *Graecae istorum praestigiae philosophari se dicentium, umbrasque verborum inanes fingentium.*

cinaedulis] Sic contemptim propter mollitiem, ut *Graeculi*, dicuntur *cinaedi*, quae vox paulo infra sequitur, ubi Pontanus citavit Iuv. XIV, 28 sqq. Poterat addere II, 10. Apud Pollucem VI, 126. *κίναιδος* inter alia dicitur *πόρνος* et *καταπύγων*. Sed h. l. mollem tantum saltatorem significat, ut in versu Luciliano ap. Non. I, 15. *Stulta*

psalterioque eunt in ludum histrionum, discunt cantare, quae maiores nostri ingenuis probro ducier voluerunt: eunt, inquam, in

Edd. vicahgspdzb.] cuiusmodi organi musici meminit Apuleius II. Floridorum [53. N. XV.] *dextra psallentis gestu suo* (an *suae?*) *sabulum citharae admovet* [ubi Hildebr. scripsit *quassabulum*]. Deinde pro *cinaedulis* malim *cinaedicis*. Varro [ap. Non. 101, 3.] *ut comici cinaedici, scenatici.*" Pont. „Vindex horum verborum, quae temere dubitantur, est locus unicus apud Polybium lib. V, cap. 37. Ἐβουλόμην ἄν σε, ἔφη (Cleomenes), καὶ λίαν ἀντὶ τῶν ἵππων κιναίδους ἄγειν καὶ σάμβυκας." Gron. — *salterioque* M. — *in ludum histrionium* mavult Meyerus Oratt. Rom. fragm. p. 215. — *saltatum te inter venisse cinaedos*, et Plaut. Mil. III, 1, 73. *Tum ad saltandum non cinaedus malacus aeque est atque ego.*

sambuca] Cf. Athen. IV, 77, p. 175, d: Καὶ τὸ τρίγωνον δὲ καλούμενον ὄργανον Ἰόβας .. Σύρων εὕρημά φησιν εἶναι, ὡς καὶ τὸν καλούμενον λυροφοίνικα σαμβύκην. τοῦτο δὲ τὸ ὄργανον Νεάνθης ὁ Κυζικηνὸς .. εὕρημα εἶναι λέγει Ἰβύκου τοῦ Ῥηγίνου ποιητοῦ. XIV, 40, p. 637, b. Τῇ σαμβύκῃ πρώτην φησὶ χρήσασθαι Σίβυλλαν .. Σκάμων ὁ προειρημένος· ὀνομασθῆναι δ' αὐτὴν εὑρεθεῖσαν ὑπὸ Σάμβυκός τινος, et 35, p. 633, f. .."Εφη ὁ Μασσούριος ὀξύφθογγον εἶναι μουσικὸν ὄργανον τὴν σαμβύκην ... χρῆσθαι φήσας αὐτῷ Πάρθους καὶ Τρωγλοδύτας τετραχόρδῳ ὄντι. Marc. Donat. ad Liv. XXXIX, 6. § 8. adnotavit haec: „Nos arpam sambucam fuisse non dubitamus, ex Porphyrii dictis in Ptolemaei Harmoniaca, ubi scribit: *Sambuca triangulum instrumentum est, quod ex inaequalibus longitudine sicut et crassitudine nervis efficitur.*" Idem sensit Turnebus Advers. XX, 1. Vid. etiam Suidam s. v. Ἴβυκος, Πρῶτος εὗρε τὴν καλουμένην σαμβύκην· εἶδος δέ ἐστι κιθάρας τριγώνου. Isidorus Orig. III, 20, 7. *Sambuca*, inquit, *in musicis est species symphoniarum.* Mirum est quod cum personis iunguntur instrumenta musica: quid ergo si verbis *sambuca psalterioque* intelligamus homines his instrumentis musicis cantantes? Certe Polybius V, 37, 10. ait κιναίδους ἄγειν καὶ σαμβύκας, et apud Plautum Stich. II, 3, 56 sq. alii legunt: *Fidicinas, tibicinas Sambucas advexit secum forma eximia*, alii, *sambucinas*, id quod minus convenit metro, quum in *sambuca* producatur penultima. *Sambucistriae* dicuntur apud Livium l. c. et Fest. l. XVIII, p. 325. Muell. Praeterea Salmasius ad Spartian. Adrian. c. 26.: *In convivio tragoedias comoedias Atellanas, sambucas, lectores poetas prore semper exhibuit*, dicit *sambucas* esse non instrumenta musica, sed mulieres quae illo instrumento ludere sciant, et confert Martian. IX, § 924. *Psaltas, cordacistas sambucos*, cum glossa vetere: *Sambucus, histrio, saltator.* Sed tamen talis interpretatio non est comprobanda, nam nihil eiusmodi dici potest de psalterio, et sequitur: *Discunt cantare:* potius ergo *cum cinaedulis* statuamus dictum esse pro *inter cinaedos*, quod legitur infra. Cf. Iahn. ad Pers. V, 95., Schneidewin. ad Ibyc. p. 71 sq. Hildebr. ad Arnob. II, 42. Buleng. de Theat. II, 47. in Graev. Thes. T. IX, p. 1056.

psalterioque] Huius nominis instrumentum musicum commemoratur a Varrone ap. Non. 215, 16.; Cic. de har. resp. 21, 44., Virgil. Cir. 177. Quintil. I, 10, 31. et Arnob. l. c. Marc. Donat. ad Livium l. c. e D. Hieronymi expositione psalmorum affert haecce: *Psalterium proprie est genus organi musici melius sonans quam cithara, similitudinem habens citharae, sed non est cithara. Inter psalterium et citharam hoc interest, quod cithara deorsum percutitur, psalterium vero sursum*, et ex alio loco: *Cithara deorsum habet cavamen, et sex chordas habet: psalterium sursum habet cavamen;* eadem fere refert scribere D. Augustinum, et D. Ambrosium testari in conviviis inseri solitum psalterium ad libidines excitandas, coll. Plutarch. Sympos. VII, 7.

quae .. probro ducier voluerunt]

ludum saltatorium inter cinaedos virgines puerique ingenui. Haec cum mihi quisquam narrabat, non poteram animum inducere ea liberos suos homines nobiles docere: sed cum ductus sum in ludum saltatorium, plus medius fidius in eo ludo vidi pueris virginibusque |363|*quinquaginta, in his unum (quod me reipublicae maxime miseritum est) puerum bullatum, petitoris filium non minorem annis duodecim, cum crotalis saltare quam saltationem inpudicus servulus*
8 *honeste saltare non posset.* Vides quemadmodum ingemuerit Africanus, quod vidisset cum crotalis saltantem filium petitoris, id est candidati, quem ne tum quidem spes et ratio adipiscendi magistratus, quo tempore se suosque ab omni probro debuit vindicare, potuerit coercere, quo minus faceret quod scilicet turpe non habebatur. Ceterum superius pleramque nobilitatem haec propu-
9 dia celebrare conquestus est. Sic nimirum M. Cato senatorem

[Mss. ABGPS.

probo BG. — *quisque* (sup. *am*) A. *quispiam* desiderat Meyerus. Vid. not. — *narrabit* (sup. *a*) A. — *nobiles homines* v-g. — *virginibus* (om. *que*) M2. — *quinquaginta* GM3. *quingenta* ABVM12R. *quingentis* S Edd. P. Meyerus l. c. „Salisberiensis lib. VIII. cap. 12. *ducentis.*" Meurs. — *quo me* v-g. „Melius." Meurs. — *maxime* om. Sv. — *miseritum* ABMR. *misertum* Edd. GPSV. 8. *ingemuit* v. — *adipiscendi ratio potuerit* (v3 *potuerat*) *coercere magistratus quo .. debuit vindicare: quo* v. — *probo* A. — *potuit* i-g. — *tempore non habebatur* vl. — *Ceteram* G. — *pleramque* ABGVi (a *placr.*) hM123. *pleranque* Scg. *plerumque* (v *placr.*) s-bP. — *haec pro pudicitia* S. 8. 9. *conquestus est Cato. Sic nimirum M senatorem* vl (v3 *inde senatorem*) — *M. senatorem* (om. *Cato*) BGVM3 in mg a rec. m. add. *Cato*). *men. senatorem* M1 a p. m. *in senatorem* M2 (M1 a sec. m.). „*M. Caelium* lego ex Agellio lib. I. cap. 15. et Festo in *Spatiatorem* et Asconio ad Milonianam. Apud Ioannem

Haec poterant haberi pro obiecto antecedentis verbi *cantare:* sed ad Cornelii Nepotis praefationem si spectamus, pro appositione habenda sunt, ut ea quae antecedunt omnia a maioribus probro ducta esse videantur.

quisquam] Meyerus l. c. adnotavit: „Vim pronominis non intelligo: desidero equidem *quispiam.* Manutius vero ad Cic. Ep. ad fam. VIII, 8. in M. Coelio Rufo similem pronominis usum eo excusare studet, quod veteres ita locuti sint. Vid. ad Cat or. de Rhod. p. 51." — Haec pronomina sane saepe confunduntur. Vid. Haas. not. 360. ad Reisig. lat. Sprachwiss. Ego invitus secutus sum codicem vestigia.

plus .. vidi pueris virginibusque quinquaginta] Quem offendit ablativus sequens accusativum obiecti, is conferat Cic. in Verr. III, 48. § 114. *Si ostendo minus tribus medimnis in iugerum neminem dedisse decumae.* Numerum quem recepi tam res ipsa commendat quam codicum scripturae.

puerum bullatum] Cf. I, 6, 10.

quam saltationem .. honeste saltare non possit] Eadem quae paulo supra hic oritur quaestio, sed alia ratione, opinor, solvenda. Nam cum *crotalis saltare* non omnino dedecet inpudicum servum, sed tantummodo saltare saltationem obscoenam, ut *quam saltationem* dictum esse videatur pro *eam saltationem quam.* Cf. Cic. Brut. 62. § 225. *ut saltatio quaedam nasceretur, cui saltationi Titius nomen esset.* Nec me movet quod infra sequitur tantum *quod vidisset cum crotalis saltantem filium petitoris.*

8. *quo tempore ... debuit vindicare*] Cf. Cic. p. Mil. 16. § 42. *Cum honoris amplissimi contentio et dies comitiorum subesset, quo quidem tempore .. omnia, non modo quae reprehendi palam sed etiam quae obscure cogitari possunt, timemus* cet.

pleramque nobilitatem] Cf. Salust.

non ignobilem Caecilium spatiatorem et Fescenninum vocat, eum-
que staticulos dare his verbis ait: *Descendit de cantherio, inde
staticulos dare, ridicularia fundere*, et alibi in eundem: *Praeterea
cantat, ubi collibuit, interdum Graecos versus agit, iocos dicit, vo-
ces demutat, staticulos dat.* Haec Cato, cui, ut videtis, etiam can- 10
tare non serii hominis videtur: quod apud alios adeo non inter
turpia numeratum est, ut L. Sylla, vir tanti nominis, optime can-
tasse dicatur. Ceterum histriones non inter turpes habitos Cicero 11
testimonio est, quem nullus ignorat Roscio et Aesopo histrioni-
bus tam familiariter usum, ut res rationesque eorum sua sollertia

Edd. vicahgspdzb.] Salisberiensem [lib. VIII. c. 12.] male quoque *Caecilium.*" Meurs. „Quidam libri habent *Caecilium*, sed corrupte." Dac. ad Fest. s. v. *spatiatorem* p. 716. Lind. „*Caecilium* Macrob. Sat. II, 10. iisdem conviciis petitum dicit, sed Festus rectius." Mueller. ad Fest. p. 345. — *Fescennium* AVviM123. Festus ed. Lind. p. 264. *Fescenium* cag. *Fescinium* h. — *iis verbis* v3. — *canterio* SM. — *saticulos* V. *satticulos* B. — *ridicula* PSM. — *locos* AM. *iocus* V. — *datur* V. 10. *serii hominis sic videtur* vch. — *lucius silla* A. *L. Sulla* s-bP. *Decius Sylla* v. 11.

Cat. 23, 6. *Pleraque nobilitas invidia aestuabat.*

Caecilium] In tanto codicum consensu Macrobium corrigere nolui: quamquam verum esse videtur nomen *M. Caelium.* Vid. app.

9. *spatiatorem et Fescenninum*] Cf. Festus lib. XIX. p. 344. Muell. *Spatiatorem erratorem Cato in An.* (*M.*) *Caelium* „*si se appellavisset*": *In coloniam mehercules scribere nolim, si trium virum sim, spatiatorem atque Fescenninum.* Hunc locum minus plene attulit Pontanus, cuius adnotationi uncis inclusa subiiciuntur in ed. Gron. haec: „Vide Danielis Parei commentarium in Musaei Erotop. p. 135." — Turnebus Advers. XVII, 10.: „A saltationis, inquit, spatiis, ut quidam censent, *spatiatorem* vocavit Cato Caelium, sed satius sit cum Festo erratorem intelligere: quem eundem et *Fescenninum* a versibus Fescenninis obscoenae lasciviae appellavit." Cf. II, 4, 21. Nos: „*einen Pflastertreter und Pasquillanten.*"

staticulos dare] Pontanus nos delegat ad Taubmanni notas ad Plaut. Pers. V, 2, 43. [al. 48.]: sed hic nihil egit nisi exscripsit verba Turnebi l. c.: „*Staticuli* sunt saltationes statariae quaedam, non perinde motoriae, quales erant in eo chori genere quod *στάσιμον* a Graecis vocatur, vel *staticuli* a parte saltationis dicuntur", quae repetita sunt ibid. XVIII, 4. Vid. etiam Salmas. Exercitt. Plin. p. 94, qui bene confert Virgil. Georg. I, 350. *Det motus incompositos.*

de cantherio] Cf. Fest. ap. Paul. lib. III. p. 46. *Est cantherius equus cui testiculi amputantur*, et Varro R. R. II, 7, 15

ridicularia] eodem modo legitur apud Plaut. Asin. II, 2, 64; Trin. I, 2, 28; Truc. III, 2, 16.

10. *Sylla*] Huius mores exemplo esse non poterant probo homini Romano. Cf. Plutarch. Sull. 2 et 36; Sal. Iug. 95. Val. Max. VI, 9, 6.

11. *Cicero testimonio est*] „Vide quae Corradus in Quaest. pag. 41. ed. Lips. contra dicat." Zeun. — Cf. de re publ. fragm. IV, 10. (ex Augustin. C. D. II, 13.): *Sicut apud Ciceronem Scipio loquitur: Cum artem ludicram scenamque totam probro ducerent, genus id hominum non modo honore civium reliquorum carere sed etiam tribu moveri notatione censoria voluerunt*, sqq. p. Quinct. 25. § 78. *Cum* (Roscius) *artifex eiusmodi sit, ut solus dignus videatur esse qui in scena spectetur, tum vir eiusmodi est, ut solus dignus videatur qui eo non accedat.* Vid. supra II, 3, 10. et 7, 2 sqq.

Roscio et Aesopo .. tam familiariter usum] Cf. Schol. Bob. in or. p. Arch. p. 357. *Q. Roscius Gallus, illustris comici operis actor, quem familiarissime Cicero dilexit;*

tueretur: quod cum aliis multis tum ex epistolis quoque eius declaratur.
12 Nam illam orationem quis est qui non legerit, in qua populum Romanum obiurgat quod Roscio gestum agente tumultuarit? Et certe satis constat contendere eum cum ipso histrione
[364] solitum, utrum ille saepius eandem sententiam variis gestibus efficeret an ipse per eloquentiae copiam sermone diverso pronuntiaret. Quae res ad hanc artis suae fiduciam Roscium abstraxit, ut librum conscriberet quo eloquentiam cum histrionia conpararet.
13 Is est Roscius qui etiam L. Syllae carissimus fuit et anulo aureo ab eodem dictatore donatus est. Tanta autem fuit gratia et gloria, ut mercedem diurnam de publico mille denarios sine

[Mss. ABGPSV.

cum ex aliis Sar. — *tum exemplis quoque* S. 12. *obiurgavit* i-g. — *tumultuaverit* c-bP. — *afficeret* i-g. — *quod* V. — *histrioniam cum eloquentia* S. „Al. *histrionica*" ch in mg. 13. *lucio sillae* A. L.

de divin. I, 36, 79. *amores ac deliciae tuae, Roscius*, inquit Q. Cicero cum Marco colloquens, idemque ib. 37, 80. *in Aesopo familiari tuo;* ad fam. VII, 1, 2. *Deliciae tuae, noster Aesopus.* Nota est oratio pro Q. Roscio Comoedo. Praeterea cf. de or. I, 61, 258. p. Sest. 56, 120. et 58, 123. Plutarch. Cic. 5.

12. *illam orationem*] Intelligit sine dubio orationem deperditam de Othone (cf. ad Att. II, 1, 3.), de qua Plutarchus Cic. 13.: *Τῶν γὰρ ἱππικῶν*, inquit, *πρότερον ἐν τοῖς θεάτροις ἀναμεμιγμένων τοῖς πολλοῖς .. πρῶτος διέκρινεν ἐπὶ τιμῇ τοὺς ἱππέας ἀπὸ τῶν ἄλλων πολιτῶν Μάρκος Ὄθων στρατηγῶν καὶ διένειμεν ἰδίαν ἐκείνοις θέαν, ἣν ἔτι καὶ νῦν ἐξαίρετον ἔχουσι. Τοῦτο πρὸς ἀτιμίας ὁ δῆμος ἔλαβε καὶ φανέντος ἐν θεάτρῳ τοῦ Ὄθωνος ἐφυβρίζων ἐσύριττεν, οἱ δ' ἱππεῖς ὑπέλαβον κρότῳ τὸν ἄνδρα λαμπρῶς. Αὖθις δὲ ὁ δῆμος ἐπέτεινε τὸν συριγμὸν, εἶτα ἐκεῖνοι τὸν κρότον. Ἐκ δὲ τούτου τραπόμενοι πρὸς ἀλλήλους ἐχρῶντο λοιδορίαις, καὶ τὸ θέατρον ἀκοσμία κατεῖχεν. Ἐπεὶ δ' ὁ Κικέρων ἧκε, πυθόμενος καὶ τὸν δῆμον ἐκκαλέσας πρὸς τὸ τῆς Ἐνυοῦς ἱερὸν ἐπετίμησε καὶ παρῄνεσεν.*

Roscio gestum agente] Cf. Cic. de or. II, 57, 233. *Soleo saepe mirari eorum impudentiam qui agunt in scena gestum spectante Roscio* (eadem fere leguntur p. Quinct. 24, 77.); III, 26, 102. *Nunquam agit hunc versum Roscius eo gestu quo potest;* I, 59, 251. *Quis neget opus esse oratori .. Roscii gestum et venustatem.*

variis gestibus] Cf. Cic. p. Arch. 8, 17. *Ergo ille* (Roscius) *corporis motu tantum amorem sibi conciliarat a nobis omnibus: nos animorum incredibiles motus celeritatemque ingeniorum negligemus?*

ad hanc artis suae fiduciam] Cf. c. 6. § 11. *Postquam arti suae diffisus est.*

abstraxit] idem fere est quod *extulit*, nisi quod significat ad pravam insolentiam eum abiisse. Cf. Salust. Iug. 29, 2. *Magnitudine pecuniae a bono honestoque in pravum abstractus est.*

cum histrionia] Cf. Plaut. Amphitr. prol. 90. *Iovem facere histrioniam.*

13. *anulo aureo .. donatus est*] Vid. not. ad II, 3, 10. Pontanus contulit Sueton. Vitell. cap. 12. extr. et Galb. c. 14.

ut mercedem diurnam .. mille denarios .. acceperit] Mille denarii sunt quattuor milia sestertiorum vel e ratione Kruegeri (vid. Gramm. § 739. Not.) circiter CCCC floreni. Plinius N. H. VII, 39 s. 40.: *HS. D annua* Roscium meritasse refert, Cicero p. Rosc. Com. 8, 23. dicit *decem annis proximis HS. sexagies* eum honestissime consequi potuisse, i. e. quovis anno sexcena sestertia. Quodsi statuimus Roscium, quoties in scenam prodiret, illam mercedem accepisse, centies vicies quinquies uno anno ei erat prodeundum, ut efficeretur ea summa quam habet Plinius: contra si statuimus quovis die il-

gregalibus solus acceperit. Aesopum vero ex pari arte ducenties 14 sestertium reliquisse filio constat. Sed quid loquor de histrionibus, cum Appius Claudius, vir triumphalis qui Salius ad usque senectutem fuit, pro gloria optinuerit quod inter collegas optime saltitabat? Ac priusquam a saltatione discedo illud adiciam, uno 15 eodemque tempore tribus nobilissimis civibus non modo studium saltandi sed etiam, si dis placet, peritiam qua gloriarentur fuisse, Gavinio consulari, Ciceronis inimico, quod ei etiam Cicero non dissimulanter obiecit, et M. Caelio, noto in turbas viro, quem

Edd. vicahgspdzb.] *Sullae* s-bP. 14. *filio suo* S. — *usque ad* Edd. P. 15. *saltitatione* S. — *illud addam* S. — *uno eodem* (om. *que*) s-bP. „Pro *uno eodemque*. Et statim versu insequenti *non modo studium saltandique*, interponendum *canendi saltandique*, aut saltem legendum *saltandi*.“ Pont. — *Gavinio* ABGV. *gannio* P. *Gabinio* Edd. S. — *etiam* (om. *ei*) B. *ei et* Edd. P. — *M. Cecilio* v. — *viro* om. BGV.

lam mercedem ei esse datam, multo maior efficitur summa quam quae legitur apud Ciceronem. Budaeus de asse II. p. 235 sqq. qui apud Plinium legit *HS. CCCL.* et huc traxit quod infra dicit Macrobius Aesopum ducenties sestertium reliquisse filio, rem perturbavit potius quam explanavit.

de publico] Cf. Cic. Verr. III, 44, 105. *Quotidie solitum esse non modo in publico sed etiam de publico convivari.*

sine gregalibus] Cf. Cic. Fam. VII, 33, 1. *Nos .. nihil sumus .. gregalibus illis quibus te plaudente vigebamus amissis.*

14. *ducenties sestertium*] i. e. ducenties centena sestertia, circiter vicies centena milia florenorum.

reliquisse filio] Cf. Plin. N. H. IX, 35 s. 59.: *Clodius tragoedi Aesopi filius, relictus ab eo in amplis opibus heres*, et X, 51. s. 72. *Maxime tamen insignis est in hac memoria Clodii Aesopi tragici histrionis patina, .. in qua posuit aves cantu aliquo aut humano sermone vocales* cet. Haec ad ipsum Aesopum cum Plinio retulit Tertullianus de pall. p. 32. et Salmasius in notis p. 457., sed Val. Max. IX, 1, 2., ad filium quem ille bonorum suorum heredem reliquisset. Luxuriam eius perstringit etiam Horat. Sat. II, 3, 239.; eumque commemorat Cic. ad Att. XI, 15, 3.

Appius Claudius vir triumphalis] Quis hic fuerit nescio, quia nusquam inveni scriptum quis Claudiorum fuerit Salius. Fortasse fuit Appius Claudius Appii fil. Pulcher, consul anni DCC., quem postulasse saltem triumphum scripsit Ciceroni Caelius ad fam. VIII, 6, 1.

ad usque senectutem] Poetarum est haec verborum collocatio, sed non repudianda, quum Macrobius c. 15. § 7. scripserit *ab usque freto Siculo*, et (in verbis Sammon. Sereni) c. 16. § 7. *ad usque Traiani imperatoris venit aetatem;* Gellius N. A. XV, 2, 2. *ad usque ludibria ebriosus.*

quod inter collegas optime saltitabat] Cf. Varro L. L. V, 15, § 85. *Salii a salitando, quod facere in comitio in sacris quotannis et solent et debent*, Fest. l. XVIII, p. 329. Muell. *At Critolaus Saonem, ex Samothrace cum Aenea deos Penates qui Lavinium transtulerit, saliare genus saltandi instituisse, a quo appellatos Salios.* Serv. ad Virg. Aen. VIII, 663. *Salios, qui sunt in tutela Iovis Martis Quirini. Dicti Salii ideo quod circa aras saliunt et tripudiant;* et ibid. 285.

15. *si dis placet*] est indignantis. Cf. c. 15. § 5. et Cic. in Pis. 16. § 38. *Appellatus est hic volturius illius provinciae, si dis placet, imperator.* Alia exempla vid. in Freund. Lex. s. v. *deus*.

quod ei .. Cicero .. obiecit] Cf. p. Planc. 35. § 87. et quae ibi collegit Manutius, p. red. in sen. 6, § 13; p. domo 23. § 60; in Pis. 8, § 18; 10, § 22.

M. Caelio, noto in turbas viro] Cf. Arusian. Mess. p. 240. Lind.:

idem Cicero defendit, et Licinio Crasso, Crassi eius qui apud Parthos extinctus est filio.

XV. Sed de saltatione veterum ad praedae marinae transire luxum Liciniorum me nomen ammonuit: quos Murenas cognomi-
[365]natos, quod hoc pisce effusissime delectati sint, satis constat.
2 Huic opinioni M. Varro consentit adserens eodem modo Licinios appellatos Murenas quo Sergius Orata cognominatus est, quod
3 ei pisces qui auratae vocantur carissimi fuerint. Hic est Sergius Orata qui primus balneas pensiles habuit, primus ostrearia in Baiano locavit, primus optimum saporem ostreis Lucrinis adiudicavit. Fuit autem aetate L. Crassi illius diserti, qui quam gravis

[Mss. ABGPSMV.

XV. *Caput XV.* (p-b *Lib. II. Cap. XI.*) *Quanto in pretio fuerint apud paulo vetustiores Romanos pisces, et praesertim muraena.* ch-b. *Cap. VIII. Nonnullos ex piscibus traxisse cognomina* vi. 1. *delectati sunt* S Edd. PM12 „Lege *sint*. Nam statim sequitur *quod* ... *fuerint.*" Zeun.

In illam rem pro causa illius rei... Salustius: .. *Etruria omnis cum Lepido suspecta in tumultum erat*, nisi mavis *in turbas* intelligere sensu concreto, quem dicimus, ut possit conferri Cic. ad Att. IX, 5, 2. *dies .. in vulgus notus*, similia, quae congessit Hand. Tursell. III, p. 333. De Caelii moribus vid. Cic. Brut. 79, 273.: *Qui, quamdiu auctoritati meae paruit, talis tribunus plebis fuit, ut nemo contra civium perditorum popularem turbulentamque dementiam a senatu et a bonorum causa steterit constantius*... *Hic cum summa voluntate bonorum aedilis curulis factus esset, nescio quomodo discessu meo discessit a sese, cecitditque posteaquam eos imitari coepit quos ipse perverterat.* Ex oratione p. Caelio, 2, 3 sqq. intelligi potest, quae vitia ei obiurgaverint adversarii. Praeterea conf. Vell. II, 68 : *In praetura novarum tabularum auctor extitit: in urbe seditionem, at in agris occulte bellicum tumultum movens*; .. *circa Thurios oppressus est* (M. Caelius); et Real-Enc. II. p. 477 sq. De saltatione nihil traditum est.

Licinio Crasso] Huius saltandi ars ex hoc ipso loco docetur Real-Enc. IV. p. 1069.

XV, 1. *praedae marinae*] Cf. Plaut. Rud. IV, 2, 4. Ovid. Met. XIII, 936.

transire .. me ammonuit] Huius constructionis exempla e poetis et Augusteae aetatis scriptoribus congessit Freundius in lexico s. v. *admoneo*.

Murenas cognominatos] Cf. Varro R. R. III, 3, 10; Colum. VIII, 16, 5. Plin. N. H. IX, 54. s. 80.

2. *Sergius Orata*] Cf. Varr. et Colum. ll. cc. Plin. ibid. s. 79., Val. Max. IX, 1, 1. Apud Cic. de orat. I, 39, 178. legitur *Aurata*, sed *Orata* de finn. II, 22, 70., de off. III, 16, 67. Cf. Festus l. XIII, p. 182. Muell.: *Orata genus piscis appellatur a colore auri, quod rustici orum dicebant, ut auriculas oriculas: itaque Sergium quoque quendam praedivitem, quod et duobus anulis aureis et grandibus uteretur, Oratam dicunt esse appellatum.*

qui auratae vocantur] „Graecis dicitur χρύσοφρυς, quod loco superciliorum aureo colore resplendet; Ephesiis teste Archestrato apud Athenaeum [VII, 136. p. 328. b.] *ἰωνισκὸς* et Hesychio ἐτελὶς dicitur. Auratas autem in deliciis fuisse veteribus, inprimis Ephesiis, tradit idem Archestratus." Zeun — Harduinus ad Plin. N. H. IX, 16. s. 25. cum *aurata* confert χρύσοφρυν Aeliani H. A. XIII, 28. Hanc commemorat etiam Athenaeus VII, 20. p. 284 c.

3. *balneas pensiles*] Plinius l. c. (s. 79.) habet *pensiles balineas*, Val. Max. l. c. *pensilia balnea*.

ostrearia] Plinius l. c., unde haec et proxime sequentia sumpta sunt, habet *ostrearum vivaria*. Vide etiam Val. Max. l. c.

aetate L. Crassi illius diserti] Plin.

et serius habitus sit etiam Cicero docet. Is tamen Crassus, vir 4 censorius, nam cum Cn. Domitio censor fuit, cum supra ceteros disertus haberetur essetque inter clarissimos cives princeps, tamen murenam in piscina domus suae mortuam atratus tamquam filiam luxit. Neque id obscurum fuit, quippe collega Domitius in senatu 5 hoc ei quasi deforme crimen obiecit: neque id confiteri Crassus erubuit, sed ultro etiam, si dis placet, gloriatus est censor, piam affectuosamque rem fecisse se iactitans. Piscinas autem quam 6 refertas habuerint pretiosissimis piscibus Romani illi nobilissimi principes, Lucullus Philippus et Hortensius, quos Cicero *piscinarios* appellat, etiam illud indicium est, quod M. Varro in libro de agricultura refert M. Catonem qui post Uticae periit, cum heres testamento Luculli esset relictus, pisces de piscina eius quadra-

Edd. vicahgspdzb.]

4. *gneo* BGMV. 5. *Neque obscurum* (om. *id*) M. — *si displicet* G. — *iactans* v-g (A sup. ab ead. m. *ti*). 6. *Lucullus* SH (M a sec. m.) coni. Zeun. et I. Becker., Zeitschr. f. d. Alt. Wiss. 1843, p. 250. Vid. not. *Lucilius* ABGV (M a p. m.) s-bP. *Lucius* via. *L.* chg. — *Cicero*] ad Att. I, 19, 6 et I, 20, 3. — *piscinarios appellat Cicero* S. *Cic. piscinarios vocat* G. — *Marcum autem Catonem* G. — *Luculli* SH (M a sec. m.) coni. Zeun. et Beck. *Lucilii* ABGV (M a p. m.) Edd. P (in c-g addito asterisco). *L. Philippi* chg in mg — *M. Varro*] R. R. III,

l. c.: *Aetate L. Crassi oratoris, ante Marsicum bellum.*

etiam Cicero docet] Cf. p. Font. 7, 14.: *Quantus in L. Crasso pudor fuerit, quod ingenium, quanta auctoritas, quis ignorat?* in Pis. 26, 62. *L. Crassus, homo sapientissimus nostrae civitatis.*

4. *cum Cn. Domitio censor fuit*] Cf. fast. Capitol. a. u. c. DCLXI.

murenam .. luxit] „Nam, ut narrat Aelianus [H. A. VIII, 4.], ita in amoribus habita Crasso sua muraena, ut puellari eam et habitu et mundo adornaret, et addit: *Καὶ καλοῦντος τοῦ Κράσσου τὸ φώνημα ἐγνώριζε καὶ ἀνενήχετο· καὶ ὀρέγοντος ὁτιοῦν ἤδε ἤσθιε προθύμως καὶ ἑτοίμως λαμβάνουσα.*“ Pont. — Cf. Plin. N. H. IX, 55. s. 81. § 172. et not. seq.

5. *Domitius .. hoc ei .. obiecit*] „Iterum Aelianus: *Καί ποτε Δομετίου πρὸς αὐτὸν εἰπόντος· Ὦ μῶρε, μύραιναν ἔκλαυσας τεθνεῶσαν· ὁ δὲ ὑπολαβών· Ἐγὼ θηρίον, ἔφατο, σὺ δὲ τρεῖς γυναῖκας θάψας οὐκ ἔκλαυσας.*“ Pont. — Zeunius citavit Val. Max. IX, 1, 4., sed ibi non de hac re agitur, sed de columnis Hymettiis quas in porticu domus habuit Crassus. Huc pertinet Plutarch. de solert. anim. 23. p. 976. A. Cf. Real-Enc. II, p. 1209. et IV, p. 1061.

si dis placet] Cf. c. 14. § 15.

6. *Lucullus Philippus et Hortensius*] „Lucullum intelligit Cicero Attic. I, 19. et Varro R. R. III, 2. et 17. commemorat piscinas Luculli, et idem cap. 3. sub finem laudat *piscinas Philippi Hortensii Lucullorum*. Igitur et paulo post pro *Lucilii* restitue *Luculli*. Rem eandem tradit Varro R. R. III, 2. sub fin.“ Zeun. — Cf. Plin. N. H. IX, 54. s. 80. *Cuius* (Licinii) *deinde exemplum nobilitas secuta est, Philippi Hortensii: Lucullus exciso etiam monte iuxta Neapolim maiore impendio quam villam exaedificaverat, euripum et maria admisit, qua de causa Magnus Pompeius Xerxen togatum cum appellabat.* De Lucullo similia refert Velleius II, 33. 4. Haud scio an hoc loco non ipsum correxerim Macrobium. Sed L. Lucullum esse intelligendum ex iis praesertim elucet quae sequuntur. Quod particula *et* altero tantum loco ponitur, id me non ita offendit, ut velim cum edd. vet. scribere *L. Philippus*, quamquam intelligitur L. Marcius Philippus, de quo vid. Orell. Onom. Tull. II. p. 380 sq. Real-Enc. IV. p. 1538 sqq. De Hortensio conf. c. 13. § 3 sqq.

cum heres testamento Luculli esset relictus] Cf. Varro R. R. III, 2.

ginta milibus vendidisse. Accersebantur autem murenae ad piscinas nostrae urbis ab usque freto Siculo, quod Rhegium a Messana dispescit. Illic enim optimae a prodigis esse creduntur tam, [366]Hercules, quam anguillae, et utraeque ex illo loco Graece πλωταὶ

[Mss. ABGPSMV.

2. — *vendidisset* AM. 7. *Accersebantur* ASv-pM. *accersabantur* BGV. *accersiebantur* „B". *arcessebantur* dzbP. — *regium* MV. *Rhegyum* vichg. — *dispescit* coni. Scriver. „correctione electa." Pont. Vid. not. *dispicit* A (G a sec. m.) V. „uterque Angl." *despicit* B (G a p. m.) Si-gM123P267 „forte non absone." Pont. *respicit* vs-bP15. — *hercu-*

Age non M. Cato nuper, cum Luculli accepit tutelam, e piscinis eius quadraginta milibus sestertiis vendidit pisces? Colum. VIII, 16. *Maxime laudabatur severitas Catonis, qui nihilo minus et ipse tutor Luculli grandi aere sestertium milium quadringentorum piscinas pupilli sui venditabat.* Cic. ad Att. XIII, 6., de fin. III, 2, 7. ibique Madv. Inde apparet erravisse Macrobium, cum scriberet: *cum heres .. esset relictus.*

quadraginta milibus] Consentit Varro l. c.: Columella l. c. decies multiplicavit numerum, Plinius centies, qui l. c.: *Quadragies inquit, HS. piscinae a defuncto illo veniere pisces.*

7. *ab usque freto Siculo*] Vid. not. ad c. 14. § 14. et Varron. R. R. II, 6. *Muraenae optimae flutae sunt in Sicilia*, Martial. l. infra c., Plin. l. c. s. 79.: *Muraena* (melior) *in Sicilia*, Athen. I, 6. p. 4 c. Πολλοὶ δὲ καὶ ἄλλοι διὰ στόματος εἶχον τὰς ἐν Σικελικῷ μυραίνας, τὰς πλωτὰς ἐγχέλεις, et VII, 90. p. 312 f. Ἀρχέστρατος δὲ ὁ Ἡδονικὸς φιλόσοφος, φησίν· Ἰταλίας δε μεταξὺ κατὰ στενοκύμονα πορθμὸν Ἡ πλωτὴ μύραινα καλουμένη ἄν ποτε ληφθῇ, Ὠνοῦ· τοῦτο γάρ ἐστιν ἐκεῖ θαυμαστὸν ἔδεσμα.

quod Rhegium a Messana dispescit] „Varro [ap. Non. 205, 31.]: *Inter Italiam et Siciliam qui fretus est inter Rhegium et Messanam*, Plinius [N. H. V, 9. s. 10. § 53.] de Nilo: *Africam ab Aethiopia dispescens.*" Pont. — Add. ibid. II, 68. § 173. *Idem* (Oceanus) *interfusus .. Africam Europam Asiamque dispescit.* Unde idem verbum hic legendum esse conieci ante quam Scriverium in idem incidisse comperi. Conf. Apul. Flor. II, 15. p. 50. *Nec ab ea* (a Samo Miletus) *multo pelagi dispescitur*, et de deo Socr. 4, p. 127. *Cum ea habitacula summa infimis tanta intercapedo fastigii dispescat.* Apud Martian. VI. § 622. *Quarum primam atque ultimam* (i. e. Europam atque Africam) *interruptio dispescit Oceani* recepit Kopp. e tribus codd. Leidensibus pro eo quod vulgo legitur, *dissecat;* ibid. § 603. Grotius recte videtur statuere legendum esse: *Nam utique terra duas sibi partes hemicycliorum quadam diversitate dispescit* pro *despicit.* Contra ibid. § 624. non minus recte legitur: *Ab Europa Calpe,* [*ab*] *Africa Abyla monte despicitur* quam apud Macrobium Comm. I, 15, 16. *Non eadem pars caeli omnium verticem despicit.*

tam, Hercules, quam anguillae] Forsitan quis putaverit esse scribendum *tam hae, Hercules*, quum hoc pronomen facile potuerit absorberi voce quae sequitur: sed manum de tabula: nam saepe sic legitur *tam, Hercules* (vel *Hercule, hercle*), *quam*, ubi id quo referatur *tam* supplendum est aut ex antecedentibus aut ex sententia, ut sensus sit: *eodem iure ac.* Handius Tursell. III, p. 59. statuit *hercule* pro adverbio esse habendum apud Varronem R. R. I, 2, 26. *Et tamen verum dicit ..? Ille tam, hercle, quam hoc*, et apud Plin. Ep. VI, 19, 6. *Hoc vendendi tempus tam, Hercule, quam in provinciis comparandi*, ubi rectius, opinor, Doeringius statuit inversionem particulae *tam*, quae referenda sit ad *vendendi.* Hanc interpretationem adiuvat locus Quintiliani, qui est apud Handium, I, 2, 4.: *Adsunt multa eius rei exempla tam laesae, hercle, quam conservatae utrobique opinionis.* Adde Plin. N. H. VII, 39. s. 40. *Sed hoc pretium belli non hominis fuit, tam, Hercule,*

vocantur, Latine flutae, quod in summo supernantes sole torrefactae curvare se posse et in aquam mergere desinunt atque ita faciles captu fiunt. Et si enumerare velim quam multi magnique 8
auctores murenas e freto Siculo nobilitarint, longum fiat: sed dicam quid M. Varro in libro qui inscribitur *Gallus de admirandis* dixerit his verbis: *In Sicilia quoque*, inquit, *manu capi murenas flutas, quod eae in summa aqua prae pinguedine flutentur.* Haec Varro. Sed quis neget indomitam apud illos et, ut ait 9
Caecilius, *vallatam* gulam fuisse, qui ex tam longinquo mari instrumenta luxuriae conpararent? Nec rarus hic Romae piscis, ut 10
peregre accitus, erat. Auctor est Plinius C. Caesarem dictatorem, cum triumphales coenas populo daret, sex milia murenarum a Gavio Hirrio ad pondus accepisse. Huius Hirrii villam, quamvis

Edd. vicabgspdzb.] *lis* ASMVia. *hercule* vchg. — *πλῶται* s-b. „quam scripturam non probo.“ Stephan. in Thes Gr. l. *plotae* v-g. *plote* ABGSMV. — *supernatantes* S. 8. *fiat* (B a p. m.) GSVchs-gA. cf. c. 17. § 1. *fiet* B a sec. m.; viagbPV. — *quod* V. — *Marcus* ABV „2 Angl.‘ *M.* om. s-bP. — *scribitur* M. — *Gallus de murenis* (vel *muraen*) v3c-g. — *iis verbis* v. — *Papirius manu* Ps-z. „Dele *Papirius* volentibus libris.“ Pont. „Ed. vet. recte omisit *Papirius*, quod est alienum.“ Zeun. — *quod esse* BV (G ẽe). *quod hae* Edd. P. — *prae pinguitudine* AVv-g. *pro pinguitudine* S. *pro pinquetudine* P7. — *flutentur* Ps-z. *fluitentur* ASM. *flui* B sup. *ant*; G sup. *vi*. *flutent* coni. Meurs. „ex veteris codicis vestigiis.“ *fluitent* v-gb. *flu* (in versus fine) V. „Libri *fluitent* item *fluctentur*. Plinius [IX, 10. s. 12.] de testudinibus: *ut .. non queant mergi invitaeque fluitent.*“ Pont. 9 *caelius* (sup. add. *ci*) A. 10. *Plinius*] N. H. IX, 55. s. 81. — *muraenarum mutua* seu *mutuo* coni. Zeun. coll. Varr. R. R. III, 17. et Plin. IX, 55. — *a Gavio* ABG (S a sec. m.) VM23P27. *Cavio* i. *gaio* S a p. m.; M1P5. *C.* Edd. P. — *Hirrio* ABGia-bPVM123P6. *hyrrio* S. *Hirio* v3c. *hyirio* P7. *hircio* P3. *Horio* v1. — *Hirii* v3c. *hyrii*

quam libidinis non formae, et *non*, *Hercule*, *magis quam* apud eundem II, 3., VII, 34.; denique infra c. 17. § 8. *ita*, *Hercules*, *ut*. Apud Apuleium Metam. IX, 22. *Non tam*, *Hercules*, *laboris libertatem gratulabar quam quod ... mulieris artes prospectare poteram*, *Hercules* inservit indignationi, ut supra § 5. *si dis placet*.

Graece πλωταὶ vocantur, *Latine flutae*] Cf. Athen. et Varron. ll. cc. Colum. VIII, 6. *Item flutas quae maxime probantur muraenas.*

in aquam mergere desinunt] Cf. Martial. XIII, 80.: *Quae natat in Siculo grandis muraena profundo Non valet exustam mergere sole cutem.* Salmas. ad Tertull. de pall. p. 445. e Cassiodoro [Variar. XII, 14.] attulit: *Exormiston quoque inter pisces regium genus*, *compar muraenis corpore*, *colore distans*, ... *cum spumis fluctuantibus inter aeris confinia coeperit enatare*, *nescit ad cubilia redire quae deserit.* ... *Haec sunt in litore Rhegino quae diximus*, sed male hos pisces dicit *ἐξορμιστῶνας*: est enim *exormiston* genitivus pluralis a voce *ἐξορμιστός*. De testudinibus idem refert Plin. l. c. in app.

8. *flutentur*] Revocavi a Bipontinis reiectam scripturam codicis P, ut quae maxime congruat cum voce *fluta*, quam explicat Varro. Passivum genus commendant omnes codices in quibus non mutilum est hoc verbum: facilius autem illud potuit tribui rariori formae *flutare* (quam vid. apud Lucret. III, 190.) quam vulgari *fluitare*. Licet autem comparare duplex genus verbi in *fluctuare* et *fluctuari*, de quo vid. Quintil. Inst. IX, 3, 7.

10. *a Gavio Hirrio ad pondus accepisse*] Plinii verba l. in app. c. haec sunt: *Muraenarum vivarium privatim excogitavit C. Hirrius ante alios*, *qui coenis triumphalibus Caesaris dictatoris sex milia numero muraenarum mutuo appendit:*

non amplam aut latam, constat propter vivaria quae habuit quadragies HS. venumdatam.

XVI. Nec accipenser, quem maria prodigis nutriunt, illius seculi delicias evasit: et, ut liqueat secundo Punico bello celebre nomen huius piscis fuisse, accipite ut meminerit eius Plautus in fabula quae inscribitur Baccharia ex persona parasiti:

2 *Quis est mortalis tanta fortuna adfectus umquam*
Qua ego nunc sum, cuius haec ventri portatur pompa?
[367] **Vel nunc, qui mihi in mari accipenser latuit antehac,*
**Cuius ego latus in latebras reddam meis dentibus et manibus.*

3 Et, ne vilior sit testis poeta, accipite adsertore Cicerone in quo

[Mss. ABGPSMV.

S. — *ut latam* A. — *sestertium* c-bBGPSMV. *sextertium* Avi. „Corrigendum *Sestertio*. Adhibe sis patrem lib. IV. pec. vet. cap. 4." Gron.

XVI. *Caput XVI.* (p-b *Lib. II. Cap. XII.*) *De acipensere* (h *accip.*), *mullo, scaro, lupo.* ch-b. *Cap. IX. De accipensere* vi (v3 *acip.*). 1. *accipenser* (semper) A (B semel *ancip.*) GSMVvlihP267. *accipienser* P5. *acipenser* (semper) cag-b. — *qua* SM. 2. *Quis est*] Cf. Plaut. ed. Weisii II. p. XIII. et p. 445. — v. 1. *Qui* (add. *s* a sec. m.) B. — *umquam* om. Weisius, qui statuit hos versus esse Saturnios, p. XIII., retinuit idem p. 445. — v. 2. *Quam* Edd. P. Plaut. ed. Weis. *quia* S. — *portaretur* SM. — v. 3. *Vel hic qui mihi acipenser latuit in mari antehac* Weis. l. c. — v. 4. *meis dentibus reddam* (om. *et manibus*) Weis. „*reddam* forte scripserit Plautus. Suspicari tamen libet *in latebras condam.* Idem Epidico: *in latebras condas pectori penitissimo* [immo Cistell. I, 1, 64. *in latebras abscondas pectore penitissimo*]. Turnebum vero, quem *illatebras* legere reperio et tueri, quomodo sequar?" Pont. in dz. Vid. not. — „*dentibus et faucibus* emendo. Sic infra loquitur ex hoc versu indubie Macrobius cap. 17. [§ 15] *Cum Antonius ... faucibus ac dentibus suis subderet.* Possit cui etiam legendum videri *dentibus et maxillis*, vel (ut placet magno Scaligero) *mandibulis*." Meurs. 3. *assertorem Cice-*

nam permutare quidem pretio noluit aliave merce. Huius villam intra quam modicum quadragies piscinae vendiderunt, ubi Macrobius videtur legisse *intra quam modicam.* Fons Plinii est Varro R. R. III, 17.: *Memini hunc Caesari duo milia muraenarum mutua dedisse in pondus et propter piscium multitudinem quadragies sestertio villam veniisse.*

quadragies HS] Sic scripsi, a Cicerone apud Gell. X, 1, 7. monitus, ut soloecismo liberarem Macrobium, nec tamen mutarem omnino id quod in omnibus quae vidi exemplaribus legitur, *quadragies sestertium.*

XVI, 1. *accipenser*] Quamvis falsa sit haec scriptura, tamen in tanto omnium codicum consensu eam retinendam esse putavi.

2. **Vel nunc .. *Cuius ego latus in latebras reddam*] Vide ne legendum sit: *Vah! nunc .. huius*, quo significetur summa parasiti laetitia. Pronomen *cuius*, quod vulgo legitur, fateor me explicare non posse: nec tollitur difficultas, si cum Weisio scribimus *hic* pro *nunc*, nam pronomen illud non habet quo referatur. *Latus* ridicule dicitur corpus piscis, quo augeatur annominatio quae est in verbis *latuit* et *latebris*. Nec me male habet verbum *reddam*. Qui antehac, inquit, latuit in mari, huius latus nunc iterum latebit in meo ventre. Turnebus, ad quem respicit Pontanus, Advers. XVIII, 4. *illatebras* legens haec verba sic interpretatur: „Officiam dentibus et manibus meis, ne in eius latere quicquam celari possit, ita discerpendo aperiam."

meis dentibus et manibus] Inest quoddam ὕστερον πρότερον, tolerabile tamen illud, ut non assentiar iis qui haec ideo censeant esse mutanda. Numeros viderint alii.

3. *adsertore*] i. e. auctore. Cf. c. 18. § 11.

honore fuerit hic piscis apud P. Scipionem Africanum illum et Numantinum. Haec sunt in dialogo de fato verba Ciceronis:
Nam cum esset apud se ad Lavernium Scipio unaque Pontius, ad- 4
latus est forte Scipioni accipenser, qui admodum raro capitur, sed est piscis, ut ferunt, inprimis nobilis. Cum autem Scipio unum et alterum ex his qui eum salutatum venerant invitavisset, pluresque etiam invitaturus videretur, in aurem Pontius: Scipio, inquit, vide
quid agas, accipenser iste paucorum hominum est. Nec infitias eo 5
temporibus Traiani hunc piscem in magno pretio non fuisse, teste Plinio Secundo qui in Naturali historia, cum de hoc pisce loqueretur, sic ait: *Nullo nunc in honore est, quod equidem miror, cum*
sit perrarus inventu. Sed non diu stetit haec parsimonia. Nam 6
temporibus Severi principis, qui ostentabat duritiam morum, Sammonicus Serenus, vir seculo suo doctus, cum ad principem suum scriberet faceretque de hoc pisce sermonem, verba Plinii quae su-
perius posui praemisit et ita subiecit: *Plinius, ut scitis, ad usque* 7
Traiani imperatoris venit aetatem. Nec dubium est, quod ait nullo honore hunc piscem temporibus suis fuisse, verum ab eo dici. Apud antiquos autem in pretio fuisse ego testimoniis palam facio vel eo

Edd. vicahgspdzb.]
ronem B. — *is piscis* S. — *et Munatium* v. 4. *Nam cum*] Cf. Cic. ed. I. Orell. IV, 2. p. 235. — *se ad* om. v. — *ad levennium* B. *alavernium* A. „*ad Laurentum* legit Ioh. Passeratius. Vid. praefat. eius in III. lib. Propertii.“ Pont. in dz. — *rara* V. — *ex iis* Orell. l. c. — *invitasset* A Edd. PV. — *plures* (om. *que*) S. 5. *teste Plinio . . .* (§ 7.) *introferri*] Cf. Io. Saresb VIII, 7. — *in Nat. hist.*] lib. IX. c. 17. s. 27. — *Nullo nunc* ABGs-bPVM3P2, ap. Plin. codd. Toled. Riccard. Reg II. *nullo modo* SVM12. *nullo* (om. *nunc*) Edd. Plin. — *equidem* ABGSVP256. *quidem* Edd. PM. — *perrarus* scripsi e coni. *pervus* (sup. *paucus*) G. *parvus* APSVviM123P56. *pavus* B. *pavuus* P2. *rarus* c-b Plin. 6 *nec diu* v-g. — *Nam et* G. — *ostendebat* v. — *vir ut saeculo suo doctus* v1. *vir ut eo seculo doctus* v3c-g. *vir suo saeculo Severus doctus* i. — *ita ipse* P. 6. 7. *subiecit Plinius.* A. — *faciam* c-bPV. —

4. *Lavernium*] Oppidum in Campania, ut videtur, situm, aliunde nonnisi ex ep. ad Att. VII, 8, 4. cognitum.

ex his] Apud Ciceronem quod recepit Orellius, *ex iis*, probo: apud Macrobium pronomen demonstrativum reiicere nolui.

5. *perrarus*] Quod in plerisque codicibus legitur, *parvus*, id videtur ortum esse e compendio *prarus*. Similiter apud Livium VI, 1, 2. quod vulgo legitur, *parvae et rarae* mutatum est in *perrarae*. Cf. Zeitschr. f. d. A. W. 1845. N. 101.

6. *qui ostentabat duritiam morum*] Cf. Ael. Spart. Sever. imper. 19.: *Hic tam exiguis vestibus usus est, ut vix tunica eius aliquid purpurae haberet, et cum hirta chlamyde humeros velaret: cibi parcissimus, leguminis patrii avidus, vini aliquando cupidus, carnis frequenter ignarus.*

ad principem suum] Infra utitur numero plurali, *scitis* et *dignatione vestra*, ubi non cogitandum esse de plurali illo maiestatis apparet e cap. 17. § 4., ubi vid. not.

7. *ad usque Traiani imperatoris aetatem*] „Notat Scaliger ad Eusebium Sammonicum hic confundere Plinium iuniorem cum maiore. Vide eius addenda ad animadv. pag. 190.“ Pont. — Subiicitur in *dz*: „Vide item quae habet Hermolaus Barbarus ad praefationem Plinii, quae praefixa est Naturali historiae, oppido notanda.“ Ibi docet Hermolaus in Eusebio etiam Hieronymum scribere Plinium invisentem Vesuvium Traiani principatu anno imperii eius XII. de-

magis quod gratiam eius video ad epulas quasi postliminio redisse, [368] *quippe qui, dignatione vestra cum intersum convivio sacro, animadvertam hunc piscem a coronatis ministris cum tibicine introferri. Sed quod ait Plinius de accipenseris squamis, id verum esse maximus rerum naturalium indagator Nigidius Figulus ostendit, in cuius libro de animalibus quarto ita positum est: Cur alii pisces*
8 *squama secunda, accipenser adversa sit.* Haec Sammonicus, qui turpitudinem convivii principis sui laudando notat, prodens venerationem qua piscis habebatur, ut a coronatis inferretur cum tibicinis cantu quasi quaedam non deliciarum sed numinis pompa.
9 Sed, ut minus miremur accipenserem gravi pretio taxari solitum, Asinius Celer, vir consularis, ut idem Sammonicus refert, mullum unum septem milibus nummum mercatus est. In qua re luxu-

[Mss. ABGPSMV.
dignatione nostra P. — *animadverto* v-g. — *verum esse diximus* P. 8. *Hic* BGV. — *non deliciarum quaedam* G. *quadam non deliciarum* i-g (in v3 est compendium *q̃*). — *luminis* M a p. m. 9. *Sed* (om. *ut*) AM. — *VI. milibus* „mavult cum Iuvenale et Tertulliano Franc. Iunius.“ Pont. Idem vult Salmas. ad Tertull. de pall. p. 454. — *illum*

cessisse, quem errorem refutat. *Ad usque* legitur etiam c. 14. § 14.

quasi postliminio redisse] Cf. Cic. Top. 8, 37. *Scaevola P. F. iunctum putat esse verbum, ut sit in eo et post et limen, ut quae a nobis alienata sunt, quum ad hostem pervenerint, et ex suo tamquam limine exierint, dein quum redierint post ad idem limen, postliminio videantur rediisse.*

convivio sacro] solita adulatione hoc dicitur pro *convivio tuo* i. e. imperatoris vel principis. Cf. § 8. et Martial. VII, 99, 4: *Namque solent sacra Caesaris aure frui,* et VI, 76, 1. *sacri lateris custos,* alia similia et in Theodosii et in Iustiniani codice.

quod ait Plinius de accipenseris squamis] Plinius N. H. IX, 17. s. 27.: *Unus,* inquit, *omnium squamis ad os versis, contra quam in nando meant.*

8. *quasi .. numinis pompa*] vel quasi funeris exsequiae, ut de corvo hominis vocem imitato refert Plinius N. H. X, 43. s. 60. § 122.: *Funusque innumeris aliti celebratum exsequiis .. praecedente tibicine et coronis omnium generum.* Cf. § 2. — Zeunius praeter Horat. Sat. II, 2, 47. citat Athenaeum VII, 12, i. e. 44. p. 294, e., ubi leguntur haec: Ἀρχέστρατος δὲ .. περὶ τοῦ ἐν Ῥόδῳ γαλεοῦ λέγων τὸν αὐτὸν εἶναι ἡγεῖται τῷ παρὰ Ῥωμαίοις μετὰ αὐλῶν καὶ στεφάνων εἰς τὰ δεῖπνα περιφερομένῳ, ἐστεφανωμένων καὶ τῶν φερόντων αὐτὸν, καλούμενον δὲ ἀκκιπήσιον. Vid. etiam Salmas. Exercc. Plin. p. 940 sq. Heindorf. ad Horat. l. c. Aelianus H. A. VIII, 28. refert piscatores ellope, i. e. acipensere, capto navigia sertis ornare et canere tibiis.

9. *Asinius Celer, vir consularis*] Sammonicus haec mutuatus esse videtur a Plinio qui N. H. IX, 17, 31. *Asinius Celer e consularibus,* inquit, *hoc pisce prodigus Caio principe unum mercatus octo milibus nummum: quae reputatio aufert transversum animum ad contemplationem eorum qui in conquestione luxus coquos emi singulos pluris quam equos quiritabant,* Harduino Asinius extraordinarium consulatum gessisse videtur; at conf proleg. p. III. Conferas Catonis, quod attulit Pontanus, dictum: *Pluris Romae piscem venire quam bovem;* et Martial. X, 31.

mullum unum septem milibus nummum mercatus est] Modo vidimus apud Plinium legi *octo milibus nummum:* utrumque Salmasius vult corrigi e Tertulliano de pallio c. 5., ubi legitur: *Asinius Celer mulli unius obsonium VI. M. HS. detulit.* Idem habet Iuvenalis IV, 15.: *Mullum sex milibus emit Ae-*

riam illius seculi eo magis licet aestimare, quod Plinius Secundus temporibus suis negat facile mullum repertum qui duas pondo libras excederet. At nunc et maioris ponderis passim videmus et pretia haec insana nescimus. Nec contenta illa ingluvies fuit maris sui copiis. Nam Optanus praefectus classis, sciens scarum adeo Italicis litoribus ignotum ut nec nomen Latinum eius piscis habeamus, incredibilem scarorum multitudinem vivariis navibus huc advectam inter Hostiam et Campaniae litus in mare sparsit,

Edd. vicabgspdzb.]
(sup. *mullum*) *repertum* G. — *premia* SM. – *tunc* v3. 10. *marinis* B a sec. m. — *suis copiis* BG. — *Optanus* ABVvP6M123. *optanius* G. *opianus* P5. *optumius* P. *optavius* S. *Octavius* i-b. *Optatus* Plin. l. c. s. 29. — *Hostiam* Mss et Edd. Cf. I, 11, 21. (M a p. m. *hoctias*, a s. m *hostias*). — *scaurum* Si. *sacrum* A a p. m.; vl. — *scaurorum* B a sec. m.; Si. *sacrorum* A a p. m.; vl. – *in variis* A a sec. m.; v-g.

quantem sane paribus sestertia libris. Cf. Budaeum de asse lib. II. extr.

Plinius Secundus temporibus suis negat cet.] „H. N. IX, 18. [17. s. 30. *Ex reliqua nobilitate et gratia maxima est et copia mullis, sicut magnitudo modica: binasque libras ponderis raro exsuperant.*] Ceterum loca veterum, Varronis Plinii Petronii et Martialis, de insania Romanorum nonnullorum, de deliciis piscium, muraenae scari ostreae cet., sedulo collegit Io. Meursius in libello de luxu Romanorum c. 14. A Plinio ratione magnitudinis dissentit Seneca, qui *quadrilibris mulli* [ep. 95, 42. *Quattuor pondo et ad selibram fuisse aiebant*], et Iuvenalis [l. c.], ubi mullus *sex librarum* occurrit. Plura de mullo eiusque pretio apud veteres tradit Ionston. de pisc. p. 61. quem videsis.“ Zeun. — Adde *trilibrem mullum* apud Horat. Sat. II, 2, 33. et *mullum quattuor librarum* apud Martial. X, 31, 3. Plinius ipse c. 18. s 31. *Mullum*, inquit, *LXXX. librarum in mari rubro captum Licinius Mucianus prodidit.*

10. *Optanus praefectus classis*] „Plinius lib. IX, cap. 17. habet *Optatus Eliportius.* Unde Gelenius fecit: *Optatus e libertis eius.*“ Pont. — „Plinius IX, 17. Octavium libertum Claudii Tiberii Principis vocat.“ Zeun. — Plinius l. c. s. 29. habet: *Promontorium Troadis Lecton sponte numquam transit* (scarus). *Inde advectos Tiberio Claudio principe Optatus Elipertius praefectus classis inter Ostiensem et Campaniae oram sparsos disseminavit. Quinquennio fere cura est adhibita, ut capti redderentur mari: Postea frequenter inveniuntur Italiae in litore, non antea ibi capti.* Coniecturae Gelenii suffragatur quodammodo cod. Riccard., in quo est *Elibertius*; in Paris. 6797. legitur id quod recepit Harduinus, *elipertius*, in Tolet. *elipersius*. In nomine *Optatus* nulla notatur codicum discrepantia, nec dubito quin hoc sit verum nomen, quod quidem legitur etiam in inscriptione a me emendata Zeitschr. f. d. A. W. 1845. p. 795 sqq. Vid. ibid. 1842. p. 318., et Lersch. Mus. inscr. Rhen. p. 97., N. 59. Sed veritus sum, ne ipsum corrigerem Macrobium.

scarum .. Italicis litoribus ignotum] „Enniano elogio [ap. Apul. de mag. 39.]: *Scarum praeterii cerebrum Iovis paene supremi, Nestoris ad patriam hic capitur magnusque bonusque.*“ Pont. — „Hoc genus piscium inprimis reperiri Asiae Graeciaeque litoribus Sicilia tenus tradit Columella VIII, 17. [immo c. 16. extr.], in mari Carpathio Plinius IX, 17. [l. c.], in Euripo Aristoteles H. A. IX, 17. [Harduinus citat II, 21. et VIII, 5.], circa Byzantium Archestratus apud Athenaeum VII. [c. 113, p. 320. b.].“ Zeun.

Nec nomen Latinum eius piscis habeamus] „Scarus, inquit Ionstonius de pisc. p. 40. sic dicitur ἀπὸ τοῦ σκαίρειν [cf. Athen. VII, 125. p. 324 d.], h. e. vel a tripudiando vel quod inclusus nassis crebris caudae ictibus, qui σκαρθμοὶ seu σκαρισμοὶ dicuntur, exitum sibi patefacit, vel quod algam aliasque

miroque ac novo exemplo pisces in mari tamquam in terra fruges aliquas seminavit: idemque, tamquam summa in hoc utilitatis publicae verteretur, quinquennio dedit operam ut, si quis inter alios pisces scarum forte cepisset, incolumem confestim et invio-
[369]latum mari redderet.
11 Quid stupemus captivam illius seculi gulam servisse mari, cum in magno vel dicam maximo apud prodigos honore fuerit etiam Tiberinus lupus et omnino omnes ex hoc amni pisces?
12 Quod equidem cur ita illis visum sit ignoro: fuisse autem etiam M. Varro ostendit, qui enumerans, quae in quibus Italiae partibus optima ad victum gignantur, pisci Tiberino palmam tribuit his verbis in libro Rerum humanarum undecimo: *Ad victum optima fert ager Campanus frumentum, Falernus vinum, Cassinas*
13 *oleum, Tusculanus ficum, mel Tarentinus, piscem Tiberis.* Haec Varro de omnibus scilicet huius fluminis piscibus: sed inter eos, ut supra dixi, praecipuum locum lupus tenuit, et quidem is qui
14 inter duos pontes captus esset. Id ostendunt cum multi alii tum etiam C. Titius, vir aetatis Lucilianae, in oratione qua legem

[Mss. ABGPSMV.

— *innari* G. — *scaurum* Si. *sacrum* A a p. m. — *inviolatum* (om. *et*) ah. 11. *Qui stupemus* B. *Quid extimemus* v. — *magno* (om. *in*) S. *amne* v-gbP. *omni* A. 12. *M. Varro ostendit* .. (§ 17.) *Haec Titius*] Cf. Io. Saresb VIII, 7. — *illis ita* Sv-g. — *optimum fert ager frumentum* ex vestigiis scripturae apud Ioann. Sarisberiensem fecerim." Pont. Equidem apud illum Policr. VIII. c. 7. legi *optima*. — *refert ager* BGR. — *Casinas* VR „B". 13. *supra*] § 11. — *tenuit lupus* G. — *duas* (etiam infra) V. — *captus est* s-bPMV. 14. *gaius* ABGMV Sar.

herbas depascitur. Nam *σκαίρειν* interdum significat *νέμεσθαι*." Zeun. — Adde Oudendorp. ad Apul. de mag. c. 39.

11. *captivam .. gulam servisse mari*] Cf. Ovid. Am. I, 2, 30. *Et nova captiva vincula mente feram.*

12. *ager Campanus frumentum*] Cf. Plin. N. H. III, 5. s. 9. § 60. *Hinc felix illa Campania est. Ab hoc sinu incipiunt vitiferi colles .. atque, ut veteres dixere, summum Liberi patris cum Cerere certamen.*

Falernus vinum] Plinius (XIV, 6. s 8.) primum locum tribuit Pucino vel Praeciano vino, sed adiicit § 62.: *Secunda nobilitas Falerno agro erat, et ex eo maxime Faustiano,* et § 63.: *Nec ulli in vino maior auctoritas: solo vinorum flamma accenditur.*

Cassinas oleum] Plinius XV, 2. s. 3. de oleo loquens: *Principatum,* inquit, *in hoc quoque bono obtinuit Italia toto orbe, maxime agro Venafrano.* Consentiunt Horatius Od. II, 6, 16.; Sat. II, 4, 69. et 8, 45. et Martialis XIII, 101. Venafrum autem vicinum est Casino.

Tusculanus ficum] Plinius XV, 18. s. 19. inter alias commemorat ficum Tiburtinam praecocem, Tusculanam, quod sciam, nusquam.

mel Tarentinus] Horatius Od. II, 6, 14. de Tarento: *Ubi non Hymetto,* inquit, *mella decedunt,* et III, 16, 33. *Quamquam nec Calabrae mella ferant apes.*

13. *lupus .. qui inter duos pontes captus est*] „De dicto Philippi apud Cassinum de lupo Tiberino vid. Varro R R. III, 3. et Colum. VIII, 16." Zeun. — Columella l. c. *Docta et erudita palata fastidire docuit fluvialem lupum, nisi quem Tiberis adverso torrente defatigasset,* Plinius IX, 54. s. 79. *Lupi pisces* (meliores) *in Tiberi amne inter duos pontes,* Horat. Sat. II, 2, 31 sqq. *Unde datum sentis, lupus hic Tiberinus an alto Captus hiet? pontisne inter iactatus an amnis Ostia sub Tusci?*

14. *C. Titius, vir aetatis Lucilianae*] Cf. c. 13. § 13. et not. ad c.

Fanniam suasit. Cuius verba ideo pono, quia non solum de lupo
inter duos pontes capto erunt testimonio, sed etiam mores qui-
bus plerique tunc vivebant facile publicabunt. Describens enim
homines prodigos in forum ad iudicandum ebrios commeantes,
quaeque soleant inter se sermocinari, sic ait: *Ludunt alea stu-* 15
*diose, delibuti unguentis, scortis stipati. Ubi horae decem sunt, iu-
bent puerum vocari, ut comitium eat percontatum, quid in foro ge-
stum sit, qui suaserint, qui dissuaserint, quot tribus iusserint, quot
vetuerint. Inde ad comitium vadunt, ne litem suam faciant. Dum
eunt, nulla est in angiporto amphora quam non inpleant, quippe
qui vesicam plenam vini habeant. Veniunt in comitium: tristes* 16
iubent dicere: quorum negotium est narrant: iudex testes poscit. [370]

Edd. vicabgspdzb.]

— *luciniane* A — *ebreos* M. *hebreos* AV. — *commeantesque* (sup. add. *que*) *soleant* G. *quique soleant* Sar. 15. *Ludunt*] Cf. Orat. Rom. fragm. ed. Meyer. p. 158 R. Klotz. N. Iahrb. f. Phil. u. Paed. Suppl. X. 1. p. 158. — *alee* M. — *studiosi.* G. — *unguentis delibuti* Edd. PSM. — *scordis* b. — *percunctatum* s-zSM. — *quod in foro* V. — *gustum* (sup. *e*) A. — *quid suaserint: quid dissuaserint; quid tribus iusserint, quid vetuerint.* v1 (v3 *quid dissuaserint: quid dissuaserunt*). — *Unde et ad* S. *Unde et* (om. *ad*) M. — *comicum* A a p. m. *comitem* G a p. m. — *eant* Sar. — *angiportu* Sar. — *quippe quin* G. 16. *narrat iudex.*

17. § 3. Cic. Brut. 45, 167. *Eiusdem fere temporis* (ac L. Crassus et L. Philippus) *fuit eques Romanus C. Titius, qui meo iudicio eo pervenisse videtur quo potuit fere Latinus orator sine Graecis litteris et sine multo usu pervenire.* Meyer. Orat. Rom. fragm. p. 157 sq. (272.)

legem Fanniam] Cf. c. 17. § 3 sqq.

15. *Ludunt alea studiose*] Haec recte iunxisse Klotzium N. Iahrb. f. Phil. u. Paed. Suppl. X, 1. p. 158. praeeunte cod. G et Ioanne Saresb., quum in omnibus Macrobii editionibus comma positum sit ante *studiose*, docet Suetonius, qui Claud. 33.: *Aleam*, inquit, *studiosissime lusit.* Ea quam h. l. legimus constructione usus est Cicero Phil. II, 23, 56. *Hominem omnium nequissimum, qui non dubitaret vel in foro alea ludere, lege quae est de alea condemnatum*, et Horatius Od. III, 24, 56 sqq. *ludere doctior .. vetita legibus alea.*

ubi horae decem sunt] i. e. multo serius quam iis illuc erat eundum.

ut comitium eat percontatum] Videtur legendum esse *in* vel *ad comitium*, ut infra. Nam a verbo *percontatum* vix potest pendere *comitium.*

qui suaserint cet.] sc. legem. Cf. § 14 et Cic. de or. I, 14, 60. *apud populum* (dicere) *de legibus iubendis aut vetandis.* Agitur de comitiis tributis in quibus et leges ferebantur et agebantur iudicia. Cf. Rein. Roem. Privatrecht p. 31 sq. et p. 40 sq.

ne litem suam faciant] Cf. Turneb. Advers. XVIII, 4.: „Litem faciebat suam iudex non solum qui male iudicabat, sed etiam qui qua iudicare hora debebat ad comitium non veniebat", et Rein. l. c. p. 355.

nulla est in angiporto amphora] „Talia vasa urinis excipiendis apta Lucretio IV, 1020. dicuntur *dolia curta, in quae totius corporis saccatus humor effundatur.*" Zeun. — His verbis iisque quae sequuntur R. Klotz Handb. d. lat. Lit.gesch. I, p. 262. probat nudis verbis non abstinuisse veteres Romanos.

vesicam plenam vini] „Varro [apud Non. 78, 2 sq.] περὶ νομισμάτων: *In quo nobilius est Philippeum quod accipimus quam quod bibimus, cum alterum addamus in bulgam, alterum in vesicam:* sed ibi legi malim *abdamus.*" Pont.

16. *tristes iubent dicere*] Vulgo interpungitur post *tristes.* Sed iterum secutus sum Klotzium, qui N. Iahrb. l. c. docet verba *Veniunt in comitium* tempus quo illuc venirent significantia respondere antecedentibus: *Dum eunt.*

ipsus it minctum: ubi redit, ait se omnia audivisse: tabulas poscit, litteras inspicit: vix prae vino sustinet palpebras. Eunt in consilium: ibi haec oratio: Quid mihi negotii est cum istis nugatoribus potius quam potamus mulsum mixtum vino Graeco, edimus turdum pinguem bonumque piscem, lupum germanum qui inter duos
17 *pontes captus fuit?* Haec Titius. Sed et Lucilius, acer et violentus poeta, ostendit scire se hunc piscem egregii saporis qui inter duos pontes captus esset, eumque quasi ligurritorem *catillonem* appellat, scilicet qui proxime ripas stercus insectaretur. Proprie autem catillones dicebantur qui, ad polluctum Herculis ultimi
18 cum venirent, catillos ligurribant. Lucilii versus hi sunt:

[Mss. ABGPSMV.

S. *dicunt. Iudex* s-bP. — *testis* S. — *ipsus* (om. *it*; sup. *ipse it*) A. *ipsum sit* BV. *ipsius ad* Sar. — *mictum* Gv-g. *nutum* Sar. — *eunt* scripsi e coni. *eunti* Edd. et Mss. (V *eunte*). — *in consilio* P. — *vero haec* (om. *ibi*) G. *ubi haec* h. — *nugacibus?* s-bP. *nugatoribus?* Sar. — *potius quam* Mss. v-gM23P2567 Sar. *quam potius* s-b. Scaliger confert Copam. v. 6. *Quin potius* coni. Madvig. ad Cic. de fin. IV, 8. § 20. — *potemus* Sar. Klotz. l. c. — *duos* om. Sar. 17. *vinolentus* M. — *catilonem* (et infra *catilones*) vl. — *pollutum* ASMvl. *poluctum* v3i. — *convenirent* (om. *cum*) AGSMR (B sup. add. *cum*). 18. *Lu-*

ipsus] Hanc formam comicis usitatam vel Ciceroni vindicat Diomedes grammaticus I, 138.

Eunt in consilium] Sic scribendum esse putavi, ut haec responderent verbis: *Veniunt in comitium.* Cum participio *eunti*, quod vulgo legitur, non quadrat, quod sequitur, *ibi.* Poterat autem facile *i* addi propter sequens *in.*

cum istis nugatoribus] Oratores et testes intelligit. Cf. Cic. de Sen. 9, 27. *Non vero tam isti, quam tu ipse, nugator*, et p. Flacc. 16, 38. *Neque in istum nugatorem, tamquam in aliquem testem invehar.*

potius quam potamus] Facilior videtur esse ratio eorum qui scripserunt *quam potius.* Sed recte Madvigius ad Cic. de Fin. IV, 8, 20. monuit exemplo e Copa sumpto uti non licere: nam ne lectio quidem ibi certa est, et Silligius e praestantissimo cod. Gud. recepit, quod antea Ilgenius legendum esse coniecerat, *Quam potum.* Quod autem h. l. scribi vult idem ille vir doctissimus, *Quin potius*, id nimis certe recedit a librorum mss. vestigiis: nec necessaria esse videtur talis immutatio. Klotzius l. c. legendum proposuit: *quam potius potemus*, quod invenitur apud Io. Saresberiensem, neque caret veri specie, statuens coniunctivum modum in indicativum mutatum esse ab iis qui nescirent coniunctivum esse *edimus.* De multis quae huius rei praebet Plautus exemplis afferam unum in quo eadem est persona, Poen. III, 1, 34. *Est domi quod edimus.* Sed tamen codices mss. secutus sum. Nam etiamsi forte Titius scripserat coniunctivum, a Macrobii certe more dicendi non abhorret indicativus. Cf. I, 7, 4. *Abibo potius quam me vestris miscebo secretis*, ubi vid. not.

turdum pinguem] Cf. II, 4, 22. *macrum turdum.*

germanum] „Fortasse ideo, ut γνήσιον ostendat qui inter duos pontes captus.“ Pont. — Quid quod Meyerus l. c. scripsit *Germanum?*

17. *quasi ligurritorem catillonem appellat*] „*Catillones* quid sint, observavit quoque glossarius: λίχνος, inquit, *gulosus, ligurius, catillo*, et alibi: *ligurio* λίχνος.“ Pont. — Cf. Fest. ap. Paul. lib. III, p. 44. *Catillones appellabant antiqui gulosos*, ubi Muellerus citat Placid. p. 450. *Catillo gulosus a catelli appetentia.* Hoc quidem loco significatur piscis ligurritis in fluvio quisquiliis pinguis factus.

ad polluctum Herculis] Cf. c. 12. § 2.

ligurribant] De hac poetica for-

Fingere praeterea adferri quod quisque volebat.
Illum sumina ducebant atque altilium lanx:
Hunc pontes Tiberinos duo inter captus catillo.

XVII. Longum fiat, si enumerare velim quot instrumenta 1
gulae inter illos vel ingenio excogitata sint vel studio confecta. Et hae nimirum causae fuerunt propter quas tot numero leges de coenis et sumptibus ad populum ferebantur, et imperari coepit, ut patentibus ianuis pransitaretur et coenitaretur, sic oculis civium testibus factis luxuriae modus fieret. Prima autem omnium 2
de coenis lex ad populum Orchia pervenit, quam tulit C. Or- [371]
chius tribunus plebi de senatus sententia tertio anno quam Cato censor fuerat. Cuius verba, quia sunt prolixa, praetereo: summa autem eius praescribebat numerum convivarum. Et haec est lex 3
Orchia de qua Cato mox orationibus suis vociferabatur, quod plures quam praescripto eius cavebatur ad coenam vocarentur. Cumque auctoritatem novae legis aucta necessitas imploraret, post

Edd. vicahgspdzb.] *cilii*] ed. Gerlach. lib. IV, 5. — *Finge* S. — *summa* AS. — „*Tiberinu' duo* legendum esse me monuit F. Douza." Pont. – *potens* A. — *captos* AGviR.

XVII *Caput XVII.* (p-b *Lib. II. Cap. XIII*) *De legibus latis contra luxuriam veterum Romanorum.* ch-b. 1. *fict* B a sec. m. — *cogitata* s-bP. – *referebantur* BGR. — *imperari coepit* cet.] Cf. Io. Saresb. VIII, 7. ubi totum fere hoc caput legitur exscriptum. — *cenaretur* G. — *sic, ut* g in mg. „Sensus poscit, ut ante *sic* reponatur *ac*." Zeun.

2. *G. Orchius* A. *cum orchius* G „B". *G. horchius* (G in ras.) B. *C. Orchus* v. — *plebi* AMVNR. Cf. I, 7, 33. *plebis* Edd. BGPS. — *quo cato* B a p. m. GR. *quam quo cato* S. — *prolixa sunt* Edd. P. 3. *Cato mox orationibus* ABGSVv-gM123P2567NR. *mox orationibus* (om. *Cato*) P. *Cato in orationibus* (om. *mox*) s-z. „Aptius est quod habet Ed. vet. *de qua mox Cato* cet." Zeun. *mox Cato in orat.* b. — *vociferatur* P5 *vociferebatur* N. – *praesto eius* BVR. *tum ad coenam* v-g. — *auctorem* (*aut.* vel *auth.*) v-g. — *lata est* B a sec. m. Edd. S. — *quinma*, quam tuentur omnes codices, vid. Krueger. Gramm. § 105. 2.

18. *sumina .. atque altilium lanx*] Cf. c. 13. § 12., ubi *patina* idem est quod h. l. *lanx*.

Tiberinos] *Tiberinus*, quod legi voluit F. Douza, aliquantum commendatur eo quod infra in nonnullis codicibus legitur *captos* pro *captus*. Sed versus constat, dum *u* in *duo* legas quasi sit consonans *v*.

XVII, 1. *ad populum ferebantur*] Hoc postulat consuetudo Latini sermonis, non *referebantur*, ut in nonnullis codicibus legitur. Cf. P. Manutius in Cic. Ep. fam. I, 1. et Davis. ad Caes. B. C. I, 6, 6.

oculis civium testibus factis] „Et haec syssitiorum causa apud Lacedaemonios. Iustinus lib. III. [c. 3.] *Convivari omnes publice iussit, ne cuius divitiae vel luxuriae in occulto essent*, Plutarchus [Lyc. 10.] clarius: Ἐπιθέσθαι τῇ τρυφῇ καὶ τὸν ζῆλον ἀφελέσθαι τοῦ πλούτου διανοηθεὶς .. ἐπῆγε τὴν τῶν συσσιτίων κατασκευήν." Pont. — Cf. Senec. ep. 11, 6. et 25, 4 sqq.

2. *tertio anno quam Cato censor fuerat*] i. e. a. u. DLXXI. nam anno DLXIX. Cato fuit censor secundum fast. Capitol.

3. *Cato .. orationibus suis*] Primo eum hanc legem dissuasisse, sed deinde suasisse ne derogaretur apparet e Festo s. v. *Percunctatum* l. XVI. p. 242. Muell. et *Obsonitavere* l. XIV. p. 201. Plin. N. H. VIII, 51. s. 78. Orell. Onom. Tull. III, p. 273. Meyer. Orat. Rom. fragm. p. 43 sq. ed. I.

annum vicesimum secundum legis Orchiae Fannia lex data est, anno post Romam conditam secundum Gellii opinionem quingen-
4 tesimo nonagesimo secundo. De hac lege Sammonicus Serenus ita refert: *Lex Fannia, sanctissimi Augusti, ingenti omnium ordinum consensu pervenit ad populum: neque eam praetores aut tribuni, ut plerasque alias, sed ex omnium bonorum consilio et sententia ipsi consules pertulerunt, cum res publica ex luxuria conviviorum maiora quam credi potest detrimenta pateretur, siquidem eo res redierat, ut gula inlecti plerique ingenui pueri pudicitiam et*

[Mss. ABGPSMV.

gentesimo nonagesimo secundo b ex emend. Pighii. „Recte emendavit Pighius hunc locum. Haec enim ratio non modo comprobatur Gellii II, 24. auctoritate, sed etiam temporis intervallo, quod auctore Macrobio inter Orchiam et Fanniam legem, atque iterum inter Fanniam et Dediam [sic] effluxit.“ Zeun. DLXXXXIII. coni. Harduinus not. LX. ad Plin. N. H. lib. X. „Scriptum erat, inquit, per literarum compendium. Librarii deinde, ut alias saepe advertimus, denarii nota postrema in quinarium versa DLXXXVIII. perperam scripserunt.“ *quingentesimo octogesimo octavo* Mss. v-as-zNR. *LXXXVIII.* (om. *quingentesimo*) bg.
4. *sanctissimi* om. P. — *neque ea* A. — *ex omni* s-bPV. — *pertulere* Sv-g. — *et luxuria* A (G sup. *ex*) R. *luxuria* (om. *ex*) S. – *pate-*

lex data est] Hoc reprehendendum non esse, ubi quidem additus non esset legislator, Krebsius Antibarb. p. 168. probavit his locis Ciceronis: Verr. II, 49, 121; de leg. agr. II, 19, 52; 20, 54. Infra (§§ 6, 7, 8, 10.) Macrobius, ut oportebat, usus est verbo *ferendi*, quod h. l. sine causa ei est tributum.

quingentesimo nonagesimo secundo] Hic numerus congruit, ut recte monuit Zeunius, et cum verbis Gellii II, 24, 2 sq. *Legi .. senatus decretum vetus C. Fannio et M. Valerio Messala Coss. factum. .. Sed post id senatus consultum lex Fannia lata est*, et cum ipsius Macrobii verbis: *post annum vicesimum secundum legis Orchiae Fannia lex data est.* Adde Plin. N. H. X, 50, 71. *Hoc primum antiquis coenarum interdictis exceptum invenio iam lege C. Fannii Cos. XI. annis ante tertium Punicum bellum.* In onom. Tull. l. c. docemur ita ortam esse corruptelam, ut numerus DLXXXXII mutatus sit in DLXXXIIX. Sed nova difficultas nascitur inde, quod ne ille quidem numerus convenit cum aetate Titii, qui c. 16. § 14. dicitur *vir aetatis Lucilianae*, et a Cicerone l. ibi c. aequalis L. Crassi et L. Philippi: quare Westermannus statuit aliam fuisse legem Fanniam quam suaserit Titius. Vid. Orat. Rom. fragm. ed. Duebner. p. 273. Hanc doctioribus relinquo solvendam.

4. *sanctissimi Augusti*] „Haec omnium antiquiorum scriptura, quam putavimus retinendam, cum seriores Augustum paene semper dignati fuerint hoc titulo, vel *sacrosancti* aut *sacratissimi*, ut saepe Firmicus.“ Gron. — Quaeritur, qui sint hi Augusti? Sammonicus Serenus c. 16. § 6. dicitur scripsisse ad Severum principem, sed plures, non unum, alloquitur in iis verbis quae paulo infra posuit Macrobius. Videtur ergo appellavisse Severum et Bassianum filium, vel illum cum Bassiano et Geta filiis. Cf. Spartian. Sever. 16.: *Ob hoc etiam filium eius Bassianum Antoninum, qui Caesar appellatus iam fuerat, annum decimum tertium agentem participem imperii dixerunt milites*, et 18.: *Quum .. milites .. eius filium Bassianum qui una erat, Augustum fecissent*, et Carac. 1. *Ex duobus liberis quos Septimius Severus reliquit, Getam et Bassianum, unum exercitus alter pater dixit.* In adnotatione ad primum locum Casaubonus comparavit Tertullianum de pallio 2., ad secundum Salmasius inscriptionem in qua uterque Severi filiorum dicitur Augustus.

consules] C. Fannius et M. Valerius Messala.

libertatem suam venditarent, plerique ex plebe Romana vino ma-
didi in comitium venirent, et ebrii de rei publicae salute consule-
rent. Haec Sammonicus. Fanniae autem legis severitas in eo 5
superabat Orchiam legem, quod in superiore numerus tantum-
modo coenantium cohibebatur, licebatque secundum eam unicui-
que bona sua inter paucos consumere, Fannia autem etiam
sumptibus modum fecit assibus centum: unde a Lucilio poeta fe-
stivitatis suae more *centussis* vocatur. Fanniam legem post an- 6
nos decem et octo lex Didia consecuta est. Eius ferundae du-
plex fuit causa: prima et potissima, ut universa Italia, non sola [372]
urbs, lege sumptuaria teneretur, Italicis existimantibus Fanniam
legem non in se sed in solos urbanos cives esse conscriptam:
deinde ut non soli qui prandia coenasve maiore sumptu fecissent,
sed etiam qui ad eas vocitati essent atque omnino interfuissent,
poenis legis tenerentur. Post Didiam Licinia lex lata est a P. 7
Licinio Crasso Divite, cuius ferundae probandaeque tantum stu-
dium ab optimatibus inpensum est, ut consulto senatus iuberetur,
ut ea tantummodo promulgata, priusquam trinundino confirmare-
tur, ita ab omnibus observaretur quasi iam populi sententia con-
probata. Lex vero haec paucis mutatis in plerisque cum Fannia 8

Edd. vicahgspdzb.] *rentur* GR. — *Romano* h. 5. *Haec Sammonicus* om. P. — *Fanniae leges* (om. *autem*) cah. — *autem et* v-gb. *autem* (om. *etiam*) p2dz. — *a Lucilio*] Fragm. incert. 133. ed. Gerlach. 6. *ferendae* s-bP. — *causa fuit* s-bP. — *Italis* i-g. — *aestimantibus* v-z. — *civis* p2dz. — *scriptam* (sup. add. *con*) A. — *cenae suae* M. — *maiori* G. *maiores* N. — *vocati*

5. *numerus .. coenantium cohibebatur*] Athenaeus VI, 108. p. 374. c. *Ἐκέλευε δ᾽ ὁ νόμος*, inquit, *τριῶν μὲν πλείονας τῶν ἔξω τῆς οἰκίας μὴ ὑποδέχεσθαι· κατὰ ἀγορὰν δὲ τῶν πέντε. τοῦτο δὲ τρὶς τοῦ μηνὸς ἐγένετο.*

sumptibus modum fecit assibus centum] Cf. Gell. N. A. II, 24, 4. *Hanc Lucilius poeta legem significat, cum dicit: Fanni centussis misellos. In quo erraverunt quidam commentariorum in Lucilium scriptores, quod putaverunt Fannia lege perpetuos in omne dierum genus centenos aeris statutos. Centum enim aeris Fannius constituit, sicut supra dixi, festis quibusdam diebus* [§ 3. *ludis Romanis item ludis plebeiis et Saturnalibus*], *eosque ipsos dies nominavit: aliorum autem dierum omnium in singulos dies sumptus inclusit intra aeris alias tricenos, alias denos.* Adde Athen. l. c. *Ὀψωνεῖν δὲ πλείονος τῶν δυεῖν δραχμῶν καὶ ἡμίσους οὐκ ἐπέτρεπε.*

6. *lex Didia*] Ex hac una eius commemoratione haec nota est.

7. *a P. Licinio Crasso Divite*] Quaeritur, quo anno hoc factum sit. F. Wuellnerus (Allg Schulzeit. 1830. Dec. N. 156.) statuit Crassum praetorem anno DCL. (ex ann. Pighii III, p. 156.), quia § 4. Sammonicus Serenus de lege Fannia: *Neque eam*, inquit, *praetores aut tribuni, ut plerasque, alias, sed .. ipsi consules pertulerunt*, nulla autem alia lex sumptuaria a praetore est lata. Pighius et Freinshemius Suppl. Liv. LXIV, 52. hanc legem adscripserunt P. Crasso tribuno plebis a. u. DCXLII., Varges Rhein. Mus. f. Phil. III, p. 42. ad annum DCXLIV., Bachius Hist. Iurispr. p. 165. et van Heusde Stud. crit. in Lucil. ad annum DCLVII. (DCLVI.) eam referunt, Gronov. ad Gell. II, 24., ad annum DCLXVI. Meyerus in orat. Rom. fragm. p. 184. collato Dione Cassio XXXIX, 37. eam M. Licinio Crasso et Cn. Pompeio Magno consulibus a. u. DCXCVIII. tribuit. Cf. Onom. Tull. III, p. 275.

trinundino] Cf. I, 16, 34.

8. *cum Fannia congruit*] Gellius l. c. § 7.: *Lex deinde Licinia,*

congruit. In ea enim ferenda quaesita est novae legis auctoritas exolescente metu legis antiquioris ita, Hercules, ut de ipsis duodecim tabulis factum est: quarum ubi contemni antiquitas coepit, eadem illa quae illius legibus cavebantur in alia latorum nomina
9 transierunt. Sed legis Liciniae summa: *ut Kalendis Nonis nundinis Romanis cuique in dies singulos triginta dumtaxat asses edundi causa consumere liceret, ceteris vero diebus, qui excepti non essent, ne amplius daretur adponeretur quam carnis aridae pondo tria et salsamentorum pondo libra et quod ex terra vite arboreve*
10 *sit natum.* Video quid remordeat. Ergo indicium sobrii seculi est ubi tali praescripto legum coercetur expensa coenarum? Non ita est. Nam leges sumptuariae a singulis ferebantur quae civi-
[373] tatis totius vitia corrigerent: ac nisi pessimis effusissimisque moribus viveretur, profecto opus ferundis legibus non fuisset. Vetus verbum est: *Leges*, inquit, *bonae ex malis moribus pro-*
11 *creantur.* Has sequitur lex Cornelia et ipsa sumptuaria, quam tulit Cornelius Sylla dictator: in qua non conviviorum magnificentia prohibita est nec gulae modus factus, verum minora pre-

[Mss. ABGPSMV.
ASVv-g. 7. *consultu* G. 8. *quaesita* (om. *est*) s-bP. — *legis* om. M. *lege* V. — *illis legibus* Edd. (V *illus*). 9 *sumere* h. — *non amplius* A. — *daretur* GV(M a p. m.). *daret* B. *daretur et* N. *daretur vel* S. om. Edd. P (M a sec. m.) — *quod* (om. *et*) Sv-g. — *natum sit* v-g. 10 *iudicium* vi. — *totius civitatis* Gc-bP. *civitatis* (om. *totius*) i. — *hac nisi* V. *at* c-bP. — *pessimis* (om. *effusissimisque*) P. *pessimusque* (om. *effusissimis*) N. 11. *silla* AM. *sulla* s-bP. — *non* om. A „B“. — *modus factorum* P. — *gulae servire* (om.

inquit, *rogata est, quae cum certis diebus, sicuti Fannia, centenos aeris impendi permisisset, nuptiis ducenos indulsit, ceterisque diebus statuit aeris tricenos, cum et carnis aridae et salsamenti certa pondera in singulos dies constituit: sed quidquid esset natum e terra vite arbore promiscue atque indefinite largita est*, additis Laevii et Lucilii quibusdam verbis. Eam suasisse dicitur Favorinus quidam, vel Favonius, ibid in argum. cap. 8. libri XV. Cf. Fest. ap. Paul. lib. III, p. 54. Muell. *Centenariae coenae dicebantur, in quas lege Licinia non plus centussibus praeter terrae nata impendebatur, id est centum assibus, qui erant breves numi ex aere.*

ita, Hercules, ut] Vid. not. ad c. 15. § 7.

illius] referendum esse videtur ad antiquitatem, cui sic hoc loco magis concreta, quam dicunt, supra abstracta tribuitur vis. Quod vulgo legitur, *illis legibus*, propter ipsam facilitatem mihi est suspectum.

9. *Kalendis Nonis nundinis*] Cf. I, 15, 7 sqq. et 16, 28 sqq. *Nundinas* commemorat etiam Athenaeus l. c. ad § 5., ubi de lege Fannia agitur, *Kalendas Idus Nonas et ferias quasdam sollemnes* Gellius l. c. ad § 11., de lege Cornelia.

carnis aridae cet.] Athenaeus l. c. *Κρέως δὲ καπνιστοῦ δεκαπέντε τάλαντα δαπανᾶν εἰς τὸν ἐνιαυτὸν ἐπεχώρει, καὶ ὅσα γῆ φέρει λάχανα καὶ ὀσπρίων ἑψήματα.*

10. *Leges bonae ex malis moribus procreantur*] Cf. Liv. XXXIV, 4, 8. *Sicut ante morbos necesse est cognitos esse quam remedia eorum, sic cupiditates prius natae sunt quam leges quae iis modum facerent.* Tacit. Annal. III, capp. 26 et 27. quorum finis est: *et corruptissima re publica plurimae leges*, et XV, 20. *Usu probatum est leges egregias, exempla honesta, apud bonos ex delictis aliorum gigni.*

11. *quam tulit Cornelius Sylla*] a. u DCLXXII.

minora pretia rebus inposita] Gellius l. c. § 11. *Legem ad populum*

tia rebus inposita, et quibus rebus, di boni, quamque exquisitis et paene incognitis generibus deliciarum! quos illic pisces, quasque offulas nominat, et tamen pretia illis minora constituit! Ausim dicere, ut vilitas edulium animos hominum ad parandas obsoniorum copias incitaret, et gulae servire etiam qui parvis essent facultatibus possent. Dicam plane quod sentio. Adprime 12
luxuriosus mihi videtur et prodigus cui haec tanta in epulis vel gratuita ponantur. Itaque tanto hoc seculum ad omnem continentiam promptius, ut pleraque harum rerum quae Syllana lege ut vulgo nota conprehenduntur nemo nostrum vel fando compererit. Sylla mortuo Lepidus consul legem tulit et ipse cibariam: 13
Cato enim sumptuarias leges cibarias appellat. Dein paucis interiectis annis alia lex pervenit ad populum ferente Antio Restione: quam legem, quamvis esset optima, obstinatio tamen luxuriae et vitiorum firma concordia nullo abrogante inritam fecit. Illud tamen memorabile de Restione latore ipsius legis fertur, cum quoad vixit foris postea non recoenasse, ne testis fieret con-

Edd. vicahgspdzb.]

et) P. 12. *epulis* (om. *in*) G. — *incontinentiam* v-g. — *earum rerum* i-b. — *Sillana* AM. *sullana* s-b. 13. *Silla* M. *Sulla* s-b. — *contulit* V. — *Deinde* G. *Dehinc* S. — *furente* N. — *optima* (sup. *honesta*) G. — *post* V a p. m.; v-g (in G add. in mg.; om. *postea*). — *coe-*

tulit (Sulla), *qua cautum est, ut Kalendis Idibus Nonis diebusque ludorum et feriis quibusdam sollemnibus sestertios tricenos in coenam insumere ius potestasque esset, ceteris autem aliis diebus omnibus non amplius ternis*, et Plutarch. Sull. 35. *Παρέβαινε δὲ καὶ τὰ περὶ τῆς εὐτελείας τῶν δείπνων ὑπ' αὐτοῦ τεταγμένα πότοις καὶ συνδείπνοις.* Onom. Tull. III, p. 276.

offulas] „Facit huc Claudii Caesaris [ap. Sueton. 40.] verbum: *Rogo vos, quis potest sine offula vivere.*" Pont.

12. *Dicam plane quod sentio*] Sic saepe Cicero, ut Parad. I, 1.

hoc seculum] Cf. c. 14. § 2. *Nonnulla nostro seculo morum sobrietate correcta sunt.*

13. *Lepidus consul legem tulit et ipse cibariam*] Eodem anno quo Sulla mortuus est, a. u. DCLXXV. M. Aemilius Lepidus fuit consul, anno proximo Mam. Aemilius Lepidus: ab altero utro consule lex illa lata esse videtur. Cf. Gell. II, 24, 12. *Praeter has leges Aemiliam quoque legem invenimus: qua lege non sumptus coenarum, sed ciborum genus et modus praefinitus est.* Contra ad M. Aemilium Scaurum hanc legem refert Plinius N. H. VIII, 57. s. 82. his verbis: *Sorices et ipsos hieme condi auctor est Nigidius, sicut glires quos censoriae leges princepsque M. Scaurus in consulatu non alio modo coenis ademere quam conchylia aut ex alio orbe convectas aves;* et script. de viris illustr. 72.: *M. Aemilius Scaurus ... consul legem de sumptibus et libertinorum suffragiis tulit*, quem consulatum Harduinus ad Plin. l. c. refert ad annum urbis DCXXXIX. Bachius l. c. statuit duas fuisse leges Aemilias sumptuarias. Vid. Onom. Tull. III, p. 276 sq.

Antio Restione] Cf. Gell. N. A. II, 24, 13. *Lex deinde Antia praeter sumptum aeris id etiam sanxit, ut qui magistratus esset magistratumve capturus esset, ne quo ad coenam, nisi ad certas personas, itaret.* Adiungit Gellius (quam Macrobius omisit, sed commemoravit Suetonius Aug. 34.) legem Iuliam Octaviani Augusti.

foris postea non recoenasse] i. e. non foris rursus coenasse, mirum quidem in modum usurpato verbo composito cum particula *re:* sed tamen hanc in plerisque codicibus inventam omittere nolui.

14 temptae legis quam ipse bono publico pertulisset. His legibus [37 I] annumerarem edictum de sumptibus ab Antonio propositum qui postea triumvir fuit, ni indignum crederem inter cohibentes sumptum Antonio locum facere, cuius expensae in coenam solitae conferri sola unionis a Cleopatra uxore consumpti aestimatione
15 superatae sunt. Nam cum Antonius quicquid mari aut terra aut etiam caelo gigneretur ad satiandam ingluviem suam natum existimans faucibus ac dentibus suis subderet, eaque re captus de Romano imperio facere vellet Aegyptium regnum, Cleopatra uxor, quae vinci a Romanis nec luxuria dignaretur, sponsione provo-
16 cavit insumere se posse in unam coenam sestertium centies. Id mirum Antonio visum, nec moratus sponsione contendit, dignus sculna Munatio Planco qui tam honesti certaminis arbiter electus est. Altera die Cleopatra pertemptans Antonium pollucibilem

[Mss. ABGPSMV.

nasse s-bPS. 14. *sumptus* v-g. 15. *terrae* ASV. — *etiam* om. G. — *caelo* om. P. — *ingluviam* A. — *estimans* G. — *aegyptinum* P. — *ne luxuria* S. 16. *Antonio mirum* v-g. — *culina* Sv-g (bg in mg. *sculna*, et in g praeterea: „sunt qui legant: *pignus custodiente Munatio Planco*.“) M1 in mg; M2. Io. Saresb. — *Numatio* i-g. *manutio* (BG a p. m). *mulnatio* A. *minatio* M1 a p. m. *Minatius* (*Plancus*) Io. Sar. l. c. „Censeo legendum *Munacius Plancus*. Is enim sculna sive sequester fuit, non Antonius. Qui nec potuit. Faciendum quoque punctum post *contendit* Quomoeo fere apud Ioan. Sarisberiensem.“ Pont. „V. c. et Salisberiensis lib. VIII. c. 7. *culina Numatius Plancus* (Vid. sup.). Emendo: *dictus sculna Munatius Plancus*.“ Meurs. „Sic se emendare ait Fulvius in Appendice ad Ciacconii Triclinium pag. 87. Forte tamen: *digno sculna Mun. Planco*.“ Gron. „Forte pro *dignus* auctor scripsit *digna*, ut pertineret ad antecedens *sponsione*“ Zeun. —

14. *edictum de sumptibus ab Antonio propositum*] Fortasse huc referenda sunt ea quae leguntur apud Gellium l. c. § 15.: *Esse etiam dicit Capito Atteius edictum, divine Augusti an Tiberii Caesaris non satis commemini, quo edicto per dierum varias sollemnitates a trecentis HS. ad usque duo milia sumptus coenarum propagatus est, ut his saltem finibus luxuriae effervescentis aestus coerceretur.*

unionis a Cleopatra uxore consumpti] Apud Plinium, qui eandem hanc rem tradit N. H. IX, 35. s. 58. § 119 sqq., Cleopatra dicitur *regina meretrix*, quam Antonii *uxorem* dicit Macrobius, ut Horatius Od. I, 15, 7. Paridis Helenaeque *nuptias* et Od. I, 17, 7. *olentis uxores mariti*.

15. *nec*] i. e. ne quidem. Cf. prolegg. p. XLI.

sestertium centies] Cf. c. 14. § 13. Eandem pecuniae summam commemoravit Plinius l. c.

16. *dignus sculna Munatio Planco*] „Apud veteres Latinos *sculna* idem qui *sequester*. Vid. Agell. lib. XX, cap. 11.“ MEURS. — Pontanus non videtur intellexisse *sculna* esse casum ablativum. Sed Zeunio scribenti *sponsione digna* assentirer, si unus codex suffragaretur: similiter enim Plinius l. c.: *ille*, inquit, *tantae quaestionis victrice*, paulo supra idem: *L. Plancus, iudex sponsionis eius*. Sed potest etiam Antonius ipse dici dignus sculna Planco, de quo Velleius II, 83, 1 sq.: *Cum fuisset*, inquit, *humillimus assentator reginae et infra servos cliens, cum Antoni librarius, cum obscoenissimarum rerum et auctor et minister, cum in omnia et in omnibus venalis, cum caeruleatus et nudus caputque redimitus arundine et caudam trahens genibus innixus Glaucum saltasset in convivio, refrigeratus ab Antonio ob manifestarum rapinarum indicia transfugit ad Caesarem.*

pollucibilem sane coenam] i. e. satis lautam ad epulas publicas. Cf.

sane coenam paravit, sed quam non miraretur Antonius, quippe qui omnia quae adponebantur ex cotidianis opibus agnosceret.
Tunc regina adridens fialam poposcit, cui aceti nonnihil acris in- 17
fudit atque illuc unionem demptum ex aure altera festinabunda demisit, eumque mature dissolutum, uti natura est eius lapidis, absorbuit: et quamvis eo facto sponsione vicisset, quippe cum ipsa margarita centies sestertium sine contentione evaluisset, manum tamen et ad alterius unionem auris similiter admovit, nisi Munatius Plancus iudex severissimus superatum Antonium mature
pronuntiasset. Ipse autem unio cuius fuerit magnitudinis inde 18
colligi poterat, quod qui superfuit postea victa regina et capta
Aegypto Romam delatus dissectusque est, et factae ex una mar- [375]
garita duae, inpositaeque simulachro Veneris, ut monstruosae magnitudinis, in templo quod Pantheum dicitur.

Edd vicahgspdzb.]
opponebantur SV. — *ex quotidianis dapibus* coni. Meurs., sed vid. not.
17. *arridens regina* s-bP. — *filiam* S. *phialam* v3-bP. — *acri* S. — *illic* h. — *nature* A. — *manus* G. — *ad alterius unionem auris* scripsi cum Io. Saresb. l. c. *ad alterius unionis aurem* Mss. et Edd. (V *ultcrius*). „Quis non conspirantes in haec verba editiones omnes insulsas vocet et transponat mecum *ad alterius auris unionem*. Sicut paulo ante *unionem demptam ex aure altera*." Gron — *admonuit* BGV. — *Numatius* i-g. *Minutius* Io. Saresb. l. c. 18 *unio* om. P — *magnitudinis fuerit* Sv-g. — *poterat* ABGV Io. Saresb. l. c. *poterit* Edd. PSM. — *postea* om. S. — *capto* h. — *disectusque* vl. *desectusque* s-bP. — *pantheon dicitur* B a sec. m. *di itur pantheum* A.

not. ad c. 12. § 2. et quae adnotavit Taubmannus ad Plaut. Stich. II, 1, 80: „*Pollucibiliter coenare* i. e. saliariter, opipare et splendide."

ex cotidianis opibus agnosceret] sc. esse. „Omnino et elegantissime *opibus*. Sunt autem eae deliciae quas quisque ex suo fundo aut agro depromit. Martialis lib. VII. [immo X, 48, 8.]: — *et varias quas habet hortus opes*. Item Lucretius lib. V. [v. 1393.]: *Non magnis opibus iucunde corpora habebant*." Pont.

17. *mature dissolutum, uti natura est eius lapidis, absorbuit*] „Hoc Cleopatrae facinus imitatus magnifice Caesar Caligula. Suetonius [c. 37.]: *Ut pretiosissimas margaritas aceto liquefactas sorberet*." Pont. — Cf. Plin. l. c. § 120. *Aceti, cuius asperitas visque in tabem margaritas resolvit;* ubi Harduinus attulit haecce: Vitruv. VIII, 3, 19. *Margarita, nec minus saxa silicea, quae neque ferrum neque ignis potest per se dissolvere, cum ab igne sunt percalefacta, aceto sparso dissiliunt et persolvuntur.* Horat. Sat. II, 3, 239 sqq. *Filius Aesopi detractam ex aure Metellae, Scilicet ut decies solidum exsorberet, aceto Diluit insignem bacam.* Hanc rem paulo aliter narrat Plinius l. c. s. 59. — *Lapis* dicitur unio, ut aliis locis, Ovid. de med. fac. 21; Martial. XI, 50, 4. Sen. Hippol. 391. Silius XII, 230., quos congessit Orellius ad Horat. Od. III, 24, 48.

ad alterius unionem auris] Si Macrobius scripsisset id quod vult Gronovius: *ad alterius auris unionem*, vix inde factum esset id quod vulgo legitur, sed verborum collocatio, quam ego recepi, et ansam habet corruptelae et defenditur iis quae protuli in prolegg. p. XLIV, 3.

18. *victa regina et capta*] Haec ego iungo (ut Plinius l. c.: *capta illa .. regina*), et *Aegypto Romam delatus*. Vulgo commatis positis post *regina* et post *Aegypto* iunguntur haec: *et capta Aegypto*.

inpositaeque simulachro Veneris] Plinius l. c: *Ut esset in utrisque Veneris auribus Romae in Pantheo dimidia eorum coena.*

XVIII. Adhuc dicente Furio secundae mensae inlata bellaria novo sermoni principium dederunt. Symmachus enim adtrectans manu nuces: Vellem, inquit, ex te audire, Servi, tanta nucibus nomina quae causa vel origo variaverit, aut unde, tot mala cum hac una appellatione vocitentur, fiunt tamen seorsum diversa tam vocabulo quam sapore. Ac prius de nucibus absol-
2 vas volo quae tibi memoria crebrae lectionis occurrunt. Et Servius: Nux ista iuglans secundum nonnullorum opinionem a iuvando et a glande dicta existimatur. Gavius vero Bassus in libro
3 de significatione verborum hoc refert: *Iuglans arbor proinde dicta est ac Iovis glans. Nam quia id arboris genus nuces habet quae sunt suaviore sapore quam glans est, hunc fructum antiqui illi, qui egregium glandique similem ipsamque arborem deo dignam existimabant, Iovis glandem appellaverunt, quae nunc litteris interlisis*
4 *iuglans nominatur.* Cloatius autem Verus in libro a Graecis tractorum ita memorat: *Iuglans, D praetermissum est, quasi Diuglans, id est Διὸς βάλανος*, sicut Theophrastus ait: Ἴδια δὲ τῶν

[Mss. ABGPSMV.

XVIII. *Caput XVIII.* (p-b *Lib. II. Cap. XIV.*) *De nucum generibus.* ch-b. *Cap. X. De nuce iuglande.* vi. 1. *enim* om. a. — *duas attrectans* v-g. — *vocitentur. Fiunt* Mss. vi M123. *vocitentur, fiant* c-b. — *memoriae* S. 2. *adiuvando* A. — *existimator* (sup. *u*) A. — *Gavius* s-bP. cf. I, 9, 13. III, 6, 17. *gabius* ABGSVM13P56. *gaius* P7. *Caius* (vel *C*) v-g. „V. c. *Caius.* Sed etiam heic *Gabius* legi debet.“ Meurs. — *vero* (om. *Bassus*) v. *Bassus vero* i-g. 3. *perinde dicta est* AG. *dicta est perinde* Sv. *dicta inde est perinde* i-g. — *quia* om. Sv-g. „abest ab Angl.“ — *suaviori* S. 4. *Verius* vi. *Verrius* c-g. — *tracto* G. — *iugulans* GV (B del. altero *u*). — *d praetermissum est* coni. Salmas. Exercc. Plin. p. 423. b. E. Vid. not. *de praetermissum est* BV optimus liber Salmasii. *di praetermissum est* AGMc-bPS. om. vi. — *diuglans* vi Salmas. l. c. a *diiuglans* AGSc-bBPM. — *id est ut in Gr.* G. — *Theophrastus*] „Haec quidem ita in antiquo codice, locus autem Theophrasti in vulgatis codicibus libro tertio [c. 4.] aliter habet.“ Camerar. (bg in mg.) — Ἴδια ... βάλανος om. Avic. *ut in Gr.* G. — *διὰ*

XVIII, 1. *secundae mensae inlata bellaria*] Cf. II, 8, 1 et 3.

tanta .. nomina] Dicendum erat: *tot nomina*, ut infra *tot mala*.

quae causa .. variaverit, aut unde .. fiunt tamen] A coniunctivo in interrogatione indirecta transitur ad indicativum modum. Hoc in codicibus mss. et vetustissimis editionibus ita evitatum est, ut punctum positum sit ante *Fiunt:* in recentioribus editionibus legi grammaticae satis factum est scribendo *fiant.* Illam rationem sequi omnino non licet, quia sic verba *aut unde* non habent quo referantur: posterior haec ratio veri quidem prae se fert speciem, praesertim quum *fiant* facile mutari potuerit in *fiunt;* sed tamen, quoniam Macrobius in hac ipsa re saepius laesit legem grammaticam, in tanto codicum consensu coniunctivum nolui recipere.

absolvas] i. e. disseras. Cf. prolegg. p. XLIII. extr.

3. *Iovis glans*] Cf. Serv. ad Virg. Bucol. VIII, 30. *Nuces in tutela sunt Iovis: unde et iuglandes vocantur, quasi Iovis glandes.* Varro L. L. V, 21, 102.: *Iuglans, quod quum haec nux, antequam purgatur, similis glandis, haec glans optuma et maxuma ab Iove et glande iuglans est appellata,* et Salmas. Exercc. Plin. p. 424, 1.

4. *D praetermissum est*] Salmasius Exercitt. Plin. p. 423. b, C.: „Fallitur, inquit, Cloatius: nec enim hoc nomine D litera praetermissa est, non certe magis quam in voce *Iupiter.*“ Ceterum, si suffragarentur codices, mallem legi: *D praetermisso est quasi* cet.

ὀρινῶν ἃ ἐν τοῖς πεδίοις οὐ φύεται, τερέβινθος πρῖνος φιλύρη ἀφάρκη καρύα, ἢ καὶ Διὸς βάλανος. Hanc Graeci etiam [376] basilicam vocant. Nux haec Abellana seu Praenestina, quae est 5
eadem, ex arbore est quae dicitur corylus, de qua Virgilius dicit: *Corylum sere.* Est autem natio hominum iuxta agrum Praenestinum qui Carsitani vocantur *ἀπὸ τῶν καρύων*, cuius rei meminit Varro in logistorico qui inscribitur *Marius de fortuna:* inde scilicet Praenestinae nuces. Est et illud apud Naevium in fabula Ariolo: 6

— Quis heri
Apud te? Praenestini et Lanuvini hospites.
Suopte utrosque decuit acceptos cibo,
Alteris inanem bulbam madidam dari,

Edd. vicahgspdzb.] δὲ τῶν ὀρίνων S. — τέρμινθος (om. Ἴδια ... φύεται) a. — πρίνος h-b. ΤΙΡΙΝΟC V. ἐριν εὸς a. — ΦΙΑΥΡΕ (sup. Η) P. φηλύρη S. φιλύκη a. — ΑΦΑΚΗ P. — κάρια Ph-b. — ἢ καὶ om. a. ἢ καὶ s-b. ΗΚΑΙ B.

5. *Cap. XI. De nuce avellana.* vi. — *Avellana* Edd. PS. *abellina* V. — *quae eadem* (om. *est*) A. — *corylus dicitur* (S *coril*) v-g. *dicitur corylos* s-bP. — *Virgilius*] Georg. II, 299. — *dixit* v-g. *dicunt* A a p. m. — *vocantur ut in Gr.* G. — ΚΑΡΙΩΝ A. — *fortuna* (om *de*) S.

6. *ariola* V. — *Heri Quis apud te* scripsit Salmas. ad Lamprid. Heliogabal. 21. In s-b *Quis ... hospites* est unus versus, in v-g non distinguuntur versus. — *hospite* M. — *suopte* B a sec. m.; h-bP. *suapte* A (B a p. m.) GSv-aM123. — *bullam* Sv-gM12. „Vitiose.“ Zeun. (bg in mg. *bulbam*). *vulvam* Scriverius ad marg. libri sui. Vid not. *bulbum* (*madidum*) legere voluisse videtur Pontanus qui attulit Apic. [VII, 12.] *Aqua decoquant bulbos qui Veneris usum quaerunt*, et Athen. II, 25. *οὐδὲν ὀνήσει βολβὸς, ἂν μὴ νεῦρ' ἔχῃς.* — *madidatam* Scriver. *madi-*

τῶν ὀρινῶν] Rectius scriberetur *ὀρεινῶν*, sed refragantur omnes codices, et exstat glossa: *Ὀρινή, montana.*

Hanc Graeci etiam basilicam vocant] Cf. Plin. N. H. XV, 22 s. 24. § 87. *Et has e Perside a regibus translatas indicio sunt Graeca nomina: optimum quippe earum persicon atque basilicon vocant.* Dioscor. I, 178. *Κάρυα βασιλικὰ, ἃ ἔνιοι Περσικὰ καλοῦσιν:* contra Pollux VI, 80. *Κάρυα Περσικὰ, ἃ νῦν βασιλικά.* Athen. II, 42. p. 54. a. Diodor. III, 45. et Theophr. C. Pl. IV, 2. 1.

5. *Abellana*] Hanc scripturam tuentur etiam codices Plinii l. c. § 88., ubi vulgo legitur: *in avellanis et ipso nucum genere, quas antea Abellinas patrio nomine appellabant:* sed nihil eiusmodi invenio adnotatum ibid. lib. XVII, 13. s. 21. § 97., ubi legitur *nuces avellanas.* Cf. Serv. ad Virg. Georg. II, 65. *Avellanae ab Avellano* (codd. *Avellino*) *Campaniae oppido, ubi abundant, nominatae sunt.* Eadem habet Isidorus Orig. XVII, 7, 24., qui subiicit: *Haec a Graecis Ponticae appellantur eo quod circa Ponticum mare abundant.*

seu Praenestina] Plin. lib. XVII. l. c. habet *nuces avellanas et Praenestinas*, Cato R. R. 51., unde ille haec sumpsit, *nuces Praenestinas* tantum. Cf. ibid. c. 8. et c. 143. Festus apud Paul. lib. XII, p. 172. *Nuculas Praenestinas appellabant, quod inclusi a Poenis Casilini famem nucibus sustentarent, vel quod in eorum regione plurima nux minuta nascitur*, de qua re Livius XXIII, 19, 12.: *Nuces tamen fusae a Romanis castris, quum medio amni ad Casilinum defluerent, cratibus excipiebantur.*

Carsitani] Hoc nomen alias nusquam mihi occurrit, ut genuinum id esse affirmare non possim.

Marius de fortuna] Ritschl. Ind. schol. Bonn. MDCCCXLV. p. IV. confert schol. Veron. in Virg. Aen. VII, 681.: *Varro .. libro qui inscribitur Marius aut de fortuna.*

6. *bulbam madidam*] Reddidi id quod in omnibus fere exemplaribus inveni, quod quidem idem valet ac

Alteris nuces in proclivi profundere.

Hanc autem nucem Graeci Ponticam vocant, dum unaquaeque natio indit huic nuci nomen ex loco in quo nascitur copiosior.
7 Nux castanea, de qua Virgilius: *Castaneasque nuces*, vocatur et Heracleotica. Nam vir doctus Oppius in libro quem fecit de sil-

[Mss. (A usque ad § 9.) BGPSMV.

dantem Salmas. l. c. et Scaliger. ad Festum (ibid. *dare*) — „*in proclivis* Cantabrigiensis scriptus [in A est *in proclivi*]. Divinabam *in proluviis*, Laberius [ap. Non. LXIV, 12.] *proluvium meretricis*, Apuleius [Metam. X, p. 719. Oud.] *proluvium Veneris suscitaram*, et Arnobius [V, 23.] *proluvium intestinorum*. Scriverius postmodum elicuit *in praebiis*. Videndus Festus in voce *praebiae*.“ Pont. — *profundier* Scriver. ad marg. — *indicit* BG. 7. *Cap. XII. De nuce castanea* vi. — *Virgilius*] Eclog. II, 52. — *Opius* ABGPMV, sed cf. c. 19. § 4. *Opilius* coni. Meurs., qui adnotavit: „Est autem Aurelius Opilius, e cuius libris de silvestribus arboribus verba producit Festus in *Fomites*: cui etiam bis reddes hoc nomen in *Ordinarium hominem* et *Ratitum quadrantem*. Utrobique habes *Oppius*: male. Quod monitus a me mutato.“ Vid. not.

quod coniecit Scriverius, *vulvam madidatam*. Cf. § 5. *Abellana*, § 8. *fabum*, § 12. *caba*, Schneider. Elementarlehre I. p. 227. Scriverius adiecit: „Plin. N. H. XI, 37. [s. 84.]: *vulva eiecto partu melior*, *primiparae suis optima*; itemque hoc Martialis in Xeniis [lib. XIII.] epigr. 56.: *Te fortasse magis capiet de virgine porca: Mi materna gravi de sue vulva placet.* Ut ita has delicias respicere Naevius videatur *inanem vulvam* vocando. *Madidatam* autem vocat, quia sumen hoc addito gari liquamine muriave sumebatur. Martialis lib. X. epigr. 48.: *Et madidum thynni de sale sumen erit.*“ At alia res est sumen. Vid. not. ad c. 13, § 12. Participio *madidatam* opus esse non videtur, quum in *madidam*, ut § 9. in *tegulas*, prima syllaba fulciatur accentu. Cur autem Lanuvinis, nam hi sunt priore loco *alteri*, tales deliciae apponendae sint, mihi quidem non liquet.

in proclivi profundere] Intelligas: *in proclivi est*, unde pendet infinitivus *profundere*, non ab antecedenti *decuit*. Cf. Plaut. Capt. II, 2, 86; Ter. Andr. IV, 2, 18; Salust. orat. ad Caes. II, 8, 6. Pontanus videtur in mente habuisse *in prolubiis*, nam Laberius et Apuleius ll. cc. scripserunt *prolubium*; Arnobius autem l. c. *intestina proluvie*. — Verbum *profundere* nihil aliud potest significare quam *largiter dare*. Passiva forma *profundier*, quam recipi voluit Scriverius, aliquantum commendatur antecedenti *dari*, quod quidem potest coniungi cum verbo *decuit*. Dacerius ad Festum p. 534. Lind. haec refert ad Livii locum quem attuli ad § 5.

Graeci Ponticam vocant] Cf. Plin. N. H. XV, 22. s. 24 § 89. *In Asiam Graeciamque e Ponto venere et ideo Ponticae nuces vocantur*, Athen. l. c. Turnebus Advers. XX, 6. affert veterem glossam: *Calvae, Ποντικὰ πεφρυγμένα.*

7. *Nux castanea*] Cf. Plin. N. H. XV, 23. s. 25. *Nuces vocamus et castaneas, quamquam accommodatiores glandium generi.*

Heracleotica] Cf. Athen. l. c. p. 54 b. *Καὶ τὰ Ἡρακλεωτικὰ καὶ τὰ Περσικὰ κάρυα.* Hesych. s. v. *Διὸς βάλανος* et Salmas. Exercitt. Plin p. 424. b. E. (e Theophrast. Hist. III, 15.) docent dictas esse ab urbe Ponti celeberrima. Salmasius ibidem de omnibus his nucum generibus agit.

Oppius] „Meminit *Oppii* Suetonius libro de illustribus grammaticis [c. 3.]. Cognomen eius *Cares* facit. Meminit quoque *Oppilii* cuiusdam eodem libello c. 6.“ Pont. — Baehrius Real-Encycl. V. p. 957. refert Casaubonum ad Sueton. l. c. dicere Oppium Suetonii eundem esse ac Macrobii: sed rem esse dubiam, quum Plinius N. H. XXVIII, 4, 3. 7. e simili libro aliquid excerpserit *Opilii* nomine, quod nomen Eggerum (Lat. serm. vetust. reliqq. p. 28.) restitui velle apud Macrobium: eum tamen non eundem esse videri at-

vestribus arboribus sic ait: *Heracleotica haec nux, quam quidam castaneam nominant, itemque Pontica nux atque etiam quae dicuntur basilicae iuglandes germina atque flores agunt similiter isdem temporibus quibus Graecae nuces.* Nunc dicendum est quae sit 8
Graeca nux. Ac simul hoc dicens amygdalam de lance tulit et ostendit. Nux Graeca haec est quae et amygdale dicitur, sed et Thasia eadem nux vocatur. Testis est Cloatius in Ordinatorum Graecorum libro quarto, cum sic ait: *Nux Graeca amygdale.* Atta vero in Supplicatione:

Nucem Graecam, ait, *favumque adde quantum libet.*

Nucem molluscam licet hiemis nobis tempus invideat, tamen, 9
quia de nucibus loquimur, indictam non relinquemus. Plautus [377]
in Calceolo sic eius meminit:

— *Molluscam nucem*
Super eius dixit inpendere tegulas.

Ecce Plautus nominat quidem, sed quae sit nux mollusca non 10
exprimit. Est autem Persicum quod vulgo vocatur: et mollusca nux dicitur scilicet, quod ceteris omnibus nucibus mollior sit.
Huius rei idoneus adsertor est Suevius, vir longe doctissimus, in 11

Edd. vicahgspdzb.] — *castaneam vocant* s-bP. — *Pontica* (om. *nux*) ch. *Pontica mox* apl. „Emendo *Pontica nux*, ut etiam erat in v. c." Meurs. 8. *et amygdala* Gv-g. — *Et ostendens nux Graeca haec est, inquit, et* g in mg. — „*Originationum Graecarum* et h. l. et cap. seq. [§ 2.] legendum Scriverio videtur. Cloatius enim Verus *libro a Graecis Tractorum* hoc eod. cap. [§ 4.] citatur." Pont. — *amygdala* v-g. — *Acta* S. *Acca* v-g. — *supplicatione* (om. *in*) S. — *inquit* V. — *favum* (GM a sec. m.) Edd. P. Cf. lib. I. praef. § 5. *fabum* Mss. reliqui. 9. *relinquimus* v-g. *relinquamus* s-bP. — *Plautus in Calceolo* et quae sequuntur usque ad libri finem desiderantur in A. — *chalceolo* BGV. *calcedo* v. — *Molluscam .. tegulas* non in versus distincta leguntur in Mss. et Edd. — *superius* S. 10. *quid sit* s-bPS. — *mollusca nux* (priore loco) Sv-g. — *ex ceteris* (sup. add. *omnibus*) G. 11. *Sueius* M123. *Suetius*

que Aurelium Opilium illum grammaticum. Apud Festum altero e duobus illis locis quos citavit Meursius s. v. *Ordinarium*, lib. XIII, p. 182. Muellerus ne commemoravit quidem Opilii nomen, sed altero s. v. *Ratit. quadrant.* lib. XVII, p. 274. assentitur Scaligero et Ursino praeferentibus *Opilius.*

8. *Graeca nux*] Cf. Plin. N. H. XV, 22. s. 24. § 89 sq. *Tertia ab his natura amygdalis ... Haec arbor an fuerit in Italia Catonis aetate, dubitatur, quoniam Graecas nominat, quas quidam et in iuglandium genere servant,* et ibid. XXIII, 8. s. 76.; Plin. Valerian. II, 59., Celsus IV, 4. et 10. Cato R. R. c. 8. Colum. V, 10.

sed et Thasia eadem nux vocatur] Hanc ab amygdala distinguit Plinius l. c. § 90., ubi Harduinus affert Florentin. in Geopon. lib. X. cap. 57. p. 282. *Θασίας τὰς ἀμυγδαλάς.* Gellius VII, 16, 5. *nuces Thasias* commemorat inter praecipua edulium genera.

adde] Versum restitues scribendo *des.*

9. *Nucem molluscam*] Plinius qui l. c. § 91.: *Praeterea,* inquit, *molluscae putamen rumpentes,* aliud genus videtur intelligere. Salmasius Exercitt. Plin. p. 426, a. B. nuces Persicas distinguit a Persicis malis, quae confudit Macrobius. Idem fecit Athenaeus III, 24. p. 82, c. Cf. infra c. 19. §§ 1 et 3.

licet hiemis nobis tempus invideat] Cf. Isidor. Orig. XVII, 7, 7. *Malum Persicum, cui brevis admodum vita concessa est, trium generum fertur esse, duracinum Armeniacum et Persicum.*

idyllio quod inscribitur *Moretum*. Nam cum loquitur de hortulano faciente moretum, inter cetera quae eo mittit et hoc pomum mitti ait his verbis:

12 *Admiscet *missa in cava silicis haec nunc partim,*
Partim Persica: quod nomen sic denique fertur
Propterea quod qui quondam cum rege potenti,
Nomine Alexandro Magno, fera praelia bello
In Persas tetulere, suo post inde reventu
Hoc genus arboris in praelatis finibus Graiis
Disseruere novos fructus mortalibus dantes.

[**Mss. BGPS (M usque ad extrem. § 12) V.**

BG. „Male aliis laudatum reperio *Suecium*. Tranquillus videndus libro de illustr. gramm. cap. 5, ubi tamen *Saevius* est.“ Pont. — *idilio* Gv. *edulio* Sichg (h in mg. „*idyllio* ant.“). 12. *Admisce tua caua* (*b* sup. alt. *u*) *silicis haec nunc partim* B (S (M1 a sec. m.) *tua caba silicis;* M1 a p. m. *tua ciba silicis;* M23 *tua caba;* (M2 sup. *ciba*) *silacis;* GV *tu aca basilicis*). *Admisce tu Acca basilicis haec nunc partim* Edd. P (v om. *partim;* Sica *nux partim*). *Admisce tu Accae basiliscis, haec nux partim persica* affert Turneb. Advers. XI, 1. *Admiscet baccam e basilicis: haec nunc partim* vel: *Admiscet baccam basilici: hoc nomine partim* coni. Salmasius Exercc. Plin. p. 422 a. E. (p. 598.) Vid. not. — *sit denique* B a p. m.; G. — *rege ponti* Sv-g. — *fere* (corr. in *fecere*) G. — *tetulere* BGMV Salmas. l. c. *retulere* Edd. PS. — *reventum* v-g. „Magis arridet Anglicani scriptura *primo inde reventu*.“ Pont. (In A haec omnino non inveniri supra monui.) — *grais* V. — *deseruere* Gi.

11. *Moretum*] Quo modo hic cibus fuerit paratus, discimus e carmine quod eodem hoc nomine inscriptum fertur inter Virgilii carmina et e Columella XII, 57. Commemoratur etiam ab Ovidio Fast. IV, 367. Nomen Silligius in prooem. in Moret. p. 309 sq. a mortario tractum esse videri ait: *moretarium* vocatur ab Apicio VI, 4. et a Donato in Terent. Phorm. II, 2, 4.

12. v. 1. *Admisce *missa in cava silicis*] Haec ego restituere conatus sum ex iis quae leguntur in codd. mss. adhibitis iis quae antecedunt: *inter cetera quae eo mittit et hoc pomum mitti ait his verbis*, et quae leguntur in Moreto, quod vulgo tribuitur Virgilio, v. 23.: *Praeverrit cauda silices geminumque molarem* et v. 96. *lapidisque cavum demittit in orbem*. Quae in editionibus omnibus leguntur paucis mutatis: *Admisce tu, Acca, basilicis haec nunc partim*, ea falsa esse docet et metrum corruptum (nam haud recte producitur ultima syllaba vocativi in *Acca*, et duae primae syllabae vocis *basilicis*, contra eiusdem vocis syllaba ultima, quae est brevis, corripitur) et ipse sensus. Ea enim quae antecedunt, inprimis verba *et hoc pomum mitti ait*, non congruunt cum verbis: *Admisce, tu Acca*, et pro *basilicis haec* exspectes *basilica his* quum sequatur *Persica*. Quod ego inserui, *missa*, id facile potuit omitti tamquam e repetitione ultimarum syllabarum verbi *Admiscet* natum. Productio primae syllabae vocis *silicis* excusatione non eget.

v. 4. *Alexandro Magno*] Huc omnino non facit quod Salmasius Exercitt. Plin. p. 677. b. E. ait, certum esse multo ante Alexandri aetatem nuces iuglandes in Europa notas fuisse: nam agitur de nuce mollusca.

v. 5. *tetulere*] Haec perfecti forma satis usitata est comicis. Cf. Lambin. ad Lucret. VI, 672.

praelatis] Nullum inveni exemplum, in quo sic hoc participium legeretur nulla omnino instituta comparatione: nam quae vulgo leguntur apud Plinium N. H. XXXVII, 7. s. 29. *a praelatis floribus*, ea e codice Bamb. mutanda sunt in ἴοις *appellatis floribus*. Est vero idem ac *caris*, *dilectis*, referendum ad patriam comitum Alexandri.

Mollusca haec nux est, ne quis forte inscius erret.

Nux terentina dicitur quae ita mollis est ut vix adtrectata frangatur. De qua in libro Favorini sic reperitur: *Item quod quidam Tarentinas oves vel nuces dicunt, quae sunt terentinae a tereno, quod est Sabinorum lingua molle: unde Terentios quoque dictos putat Varro ad Libonem primo.* Quam in culpam etiam Horatius potest videri incidere, qui ait et: 13

— *molle Tarentum.*

Nux pinea hos nobis qui adpositi sunt nucleos dedit. Plautus in Cistellaria: 14

Qui e nuce nucleos esse vult frangit nucem. [378]

XIX. Et, quia mala videmus admixta bellariis, post nuces de malorum generibus disserendum est. Sunt de agricultura scriptores qui nuces et mala sic dividunt ut nuces dicant omne 1

Edd. vicahgspdzb.] Salmas. l. c. „vetus idem veteri forma." Pont. Vid. not. 13. *Cap. XIII. De nuce Tarentina.* vi. — *tarentina* v-g. — *Faborini* BVv-g. — *Itemque quidam* vc-bS. *Itemque quidem* P3. — *terentinas* PS. *tearentinas* V. *tarentinus* P3. *terrentios* V. — *incedere* BV. — *Horatius*] Sat. II, 4, 34. — *ait: Et molle* Edd. 14. *Cap. XIIII. De nuce pinea.* vi. — *oppositi* s-z. „Ed. vet. *appositi.* Non male." Zeun. — *nuculeos* (bis) P. — *Plautus in Cistellaria*] „Curculione [I, 1, 55.] legitur." Pont. „In hoc omnes, quos editos vidi, sunt constantes At ego nihil ineptius, nihil insulsius fingi posse aio hac allegatione Plautina. Quid enim a Macrobio dicitur cui lux per eam fit? Omnino quia *nucleos* vocabulum ibi positum est, ideo scholasticus imperitus id annotavit ex memoria, cui locus Plautinus inhaerebat. Miror potuisse hic viros doctos silere et magis etiam eos qui tamquam genuina haec tractare *potuerunt*" Gron. — *nucleum* Plaut. l. c. — *nucleos vult elicere* P3. „Anglicanus noster[?] non *esse* referebat, sed *eicere*, ut manifesto fuisse credam: *Qui e nuce nucleum icere vult, frangat nucem.*" Pont. allat. e Vidularia *fuscina ici vidulum*, et coni. Trucul. I, 1, 16. *sin icit rete.* — *frangit* PSVhs-z. Plaut. l. c *frangat* BGv-abP3.

XIX. *Caput XIX.* (p-b *Lib. II. Cap. XV.*) *De generibus malorum et pirorum.* ch-b. 1. *admista* v-g. *admissa* s-z. „Legendum *admi-*

v. 7. *Disseruere*] „Antiqui *deserui desertum* efferebant, cuius vicem hodie *desevi desitum* frequentatur. Tibullus [I, 1, 15.]: *Nam veneror seu stipes habet desertus in agris.*" Pont. — Stallbaumius ad Ruddimann. instit. gramm. Lat. I. p. 250. refert Priscianum col. 900. probare Ennii testimonio veteres hoc sensu etiam dixisse *serui*, et adiicit Liv. X, 24, 5. *quam arborem conseruisset*, Colum. III, 4. *is qui conseruerit ea*, et paulo post: *et cum seruerit*, Caton. Origin. II. ap. Priscian. col. 903. *Seruit ibi hordeum.*

13. *Nux terentina*] Cf. Plin. N. H. XV, 10. s. 9. *Grandissimus* (fructus) *pineis nucibus. ... Harum genus alterum terentinae, digitis fragili putamine aviumque furto in arbore*, Athenaeus XIV, 57, p. 647. c. in placentarum generibus refert *Τερεντῖνον.*

Tarentinas .. nuces] Cf. Plin. l. c. 22. s. 24, § 90. *Tarentinarum duo genera, fragili putamine ac duro, quae sunt et amplissimae et minime rotundae*, nisi forte hoc quoque loco legendum est *terentinarum.* Colum. V, 10

14. *Nux pinea*] Cf. Plin. l. c. ad § 13 et c. 22. s. 24. § 86.: *Nuces iuglandes .. multum pineis minores universitate, eaedemque portione ampliores nucleo.*

nucleos] Ut significaret hoc nomine dici interiorem nucum partem, adiecit Macrobius Plauti versum qui sequitur. Cf. Plin. l. c. et §§ 88 et 89., ubi nuclei opponuntur putamini.

XIX, 1. *nuces et mala sic dividunt* cet.] Cf. Plin. N. H. XV, 28.

pomum quod foris duro tegatur et intus habeat quod esui est, malum vero quod foris habeat quod est esui et durum intus includat. Secundum hanc definitionem Persicum, quod Suevius poeta superius inter nuces numerat, magis erit inter mala numerandum.

2 His praemissis malorum enumeranda sunt genera, quae Cloatius in Ordinatorum Graecorum libro quarto ita diligenter enumerat: *Sunt autem genera malorum: Amerinum cotonium citreum coccymelum conditivum ἐπιμηλὶς musteum Mattianum orbiculatum*

[Mss. BGPSV.

sta." Pont. — *duro cortice tegatur* G. — *intus habet* Gv. — *quod esui est (et durum)* G. *quod esui* (om. *est*) s-bPS. — *Sueius* M123P7. *cum eius* BGv1P2. *cum esset* P5. *cum e* P3. — *superius*] c. 18. § 12.

2. *quae* .. *malorum* om. V. — *in* om. Sv-g. — *Originationum Graecarum* coni. Pont. ad c 18. § 8. — *diligenter* om. P3. — *Armenium* v-g. — *catonium* M1 (sup. *o*). — *coccymelium* ag. *coccimellum* M1P7. *coccinellum* P5. *cocimellum* M2. *covimellium* vic. — *condituum* P5. — *ἐπιμηλὶς* om. v3 (G *ut in Gr.*; v1 *ἐπι-*). *ἐπιμελίς* ic. — *mustium* s-bP.

s. 34. *Alia bacis* (gignuntur) *quarum intus lignum et extra caro.* .. *Quae bacis natura, eadem et pomis. Aliorum intus corpus et foris lignum, ut nucum: aliis foris corpus intus lignum, ut Persicis et prunis* Servius ad Virg. Buc. II, 52. *Nuces generaliter dicuntur omnia tecta corio duriore, ut avellanae amygdalae iuglandes castaneae, sicut e contra poma dicuntur omnia molliora.*

esui] Vid. not. ad I, praef. 10.

2. *Amerinum*] ab Ameria, Umbriae oppido, nominatum. Cf. Plin. l. c. 14. s. 15. § 51. *Patriam nobilitavere Amerina*, ibid. 15. s. 16. § 55.; s. 17. § 58.; 16. s. 18. § 59. Colum. V, 10. Cels. II, 24. et IV, 19.

cotonium] Cf. VII, 6, 13. *Mala .. cydonia quae cotonia vocat Cato* (R. R. 7, 3.) Plinius l. c. 11. s. 10.: *His proxima amplitudine mala quae vocamus cotonea, et Graeci cydonia ex Creta insula advecta*, ubi Harduinus citat Seren. Sammonic. 25.: *Aut quae poma Cydon Cretaeis misit ab oris*, et XXIII, 6. s. 54. *Cydonia* commemorat Colum. l. c. Isidor. Orig. XVII, 7, 4., *cotonea* Varro R. R. I, 59, 1. Cels. II, 24. IV, 19.

citreum] Cf. § 3 sq. Plin. l. c. 14. s. 14. *De citreis cum sua arbore diximus: Medica autem Graeci vocant patriae nomine.* De malo Medica vid. ib. XII, 3. s. 7. et de malis citreis XXIII, 6. s. 56. Isidor. l. c. § 8. Athen III, 25 sqq.

coccymelum] Cf. Athen. II, 33 p. 49. d. *Ἐπεὶ πλεῖστον ἐν τῇ τῶν Δαμασκηνῶν ἐστι χώρᾳ τὸ κοκκύμηλον καλούμενον καὶ κάλλιστα γεωργεῖται, ἰδίως καλεῖται τὸ ἀκρόδρυον Δαμασκηνόν.* et ibid. f. *Νίκανδρος· Μῆλον ὃ κόκκυγος καλέουσι*, ibid. 24. p. 82. f. *Ὑπό τινων δὲ Περσικὰ κοκκύμηλα.* Illis similia habet Isidorus l. c. § 10., qui addit: *Quam Latini ob colorem prunum vocant.* Salmasius Exercitt. Plin. p. 426. b. C. suspicatur Cloatium ratione nominis inductum inter malorum genera posuisse coccymelum, quod prunum significare notum esset. Ibid. B. affert e Suida: *Κοκκύμηλον εἶδος ὀπώρας, τὸ παρ' ἡμῖν λεγόμενον βερίκοκκον.* Idem p. 328. b. D. ait male Plinium XIII, 7. s. 15. verba Theophrasti (Histor. IV, 2.) *μέγεθος ἡλίκον κοκκύμηλον* vertere: *magnitudo sorbi*, nam *κοκκύμηλον* prunum esse, non sorbum.

conditivum] Commemorantur a Catone 7, 3., et a Varrone I, 59, 1. *conditiva mala*, sed ibi non certum aliquod genus videtur intelligi, sed omnia genera quae serventur condita.

ἐπιμηλίς] Cf. Dioscor. I, 170. *Μεσπίλου δὲ καὶ ἕτερόν ἐστιν εἶδος ἐν Ἰταλίᾳ γεννώμενον, ὃ ἔνιοι ἐπιμηλίδα καλοῦσιν.* .. *δένδρον ἐστὶ μήλῳ ἐμφερὲς καὶ τοῖς φύλλοις, ὅτι μὴ μικρότερον· ἔχει δὲ καρπὸν καὶ τοῦτο στρογγύλον, βρώσιμον*, κ. τ. λ., Isidor. l. c. § 12. *Epimelis sorbo similis, mediocris arbor et flore candidulo, dicta, quod dulcis sit eius fructus et acuto sapore commixtus.*

ogratianum praecox pannuceum Punicum Persicum Quirianum

Edd. vicabgspdzb.] *murteum* P3. — *martianum* v-g. *macianum* P5. — *ogr̂anum* „B“. *ogrannum* v-g. — *pamiceum* P3 (M2 a sec. m.). *paniceum* M2 a p. m.

Athen. III, 23. p. 82. d. *Ἐπιμηλὶς δὲ καλεῖται, φησὶ Πάμφιλος, τῶν ἀπίων τι γένος.* Galenus de alim. 2. unedonem in Italia vocari testatur fructum *τοῦ θάμνου τοῦ τὰς ἐπιμηλίδας φέροντος*, Salmasius autem l. c. p. 362. b. D. defendit Plinium qui XV, 24. s. 28. et XXIII, 8. s. 79. unedonem alio nomine ait vocari arbutum.

musteum] Cf. Plin. XV, 14. s. 15. § 51. *Mustea a celeritate mitescendi, quae nunc melimela dicuntur a sapore melleo.* Similia leguntur apud Varron. R. R. I, 59, 1. Commemorat etiam Cato 7, 3., et post melimela Columella V, 10, 19., qui ut Plinius l. c. 11. s. 10. cydoniorum generi ea adnumerat.

Mattianum] Sic codices, et infra c. 20. § 5. *Mattius:* sed *Matianum* invenitur apud Columell. V, 10, 19. et XII, 45, 5., eamque scripturam e codice ms. restituit Barthius Advers. LIV, 17. apud Sueton. Domit. 21., ubi antea legebatur *Martianum.* Plin. N. H. XV, 14. s. 15. § 49. *Habent originem a Matio.* De hoc Matio vid. eundem XII, 2. s. 6. *Primus C. Matius ex equestri ordine, Divi Augusti amicus, invenit nemora tonsilia intra hos LXXX. annos,* et Colum. XII, 44, 1. *Nec ignoro plurima in hunc librum non esse collata quae C. Matius diligentissime persecutus est: illi enim propositum fuit urbanas mensas et lauta convivia instruere: libros tres edidit quos inscripsit nominibus coci et cetarii et salgamarii. Nobis tamen abunde sunt ea quae ex facili rusticae simplicitati non magna impensa possunt contingere, uti sunt inprimis omnium generum mala.* Vide etiam interpretes Taciti ad Annal. XII, 60. Isidorus l. c. § 3.: *Mala Matiana, inquit, a loco vocata, unde prius advecta sunt.* Scripturam *Ματτιανά* servant exemplaria Athenaei III, 23. p. 82. c., ubi adiiciuntur haec: *Ἅπερ κομίζεσθαι λέγεται ἀπό τινος κώμης ἱδρυμένης ἐπὶ τῶν πρὸς Ἀκυληΐᾳ Ἄλπεων.*

orbiculatum] Cf. Plin. l. c. § 51. *Orbiculata a figura orbis in rotunditatem circumacti. Haec in Epiro primum provenisse argumento sunt Graeci qui Epirotica vocant.* Pallad. Febr. 25, 18. *Mala rotunda, quae orbiculata dicuntur, sine cura toto anno servari possunt.* Commemoratur etiam a Varrone I, 59.; a Colum. V, 10, 19. et XII, 45, 5.; a Celso II, 24.

ogratianum] Hoc nomen neque inveni usquam neque scio unde sit derivandum: vix ergo dubito, quin corruptum sit. Quid si statuamus scriptum fuisse *Horatianum*, idque omisso *h* et supra scripto *g* correctum esse in *Gratianum?* Ordo litterarum non obstat, si vera sunt ea quae adnotavi ad *harundinea* c. 20. § 1.

praecox] Cf. Plin. XV, 12 s. 11. *Persicorum palma duracinis.... Post autumnum maturescunt, aestate praecocia, intra XXX. annos reperta et primo denariis singula venumdata.* Harduinus vertit: *des abricots.* Dioscor. I, 164 sq. *Τὰ δὲ Περσικὰ μῆλα εὐστόμαχα... Τὰ δὲ μικρότερα, καλούμενα δὲ Ἀρμενιακά, Ῥωμαϊστὶ δὲ πραικόκια.* Galenus de alim. facult. 2., ut refert Stephanus in thes. Gr. l. s. h. v., locutus de Persicis dicit *τὰ πρεκόκκια καλούμενα* esse *ἀμείνω τῶν Ἀρμενιακῶν.* *Praecoqua* dicit Martialis XIII, 46. Apud Pallad. Novembr. 7, 4. leguntur dubiae fidei verba: *Genera eorum* (Persicorum) *sunt duracina praecoqua Persica, Armenia.* Vid. etiam Salmas. Exercc. Plin. p. 426 a. F. sqq.

pannuceum] Cf. Plin. XV, 14. s. 15. § 52. *Celerrime in rugas marcescunt pannucea,* ubi Harduinus refert Turnebum Adversar. XXVIII., 32., p. 1019. [?] hoc nomen interpretari: „quasi in pannos fatiscentia et rugarum plicas.“

Punicum] Cf. Plin. XIII, 19. s. 34. *Sed circa Carthaginem Punicum malum sibi vindicat* (Africa)*: aliqui granatum appellant,* ibid. XV, 11. s. 11. Cat. 7. 3. Colum. XII, 41, 2. Varr. I, 59, 3. Cels. II, 24. et IV, 18. Isidor. Orig. XVII, 7, 6.

Persicum] Cf. § 3 sq. et supra c. 18. § 9 sqq. Plin. XIII, 9. s. 17. et

prosivum rubrum Scaudianum silvestre struthium Scantianum tibur
3 *Verianum.* Vides Persicum a Cloatio inter mala numeratum, quod nomen originis suae tenuit, licet iam dudum nostri soli ger-

[Mss. BGPSV.
panuteum P5. — *scaudianum* BG (S a p. m.) P7. *scaudianum* S a sec. m; v-gp2-bPV. *scandianeum* spl. „*Scandianeum.* Emendo *Scandianum.* Columella lib. V. cap. 10.“ Meurs. — *strutium* GSVaM123. *sirutium* vic. — *Scantianum* om. v3-a. 3. *dinumeratum* P5. — *nostri oris* P3.

XV, 11. s. 11. Colum. X, v. 405 sqq. Pallad. l. c.

Quirianum] Sic hoc nomen legitur apud Plinium XV, s. 15. § 50., sed *Quiriniana* apud Catonem 7, 3. et Varronem I, 59, 1.

prosivum] Etiam hoc nomen frustra quaeres alias: praeterea animadvertas turbatum litterarum ordinem: nam requiritur nomen a littera *r* incipiens, an forte *Rosium* ut apud Plinium N. H. XIX, 9. s. 56. legitur *cannabis Rosea*, a Rosea vel Rosia Sabinorum oppido dicta?

rubrum] Fortasse intelliguntur poma Appiana, de quibus Plinius XV, s. 15. § 49.: *Odor*, inquit, *est his cotoneorum, magnitudo quae Scandianis, color rubens.*

Scaudianum] Sic scribendum esse putavi e plerorumque codicum auctoritate. Nam apud Plinium eo quidem loco, quem modo attuli, solus codex Chiffletianus habet *Scaudiana*, sed paulo supra (§ 49.), ubi vulgo legitur: *habent originem .. a Scandio* e quattuor codicibus (Chiffl. Reg. Colb. Thuan.) enotatum est *Scaudio.* Utrumque nomen aliunde ignotum, nisi quod Scandiana mala commemorantur apud Celsum II, 24. et IV, 19., et apud Colum. V, 10, 19., ubi legitur etiam *gaudiana*, apud Varr. I, 59, 1., ubi in nonnullis exemplaribus legitur *Scantiana Scandiana*, in aliis *Scantiana* tantum. An vero non recte distinguuntur *Scaudiana* (vel *Scandiana*) et *Scantiana*, et legendum est apud Plinium *a Scantio*, quod nomen est satis notum?

silvestre] Cf. Plin. XV, s. 15. § 52. *Sunt et parva gratia saporis atque etiam acutiora odore silvestria.* Eorum usum in medicina memorat idem XXIII, 6. s. 55. et Celsus l. c. *Silvatica* vocat Cato 143, 3.

struthium] Cf. Plin. XV, 11. s. 10. *Minora ex eodem genere* (ac cotonea) *struthea odoratius vibrant, serotino proventu.* Colum. V, 10. *Cydonia, quorum genera tria sunt, struthia chrysomeliana mustea.* Athen. III, 20. p. 81. a. *Τὰ δὲ Κυδώνια, ὧν ἔνια στρούθια λέγεται*, et similia habet ib. p. 81. c. d. et 21. p. 81. d. Cat. 7, 3.: *Mala struthea cotonea; struthea* sola commemorat c. 143. 3.

Scantianum] Cf. Cat. 7, 3. et 143, 3. Varro I, 59, 1. Plin. l. c. s. 15. § 50.

tibur] Fortasse legendum est *tubur* vel *tuber.* Certe Plinius, ubi malorum genera enumerat, XV, 14. s. 14.: *Aeque peregrina*, inquit, *sunt zizipha et tuberes, quae et ipsa non pridem venerunt in Italiam, haec ex Africa, illa ex Syria*, et: *Tuberum duo genera: candidum et a colore syricum dictum*, ubi Harduini codices regii dicuntur habere *Tuburum.* Cf. Colum. XI, 2, 11; et ib. 96., ubi etiam e tribus exemplaribus enotatur *tubures.* Palladius Ian. 15, 20.; Sept. 14., ubi etiam e duobus exemplaribus enotatur *tuburum.* Martial. XIII, 42. et 43., ubi in optimis codicibus legitur *tubures*, in nonnullis *tibures.*

Verianum] est nomen alias incognitum. Si esset pirum, scriberem *Tiberianum* e Plin. l. c. s. 16. § 55.

3. *Persicum*] c. 18. § 10.

nomen originis suae tenuit] Cf. Plin XV, 13. *In totum quidem Persica peregrina etiam Asiae Graeciaeque esse ex nomine ipso apparet, atque ex Perside advecta.* Isidorus XVII, 7, 7. *Persicum*, inquit, *vocatum, quod eam arborem primus in Aegypto severit Perseus*, qua in re cum Persica aliam arborem, Perseam, confusam esse tradidit Plinius l. c.

men sit. Quod autem ait idem Cloatius *citreum*, et ipsum Persicum malum est secundum Virgilium:

Felicis mali quo non praestantius ullum

et reliqua. Et ut nemo dubitet haec de citreo dixisse Virgilium, 4
accipite quae Oppius in libro de silvestribus arboribus dicat: *Citrea item malus et Persica: altera generatur in Italia, et in Media*[379]
altera. Et paulo post de citreo loquens ait: *Est autem odoratissimum: ex quo interiectum vesti tineas necat. Fertur etiam venenis contrarium, quod tritum cum vino purgatione virium suarum bibentes servat. Generantur autem in Perside omni tempore mala citrea: alia enim praecarpuntur, alia interim maturescunt.* Vides 5

Edd. vicahgspdzb.] — *secundum Virgilium*] Georg. II, 127. — *praesentius* Virgil. l. c. 4. *Et* (om. *ut*) b. — *Opius* P3. „Etiam heic *Opilius* legendum." Meurs. Cf. c. 18. § 7. — *item* v3a-bPVM3. *idem* BGv1iP3. *id est* SiM12P5. — *vestibus* P5. — *Fertur autem venenis* v-g. — *cum veneno* P. — *alia autem interim maturescunt* P5 „Praefero scriptionem Anglicani [?]: *alia interim procreantur.* Palladius [Mart. 10, 16.]: *In fundis meis comperi .. per gradus quosdam sibi semper poma succedere, cum maturis se acerba substituant, acerborum vero aetatem florentia consequantur.*" Pont.

et ipsum Persicum malum est] Cf. quae e Plinio attuli ad § 2. et quae Athenaeus III, 26. mutuatus est a Theophrast. Hist. plant. IV, 4., et Hesych. *κιτρίον, τὸ Μηδικὸν μῆλον*, et Salmas. Exercitt. Plin. p. 666 sqq. Virgilius eo loco, quem citavit Macrobius, Georg. II, 134 sqq. *Animas*, inquit, *et olentia Medi Ora fovent illo, et senibus medicantur anhelis. Sed neque Medorum silvae ditissima terra, Nec pulcher Ganges atque auro turbidus Hermus, Laudibus Italiae certent.*

praestantius] Hoc Virgilio nemo tribuet, sed apud Macrobium librorum mss. consensus refragatur ei quod rectius est, *praesentius.*

4. *Oppius*] Cf. c. 18. § 7.

citrea item malus et Persica] Has alii non distinguunt. Cf. Dioscor. I, 166. *Τὰ δὲ Μηδικὰ λεγόμενα ἢ Περσικὰ ἢ κεδρόμηλα Ῥωμαϊστὶ δὲ κίτρια πᾶσι γνώριμα*, Theophrastus et Athen. ll. cc. *Ἡ δὲ Μηδία χώρα καὶ ἡ Περσὶς ἄλλα ἔχει πλείω καὶ τὸ μῆλον τὸ Περσικὸν ἢ Μηδικὸν καλούμενον*, et Athen. ib. p. 83. f. *Ἐκ τούτων ἐγὼ κινούμενος .. τὸ κιτρίον εἶναι λέγεσθαι πεπίστευκα.* De Virgilio vid. quae citavi ad § 3. Isidorus Orig. XVII, 7, 8. *Medica arbor, cuius etiam nomen carminibus Mantuanis inclaruit, asportata primum a Medis, unde et vocabulum sumpsit. Hanc Graeci κεδρόμηλον, Latini citriam vocant.* Plinium Salmasius Exercc. Plin. p. 672. a. G sqq. ait distinguere malum Assyriam vel Medicam, de qua XII, 3 s. 7.: *Sed nisi apud Medos*, inquit, *et in Perside nasci noluit*, a citrea, de qua XIII, 16. s. 31.: *Alia*, inquit, *est arbor eodem nomine, malum ferens exsecratum aliquibus odore et amaritudine, aliis expetitum, domos etiam decorans.*

Est autem odoratissimum cet.] Cf. Plin. XII, 3. s. 7., Theophrast. et Athen., Virgil., Isidor. ll. cc.

purgatione virium suarum] Videntur *vires* dici pro intestinis, cf. Theophrast. ap. Athen. l. c. *Δοθὲν γὰρ ἐν οἴνῳ διακόπτει τὴν κοιλίαν καὶ ἐξάγει τὸ φάρμακον*, et Dioscor. l. c. *Δύναμιν δὲ ἔχει ποθὲν ἐν οἴνῳ ἀντενεργεῖν θανασίμοις κοιλίαν τε ὑπάγειν*: an pro suco et sanguine, ut nonnulli interpretantur in inscriptione *vires tauri*, quas esse cornua contendit Salmasius ad Lamprid. Heliogabal. 7. p. 805.? Sed offendit me etiam pronomen *suarum.* Quid ergo si statuamus verum esse *viscerum*, et vulgatam scripturam ortam esse e corruptela *virium* et supra scripta emendatione *scerum?*

Generantur ... maturescunt] Cf. Plin., Theophrast. et Athen., Dioscor., Isidor. ll. cc.

hic et citreum nominari et omnia signa poni quae de eo Virgilius dixit, licet nomen citrei ille non dixerit. Nam et Homerus, qui citreum *θύον* appellat, ostendit esse odoratum pomum:

Θύου δ' ἀπὸ καλὸν ὀδώδει,

et, quod ait Oppius inter vestem poni citreum, idem significat Homerus, cum dicit:

Εἵματα δ' ἀμφιέσασα θυώδεα σιγαλόεντα.

Hinc et Naevius poeta in bello Punico ait *citrosam vestem.*

6 Pira haec quae videmus varietas nominum numerosa discernit. Nam idem Cloatius sic eorum vocabula describit: *Anicianum cucurbitivum cirritum cervisca calculosum Crustuminum deci-*

[Mss. GPSV.

5. *Vide* V. — *hic* om. S. — *et omnia* sunt ultima verba codicis B. — *pomi* v1 „B". — *τιόν* v. *εἶον* ic. *ut in Gr.* G. — *Θύου δ' ἀπὸ*] „Vera lectio est *θύον δ' ἀνὰ νῆσον ὀδώδει.* Hom. Odyss. ε', 60." Zeun. (Cf. hg in marg. et V, 12, 8.) — *θΥΟΥ ΑΠΟ* (om. δ') VM123P3. *θύον ἀπὸ* Sa. *θύον δ' ὑπὸ* s-bP. *εἶον ἀπὸ* v3i. *εἰον ἀπὸ* v1. Emendavit P. Leopard. Emend. VIII, 6. *ut in Gr.* G. — *opius* V. „*Opilius* iterum scribe." Meurs. Cf. § 4. — *et homerus* V. — *Εἵματα*] „Odyss. ε', 264., ubi nunc legitur *εἵματά τ' ἀμφιέσασα θυώθεα καὶ λούσασα.*" Zeun. — *εἵματα* (rel. Gr. om.) v-a. *ut in Gr.* G. om. P3. — *εὐώδεα* M3. — *CIPAΛΟΝΤΑ* P. 6. *Cap. XV. De piris.* vi. — *scribit* P5. — *anitianum* S. *avitianum* P7. *antianum* v-g. — *cucurbitivum* s-bGPSVM13. *cucurbitinum* v-gM2P57. — *ciritum* v-g. *curritum* S a sec. m.; P3. *circitum* P5. — *ceriusca* S. — *crustuminum* v3iag-bGPVM3. *crustumnium* ch. *crustumium* S a s. m.; v1M12. *crustimium* S a p. m. — „*decumanum* lege."

5. *qui citreum θύον appellat*] Cf. Plin. XIII, 16. s. 30. *Nota etiam Homero fuit, thyon Graece vocatur, ab aliis thya.* Loquitur de arbore citri e qua Romani pretiosissimas illas faciebant mensas: ab hac distinguit s. 31. eam arborem de qua loquitur Macrobius: nec pomum sed arborem esse dicit Plinius, qui adiicit: *Hanc itaque inter odores uri tradit.* Plinio suffragantur Graeci scriptores quos citat Salmas. Exercitt. Plin. p. 667. a. D., Diodor. V, 46. *Τὰ δὲ θυρώματα τοῦ ναοῦ θαυμαστὰς ἔχει τὰς κατασκευὰς ἐξ ἀργύρου καὶ χρυσοῦ καὶ ἐλέφαντος, ἔτι δὲ θύους δεδημιουργημένας*, et Strab. IV, 6. p. 326. Tauchn. *Πολλὰ δὲ καὶ τῇ ποικιλίᾳ τῶν θυΐνων οὐκ ἔστι χείρω πρὸς τὰς τραπεζοποιΐας.* Athen. V, 38. p. 205 b. *Αἱ δὲ θύραι .. θυΐναις κατακεκόλληντο σανίσιν*, et 41. p. 207. e. *Τὰς δὲ θύρας ἐλέφαντος καὶ θυίου.* Turnebus denique Advers. VIII, 4. Praeterea de hoc nomine disputavit P. Victorius Var. lect. XXXII, 5.

citrosam vestem] Cf. Fest. ap. Paul. lib. III, p. 42. Muell. *Citrosa vestis appellata est a similitudine citri*, et Isidor. Orig. XIX, 22, 20. *Citrosa, quasi concrispa ad similitudinem citri. Naevius Pulchramque ex auro vestemque citrosam.* Rem incertam relinquit Scaliger ad Festum l. c., sed Festo et Isidoro suffragatur Barthius, Advers. XXXII, 7. p. 1475.

6. *Anicianum*] Commemoratur a Plinio XV, 15. s. 16. et 17. s. 18. § 61., a Catone 7, 3., a Columella V, 10, 18., a Celso IV, 19.

cucurbitivum] *Cucurbitina* habet Plin. XV, s. 16. § 56. et Cato l. c. § 4.

cirritum cervisca calculosum] Nomina alias incognita.

Crustuminum] Cf. Plinius l. c. § 53. *Cunctis autem Crustumia gratissima*, Virgil. Georg. II, 87. *Crustumiis Syriisque piris gravibusque volemis*, Isidor. Orig. XVII, 7, 15. *Crustumia sunt pira ex parte rubentia ab oppido Crustumio nominata*, ubi Otto e duobus codicibus recepit *Crustumina*, quam nominis formam habet Columella V, 10, 18. et XII, 10, 4. et Celsus II, 24.

decimanum] h. e. magnum. Sed Plinius l. c. § 53.: *Sed confessis,*

manum Graeculum Lollianum Lanuvinum laureum Lateresianum myrapium Milesium murteum Naevianum orbiculatum Praecianum rubile Signinum Tullianum Titianum timosum Turranianum praecox volemum, mespilum serum, sementivum serum, Sextilianum serum, Tarentinum serum, Valerianum serum.

Edd. vicahgspdzb.] Pont. — *lolianum* S. — *lauretum* S. — *myrapium* GV(h in mg.)M3. *murapium* s-bP. *marapium* v-g. *miraprum* SM12P7 „B". — *millesium* P5. — *myrteum* Gv-g (h in mg. *musteum*) „Vetus *musteum*, quod placet. Plinius [N. H. XV, 15. s. 16.]: *Dixit volema Virgilius a Catone sumpta, qui et sementina et mustea nominat. Mustea* vero, ut idem annotat, dicta a celeritate mitescendi." Pont. *misteum* P5. *murceum* P7. — *naevium* (sup. add. *an*) G. *nervianum* M2. — *orbiculanum* v1. — *praescianum* P3. — *signium* (sup. add. *n*) G. *sigminum* „B". — *Fullianum* s-b. — *ticianum* P5. — *timosum. turranianum* GSVM123P5 (P *turrin.;* „B" *timosum* add. a sec. m.). „Columella [V, 10.] *Turranianum.*" Meurs. *timosum curravianum* P7. *Turrinianum, timosum* i-b (h in mg. „*turranianum, cimosum* ant."). „Leg. *cimosum.*" Meurs. — *volemium* v-g. *voleminum* P5. — *mespilum serum* GSVM12. *mespilum. serum* hM3. *mespillum, serum* s-bP. „Leg. *mespillum serum*, sine commate intermedio." Pont. *mespilium serum* v3icag. *mespilus. serum* v1. — *sementinum serum* Sv-aP5. *sementinum sex* P7. — *sextilianum serum* v3-bVM3 om. GPSv1M12P356 „B". — *tarentinum sex* P7. *talentinum serum* P5. om. G. — *valerianum sex* P7. *valerianum* (om. *serum*) M3.

inquit, *urbis vocabulis auctores suos nobilitavere Decimiana* cett.

Graeculum] *Graeca* ait Plinius l. c. § 55., sed mala Graecula commemorat ibid. s. 15. § 50.

Lollianum Lanuvinum] Haec nomina alias inveni nusquam.

laureum] Commemoravit Plin. l. c. § 55. Colum. XII, 10, 4.

Lateresianum] Plinius l. c. § 54. *Lateriana*, Columella l. c. *Lateritiana*, ubi in aliis exemplaribus legitur *Laterisiana*, idem V, 10, 18. *Lateritana*, quod nomen Freundius derivat a Laterio oppido in Arpinatium agro sito.

myrapium] Cf. Plin. l. c. § 55. Colum. XII, 10, 4. Cels. IV, 19.

Milesium] Alias inveni nusquam.

murteum] Vid. app. *Mustea* habet etiam Cato 7, 4., unde hoc nomen sumpsit Plinius.

Naevianum] „Haec fragilia Celso [II, 24.]: *Pirum*, inquit, *fragile, quale Crustuminum vel Naevianum.*" Pont. Cf. Colum. ll. cc.

orbiculatum] Eius nominis malum vid. § 2.

Praecianum] Vinum Praecianum ex Adriatico sinu miris laudibus celebrare Graecos refert Plinius XIV, 6. s. 8. § 60.

rubile] alias est incognitum.

Signinum] a Signia, Latii oppido, nominatum. Cf. Plin. XV, § 55. *Signina, quae alii a colore testacea appellant*, Colum. V, 10, 18. Cels. ll. cc.

Tullianum Titianum timosum] nomina ex hoc uno loco nota.

Turranianum] Cf. Plin. l. c. § 54.: *Seviana et quae ex iis nata sunt, Turraniana, longitudine pediculi distantia*, ubi adnotavit Harduinus: „nempe a Nigro Turranio, quem ob insigne agricolationis studium Varro laudat in praefat. lib. II. [§ 6.] de re rust." Colum. V, 10, 18.

praecox] Cf. Plin. XVI, 26. s. 43.; 27. s. 50.; XVII, 2. s. 2. § 18.

volemum] Cf. Virg. Georg. II, 88. *gravibusque volemis*, Cat. l. c., Col. ll. cc., Plin. XV, s. 16. extr.

mespilum serum] Cf. Plin. XV, 20. s. 22. *Malorum pirorumque generi adnumerentur iure mespila atque sorba.*

sementivum serum] *Sementiva* tantum dicuntur apud Caton. 7, 3.; Varr. I, 59, 3.; Plin. XV, s. 16. extr.

Sextilianum serum] Hoc pirum alias non commemoratum fortasse nomen traxit a Sextilio praetore cui Cassius Dionysius libros Magonis in Graecum sermonem ver-

[380] XX. Ammonent nos et fici aridae ut enumeremus genera ficorum eodem Cloatio nos de his ut de aliis instruente. Sic enim diversas ficos diligentiae suae more dinumerat: *Africa albula harundinea asinastra, atra palusca, Augusta bifera Carica, caldica*

[Mss. GPSV.

XX. *Caput XX.* (p-b *Lib. II. Cap. XVI.*) *De ficuum, olearum uvarumque generibus.* ch-b. *Cap. XVI. De ficis.* vi. 1. *diversas ficus* i-g. — *denumerat* P3. *enumerat* P5. — *Africa* (sup. add *na*) M2. „Legendum *Africana*. Plin. XV, cap. 18 [s 19. § 69.] *Africanas* diserte nominat. Et statim inde [s. 20.] addit a Catone appellatam *Africanam*.“ Pont. — *arundinea* V. „*Hirundinea* lego. Ea est quam *chelidoniam* vocat Columella lib. X. [v. 415.].“ Meurs. „An verisimile omissam hic Macrobio *chelidoniam* [cf. Plin. l. c. § 71. Athen. III, 7. p. 75 d.] et *harundineam* non *hirundineam* voluisse dicere? Nam et idem Plinius eod. l. diserte: *et quas harundinum folii macula variat.*“ Pont. — *asinatra* M2. *asianastra* M3. *asinistra* P3. — *atrapalusca* G. *atra* (om. *palusca*) M2. *atra, palusca* Edd. PSVM13. „An *Falisca?* an *Libysca?* an *marisca?*“ Forcell. in lex. s. v. *palusca*. „Editio Lugdunensis [Stoer. a. 1597.] non habet h. l. *atra;* forte quia sequitur statim *Tellana atra*. Alii libri constanter agnoscunt. Quocirca laborare potius putem quam abundare. Et fuerit fors *aratia*. Plinius mihi tibicen lib. XV, c. 18. [s. 19.] *Est .. et aratia alba.*“ Pont. — *brifera* s. „Emendo *bifera* ex Columella.“ Meurs. Cf. lib. X, v. 403. — *Chalcidica alba nigra* „Ita legendum, non, ut vulgo est: *Caldica*.“ Salmas. Exercc. Plin. p. 658. b. A. coll. Colum. lib. X, v. 414. „Lego *Chalcidica*.“ Meurs. „Legendum

sos misisse dicitur apud Varr. I, 2, 10.

Tarentinum serum] Cf. Plin. l. c. § 55. *Graeca et in his Tarentina*, et c. 17. s. 18. § 61., Cato l. c. Colum. V, 10, 18., Cels. II. cc.

Valerianum serum] hoc uno loco commemoratur.

XX, 1. *Africa*] Ut Plinius locis a Pontano citatis (vid. app.) *Africanam* vocant Cato 8, 1.; Varro I, 41, 6.; Colum. V, 10, 11. Athen. III, 8, p. 75 f.

albula] ex hoc uno loco nota. Fortasse ea est quae apud Plinium XV, 18. s. 19. § 70. vocatur *albicerata*.

harundinea] Sic tam constanter legitur in codicibus mss., ut aspirationem delere non ausus sim, quamvis turbetur ordo litterarum. Nam fortasse Cloatius pro littera eam non habuit. Quod sequitur *Herculaneum*, nihil facit ad rem, quum positum sit inter *d* et *l*. Vid. not. ad *ogratianum* c. 19. § 2. Contra *hirundinea*, quod voluit Meursius, litterarum ordo non admittit, et recte nomen *harundinea* defendit Pontanus. Vid. app. Cf. Plin. l. c. *quas harundinum folii macula variat.*

asinastra, atra palusca, Augusta] Alias non leguntur haec nomina: *atra palusca* pro uno nomine habendum esse docet ordo litterarum: Nomine *Augusta* Forcellinus s. v. *Augustus* suspicatur intelligi ficos virides biferas quas auctore Suetonio in eius vita c. 76. maxime appetiverit Augustus. Quod si verum est, fortasse iungenda sunt nomina: *Augusta bifera*, et eadem haec esse videtur ac *Liviana* ad quam quae adnotavi vide.

bifera] Cf. Plin. l. c. § 71. et XVI, 27. s. 50. Colum. V, 10, 11. et X, v. 403.; δίφορος vocatur apud Athen. l. c. p. 75. d.

Carica] „*Caricarum* multa apud Columellam et Palladium mentio: videnturque ita dictae a Caria regione, sic uti *Chalcidicae* a Chalcide, *Chiae* a Chio. De quibus singulis etiam Plinius.“ Pont. — *Carica* et gentilitium nomen est, ut apud Plinium XIII, 5. s. 10.; XV, 19. s. 21. § 83., et siccas ficus significat, ut ibid. 28. s. 34. § 116. *Quaedam in Aegypto* (placent) *cute, ut caricae: detrahitur haec ficis virentibus, ut putamen, eadem in siccis maxime placet.* Salmas. Exercc. Plin. p. 658. a A.: „Igitur ἰσχὰς proprie ficus siccata. Latini dixere *caricam*. Glossae: ἰσχὰς, *carica*. Aliae optimae ac vetustissimae: *ficus* σῦκα, *caricae* ἰσχάδες, capite

alba nigra, Chia alba nigra, Calpurniana alba nigra, cucurbitiva duricoria Herculanea Liviana ludia leptoludia Marsica Numidica

Edd. vicahgspdzb.] *Carica Chalcidica.*" Pont. — *Chia alba nigra, Calpurniana alba nigra* om. P3. *Chia* (om *alba nigra*) *Calp. alb. n.* S. *Chia alba nigra* (om. *Calp. alb. n.*) v1 „B". *chya calpurniana* (om. bis *alba nigra*) P5. *calphurniana, chia* (om. bis *alba nigra*) v-g (a *calp.*). — *calpulniana* P. — *cucurbitiva* GSs-bPM123. *cucurbativa* V. *cucurbitina* v-g. *cucurbichina* P5. — *duricorea* v1. *duricornea* S. — *Liviana* s-bPV. *laviana* GSv-g (hg in mg. *Liv.*) M123P35. *laviena* P7. — *lepto. ludia* M1. „Scribo *Lydia, Leptolydia.*" Meurs. et Pont. — „*Marisca* lego." Meurs.

de fructibus. Locus Ciceronis lib. II. de Div. [40, 84.] id evincit: *Cum M. Crassus exercitum Brundusii imponeret, quidam in portu caricas Cauno advectas vendens Cauneas clamitavit: ubi caricae Cauneae* sunt *Καυνίαι ἰσχάδες.*" *Caunum* urbem esse Cariae constat, et docet Plin. V, 28. s. 29. Adde Athen. III, 9. p. 76. a. *Ὅτι δὲ καὶ τὰ ἀπὸ Καύνου τῆς Καρίας ἐπαινεῖται, κοινόν.* De hac ipsa re conf. Plin. XV, 19. s. 21. § 83. Praeterea *Caunias* ficos commemorat Colum. X, v. 414; Petron. Sat. 160; *Caricas* Ovid. Met. VIII, 675; Fast. I, 185; Stat. Silv. IV, 9. 26. Isidorus Orig. XVII, 7, 7.: *Caricae*, inquit, *a copia nominatae*, ut videatur cogitare de verbo Italico *caricare.*

caldica alba nigra] Recte emendatum esse censeo *Chalcidica* (cf. Plin. XV, 18. s. 19. § 69. et 71. Varr. I, 41, 6; Col. V, 10, 11; X, v. 414. Athen. III, 8. p. 75 f.) neque tamen in tali nomine a librorum mss. vestigiis mihi discedendum esse putavi. *Alba nigra* duas diversas species videntur significare, ut Plinius l. c. ait § 70 sq.: *Nigra et Rhodia est et Tiburtina et aratia alba*, et paulo infra *alba ac nigra.*

Chia] Cf. Plin. l. c. § 69. Varr. Col. Athen. ll. cc. Martial. VII, 25, 8.

Calpurniana] alias non commemoratur.

cucurbitiva] „*Cucurbitivae* sive *cucubitinae* a forma dictae, ut supra malum [immo pirum, cf. c. 19. § 6.] cucurbitivum." Pont.

duricoria] Cf. Plin. l. c. § 71. *Serotinas et a corio appellatae duro.*

Herculanea] Cf. Plin. l. c. §§ 70. et 72. *Herculanas* vocat Cato 8, 1.

Liviana] „Apud Plinium legitur cap. 18. lib. XV.: *Sunt et auctorum nomina iis, Liviae, Pompeiae. Legerim Livianae Pompeianae.*" Pont. — *Liviam* commemorat etiam Pallad. l. c., sed *Livianas* Col. V, 10, 11. *Λιβιανά* Athen. l. c. Harduinus ad Plin. l. c. hoc nomen censet tractum esse ab iis quae de morte Augusti tradidit Dio Cass. LVI, 30.: *Καί τινα ὑποψίαν τοῦ θανάτου αὐτοῦ ἡ Λιουΐα ἔλαβεν, ἐπειδὴ .. σῦκα τινὰ ἐπὶ δένδροις ἔτ᾽ ἐπόντα, ἀφ᾽ ὧν ὁ Αὔγουστος αὐτοχειρίᾳ συκάζειν εἰώθει, φαρμάκῳ ἔχρισε κτλ.*: statuit ergo Livianam ficum eandem esse atque Augustam.

ludia] *Lydia* vocatur apud Plin. l. c., Varr. I, 41, 1., Col. V, 10, 11. et X, v. 418. Cf. Athen. III, 9. p. 76 b. *Τὰ καλούμενα παρὰ τοῖς Παρίοις αἱμώνια ταὐτὰ ὄντα τοῖς Λυδίοις καλουμένοις, ἅπερ διὰ τὸ ἐρυθρῶδες καὶ τῆς προσηγορίας ταύτης ἔτυχε.*

leptoludia] Hoc nomen, quod alias invenias nusquam, nisi aliud quid latet, quo indicetur ficus cute tenui, exilem significat ficum Lydiam.

Marsica] „Sic et *vinum Marsicum.* Sunt enim Marsi Italiae populi, Picentibus et Samnitibus finitimi." Pont. — Coniecturam Meursii, qui censet legendum esse *Marisca*, adiuvant Plinius XV, 18. s. 19. § 72., Cato 8, 1., Colum. X, 415., Martial. VII, 25, 7. Denique de hoc nomine Salmasius Exercc. Plin. p. 793. b D.: „*Mariscus iuncus* (apud Plin. N. H. XVI, 18. s. 69.) pro maiore, idem qui et masculus. Nam *mas mariscus* est ὑποκοριστικῶς, ut *Syrus Syriscus*, ... Sic *ficus mariscae* quae maiores sunt et masculae."

Numidica pulla] Quum haec nomina alias legantur nusquam, quae-

2 *pulla Pompeiana praecox, Tellana atra.* Sciendum quod ficus alba ex felicibus sit arboribus, contra nigra ex infelicibus. Docent nos utrumque pontifices. Ait enim Veranius de verbis pontificalibus: *Felices arbores putantur esse quercus aesculus ilex suberies fagus corylus sorbus, ficus alba, pirus malus vitis prunus*
3 *cornus lotus.* Tarquitius autem Priscus in Ostentario arborario sic ait: *Arbores quae inferum deorum avertentiumque in tutela sunt, eas infelices nominant: alternum sanguinem filicem, ficum*

[Mss. GPSV.
— *numica* P. — *pulla, Pompeiana* v-gM12. *pulla Pompeiana* s-bPVM3 (in S nulla est interpunctio a *pulla* usque ad *atra*). — *tillana* M1. *tellena* M2. *calana* P5. — *astra* P3. — „*Tellona, atra* Plinius disparate." Pont. (Non ita post Harduinum qui etiam apud Macrobium iussit deleri comma.) 2 *fit* ich. — *contra virga* P3. — *suberies* scripsi e coni. Vid. not. *suberius* P. *superus* GSVv-g (g in mg „alias *sapinus*") M13. *suparus* M2. *supernus* P3. *suber* s-b (ch in mg). — *pyrus* V. — *lothus* a. *lorus* S. 3. *Tarquinius* Mss. et Edd. „Cap. 7. [§ 2] hic idem, ut videtur, *Tarquitius* dicitur: citaturque ibi liber eius transcriptus ex *Ostentario Tusco*, quod hic *Ostentarium arborarium* nominatur. Meminit quoque eius inter historicos Latinos Gerh. Ioh. Vossius, legendumque utrobique existimat *Tarquitius*. Vide et Petr. Pithoeum Subseciv. lib. I. c. 20. qui de *Tarquitio* omnium primus coniecturam iniecit." Pont. *Tarquitius* emendavit etiam Harduinus in edit. Plin. ind. auctor. s. h. n. allata inscriptione Gruteri p. 625. L. TARQVITIO L. F. POM. ETRVSCO. — *Etruscus* vel *Tuscus* coni. Harduin. l. c. Vid. not. — *ostentatorio* P3. — *arbores quaeque* v1. *arborum quae* S. — *alterum* G. *alaternum II* coni. Salmas. Exercc Plin. p. 430. a. D., Meurs. et Pont. coll. Plin. N. H. XVI, 26. et Colum. VII, 6. „*Alnum* vel *ad myrtum sanguine infelicem.*" g in mg. Similiter: „*alaternus sanguine infelix*, id est sanguinea et est cruenta materia." Turneb. Advers. XVIII, 4. — *sanguinum* coni. Salmas. l. c. et de homonym. hyl. iatr. cap. 71.

ritur utrum significent unam speciem an duas, praesertim quum *pulla* ponenda esset post *praecocem*.

Pompeiana] Vid. not. ad *Liviana*.

praecox] Cf. Plin. l. c. §§ 70, 71., 73., 74., πρόδρομοι vocantur apud Athen. III, 12. p. 77. c.

Tellana atra] *Telanas atras* vocat Cato 8, 1. et Plin. l. c. § 72.

2. *quod*] Cf. prolegg. p. XL.

felices arbores] Cf. Ammian. XXIX, 1. *Verbenas felicis arboris gestans.* Similia videntur fuisse apud Festum lib. XVIII, p. 309. Muell. s. v. *supplicia*. Serv. ad Virg. Aen. XII, 120.: *Verbenas*, inquit, *iam vocamus omnes frondes sacratas, ut est laurus, oliva vel myrtus.* Festus ap. Paul. lib. VI, p. 92. *Felices arbores*, inquit, *Cato dixit, quae fructum ferunt, infelices quae non ferunt:* aliter ergo ac Veranius ille eas definit, sed consentiens cum Plinio, cuius verba infra posui.

suberies] Sic scripsi, quia Isidorus Orig. XVII, 7, 27.: *Suberies arbor*, inquit, *ex qua validissimus cortex natatorius extrahitur* cet. Eadem fere suppleta sunt apud Festum lib. XVIII, p. 294.

3. *Tarquitius autem Priscus*] *Tarquitius* scripsi propter cap. 7. § 2. Sed cognomen *Priscus* retinui, quoniam et ipse Harduinus refert alium quidem *Tarquitium Priscum* legi apud Tacitum Ann. XIV, 46., et verisimile est propter hoc ipsum cognomen *Tarquitium* mutatum esse in *Tarquinium*.

Ostentario] Vid. not. ad cap. 7. § 2.

avertentiumque] Turnebus Advers. XVIII, 4.: „*Avertentes*, inquit, *deos* suspicor velut ἀλεξικάκους καὶ ἀποτροπαίους, qui prodigia portentaque averruncabant et *averrunci* erant, qui et a Persio [V, 167.] *dii depellentes* vocantur." Cf. Varr. L. L. VII, 5. § 102.: *Ab avertendo averruncare, ut deus qui in eis rebus praeest, Averruncus. Itaque ab eo precari solent, ut pericula avertat.*

eas infelices nominant: alternum]

atram, quaeque bacam nigram nigrosque fructus ferunt, itemque acrifolium, pirum silvaticum, pruscum rubum sentesque quibus portenta prodigiaque mala comburi iubere oportet. Quid quod 4

Edd. vicabgspdzb.]

salicem coni. Meurs. — *filicem* s-bPVM23. Salmas. ll. cc. *felicem* GSc-g (vi *foelic.*) M1P3. — *atramque quae* S. — *agrifolium* V. *atrifolium* a. *acuifolium* vel *aquifolium* flagitat Salmas. Exerce. Plin. p. 191. a. D.; p. 371. b. E.; p. 582. b. D.; p. 675. b. B. *aquifolium* habet Turneb. l. c. — *pirum* om. P5. — *salvaticum* v „B". Verba *pirum silvaticum* e glossemate nata esse censet Salmas l. c. p. 191 a. E. et p. 582. b. D. — *pruscum* Mss. v-g (cbg in mg. „al *prunum*) M123P3 „B". *ruscum* s-b Salmas. Exerc Plin. p. 191. a. D. Vid. not. — *rubrum* SM12P3 „B".

Videtur haec esse forma brevior nominis *alaterni.* Cf. Plin. XVI, 26. s. 45.: *Fructum arborum solae nullum ferunt ... tamarix scopis tantum nascens, populus, alnus, ulmus Atinia, alaternus, cui folia inter ilicem et olivam: infelices autem existimantur damnataeque religione quae neque seruntur unquam neque fructum ferunt.* A Columella VII, 6, 1. inter arbuscula et frutecta quibus maxime gaudeat caprinum pecus afferuntur *arbutus atque alaternus,* ubi in cod. Lips. legitur *alternus.*

sanguinem] „A *sanguen* dicitur, quae cornus femina sive arbor est cuius cortex ad sanguinis similitudinem rubet. Hinc *frutices sanguinei*, item *virgae sanguineae* apud Plinium. Meminit et Modestinus Dig. lib. XLVIII. tit. 9. l. 9. *Poena parricidii more maiorum haec instituta est, ut parricida virgis sanguineis verberatus deinde culeo insuatur.*" PONT. — Apud Plinium legitur XVI, 18. s. 30. et 28. s. 69. *sanguinei frutices*, et XIX, 10. s. 58. *Sunt qui sanguineis virgis tangunt ea quae nolunt his* (erucis) *obnoxia esse*, et XXIV, 9. s. 41. et 10. s. 43. *Vulgus infelicem arborem eam* (myricen) *appellat, .. quoniam nihil ferat nec seratur unquam. .. Nec virga sanguinea felicior habetur.*

filicem] Cf. Plin. XXVII, 9. s. 55. *Filicis duo genera nec florem habent nec semen.*

acrifolium] Cf. Caton. R. R. 31, 1. *Vectes iligneos acrufolios laureos ulmeos facito.* Plinius, qui haec recepit in suum librum XVI, 43. s. 84., scripsit *aquifolios*, et paulo infra *aquifolium*, quam scripturam etiam in hunc locum inferri vult Salmasius ll. cc. in app. Plinius saepe commemorat *aquifoliam* (ilicem) ut XVI, 6. s. 8., 18. s. 30., et unus locus, XXIV, 13. s. 72. *Aquifolia arbor in domo aut villa sata veneficia arcet* (quod de rhamno refert Dioscorides I, 119.) huc inprimis facere videtur, sed ibidem Plinius habet: *Agrifolia .. articulorum morbis prosunt*, quod nomen etiam apud Plinium Valerianum (II, 25; III, 15. et 49.) legi docet Harduinus ad l. c. Neutro genere *aquifolium* legitur XVI, 21. s. 33., 24. s. 38., 43. s. 84. Primo loco Harduinus adnotavit: „*Ἀγρία* Theophr. I, 15." Idem ad sect. 12.: „In Notis, inquit, quae falso Tironi adscribuntur, apud Gruterum p. 170., ubi arborum genera recensentur: *Fraxinus, acrifolium, ilex.*" Non est ergo quod mutemus id quod legitur in codd. mss.

pirum silvaticum] Haec glossae deberi putat Salmasius ll. cc., quia Dioscorides I, 122.: *Ὀξυάκανθα*, inquit. .. *δένδρον ἐστὶ παραπλήσιον ἀχράδι.* Certe dicendum erat *silvaticam.*

pruscum] Sic scribendum esse putavi in tanto codicum mss. consensu. Sed *ruscum* commendatur a Plinio qui XXIII, 9. s. 83.: *Castor*, inquit, *oxymyrsinen myrti foliis acutis, ex qua fiunt ruri scopae, ruscum vocavit*, et *rusum* commemorat XXI, 15. s. 50. et 27. s. 100., et a Colum. X, 374., ubi legitur: *Hirsuta sepes nunc horrida rusco Prodit.*

rubum] Cf. Plin. XVI, 37. s. 71.; Col. XI, 3, 4, 5.; Pallad. I, 34, 5. Theocrit. in adnot. seq.

quibus portenta prodigiaque mala comburi iubere oportet] Apte Turnebus Advers. XVIII, 11. confert Catull. 36, 2 sqq.: *Votum solvite*

ficum tamquam non pomum secerni a pomis apud idoneos repperimus? Afranius in Sella: *Pomum holus ficum uvam.* Sed et [381]Cicero Oeconomicon libro tertio: *Neque serit vitem neque quae sata est diligenter colit: oleum ficos poma non habet.* Nec hoc ignorandum est, ficum solam ex omnibus arboribus non florere. Lacte proprie ficorum dicitur. Grossi appellantur fici quae non maturescunt. Hos Graeci dicunt ὀλύνθους. Mattius:

[Mss. GPSV.

— *mala* om. P5. 4. *Sella* s-bP. *selia* SVv-gM123 „B". *seila* G. *sala* P5. — *ficus, poma* cahg. 5. *lacte* i-bP. *lacti* GSVM123P567. *lactis* v (chg in mg). *lactere* P3 (G in mg.). — *dicuntur* P5. *dicitur* om. s-bP. — *quae* Sv-gM123P5. *qui* s-bGPV. — „Ita mecum et colloca et rescribe: *Nec . . non florere. Mattius: Florum in milibus tot non videbitis ficum. Lac est proprie ficorum. Grossi appellantur fici, qui non maturescunt: hos . . . ὀλύνθους.*" C. Barthius Advers. XXIII, 18. Id. ibid. XLIII, 12.: „*In milibus tot ficuum non videbitis grossum.*" „Totum locum ita distingue ac lege: *Lacte proprie ficorum grossi appellantur. Fici, qui non maturescunt, hos Graeci dicunt ὀλύνθους.* Retinendum autem *lacte* casu nominandi. Plautus [Merc. V, 9, 30.]: *Neque aqua aquae, neque lacte est lactis* . . .

pro mea puella. Nam sanctae Veneri Cupidinique Vovit . . . Electissima pessimi poetae Scripta tardipedi deo daturam Infelicibus ustulanda lignis, et Theocrit. XXIV, 86 sqq. *Ἀλλὰ, γύναι, πῦρ μέν τοι ὑπὸ σποδῷ εὔτυκον ἔστω, Κάγκανα δ' ἀσπαλάθω ξύλ' ἑτοιμάσατ', ἢ παλιούρῳ. Ἢ βάτῳ ἢ ἀνέμῳ δεδονημένον αὖον ἄχερδον· Καῖε δὲ τώδ' ἀγρίαισιν ἐπὶ σχίζαισι δράκοντε Νυκτὶ μέσᾳ, ὄκα παῖδα κανῆν τεὸν ἤθελον αὐτοί*, ubi Kiesling. laudat Heins. et Gierig. ad Ovid. Fast. II, 28. et 559. et not. 139. ad Alciphron. epist. II, 4. germanice versam Attisch. Mus. III, 2. p. 256 sq. Adde quod Cicero p. Mil. 13, 33.: Clodii cadaver ait *infelicissimis lignis semustulatum*, et conf. formulam legis p. Rab. perd. 4. *arbore infelici suspendito.*

4. *tamquam non pomum*] Cf. I, 3, 13. *pro non bono*, ubi quidem in plerisque codicibus legitur *non pro bono.* Ceterum Plinius pomis adnumerat ficum XIII, 7. s. 14. et 15.; XV, 18. et 19. ss. 19, 20, 21.

Sella] Aliud huius fabulae fragmentum legitur apud Gellium XIII, 8, 3. Cf. Neukirch. de fab. tog. p. 249.

5. *ficum solam ex omnibus arboribus non florere*] Paulo aliter Plinius XVI, 25. s. 40. *Non omnes florent: et sunt tristes quaedam quaeque non sentiant gaudia annorum. Nam neque ilex picea larix pinus ullo flore exhilarantur, natalesve pomorum recursus annuos versicolori nuntio promittunt: nec fici atque caprifici: protinus enim fructum flores gignunt.* Perparvos esse ficorum flores docet Okenius Allg. Naturgesch. III, p. 1558.

Lacte proprie ficorum dicitur] i. e. de suco ficorum proprie usurpatur nomen lactis, nisi forte in *proprie* latet substantivum. Quod in codicibus fortasse omnibus legitur, *lacti*, id nescio interpretari. Nominativi *lacte* non est quod afferam exempla. De piris Plinius XV, 15. s. 16.: *Falerna*, inquit, *a potu, quoniam tanta vis suci abundat, lacte hoc vocatur*, de ficis XIII, 7. s. 14. *Per singulas aestates multo lacte abundante*, et s. 15. *Sed grossus eius non maturescit nisi incisura emisso lacte*, et XV, 18. s. 19. *Alexandrinam . . materie validam, lentam, sine lacte*, 19. s. 21. *Mox lacteum humorem, hoc est infantiam pomi, absumunt, et sucus maturescentibus lactis, percoctis mellis.* Adde Colum. VII, 8, 1. *Nec minus ficulneo lacte, quod emittit arbor, si eius virentem saucies corticem.* Haud apte haec cum sequentibus coniungi a Pontano ex his ipsis locis apparet.

grossi] Cf. Plin. XIII. l. c. et XV, 18. s. 19. *deprehensosque in hieme grossos*, XVII, 24. s. 37. § 225. *Grossi cadunt, si vel imbres nimii fuere*, et 28. s. 47. § 263. *Ita futurum ut non decidant grossi*, et

In milibus tot (ficorum) *non videbitis grossum,*

et paulo post:

Sumas ab alio lacte diffluos grossos.

Et Postumius Albinus Annali primo de Bruto: *Ea causa sese stultum brutumque faciebat, grossulos ex melle edebat.*

Olearum genera haec enumerantur: *Africana albigerus Aquilia Alexandrina Aegyptia culminea conditiva Liciniana orchas* 6

Edd. vicabgspdzb.] *que lacte lacti est uspiam similius.* Et aliis quoque alibi ita usurpatum id vocabuli." Pont. In dz uncis inclusa adiiciuntur haecce: „Casaubonus epist. ad Car. Labbaeum videtur notare Macrobium, quasi ille senserit aut scripserit *lacte* sive *lac esse proprium ficorum*, cum nihil hic tale habeat Macrobius, qui *grossos proprie appellari lacte ficorum* nos docet. Quam autem vel ille vel Labbaeus secuti editionem Macrobii sint, ut tam praesertim absonum Casaubonus in animum suum super Macrobio conceperit, comminisci nequeo: cum Macrobius non dicat *ἴδιον* seu *proprium* ficorum esse lac; sed lac ficorum seu lacteos ficos *proprie* appellari grossos asserit: quod est verissimum, et ostendit id maximorum quae sequuntur auctorum testimoniis." (In *p1* omissum est punctum in *s* post *ficorum* positum, sed restitutum est in p2, et legitur in dzb.) — *Mattius*] Mimiamborum fragment. in Anthologia H. Meyeri, N. 120. v. 13—15. *M. Attius* v1. *M. Attilius* v-g. — *diffluas* (sup. *o*) S.
6. *affrica* (sup. add. *na*) V. — *aquila* S. — *lativiana* P5. — *horchas*

26. s. 43. *Fici serotinae fiunt, si primae grossi, cum fabae magnitudinem excessere, detrahantur.* Eadem fere leguntur apud Colum. V, 10, 10. *Sed grossulos prioremve fructum decutit*, praeterea apud Cat. 94. *Grossi non cadent et fici ut grossos teneant*, Pallad. Mart. 10, 31. *Incipientes grossos decute et quando grossi incipiant subrubere*, ut appareat grossos esse omnes ficos nondum maturas. De grossis illis quas dicit Macrobius Plinius XVI, 25. s. 40.: *In ficis*, inquit, *mirabiles sunt et abortus qui nunquam maturescunt.*

ὀλύνθους] Cf. Hesych. *Ὄλυνθος τὸ μὴ πεπαμμένον σῦκον*, Theophr. C. Plant. V, 1, 8. *Οἱ δ' ὄλυνθοι συνεργούσης ἤδη τῆς χώρας πεπαίνονται μέχρι τινός*, et paulo post: *Αἱ μὲν γὰρ ὀλυνθοφόροι μόνον, σῦκα δὲ οὐ φέρουσιν*, et 9, 12. *Συμβαίνει δὲ τότε τὰ ἐρινὰ ἀποῤῥεῖν καὶ τοὺς ὀλύνθους.*

In milibus tot (*ficorum*) cet.] In superioribus editionibus haec scripta sunt, tamquam sit prosa oratio. Sunt autem versus qui e mimiambis reliqui sunt omnes scazontes, quapropter, quamquam C. Barthius Adversar. XXII, 18. p. 1147.: „Cn. Matius, inquit, scazontum conditor, qui nonnunquam puris iambis id genus carminis ingruere fecit", non licet, ut equidem volui antea, vocem *grossum* tribuere versui sequenti. Santenius, qui hos versus ordinavit ad Terentian. p. 348., scripsit — *ficorum In milibus tot*, ut *ficorum* tribuatur versui antecedenti, eumque secutus est H. Meyerus. Bothius delevit vocem *ficorum*, ego uncis eam inclusi, tanquam interpretationis causa a Macrobio additam.

6. *Africana*] Cf. Plin. XV, 3. s. 4. § 18. *Sunt et praedulces* (olivae), *per se tantum siccatae uvisque passis dulciores, admodum rarae, in Africa et circa Emeritam Lusitaniae.*

albigerus] Hoc nomen corruptum esse vel e terminatione apparet, quae prodit masculinum genus pro feminino. Fortasse legendum est *albiceris*: nam *albicerem* eam vocant Cato 6, 1. et Varro I, 24, 1.: *albiceram* Plinius XIII, 5. s. 6, ubi quidem Catonis placita se referre dicit.

Aquilia] Alias, quod sciam, hoc nomen non commemoratur.

Alexandrina Aegyptia] Cf. Plin. XV, 3. s. 4. § 15. *In Aegypto carnosissimis olei exiguum.*

culminea] Sic apud Columellam XII, 49, 3. legitur; apud Varronem l. c. *colminiam*, apud Catonem l. c. *colminianam*, apud Pli-

oleaster pausia paulia radius Sallentina Sergiana Termutia;
7 sicut uvarum ista sunt genera: *Aminea*, scilicet a regione, nam Aminei fuerunt ubi nunc Falernum est, *asinusca atrusca albive-*

[Mss. GPSV.

P5. *orchites* Cato et Varro ll. cc. — *posca* iidem. — *paulia* om. P3. „Lego *Paphia*, ita dicta a Papho, unde allata. Vid. Isidor. XVII, 7." Meurs. — *salentina* SaM2. *ternutia* G. 7. *amineas* SP7. — *est falernum* S. „Scriptus diserte *Salernum*." Pont. *Salentum* coni. Harduin. ad Plin. N. H. XIV. 2. s. 4. — *asincusa* „B". *asincusca* S. *asincuca* M2P7. *asiniscas* P3. — *etrusca* P5. — *albiverus* hs-bGPVM123.

nium XV, 5. s 6. *Cominianam* et 3. s. 4. § 13. *Cominia.*

conditiva] Sic Cato l. c.: Varro l. c. *conditaneam* dicit.

Liciniana] Cf. Cato 6, 2.: *Qui ager frigidior et macrior erit, ibi oleam Licinianam seri oportet.* Eadem fere leguntur apud Varronem I, 24, 2; Plinius eam XV, 2. s. 3.; 3. s. 4.; 5. s. 6. vocat *Liciniam*, ut Columella l. c., sed 2. s. 3. oleum *Licinianum.*

orchas] Sic Virgilius Georg. II, 86.; *orchitem* vocant Cato Varro ll. cc., Plinius l. c. ss. 2. et 6 ; *orchitam* Colum. XII, 47, 9. et 48, 1.

oleaster] De oleo ex oleastro facto Plinius l. c., s. 7.: *Tenue id,* inquit, *multoque amarius quam oleae: tantum ad medicamentum utile.*

pausia] Sic Virgil. l. c. et Plinius l. c. ss. 2, 4. 6. Apud Columellam XII, 47, 4. et 48, 1. legitur *pauseae;* ibid. 49, 3. *posia*, et 47, 4. et apud Caton. et Varron. ll. cc. *posea.*

paulia] Verum nomen videtur esse *phaulia.* Cf. Plin. XV, 3. s. 4. § 15. *Phauliae grandissimae, alioqui minimo succo*, et Theophrast. de caus. pl. VI, 11. Ὧν δὲ ἡ σὰρξ πολλή, ὁ δὲ πυρὴν μικρὸς, ὀλιγοέλαιοι, καθάπερ αἱ φαύλιαι.

radius] Sic Virgilius l. c. et Plinius l. c. s. 2., s. 4. § 13. *Radium maiorem* commemorant Cato et Varro ll. cc., Plinius s. 6.

Sallentina] Sic legitur apud Varron. l. c : apud Caton. et Plin. ll. cc. *Salentinam.* Illam scripturam defendit Tzschukkius ad Eutrop. VIII, 9.

Sergiana] Sic Cato, Varro, Plinius ll. cc., *Sergiam* vocat Plinius l. c. s. 4.

Termutia] Nomen ex hoc uno loco cognitum.

7. *Aminea*] Cf. Virg. Georg. II, 97. *Sunt et Aminaeae vites, firmissima vina*, unde fluxisse videntur verba Plinii XIV, 2. s. 4. § 21.: *Principatus datur Ammineis propter firmitatem.* Idem ibid. 4. s. 5. § 46. dixit *Amminaeum minusculum et maius*, quod mutuatus est a Varrone I, 25. Apud Catonem c. 7. § 2. legitur *Aminnaeum minusculum et maiusculum.* Harduinus ad Plin. l. c. s. 4. citavit Auson. epist. 2. ad Ursul. et Q. Serenum c. 38. p. 150 et Hesych. s. v. Ἀμιναῖος. Vid. not. seq. et add. Colum. III, 2, 7 sqq , Isidor. Orig. XVIII, 5, 18.

nam Aminei fuerunt, ubi nunc Falernum est] Propter ea quae apud Hesychium leguntur: Ἀμιναῖος, δι' ἑνὸς ν, οἶνος· ἡ γὰρ Πευκετία Ἀμιναῖα λέγεται, et apud Plinium III, 11. s. 16. § 99. *Graeci Messapiam a duce appellavere, et ante Peucetia a Peucetio Oenotri fratre in Salentino agro,* Harduinus l. c. censet hoc loco esse legendum: *ubi nunc Salentum est.* At minime certa res est, quum Macrobius non memoraverit Peucetiam, et Galenus contra, quem citavit Heynius ad Virgil. l. c., Meth. med. XII, 4. dixerit: Ὅτε Νεαπολίτης ὁ Ἀμιναῖος ἐν τοῖς περὶ Νεάπολιν χωρίοις γενόμενος, ὥστε καὶ ὀνομάζουσιν οὕτως αὐτόν, et Philargyrus ad Virg. l. c.: *Amineos*, inquit, *Aristoteles in politicis hoc scribit, Thessalos fuisse qui suae regionis vites in Italiam transtulerint, atque illis inde nomen impositum*, cf. Forbiger. Handb. d. a. Geogr. vol. III. p. 530. Ne quis dicat *Falernum* non esse oppidi nomen, ne *Salentum* quidem est oppidum, nam ut *Falernus* sic *Salentinus ager* solet dici. Sed fortasse intelligendum est Falernum vinum.

asinusca] Memoratur a Plinio XIV, 3. s. 4. § 42.

rus albena apiana Apicia bumamma (aut, ut Graeci dicunt, *βούμασθος*) *duracina labrusca melampsithia Maronia Mareotis Numentana precia pramnia psithia pilleolata Rhodia stephanitis ve-*

Edd. vicahgspdzb.]
albiverva S. *albuierus* v-ag. *alberierus* P3. — *abena* Sv1M23P3 „B“. *avena* M1. — „*Appiana* scribo.“ Meurs. — *bumamina* SP7. *bumammia* v-g. — *βούμαστος* S. *ut in Gr* G. — *duricina* GSM123. *durina* V. — *abrusca* S. *lambrusca* P5. — *melampisithia* P7 „B“. *melampsichia* P5. — *marconia* P5. — *Nomentana* coni. Meurs — *pramnia* VM13. *peamnia* M2. *prammina* S. *prannia* Edd. P. *praennia* G. — *phitua* P7. — *pilleolaca* v1. *pilliolata* c-g. — *rodistephanitis* GSM1P7. *rodisto-*

atrusca albiverus albena] Haec nomina ex hoc uno loco cognita sunt, nisi forte huc trahendum est quod legitur apud Colum. III, 2, 24. et Plin. l. c. s. 4. § 31., *albuelis*.

apiana] Cf. Plin. XIV, 2. s. 4. § 24. *Apianis apes dedere cognomen praecipue earum avidae*, et Colum. III, 2, 17 sq. *Magnis etiam dotibus tres apianae commendantur: ... nisi mature lectae pluviis ventisque et apibus afferunt praedam, quarum vocabulo propter hanc expopulationem cognominantur*, et XII, 39, 3. et 45, 6. Columellae illum locum compilavit Isidorus Orig. XVII, 5. § 20.

Apicia] Cf Catonem 6, 4. et 7, 1., quem secutus est Plinius XIV, 4. s. 5. § 46., et Varronem I, 58.

bumamma (aut, ut Graeci dicunt, βούμασθος)] Cf. Varr. II, 5, 4. *Novi maiestatem boum et ab his dici pleraque magna, ut .. uvam quoque bumammam*; Plin. XIV, 1. s. 3. § 15. *Tument vero mammarum modo bumasti.* Haec nominis forma legitur etiam ib. 3. s. 4. § 42. et apud Colum. III, 2, 1. et apud Virgil. Georg. II, 102.

duracina] Cf. Plin. XIV, 1. s. 3. § 14. *Uva non aliubi gratior callo, ut inde possit invenisse nomen duracina*, et 3. s. 4. §§ 40. et 42. Cat. 7, 2., Colum. III, 2, 1. Casaub. ad Sueton. Aug. 76.

labrusca] Cf. Colum. VIII, 5, 23. *Eosque* (cibos aves) *ut fastidiant efficit uva labrusca de vepribus immatura lecta*, et Isidor. Orig. XVII, 5. 3.: *Labrusca*, inquit, *est vitis agrestis quae in terrae marginibus nascitur. Unde et labrusca dicta a labris et extremitatibus terrae.* Commemoratur etiam a Plin. XIV, 3. s. 4. § 37.

melampsithia] Cf. Plinium XIV, 9. s. 11. *Psythium et melampsythium passi genera sunt, suum saporem, non vini, referentia.* Vid. not. ad *psithia*.

Maronia] Plinius XIV, 4. s. 6.: *Vino antiquissimo claritas Maroneo in Thraciae maritima parte genito, ut auctor est Homerus.* Cf. Odyss. ι, 196 sqq. Ἀτὰρ αἴγεον ἀσκὸν ἔχον μέλανος οἴνοιο Ἡδέος, ὅν μοι ἔδωκε Μάρων, Εὐάνθεος υἱὸς, Ἱρεὺς Ἀπόλλωνος, ὃς Ἴσμαρον ἀμφιβεβήκει.

Mareotis] Cf. Virgil. Georg. II, 91. *Mareotides albae*, quo respicit Plin. XIV, 3. s. 4. § 39.; Colum. III, 2, 24. et Horat. Od. I, 37, 14., ubi adnotavit Orellius: „*Mareoticum vinum* dulce odoriferum et leve ad Mareoticam paludem circa Maream, oppidum Aegypti inferioris, prope Alexandriam. Strabo XVII, 14. p. 527. Athen. I, 25. [60.] p. 33. Contra vile est Lucano X, 160.“

Numentana] Non sine causa Meursius coniecit legendum esse *Nomentana*, nam Columella III, 2, 14. *Nomentanae*, inquit, (vites) *vini nobilitate subsequuntur Amineas.* Similia habet Plinius XIV, 2. s. 4. § 23. Vinearum in agro Nomentano magnum pretium commemorat idem ib. 4. s. 5. § 48. Conf. denique Martial. XIII, 119.

preciae] Cf. Colum. III, 2, 23. et Plin. XIV, 2. s. 4. § 29. *Preciae duo genera magnitudine acini discernuntur*, et Virgil. Georg. II, 95., ubi adnotavit Servius: *Hae cito maturescunt, unde et praeciae dictae sunt.*

pramnia] Cf. Plin. XIV, 4. s. 6. § 54. *Pramnio* (vino), *quod idem Homerus celebravit, etiamnunc honos durat. Nascitur Smyrnae regione iuxta delubrum Matris deum.* Athen. I, 55. p. 30. c. sqq., ubi inter alia legitur: Γίνεται δὲ ἐν Ἰκά-

8 *nucula variola lagea.* Inter haec Praetextatus: Vellem Servium nostrum diutius audire, sed hora nos quietis ammonet, ut exorto iubare eloquio Symmachi domi suae fruamur. Atque ita facta discessio est.

[Mss. GPSV. Edd. vicahgspdzb.]

phanitis M2 (M3 *pilleo latarodi. Stephanitis*). — *vennucula* GVM13. *venuncula* P7v-g. *vennuncula* M2. *veniticula* P3 — *bariola* P7. — *legea* V (G sup. *a*). — *iubaret loquio* V. — *domui suae* P3. „Nugae verborum. Cum scripto rescribendum: *ut exorto iubare eloquio Symmachi donisque fruamur.* Non enim apud Symmachum sequens aut ulla harum habita dissertatio, sed apud Vettium Praetextatum. Liquet vel ex iis quae supplevimus initio sequentis libri [i. e. libri III. Nam Pontanus statuit haec pertinere ad librum II]. Allusit autem ad dona quae mitti mos Saturnalibus. Nec turbet quem, quod non Symmachus sequenti statim libro, sed Praetextatus eloquii partes sustineat. Fit autem id ideo quod libri quinque reliqui [III–VII.] unius conventus, id est secundi diei, sermo sint. Quatuor eorum, id est tertius, quartus, quintus et sextus, ante caenationem de Marone pertractant. Septimus tandem ipsius convivii consessum et sermonem continet, atque ibi Symmachus dicendi vices, quas hic epularis et varius ad eum sermo perduxerat, assumit." Pont.

Macrobii Theodosii viri inlustris (M1 *illustrissimi*) *Conviviorum secundi diei explicit* M13. *Macrobii Theodosii Conviviorum secundi diei explicit liber tertius. incipit quartus* P6. *Explicit.* G. *Macrobii Theodosii V. conviviorum secundi explicit.* V. *Saturnaliorum liber III explicit. Incipit IIII.* M2. *Explicit liber tertius. incipit quartus.* P7. *Explicit lib. II. Saturnaliorum. Incipit tertius in laude Virgilii.* P. In s quindecim sunt asterisci.

ρω, φησὶν Ἐπαρχίδης, ὁ Πράμνειος, ἔστι δὲ οὗτος γένος τι οἴνου καὶ ἔστιν οὗτος οὔτε γλυκὺς οὔτε παχὺς, ἀλλ' αὐστηρὸς καὶ σκληρὸς, .. οἵῳ Ἀριστοφάνης οὐχ ἥδεσθαι Ἀθηναίους φησί, et: Δίδυμος δὲ Πραμνιόν φησιν οἶνον, ἀπὸ πραμνίας ἀμπέλου οὕτω καλουμένης, οἱ δὲ ἰδίως τὸν μέλανα, quocum potest conferri *pramnion*, gemma, quam Plinius XXXVII, 10. s. 63. dicit nigerrimo colore translucere. Pramnium vinum commemorant Homer. Il. λ', 639., Od. κ', 235., Aristophanes Equit. 107. fr. 301. et 563, Hippocrates p. 610, 6; 667, 15; 669, 35., Dioscor. V, 9.

psithia] *Psythiam vitem* commemorat Plinius XII, 27. s. 60. et loco cit. ad *melampsithia*, Virgilius Georg. II, 93.

pilleolata] Alias, quod sciam, non commemoratur.

Rhodia] Cf. Virgil. Georg. II, 102. Plin. XIV, 3. s. 4. § 42. Colum. III, 2, 1. Isidor. Orig. XVII, 5, 17.

stephanitis] Plin. l. c. *coronario naturae lusu stephanitis*, Isidor. l. c. *stephanitae a rotunditate.* Columella III, 2. § 2. *stephanitas* commemorat inter uvas quae specie commendari possint.

venucula] Cf. Horat. Sat. II, 4, 17. *Venucula convenit ollis;* Colum. III, 2, 2. *Quarum uvae temporibus hiemis durabiles vasis conduntur, ut venuculae*, et 27. *Venucula eademque scirpula atque sticula;* et XII, 43, 9. Plinius XIV, 2, 4. § 34. *Veniculam inter optime deflorescentes et ollis aptissimam Campani malunt sirculam vocare, alii staculam.*

variola] ex hoc uno loco nota est.

lagea] Cf. Virgil. Georg. II, 93. *Et passo psithia utilior, tenuisque lageos*, ad quae Servius adnotavit haecce: *Quae Latine leporaria dicitur: tenuis autem penetrabilis, quae cito descendit ad venas.* Isidorus Orig. XVII, 5, 16. *Praecoquae vocatae, quod cito maturescunt et ante omnes sole coquuntur. Has Graeci lageos dicunt, quod currant ad maturitatem velociter ut lepus.* Plinius l. c. § 39. *Dixit Virgilius Thasias et Mareotidas et lageas compluresque externas quae non reperiuntur in Italia.*

8. *exorto iubare*] Imitatur Virgil. Aen. IV, 130. *It portis iubare exorto delecta iuventus*, vel Pacuvium, cuius versum: *Exorto iubare, noctis decurso itinere* commemoravit Varro L. L. VI, 2, 6.

eloquio Symmachi domi suae fruamur] Vid. prolegg. pp. XIX, XXXIII, XXXIX.

MACROBII AMBROSII THEODOSII

V. C. ET INL.

CONVIVIORUM TERTII DIEI

SATURNALIORUM

LIBER QUARTUS.

[Ed. Bip. vol. II. p. 37.]

I. *** *sermone movetur,*

[Mss. APS. Edd. vicahgspdzb.]

In Mss. nulla est inscriptio praeter eas quae notatae sunt in fine libri III. In Edd.: *Macrobii Aurelii Theodosii viri consularis et illustris Saturnaliorum liber IIII.* vichg. In chg praemittuntur Arnoldi Vesal. verba: „Quemadmodum libro praecedenti pontificii iuris expertissimum fuisse Vergilium Praetextatus ostendit, ita hoc libro quantus in rhetorica idem poeta fuerit, demonstrat Eusebius. Verum quota pars horum servata ab interitu est? quando et principium et finis cum aliis tam multis desiderantur, ut vix sextam libri partem superesse sit verisimile. Utinam vero aut casu aut studiosorum industria aliquando contingat, ut haec, si non omnibus modis, at aliqua certe ex parte integritati suae restituantur. Id quod tum demum fieri licuerit, sicubi forte emendatius aliquod ex pulverulentis bibliothecis eruatur exemplar. Alioqui aut ego plane desipio aut fieri istuc non potest“ *Liber quartus. Initium huius libri desyderatur.* a *Aurelii Macrobii Ambrosii Theodosii V. C.* (s *viri clarissimi*) *et inlustris conviviorum quarti diei Saturnaliorum liber quartus.* s-b. In pdz legitur adnotatio: „Imo *secundi* adhuc; quod monuimus sub finem libri II. [cf. fin. lib. III.] et probamus sub finem VI.“ Pont.

I. *Caput I. De affectu movendo ex habitu personae.* ch-b. 1. *Nec magis incepto vultum sermone movetur* (integer versus Aen. VI, 470.) v-g (vl *moventur*). In p-b leguntur verba a Pontano addita: *Tunc Eusebius taliter exorsus est: Rhetores omnes orationibus patheticis studere palam est, quales multas non erit difficile in Vergilio reperire. Nam Aeneam apud inferos Didoni fugienti loquentem inducit: Invitus Regina tuo de littore cessi, Sed me iussa Deum Imperiis egere suis. Siste gradum teque aspectu ne subtrahe nostro.* [cf. Aen. VI, 460. et 465.] *subiungit: Nec magis incepto vultu sermone movetur*, et in pdz est adnotatio: „Libri huius initium, cum hactenus similiter editionibus omnibus exularet, quale excudi curavimus, in Anglicano sive Veteri deprehendimus. Tantum pro: *orationibus patheticis studere est* sententia et re exigente refinximus expressimusque, *studere palam est.*“ Pont. At in A est nihil eiusmodi. 1. *sermone*] Virg. Aen.

I, 1. *** *sermone movetur*] Haec ad disputationem a Symmacho tertio die habitam videntur pertinere, qua (I, 24, 14.) spoponderat se vio-

Quam si dura silex aut stet Marpesia cautes.
Tandem corripuit sese atque inimica refugit.

Idem pathos est et in hoc versu:

Obstupui, steteruntque comae et vox faucibus haesit.

2 Sed et tota Daretis fatigatio habitu depingitur:

Ast illum fidi aequales genua aegra trahentem
Quassantemque utroque caput crassumque cruorem
Ore eiectantem.

Sociorum quoque eius trepidationem breviter ostendit:

— *Galeamque ensemque vocati*
Accipiunt,

quasi non sponte accepturi munus, quod erat damnum verecundiae. Ex eodem genere est illud:

— *Totoque loquentis ab ore*
Scintillae absistunt, oculis micat acribus ignis.

3 Est et in descriptione languoris habitus, ut est tota descriptio pestilentiae apud Thucydidem, et:

Labitur infelix studiorum atque immemor herbae
Victor equus,

et: — *Demissae aures, incertus ibidem*
Sudor, et ille quidem morituris frigidus.

4 Est inter pathe et pudor, ut circa Deiphobum

[Mss. APS.

VI, 470. — *marsepia* M1. — *Idem* scripsi e coni. *item* Mss. et Edd. — *Obstupui*] Aen. II, 774. *obstipui* A a p. m. *obstupuit* gzb. *obstipuit* spd. 2. *fatigati* (*o* add. a sec. m.) A. — *Ast*] Aen. V, 468. — *Iactantemque* Virg. l. c. — *sociorumque eius* v1. — *breviter* om. S. — *Galeamque*] ib. v. 471. — *Eodem* (om. *ex*) S. — *Totoque*] Aen. XII, 101. — *ardentis* Virg. l. c. 3. *apud Thucydidem*] II, 49. *Thucyciden* A „B". — *Labitur*] Georg. III, 498. — *Demissae*] ib. 500. — *moriturus* S.

lentissima inventa vel sensa rhetoricae in Virgiliano opere esse demonstraturum. Principio deperdito hic liber incipit ab exemplo e Virgilii Aeneide petito quo probetur poetam habitus hominum bene expressisse. Depingitur his versibus, qui pleniores leguntur in apparatu critico, stupor Didonis apud inferos videntis Aeneam. Quae praemisit Pontanus, ea ab eo ipso afficta esse Macrobio facile patet. Vid. prolegg. pp. xix. et xxxv.

Marpesia cautes] i. e. marmor Parium. Cf. Steph. Byz. *Μάρπησσα, ὄρος Πάρου, ἀφ' οὗ οἱ λίθοι ἐξαίρονται.*

Idem pathos] Sic legendum esse videtur, ut significetur stupor.

Obstupui] Loquitur Aeneas de eo tempore quo vidit umbram Creusae.

2. *Daretis*] ab Entello cestu victi.

quod erat damnum verecundiae] i. e. quod fieri non poterat nisi ut esset iis pudori. Cf. VII, 2, 5. *Quod extremum verecundiae damnum putant*, .. *Omne hoc infortunium pudoris sui inputat consulenti;* et Quintil. VIII, 3, 39. *Ego Romani pudoris more contentus .. verecundiam silentio vindicabo.* Servius adnotavit: *Bene eorum ostendit pudorem.*

loquentis] Mala interpolatio, ut ait Heynius, quae apud Virgilium legitur in solo codice Moret. III., pro *ardentis*, pertinet ad Turnum: certamen singulare cum Aenea parantem.

3. *Est .. habitus*] Idem fere est ac: *Adhibetur ... habitus.* Cf. §§ 2. *Daretis fatigatio habitu depingitur*, et § 5. *Et luctus habitu proditur*, et Cic. Top. 22, 83. *Additur etiam descriptio, quam Graeci χαρακτῆρα vocant.*

Victor equus] sc. correptus morbo.

— pavitantem et dira tegentem
Supplicia.

Et luctus habitu proditur, ut in Euryali matre: 5

Expulsi manibus radii revolutaque pensa:
Evolat infelix.

Et Latinus, quia miratur, — *Defixa..*
Obtutu tenet ora:

et Venus, quia rogatura, est

Tristior et lacrimis oculos suffusa nitentes: [38]

et, Sibylla quia insanit,

— Subito non vultus, non color unus,
Non comptae mansere comae.

II. Nunc videamus pathos quo tenore orationis exprimitur. 1 Ac primum quaeramus quid de tali oratione rhetorica arte praecipitur. Oportet enim ut oratio pathetica aut ad indignationem aut ad misericordiam dirigatur, quae a Graecis οἶκτος καὶ δείνωσις appellantur. Horum alterum accusatori necessarium est, alterum reo: et necesse est initium abruptum habeat, quoniam satis

Edd. vicahgspdzb.]

4. *pavitantem*] Aen. VI, 498. 5. *ut* (om. *in*) S. — *Excussi manibus*, ut Virgil. Aen. IX, 476., v-gM2. — *Defixa*] Aen. VII, 249. — *rogatura erat* s-bP. — *Tristior*] Aen. I, 228. — *Subito*] Aen. VI, 47.

II. *Caput II. Pathos tenore ipso orationis quomodo exprimatur.* ch-b. *Cap. I De oratione pathetica* vi. 1. *quo* ASv-gM23. *quos* (del. *s*) M1. *quod* s-bP. — *ut queramus* A. — *praecipiatur* s-b. — *ut ratio* S. *ut pro oratione* (del. *pro*) P7. — *οἰκτρὸς* i. — *δεινώσεις* AhgM13. *θύμωσις vel δείνωσις* S. — *appellatur* S. — *necessarium* (om. *est*) SM12.

4. *pavitantem cet*] apud inferos, quia eum pudebat vulnerum acceptorum Helenae insidiis, quae post Paridis mortem ei nupserat.

5. *in Euryali matre*] filii occisi nuntio accepto.

quia miratur] quae dixit Ilioneus ab Aenea ad eum missus.

quia rogatura] Iovem, ut misereatur Aeneae. Vulgo interpungitur: *quia rogatura est*, et infra: *et Sibylla*, *quia insanit.*

quia insanit] fata cantura Aeneae, ut ait Virgilius in iis quae sequuntur (VI, 50.): *adflata est numine quando Iam propiore deo.*

II, 1. *quo tenore orationis*] Orationis conformatio opponitur descriptioni habitus hominum bestiarumque, de qua sermo est in cap. 1.

exprimitur] Et h. l. et paulo post in verbo *praecipitur* modus indicativus ponitur pro coniunctivo. Vid. prolegg. p. XLI.

οἶκτος καὶ δείνωσις] *Δείνωσις* h. l. vocatur *indignatio*, c. 5. § 11. *horror*. Cf. Aristot. Rhet. III, 19. *Μετὰ δὲ ταῦτα (δεῖ) εἰς τὰ πάθη ἄγειν τὸν ἀκροατήν· ταῦτα δ' ἐστὶν ἔλεος καὶ δείνωσις κτλ.* Apsin. art. rhet. 12. *Ὁ περὶ ἐπιλόγου τόπος τριμερής ἐστιν. ἔχει γὰρ καὶ ἀνάμνησιν τῶν εἰρημένων καὶ ἔλεον καὶ δείνωσιν· ἡ δὲ δείνωσις κατὰ τὴν αὔξησιν θεωρεῖται.* Quintilianus quoque *δείνωσιν* opus esse accusatori dicit his verbis (VI, 2, 24.): *Namque in hoc eloquentiae vis est, ut iudicem non in id tantum compellat, in quod ipsa rei natura ducetur: sed aut qui non est aut maiorem quam est faciat affectum. Haec est illa quae δείνωσις vocatur: rebus indignis asperis invidiosis addens vim oratio;* similiter idem VIII, 3, 88.: *Praecipua*, inquit, *eius* (eloquentiae) *opera δείνωσις, in exaggeranda indignitate.*

satis indignanti] „Est idem quod *valde indignanti.* Sic enim posteriores hac vocula usi. Noster VI, 2. [8.] *satis longum est*, VII, 12. [22.] *edulia satis calida.* Apul. II.

2 indignantibus leniter incipere non convenit. Ideo apud Virgilium Iuno sic incipit: — *Quid me alta silentia cogis*
Rumpere?
et alibi: — *Mene incepto desistere victam?*
et alibi: *Heu stirpem invisam et fatis contraria nostris*
Fata Phrygum.
Et Dido: — *Moriemur inultae?*
Sed moriamur, ait,
et eadem: — *Pro Iuppiter! ibit*
Hic, ait.
Et Priamus: *At tibi pro scelere, exclamat, pro talibus ausis.*

3 Nec initium solum tale esse debet, sed omnis, si fieri potest, ora-
[39] tio videri pathetica, et brevibus sententiis et crebris figurarum
4 mutationibus debet velut inter aestus iracundiae fluctuare. Una ergo nobis Virgiliana oratio pro exemplo sit.
Heu stirpem invisam:
initium ab ecphonesi. Deinde secuntur breves interrogatiunculae:
— *Num Sigeis occumbere campis,*
Num capti potuere capi? num incensa cremavit
Troia viros?
Deinde sequitur hyperbole:
Medias acies mediosque per ignes
Invenere viam.
Deinde ironia: *At credo mea numina tandem*
Fessa iacent odiis aut exsaturata quievi.
5 Deinde ausus suos inefficaces queritur:

|Mss. APS.
— *indignanti* s-bP. „Quid est *satis indignanti?* An *fatis indignanti* et de Iunone capiendum, cuius istud subnectitur: *fatis contraria nostris Fata Phrygum?* Sed hoc nisi sit omnino legendum, credam *satis agenti.* Agellius lib. IX. [11, 4.] *consulibus de vi ac multitudine hostium satis agentibus.*“ Pont. Vulgatam Gronovius praeter ea quae leguntur in adnotatione defendit his verbis: „Huic dari solet abruptum principium ob quemcunque irascenti, non solum propter *fata. Satis agenti* vix convenit nisi penitus desperanti.“ — *accipere* A a p. m. P6. 2. *sic incipit Iuno* s-bP. — *Quid*] Aen. X, 63. — *Mene*] Aen. I, 37. — *Heu*] Aen. VII, 293. — „*factis* alias legitur: id est conatibus.“ g in mg. — *Moriemur*] Aen. IV, 659. — *Pro*] Aen. IV, 590. *Proh* Sv-g. — *At tibi*] Aen. II, 535. 3. *videri* om. Sv-g. — *sed crebris* s-bP. 4. *Virgiliana oratio*] Aen. VII, 293 sqq. — *interrogatiunculae* ASv-gM123P6. *quaestiunculae* s-bP. — *Non* (sup. *num*) *sigeis* S. *Non sigaeis* P6. — *Non capti .. non incensa* P6 — *Invenire* h. — *aut credo*

Met. [21. p. 144.] *satis peregrinus.*“ Gron. — Consentit Hildebrand. ad Apul. l. c.

2. *Iuno*] respondens Veneri de duris Aeneae fatis querenti.

et alibi] Quum vidisset modo Troianos e Sicilia in Italiam proficiscentes, modo a Lavinio hospitio exceptos.

Dido] antequam se confoderet ferro. Quae sequuntur, ea dicit, postquam comperit vela dedisse Aeneam.

Et Priamus] Polite occiso obiurgans Pyrrhum.

4. *Heu stirpem* cet.] Redit ad eum locum quem commemoravit § 2.

ab ecphonesi] Cf. c. 6. § 17., ubi idem nomen legitur Graece scriptum.

— Per undas
Ausa sequi et profugis toto me opponere ponto.

Secunda post haec hyperbole:

Absumptae in Teucros vires caelique marisque.

Inde dispersae querelae:

Quid Syrtes aut Scylla mihi, quid vasta Charybdis
Profuit?

Iungitur deinde argumentum a minore, ut pathos augeatur: 6

— Mars perdere gentem
Inmanem Lapithum valuit.

Minor scilicet persona: ideo illud sequitur:

Ast ego magna Iovis coniunx.

Deinde, cum causas quoque contulisset, quanto impetu dea dixit:

— Infelix quae memet in omnia verti! [40]

Nec dixit: Non possum perdere Aeneam, sed:

Vincor ab Aenea.

Deinde confirmat se ad nocendum, et, quod proprium est ira- 7
scentis, etsi desperat perfici posse, tamen impedire contenta est:

Flectere si nequeo superos, Acheronta movebo.
Non dabitur regnis, esto, prohibere Latinis,
At trahere, atque moras tantis licet addere rebus.
At licet amborum populos excindere regum.

Post haec in novissimo, quod irati libenter faciunt, maledicit: 8

Sanguine Troiano et Rutulo dotabere virgo,

et protinus argumentum a simili conveniens ex praecedentibus:

— Nec face tantum
Cisseis praegnas ignes enixa iugales.

Vides quam saepe orationem mutaverit ac frequentibus figuris 9
variaverit, quia ira, quae brevis furor est, non potest unum continuare sensum in loquendo. Nec desunt apud eundem orationes 10
misericordiam commoventes. Turnus ad Iuturnam:

An miseri fratris letum ut crudele videres?

Edd. vicahgspdzb.]

SP6. 5. *terraeque marisque* S. 6. *Iungitur inde* v-g. — *coniux* b. 7. *desperet* A. 8. *praegnans* Av-g Virg. l. c. v. 320. ed. Wagn. — *ignes* om. P. 9. „*procedentibus figuris* erat in libro. Festus [lib. XVI. p 242. Muell]: *procedere dicebant interdum pro succedere.*" Pont. (In A est *hac* (del. *h*) *frequentibus*). 10. *An*] Aen. XII, 636. — *fratris miseri* Virg. — *a se* (sup. *pro*) S. — *Vidi*] ib. v. 638. —

6. *argumentum a minore*] Observa omissum esse versum 306., in quo commemoratur *deum genitor*.

8. *face .. Cisseis praegnas*] Cf. Virgil. Aen. X, 704. *Face praegnans Cisseis regina Parim creat*, et poet. apud Cic. de div. I, 21, 42. *Quia mater gravida parere se ardentem facem Visa est in somnis Hecuba.* De forma *praegnas* vid. not. ad III, 11, 11.

9. *ira, quae brevis furor est*] Cf. Horat. ep. I, 2, 62. *Ira furor brevis est*, et quae ibi attulit Orellius: Philemon p. 417. M.: *Μαινόμεθα πάντες, ὅταν ὀργιζώμεθα*, et Themist. orat. I, p. 7. D. *Ἐγὼ οἶμαι τὴν ὀργὴν μανίαν ὀλιγοχρόνιον εἶναι.*

10. *ad Iuturnam*] sororem, quae in faciem Metisci aurigae conversa Turni regit currum, cumque ad proelium cum Teucris committendum incitat.

et idem, cum auget invidiam occisorum pro se amicorum:

Vidi oculos ante ipse meos me voce vocantem
Murranum.

11 Et idem, cum miserabilem fortunam suam faceret, ut victo sibi parceretur:

— *Vicisti, et victum tendere palmas*
Ausonii videre,

[41] id est quos minime vellem: et aliorum preces orantium vitam:

Per te, per qui te talem genuere parentes,

et similia.

III. Nunc dicamus de habitu pathus quod est vel in aetate vel in debilitate et ceteris quae secuntur. Eleganter hoc servavit,
2 ut ex omni aetate pathos misericordiae moveret. Ab infantia:

Infantumque animae flentes in limine primo.

3 A pueritia:

Infelix puer atque impar congressus Achilli,

et: — *Parvumque patri tendebat Iulum,*

ut non minus miserabile sit periculum in parvo quam in filio, et:

— *Superet coniunxne Creusa?*
Ascaniusque puer?

et alibi: — *et parvi casus Iuli.*

4 A iuventa vero:

Inpositique rogis iuvenes ante ora parentum,

et: *Pubentesque genae et iuvenali in corpore pallor.*

5 A senecta: — *Dauni miserere senectae,*

[Mss. APS.

Muranum v-g. 11. *ne victo* P6. — *Vicisti*] Aen. XII, 936. — *videre tui* P6. — *Idem quos* SP6. — *Per te*] Aen. X, 597. — *per te qui* (*per* a sec. m.) A.

III. *Caput III. Pathos ab aetate, a fortuna, debilitate, loco, tempore.* ch-b. *Cap. II. De habitu pathus.* vi. 1. *et habitu* AP. *et de habitu* P7. — *pathos* ASv. — *observavit* (om. *hoc*) A. — *servavit ... moveretur* om. P. — *misericordiam* v. — *moveret* ASvicag *moveretur* hs-b.
2. *Infantum*] Aen. VI, 427. 3 *Infelix*] Aen. I, 475. — *Parvum*] Aen. II, 674. — *Superet*] Aen. II, 597. *Superet* ASM123. *superest* Edd. P. — *et parvi*] Aen. II, 563. — *parvi* (om. *et*) vl. 4. *Inpositi*] Aen. VI, 308. et Georg. IV, 477. — *et* (ante *Pub.*) om. ASv-p. In sp excidit etiam versus *Pubentesque .. pallor.* „Nec ille versus ab re.“ Pont. — *Pubentes*] Aen. XII, 221., ubi nunc e nonnullis codd. legitur: *Tabentesque.* — *et iuvenali* A* Virg. Charis. I. p. 108. Vid. not. *et iuvenili* s-bPS.

Murranum] quem occiderat Aeneas. Cf. Aen. XII, 529 sqq.

11. *quos minime vellem*] Intelligas: me videre victum.

aliorum] i. e. Ligeris.

III, 3. *Infelix puer*] Troilus.

periculum] ne privaretur patre ad instauranda proelia abeunte. Haec quum ad antecedentia sint referenda, male vulgo ante *ut* ponitur punctum.

4. *iuvenali in corpore*] „Ausonius [Prof. Burd. I, 15, 1.] *Facete, comis, animo iuvenali senex.* Iustinus lib. XVII. [1.] *Sed in hac aetate utrique animi iuvenales erant.* Ex Ms.; vulgo et ibi *iuveniles.*“ Pont. — *Iuvenalis* est forma poetica, quae post Augusti demum aetatem in prosam orationem transiit. Priscianus quidem IV, p. 631.: *Iuvenis*, inquit, *iuvenalis: invenitur tamen et iuvenilis.* Vid. Hildebrand. ad Apul. Metam. X, 23. p. 943.

et: *Ducitur infelix aevo confectus Aletes,*
et: *Canitiem multo deformat pulvere.*
Movit et a fortuna modo misericordiam modo indignationem. Mi- 6
sericordiam:
— *Tot quondam populis terrisque superbum* [42]
Regnatorem Asiae,
et Sinon: — *Et nos aliquod nomenque decusque*
Gessimus,
et: — *Ausoniisque olim ditissimus arvis.*
Indignationem vero ex verbis Didonis: 7
— *Et nostris inluserit advena regnis?*
Eleganter enim ex contemptu Aeneae auget iniuriam suam.
Et Amata: *Exulibusne datur ducenda Lavinia Teucris?*
et Numanus: *Bis capti Phryges.*
Movit pathos misericordiae et ex debilitate: 8
— *Ex quo me divum pater atque hominum rex*
Fulminis adflavit ventis et contigit igne,
et alibi: — *Et truncas inhonesto vulnere nares,*
et de Mezentio: — *Attollit in aegrum*
Se femur,
et: *Huc caput atque illuc humero ex utroque pependit,*
et: *Te decisa suum, Laride, dextera quaerit,*
et: — *Aterque cruento*
Pulvere perque pedes traiectus lora tumentes.
Movit pathos misericordiae frequenter et a loco: 9
Cum vitam in silvis inter deserta ferarum
Lustra domosque traho.
et: — *Libyae deserta peragro,*
et: *At nos hinc alii sitientes ibimus Afros,*
Pars Scythiam et rapidum Cretae veniemus Oaxem.
Et illud egregie et breviter: 10
Ter circum Iliacos raptaverat Hectora muros. [43]

Edd. vicahgspdzb.]

iuvenili (om. *et*) v-g. 5. *Dauni*] Aen. XII, 934. — *Ducitur*] Aen. XI, 85. — *Acoetes* Virg. l. c. — *Canitiem*] Aen. X, 844. 6. *Tot*] Aen. II, 556. — *Et nos*] Aen. II, 89. — *Ausoniisque*] Aen. VII, 537. — *Ausoniis quondam* S. 7. *Et nostris*] Aen. IV, 591. — *Exulibus*] Aen. VII, 359. — *Bis*] Aen. IX, 599. 8. *misericordiam* v. *misericoricordiae frequenter* S; cf. § 9. — *Ex quo*] Aen. II, 648. — *igni* c-g Virg. — *Et truncas*] Aen. VI, 497. — *Attollit*] Aen. X, 856. — *Huc*] Aen. IX, 755. — *et: Te ... quaerit* om. Psp. — *Te*] Aen. X, 395. — *Aterque*] Aen. II, 273.
9. *misericordiam* v. — *Cum*] Aen. III, 646. — *ferarum* om. P. — *Libyae*] Aen. I, 384. — *At nos*] Ecl. I, 65. — *in Oaxem* P7. *Oaxen* apud Virg. scripsit Wagnerus. 10. *Ter*] Aen. I, 483. — *defenderet* (sup. *a*) A.

6. *modo misericordiam modo indignationem*] Cf. § 1.
Regnatorem Asiae] Priamum.
ditissimus] Galaesus.
8. *Ex quo*] Poterant addi etiam quae praecedunt verba Anchisae: *Iam pridem invisus divis et inutilis annos Demoror.*
truncas .. nares] Deiphobi. Cf. c. 1. § 4.
caput] Pandari.
Te .. suum] i. e. cuius fuerat dextera.
Aterque] Hector.
9. *Cum .. traho*] Haec dicit Achemenides Cyclopes fugiens:

Iliacos,
id est patriae muros, quos ipse defenderat, pro quibus efficaciter per decem annorum spatia pugnaverat.

11 Et illud: *Nos patriam fugimus,*
et: *Litora cum patriae lacrimans portusque relinquo,*
et: — *Dulces moriens reminiscitur Argos,*
et: — *Ignarum Laurens habet ora Mimanta,*
[et:] *Lyrnesi domus alta, solo Laurente sepulchrum.*

12 Et ut Agamemnonem indigne ostenderet occisum, adsumpsit locum:
— *Prima inter limina dextra*
Oppetiit,
et illud: *Moenibus in patriis atque inter tuta domorum.*

13 Sacer vero locus praecipue pathos movet. Occisum inducit Orphea, et miserabiliorem interitum eius a loco facit:
Inter sacra deum nocturnique orgia Bacchi.
Et in eversione Troiae:
— *Perque domos et religiosa deorum*
Limina.

14 Cassandrae quoque raptum vel deminutionem quam miserabilem fecit sacer locus:
Ecce trahebatur a templo adytisque Minervae?
Et alibi: — *Divae armipotentis ad aram*
Procubuit.

15 Et Andromache cum de Pyrrhi nece diceret, ut invidiam occidentis exprimeret:
Excipit incautum, patriasque obtruncat ad aras.

[Mss. APS.

11. *Nos*] Ecl. I, 4. — *Litora*] Aen. III, 10. — *tum* g in mg. — *Dulces*] Aen. X, 782. — *agros* SP6. — *Ignarum*] Aen. X, 706. — *minanta* vl. *numenta* S. — [*et*] om Mss. et Edd. Vid. not. — *Lyrnesi*] Aen. XII, 547. 12 *Prima*] Aen. XI, 267. — *intra* legitur apud Virg. e codd. fere omnibus. Cf. c. 4, § 22. — *Moenibus*] ib. v. 882. 13. *facit* add. a sec. m. A. — *Inter*] Georg. IV, 521. — *in versione* S. — *Perque*] Aen. II, 365. 14 *diminutionem* A a sec. m ; v-g. — *facit* v-g. — *Ecce*] Aen. II, 403. — *Divae*] ib. v. 425. — *et aram* A. — *procumbit*

quae statim sequuntur, ipse Aeneas: quae deinde, Meliboeus.

11. *Litora .. relinquo*] Addendum erat: *Et campos ubi Troia fuit.*

reminiscitur Argos] Conf. quae praecedunt apud Virgilium, Aen. X, 779 sq. *Herculis Antoren comitem, qui missus ab Argis Haeserat Evandro atque Itala consederat urbe.*

Ignarum] i. e. peregrinum.

[*et*] *Lyrnesi domus*] Uncis inclusum addidi *et*, quod desideratur in omnibus exemplaribus. Non est quidem h. l. excidendi causa ita perspicua, ut § 4., ubi superfluum esse videbatur propter *Pubentesque:* sed non minus necessaria est particula, quam qui omiserunt videntur existimavisse hunc versum ad eundem Mimanta esse referendum, quum pertineat ad Aeolum.

12. *dextra*] Ad hanc vocem interpretandam assumendum est principium versus: *Coniugis infandae.*

Moenibus .. domorum] Apud Virgilium sequitur: *Confixi exspirant animas*, sc. Latini fugientes.

14. *deminutionem*] Cf. Instit. iur. Rom. I, 16, 1. *Maxima capitis deminutio est, cum aliquis simul et civitatem et libertatem amittit*, Digest. IV, 5, 11.

Procubuit] Coroebus.

15. *occidentis*] Orestis.

Et Venus, quod Aeneas in mari vexatur ira Iunonis, quam invi- [44] diose de loco queritur Neptuno:

In regnis hoc ausa tuis?

Fecit sibi pathos et ex tempore: — *Priusquam* 16

Pabula gustassent Troiae Xanthumque bibissent.

Et Orpheus miserabilis ex longo dolore:

Septem illum totos perhibent ex ordine menses,

et Palinurus: — *Vix lumine quarto*

Prospexi Italiam.

et Achemenides:

Tertia iam lunae se cornua lumine conplent.

Et: *Septima post Troiae excidium iam vertitur aestas.*

IV. Frequens apud illum pathos a causa. Revera enim ple- 1 rumque efficit causa ut res aut atrox aut miserabilis videatur, ut Cicero in Verrem, qui ob sepulturam in carcere necatorum a parentibus rogabatur. Hic enim non tam rogari aut pecuniam exigere, quam ob hanc causam, indignum erat. Et Demosthenes, 2 cum queritur quendam a Midia circumventum, ex causa auget invidiam. *Circumvenit,* inquit, *arbitrum, qui inter me atque se integre iudicaverat.* Ergo et Virgilius egregie saepe ex hoc loco tra- 3 xit affectum. *Occiditur,* inquit, *in acie Galesus.* Hoc per se non est dignum misericordia belli tempore, sed admovit causam:

Edd. vicahgspdzb.]

Virg. 15. *Excipit*] Aen. III, 332. — *vexaretur* c-g. — *de loco queritur. Neptuno* ASP6. *loquitur neptuno* P. *queritur de loco Neptuno* v. *queritur Neptuno de loco* i-b. — *In*] Aen. V, 792. 16. *pathos saepe et* S. — *Priusquam*] Aen. I, 472. — *Septem*] Georg. IV, 507. — *perhibent totos* P. — *Vix*] Aen. VI, 356. — *Achaemenides* dzb. *Achimenides* vehg. — *Tertia*] Aen. III, 645. — *Septima*] Aen. V, 626. — *aetas* hg (g in mg. *aestas*).

IV. *Caput IV. Pathos a causa, modo, et materia.* ch-b. 1. *apud illos* P. — *plerumque efficit* om. v(2). — *efficit* AS13-g (M2 e ex corr.) M3P6 „Angl.“. *officit* M1P7. *conficit* s-bP (hg in mg.). — *quo* Pspd. — *Hic* APSP67. *Hoc* Edd. 2. *invidia circumventum* v-g (hg in mg. *a Midia*). — *inter se atque me* S. 3. *Ergo* (add. a sec. m. *et*) A. — *egregie et saepe* P6. — *Galesus* Edd. et Mss. „Lego *Halesus.* Virgilius Aeneid. X. [v. 352.].“ Meurs. „Est apud Virgilium et *Halesus* et *Galesus*, sed quem occidi ait poeta, *dum paci medium se offert. Galesus* dicitur lib. VII, v. 535.“ Gron. — *admonuit* h. — *Dum*] Aen. VII, 536.

16. *Septem .. menses*] Addendum erat ex iis quae sequuntur apud Virgilium: *flevisse.*

Achemenides] Vid. not. ad § 9.

Septima .. aestas] Poterat praemitti: *et Troades* (sc. miserabiles sunt propter longos labores), nam earum nomine loquitur Iris in Beroes faciem conversa. Sic saepe in hoc libro negligitur versuum qui afferuntur copulatio.

IV, 1. *ut Cicero in Verrem*] Dicendum erat: *ut apud Ciceronem.* Verba Ciceronis in Verr. act. II, V, 45, 119. haec sunt: *Multi et graves dolores inventi parentibus et propinquis: multi, verumtamen mors sit extrema. Non erit. Estne aliquid ultra quo progredi crudelitas possit. Reperietur. Nam illorum liberi quum erunt securi percussi ac necati, corpora feris obiicientur. Hoc si luctuosum est parenti, redimat pretio sepeliendi potestatem*, cf. 49. § 130. Apparet non recte in recentioribus editionibus (s-b) verba: *qui .. rogabatur*, distinctis litteris scripta esse, quasi ab ipso Cicerone profecta.

2. *Demosthenes*] Rem exponit in

[45] *Dum paci medium se offert.*

4 Idem alio loco:

Sternitur infelix,

deinde subicit causam miserabilem:

alieno vulnere:

5 id est, cum in alium telum esset emissum. Et cum Palamedem indigne occisum vellet:

— Quem falsa sub proditione Pelasgi
Insontem infando indicio, quia bella vetabat,
Demisere neci.

6 Et Aeneas, ut ostenderet magnitudinem timoris sui, bene causam posuit:

— Et pariter comitique onerique timentem.

7 Quid? Iapix ut contemptis ceteris artificiis *inglorius*, quemadmodum poeta ait, viveret, qualis causa proponitur?

Ille ut depositi proferret fata parentis.

8 Ex eodem genere est:

Fallit te incautum pietas tua.

9 Haec enim causa illum hostibus etiam miserabilem fecit. Sed Aeneas, cum hortatur ut sepeliantur occisi, quam causam proponit?

— Qui sanguine nobis
Hanc patriam peperere suo.

10 Nec non et indignatio demonstratur a causa, ut illic:

Multa gemens, ignominiam plagasque superbi
Victoris, tum quos amisit inultus amores.

11 Et illud a causa est ex affectu indignantis:

— An solos tangit Atridas
Iste dolor, solisque licet capere arma Mycenis?

[46] et illud: — *At tu dictis, Albane, maneres.*

[Mss. APS.

4. *Sternitur*] Aen. X, 781. — *alio vulnere* AS. — *id est* om. P. — *ad alium* P6. *aliud* (om. *in*) S. 5. *palameden* S. — *Quem*] Aen. II, 83. 6. *Et pariter*] Aen. II, 729. — *comiti* (om. *que*) P6. 7. *Quid Iapix* Edd. et Mss. (S *apix*). *Iapyx* cod. Medic. apud Virg. XII, 391., ubi vulgo legitur *Iapis*. Vid. Wagner. ad l. c. — *ceteris* (vel *caet.*) *artificiis* Sv-gP6 „B" (A *artificis*). *artificiis* (om. *ceteris*) s-bP. — *inglorius*] Aen. XII, 397. — *Ille*] ib. v. 395. 8. *Fallit*] Aen. X, 812. — *etiam sic* Edd. S. 9. *Sed et* s-bP. — *Qui*] Aen. XI, 24., ubi legitur *Quae*, sc. animae. 10. *Multa*] Georg. III, 226. — *ignominiamque plagas* S. — *cum* P6. — *misit* v1. 11. *a causa* (om. *est*) v. — *effectu* „Angl.". — *An*] Aen. IX, 138., ubi legitur *nec*. — *At tu*] Aen. VIII,

oratione in Midiam §§ 83-101. Bekk; sed non iisdem his verbis quae ei tribuit Macrobius.

4. *infelix*] Antor, cf. c. 3. § 11.

7. *contemptis ceteris artificiis*] Cf. ea quae praecedunt apud Virgilium: *Ipse suas artes, sua munera, laetus Apollo, Augurium citharamque dabat celeresque sagittas.*

depositi] i. e. desperati.

8. *te*] Lausum, qui, postquam Mezentium patrem eripuit Aeneae, ab hoc est occisus.

hostibus] Aeneae haec dicenti.

10. *gemens*] taurus certamine victus.

11. *An solos tangit Atridas* cet.] Haec Turnum dicentem facit Virgilius imitatus Homericum illud Il. *ι*, 340. *Ἦ μοῦνοι φιλέουσ' ἀλόχους μερόπων ἀνθρώπων Ἀτρεῖδαι.*

Albane] Intelligitur Mettus Fuffetius, foederis Romani Albanique

et illa omnia: *Vendidit hic auro patriam, —*
Quique ob adulterium caesi, —
Nec partem posuere suis.

Ad pathos movendum nec duos illos praetermisit locos quos 12 rhetores appellant a modo et a materia. Modus est, cum dico: *Occidit manifeste* vel *occulte.* Materia est, cum dico, ferro an ve- 13 neno. Demosthenes de modo invidiam Midiae facit, se pulsatum cothurno; Cicero Verri, cum nudum quendam dicit ab eo statuae inpositum. Virgilius non minus evidenter: 14

— Altaria ad ipsa trementem
Traxit, et in multo lapsantem sanguine nati,

et: *— Capulo tenus abdidit ensem.*

Et illa omnia a modo sunt: 15

— Rostroque inmanis vultur adunco
Inmortale iecur tondens, et reliqua,

et: *Quos super atra silex iam iam lapsura cadentique*
Inminet adsimilis.

Edd. vicabgspdzb.]

643. — *Vendidit*] Aen. VI, 621. — *Quique*] ib v. 612. — *Nec*] ib. v. 611. 12. *vel veneno* i-g. 13. *cothurno* om. A „B". „Non inveniebam in veteri *cothurno.* Et tamen tale quid requiritur." Pont. Vid. not. — *Cicero*] Cf. in Verr. Act. II, lib. IV, c. 40, § 86 sq. 14. *Altaria*] Aen. II, 550. — *laxantem* S. — *Capulo*] l. c. v. 553. 15. *Rostroque*] Aen. VI, 597. — *obunco* apud Virgil. l. c. post Heinsium scripsit Heynius. — *tundens* A a sec. m. Cf. Comm. I, 10, § 12. — *Quos*] Aen. VI, 602. — *cadenti* (om. *que*) Sv-g. 16. *Latos*] Georg. IV, 522. — *Ob-*

ruptor, ut ait Livius I, 28, 6., cuius supplicium in Aeneae clypeo expressum fingit Virgilius.

illa omnia] quae dicit Sibylla varia scelera enumerans, quorum poenas dent mortui.

12. *manifeste*] Haec huius adverbii forma in lexicis affertur tantum ex Apul. Metam. VI, 17. p. 412.

ferro an veneno] i. e. utrum ferro an veneno occiderit. Dicendum erat: *ferro vel veneno*, ut congrueret cum antecedentibus: *Occidit manifeste vel occulte.*

13. *se pulsatum cothurno*] Sic si scripsit Macrobius, erravit. Nam apud Aristophanem quidem Lysistr. 657. legitur: *Πατάξω τῷ κοθόρνῳ τὴν γνάθον*, sed apud Demosthenem nihil eiusmodi. Quod vox *cothurno* omissa est in cod. A, id videtur docere eum qui hunc codicem scripsit invenisse vocem Graece scriptam. Forsitan quis coniiciat *κονδύλῳ*, respiciens ad orat. Mid. § 72. *ὅταν κονδύλοις*: at ibi non de se ipso loquitur Demosthenes, et leviores enumerat iniurias, sed de se dicit § 68 sq.: *Ἐχρῆν γὰρ αὐτὸν, .. ὅτ' ἐγὼ τῆς Πανδιονίδος χορηγὸς ὑπέστην ἐν τῷ δήμῳ, τότε ... μ' ἀφαιρεῖσθαι τὴν νίκην, ὑβρίζειν δὲ τοιαῦτα καὶ τύπτειν μηδὲ τότε· νῦν δὲ τοῦτο μὲν οὐκ ἐποίησεν, ... ἐμοὶ δ', ὃς .. χορηγὸς ὑπέστην, οὕτω φανερῶς καὶ μιαρῶς ἐπηρεάζων παρεκολούθησεν, ὥστε μηδὲ τῶν ἱερῶν ἱματίων μηδὲ τοῦ χοροῦ μηδὲ τοῦ σώματος τὼ χεῖρε τελευτῶν ἀποσχέσθαι μου,* et § 74. *Ἐγὼ δ' ὑπ' ἐχθροῦ .. ἐναντίον πολλῶν καὶ ξένων καὶ πολιτῶν ὑβριζόμην, καὶ ταῦτ' ἐν ἱερῷ καὶ οἷ πολλή μοι ἦν ἀνάγκη βαδίζειν χορηγοῦντι*, ut *χορηγὸν*, vel *choragum* in archetypo videatur fuisse, vel, quod vulgatae propius est, quia *in* facile poterat absorberi antecedente *m*, *in choragio*, i. e. in ornamento scenico. Cf. Fest. s. h. v. Plin. N. H. XXXVI, 14. s. 24. § 115. Apul. Met. IV, 33. p. 312. et de mag. 13. p. 416. Ceterum ad *se pulsatum* intelligendum est: *dicens.*

14. *trementem traxit*] Politen Pyrrhus. Cf. c. 2. § 2.

15. *illa omnia*] in descriptione poenarum infernalium.

16 Sed et misericordiam a modo saepe commovet, ut de Orpheo:
— *Latos iuvenem sparsere per agros,*
et illud: *Obruit auster aqua involvens navemque virosque,*
et: *Saxum ingens volvunt alii,*
et: *Mortua quin etiam iungebat corpora vivis,*
et in Georgicis: *Nec via mortis erat simplex,*
17 et cetera in descriptione morbi. Sed et materia apud rhetoras
|47| pathos movet, ut dum queritur Cicero flammam ex lignis viridi-
bus factam atque ibi inclusum fumo necatum. Hoc enim a ma-
teria est, quoniam hic usus est fumo materia ad occidendum, ut
alius gladio alius veneno: et ideo acerrimum pathos ex hoc mo-
tum est. Idem facit et cum flagellis caesum queritur civem Ro-
18 manum. Invenies idem apud Virgilium:
At pater omnipotens densa inter nubila telum
Contorsit: non ille faces nec fumea taedis
et reliqua. Eleganter autem illius quidem materiam elusit, ex
19 huius autem vera et vehementi materia expressit iracundiam. Et
singula quidem enumeravimus, ex quibus apud rhetoras pathos
nascitur, quibus ostendimus usum Maronem. Sed nonnumquam
Virgilius in una re ad augendum pathos duobus aut pluribus
20 locis coniunctis utitur: ut in Turno ab aetate:
— *Miserere parentis*
Longaevi,
a loco: *quem nunc maestum patria Ardea longe*
Dividit;
21 et circa Cassandram ex modo:
Ecce trahebatur,
ex habitu corporis: *passis Priameia virgo*
Crinibus,

[Mss. APS.
ruit] Aen. VI, 336. — *involvensque* P. — *Saxum*] ib. v. 616. — *Mortua*] Aen. VIII, 485. — *in Georgicis*] III, 481. — *de inscriptione* vP6.
17. *rhetores* Mss et Edd. Vid. not. — *Cicero*] Cf. in Verr. Act. II. lib. I. c. 17. § 45. et lib. V, c. 54, § 142. et p. Rab. perd. 4, § 12. — *ut queritur* (om. *dum*) *cicero* S (P7 *quae*). *ut dudum queritur clusum* (in mg. add. *Cicero*) A. — *inclusam* P6. - *necat* hg (g in mg. *necatum*). — *Hoc est inde a materia* P6. *Hoc enim a mat.* (sup. add. *est*) A. — *et alius* P7. 18. *At*] Aen. VI, 593. — *et fumea* v. — *taedis* om. P. — *materia elusit* vichg. 19. *enumerabimus* v. — *rhetores* Sv-g. 20. *Miserere*] Aen. XII, 43. 21. *Ecce*] Aen. II, 403. 22. *amennonem* A. — *Ipse*]

16. *iuvenem sparsere*] discerptum Ciconum matres.
Obruit auster] quos quidem apud inferos Aeneas cernit maestos et mortis honore carentes.
navemque] „Solet enim in eiusmodi semper casu censeri ac notari ipsa potissimum navis, ut cardo videlicet discriminis omnis aut salutis. Observavit quoque Rudente [II, 6, 21.] Plautus.“ Pont.
alii] in Tartaro.
iungebat] Mezentius.
apud rhetoras] Sic vel refragantibus omnibus exemplaribus scribendum esse putavi, quia Graeca forma legitur in codd. AP infra § 19. et lib. V, c. 2. § 1., et in cod. P c. 6. § 13.

18. *telum contorsit*] ut occideret Salmonea, cuius materiam, qua Iovis imitabatur fulmina, Iuppiter dicitur clusisse. Cf. c. 5. § 3.

ex loco: *a templo ... adytisque Minervae:*
et circa Agamemnonem a patria: 22
Ipse Mycenaeus,
a fortuna: *magnorum ductor Achivum,* [48]
a necessitudine:
Coniugis,
a loco: *prima inter limina,*
a causa: *— possedit adulter.*

Tacite quoque et quasi per definitionem pathos movere solet, 23 cum res quae miserationem movet non dilucide dicitur, sed datur intellegi, ut cum dicit Mezentius:

— Nunc alte vulnus adactum.

Quid enim aliud ex hoc intellegendum est quam hoc, altum vulnus esse amittere filium? Et rursus idem: 24

— Haec via sola fuit qua perdere posses.

Sed et hic scilicet accipiendum est perire esse amittere filium. Et Iuturna, cum queritur quod adiuvare fratrem prohibeatur: 25

Inmortalis ego?

Quid enim sequitur? Non est inmortalitas in luctu vivere. Haec, 26 ut dixi, vim definitionis habent, et a poeta eleganter introducta sunt.

V. Sunt in arte rhetorica ad pathos movendum etiam hi 1 loci qui dicuntur circa rem, et movendis affectibus peroportuni sunt. Ex quibus primus est a simili. Huius species sunt tres, exemplum parabola imago, Graece *παράδειγμα παραβολὴ εἰκών*. Ab exemplo Virgilius: 2

Si potuit Manes accersere coniugis Orpheus, [49]

Edd. vicahgspdzb.]
Aen. XI, 266. — *a necessitudine: coniugis* om. P. — *Coniugis* AvM3P6 „2 Angl.“. *coniugiis* SM1. *Coniugis infande* M2. *coniugis infandum* i-b. — *inter limina dextra* M2. *intra limina dextra* i-g Virg. Cf. c. 3, § 12. — *a causa* om. ASv-gM123P6. — *possedit adulter* APSapM13P6 ap. Virg. codd. Med. et Gud. a s. m. *subsedit adulter* vdzb et reliqua Virgilii exemplaria. om. i-g. *Oppetiit, devictam asiam subsedit adulter* (tot. vers. Virg.) M2. 23. *diffinitionem* Svi. — *quae res* v. — *dicit mezentios* A. *Mezentius dicit* Edd. — *Nunc*] Aen. X, 850. — *adauctum* P. — *vulnus* (om. *esse*) S. 24. *Haec*] Aen. X, 879. — *haec una sola* P6. — *sed hic* (om. *et*) v-a. 25. *Inmortalis*] Aen. XII, 882. — *ego* om. P. *ergo* P6. — *est mortalis* S. 26. *diffinitionis* Svi. — *introducta sunt in arte reth.* (e cap. seq.) A.

V. *Caput V. Pathos a simili.* ch-b. *Cap. III. Pathos a simili.* v3i. 1. *Sunt et in* v-g. — *παραβολὴ εἰκών* om. S. 2. *Si*] Aen. VI, 119. — *arcessere* as-bP. Vid. not. ad Comm. I, 13, 7. — *traicia* A. —

22. *a causa*] Haec recepi ex uno cod. P, quia sensus ea flagitare videbatur.

possedit] Macrobius hoc sumpsisse videtur ex interpolato exemplari Virgiliano. Servius ad h. l. verba: *devictam Asiam subsedit* interpretatur: *Ab Agamemnone devictam Asiam adulter Aegisthus factione possedit*, et paulo supra: *dolo possedit.*

23. *filium*] Lausum. Vid. not. ad § 8.

25. *fratrem*] Turnum. Vid. not. ad c. 2. § 10.

V, 1. *παράδειγμα παραβολὴ εἰκών*] Cf. Aristot. rhet. II, 20. et III, 4.

Threicia fretus cithara, fidibusque canoris:
Si fratrem Pollux alterna morte redemit.
. . . . *Quid Thesea magnum,*
Quid memorem Alciden?
[*Antenor potuit mediis elapsus Achivis.*]

Haec enim omnia misericordiam movent, quoniam indignum vi-
3 detur negari sibi quod aliis indultum sit. Deinde vide unde au-
get invidiam:

Si potuit Manes accersere coniugis Orpheus.

Habes causam disparem: *Manes* illic *coniugis*, hic patris; illic *accersere*, hic videre.

Threicia fretus cithara.

Hic materiam eius inrisit.

4 *Si fratrem Pollux alterna morte redemit,*
Itque reditque viam toties.

Hoc iam a modo, plus est enim saepe ire quam semel.

Quid Thesea magnum,
Quid memorem Alciden?

Hic propter egregias personas non habuit quod minueret vel augeret, verum quod in illis elucebat hoc sibi iactat cum his esse commune: *Et mi genus ab Iove summo.*

5 Simile est et illud ab indignatione: Quid enim? ait Iuno:

— *Pallasne exurere classem*
Argivum?

Iam hoc plus est, *classem* victricem, quam reliquias fugientium. Deinde causam minuit:

Unius ob noxam et furias Aiacis Oilei,

[Mss. APS.
alcidem v1. — *Antenor*] Aen. I, 242. — *haec omnia enim* S. 3. *arcessere* as-bP. — *arcessere* Sas-bP. — *misericordiam* vichg (hg in mg. *materiam*). „Lego *misericordiam* ex vet. cod.“ Meurs. „*Materiam* erat in Scripto, et retinent codices fere omnes excepto uno, in quo perperam *misericordiam*.‘ Pont. Vid. not. 4. *alcidem* ASv1. — *quid* SviM12P6. — *vel augeret* AM3 „Angl.“. *vel quid augeret* SviM12P6. *vel quod augeret* cahg. *atque augeret* s-bP. — *illis* (om. *in*) vP6. — *cum iis* v-g. 5. *Pallasne*] Aen. I, 39. — *Argivum potuit* P. — *oili*

2. *Antenor ... Achivis*] Hunc versum, qui quidem in omnibus exemplaribus legitur, uncis inclusi tanquam suspectum, quod in iis quae sequuntur antecedentia tantum explicantur, iisque hic versus ex alio libro desumptus, qui ne integrum quidem praebet sensum, adnectitur nulla interposita particula, ubi erant potius addenda ea quae leguntur § 4.: *Et mi genus ab Iove summo.* Dicit autem haec Aeneas a Iove finem petens malorum. Quid ergo, si quis hunc versum ut antecedentibus similem in margine adscripsit, et alius quidam hic eum inserendum esse putavit?

Haec .. omnia] quae dicit Aeneas, quum vellet in Orcum descendere patrem visurus.

3. *auget*] Coniunctivus erat ponendus: sed vid. prolegg. p. XLI.

materiam eius] „Intelligit *Threïciam citharam* et *fides canoras*, rem levem, qua ex Orco excivit coniugis Manes Orpheus.“ Pont. — Cf. c. 4. § 18.

5. *causam minuit*] cur Pallas exusserit classem Argivorum. Eo maius ergo videtur esse id quod ei fuerat concessum. Cf. § 6.

noxam] De hac voce conf. Laur. Vallam de eleg. ling. Lat. c. 36., Alciatum et A. Floridum de Lat. in-

quam minuit, ut *noxam* diceret, quod levis culpae nomen est, et [50]
unius, quod facile possit ignosci, et *furentis*, ut nec culpa sit.
Et alibi: 6

— Mars perdere gentem
Inmanem Lapithum valuit.

Vides easdem observationes, *gentem* et *inmanem:* deinde aliud exemplum: *Concessit in iras*
Ipse deum antiquam genitor Calydona Dianae,
antiquam, ut plus honoris accederet ex vetustate: deinde in utroque causam minuit:

Quod scelus aut Lapithis tantum aut Calydone merente?

7 A parabola vero, quoniam magis hoc poetae convenit, saepissime pathos movet, cum aut miserabilem aut iracundum vellet inducere. Miserabilem sic:

Qualis populea maerens Philomela sub umbra,
— Qualis commotis excita sacris
Thyas, —
Qualem virgineo demessum pollice florem,

et aliae plurimae patheticae parabolae in quibus miseratus est.
8 Quid de ira?

Ac veluti pleno lupus insidiatus ovili
Cum fremit ad caulas,

et: *Mugitus veluti, fugit cum saucius aram*
Taurus.

9 Et alia plura similia qui quaerit inveniet. Et imago, quae est a simili pars tertia, idonea est movendis affectibus. Ea fit, cum aut forma corporis absentis describitur, aut omnino quae nulla est fingitur. 10 Utrumque Virgilius eleganter fecit. Illud prius circa Ascanium:

O mihi sola mei super Astyanactis imago, [51]

Edd. vicahgspdzb.]
S. *iolei* A. 6. *Mars*] Aen. VII, 304. — *genitor* om. SP6. 7. *Parabola* (om. *a*) v-g. — *movit* Sv-g. — *Qualis pop.*] Georg. IV, 511. — *philomena* AS. — *Qualis comm.*] Aen. IV, 301. — *Qualis ... Thyas* om. v. — *thiras* (del. *r*) A. Cf. V, 17, 16. *thais* P. — *Qualem*] Aen. XI, 68. — *Qualis* S. — *plures* S. 8. *Ac*] Aen. IX, 59. *At* bP. — *Cum* ASP6 Virgil. l. c. *dum* Edd. P. — *Mugitus veluti*] Aen. II, 223., ubi, ut infra V, 13, 9. apud ipsum Macrobium, legitur *Qualis mugitus*, non *mugitus qualis*, ut est in mg. g. — *similiaque* P6. — *quaeret* S. 9. *que sunt* (sup. *est*) *assimili* A. 10. *O mihi*] Aen III, 488. — *Quam*]

ris consult. p. 9 sqq. Doederlein. Synon. II, p. 153.

6. *Et alibi*] ubi eadem loquitur Iuno.

7. *Philomela*] Cum hac comparatur Orpheus de uxore iterum amissa conquerens.

Thyas] vel *Thyias*, quae est forma rectior sed a Macrobii codicibus aliena, componitur cum Didone dolente de Aenea clam fugam parante.

florem] confert Virgilius cum exanimi corpore Pallantis.

miseratus] vix potest non pro nomine substantivo haberi, etsi frustra quaeras in lexicis.

8. *veluti .. lupus*] Turnus dicitur lustrare muros castrorum Troianorum.

Mugitus veluti cet.] Clamores ad sidera sustulisse dicitur Laocoon, quorum causa non tam ira est quam dolor.

Sic oculos, sic ille manus, sic ora ferebat.

Fingit vero, cum dicit:

— Quam fama secuta est,
Candida succinctam latrantibus inguina monstris.

11 Sed prior forma οἶκτον praestat, haec δείνωσιν, id est, prior
misericordiam commovet, horrorem secunda, sicut alibi:

Et scissa gaudens vadit Discordia palla,
Quam cum sanguineo sequitur Bellona flagello,

12 et omnia illa quae de Fama dixit. Sed et illud nimium pathetice:

— Furor inpius intus
Saeva sedens super arma, et centum vinctus aenis
Post tergum nodis fremit horridus ore cruento.

VI. Diximus a simili: nunc dicamus a minore pathos a
poeta positum. Nempe cum aliquid proponitur quod per se
magnum sit, deinde minus esse ostenditur quam illud quod vo-
2 lumus augeri, sine dubio infinita miseratio movetur. Ut est illud:

O felix una ante alias Priameia virgo,
Hostilem ad tumulum Troiae sub moenibus altis
Iussa mori.

Primum quod ait *felix*, conparationem sui fecit, deinde posuit a
loco: *Hostilem ad tumulum*, et a modo, quod non minus acerbum
est: *Iussa mori.* Sic ergo haec accipienda sunt: Quamvis *hosti-*
[52] *lem ad tumulum*, quamvis *iussa mori*, felicior tamen quam ego,
3 quia *sortitus non pertulit ullos.* Simile est et illud:

— O terque quaterque beati,

et quod de Pasiphae dicit:

Proetides inplerunt falsis mugitibus agros,

deinde, ut minus hoc esse monstraret:

At non tam turpes pecudum tamen ulla secuta est
Concubitus.

4 Quid illud? nonne vehementer patheticum est a minore:

Nec vates Helenus, cum multa horrenda moneret,

[Mss. APS.

Eclog. VI, 74. — *inguine* A. 11. *prior fama* v3 (cf. infra). — *oecton* A. οἴκτ ϱον v1. οἰκτϱὸν v3i. — *praestat* om. V. — *dinosin* A. — *sic alibi* S. — *Et scissa*] Aen. VIII, 702. — *consanguineo* (om. *sequitur*) A. — *de forma* Edd. (in v3 qui supra *forma* mutavit in *fama*, id h. l. videtur facere voluisse). „In scripto erat *fame* (A *fama*). Camerarii editio (hg) ad oram *fama*. Verisimile est respicere descriptionem Famae apud Maronem.“ Pont. Cf. Aen. IV, 173—189. 12. *Sed illud* (om. *et*) v-g. — *Furor*] Aen. I, 294. — *fremet* Virg. — *ora* A.

VI. *Caput VI. Pathos a maiori et minori.* ch-b. *Cap. IIII. Pathos a minori.* v3i. 1. *minus* (om *esse*) v. 2. *O felix*] Aen. III, 321. — *primum .. iussa mori* om. S. — *et ad tumulum* Av1P67. 3. *O terque*] Aen. I, 94. — *phasiphe* AP6. — *Proetides*] Ecl. VI, 48. — *si plerunt* A. — *ut hoc minus* P6. — *tamen illa* P. 4. *non* (om. *ne*) A. —

9. *quae est .. pars tertii*] Cf. § 1.

10. *Quam*] Scyllam.

11. *quae de Fama dixit*] Cf. infra V, 13, 31.: *Hoc idem Maro de Fama dixit, sed incongrue.*

12. *nimium*] i. e. valde. Cf. VII, 7, 1. et 12. §§ 28. et 36.

Furor cet.] Haec dicit Iuppiter, dum Veneri exponit Aeneadum fata.

VI, 2. *Priameia virgo*] Polyxena.

3. *beati*] in patria mortui.

Hos mihi praedixit luctus, non dira Celaeno?

Quid hic intellegimus, nisi omnia quae passus erat minora illi visa quam patris mortem? A maiore negaverunt quidam augeri 5
rem posse: sed eleganter hoc circa Didonem Virgilius induxit:

Non aliter, quam si inmissis ruat hostibus omnis
Carthago, aut antiqua Tyros.

Dixit enim non minorem luctum fuisse ex unius morte quam si tota urbs, quod sine dubio esset maius, ruisset. Et Homerus idem fecit:

— Ὡς εἰ ἅπασα
Ἴλιος ὀφρυόεσσα πυρὶ σμήχοιτο κατ' ἄκρας.

Est apud oratores et ille locus idoneus ad pathos movendum qui 6
dicitur praeter spem. Hunc Virgilius frequenter exercuit:

Nos tua progenies, caeli quibus annuis arcem, et cetera.

Et Dido:

Hunc ego si potui tantum sperare dolorem,
Et perferre, soror, potero. [53]

Aeneas de Evandro: 7

Et nunc ille quidem spe multum captus inani
Fors et vota facit.

Et illud: — *Advena nostri,*
Quod numquam veriti sumus, ut possessor agelli
Diceret: Haec mea sunt, veteres migrate coloni.

Invenio tamen posse aliquem et ex eo quod iam speraverit mo- 8
vere pathos, ut Evander:

Haud ignarus eram, quantum nova gloria in armis,
Et praedulce decus.

Oratores ὁμοιοπάθειαν vocant quoties de similitudine passionis 9
pathos nascitur, ut apud Virgilium:

— *Fuit et tibi talis*
Anchises genitor,

Edd. vicahgspdzb.]

Nec] Aen. III, 712. — *illis* v-g. — *visa* add. a sec. m. A. 5. *Cap. V Pathos a maiori.* v3i. — *rem augeri* Edd. P. — *Non*] Aen. IV, 669. — *aut antiqua Tyros* om. A. — *tyrus* S. — Ὡς] Il. χ', 410. — Ὡς .. ἄκρας om. ASvicP6. — Τῷ δὲ μάλιστ' ἄρ ἔην ἐναλίγκιον ὡσεὶ ἅπασα (tot. vers. Hom.) a. — κατ' ἄκρης ahg. 6. *Est et ap. or. et* S. — *Nos*] Aen. I, 250. — *Hunc*] Aen. IV, 419. 7. *Evandro* (om. *de*) ASviP6. — *Et nunc*] Aen. XI, 49. — *Advena*] Ecl. IX, 2. — *Quo* Virg. Vid. not. 8. *et ex eo* Mss. et P6 „Angl.“. *ex eo* (om. *et*) Edd. — *Haud*] Aen. XI, 154. — *nova gaudia* P. 9. ὁμοιοπάθια S. *homo eo pathian* A. — *Fuit*] Aen. XII, 933. — *Anchise* S. — *Patriae*] Aen. IX, 294. — *et: Subiit*

5. *unius*] Annae.

6. *Nos, tua progenies*] Iovi dicit Venus ad Aeneam filium respiciens.

tantum .. dolorem] quantum cepit e fuga Aeneae.

7. *Quod numquam veriti sumus*] Apud Virgilium legitur *quo*, quod refertur ad ea quae ab initio versus dicit Moeris: *O Lycida, vivi pervenimus.*

9. ὁμοιοπάθειαν] Cf. Longin. de invent. p. 586, 20. W. *Κινεῖ δὲ ἔλεον καὶ τὸ τῆς ὁμοιοπαθείας στοιχεῖον καλούμενον, οἷον ὑπὲρ παιδός τις ἀγωνίζεται, ἢ μητρὸς ἢ πατρός.* Ubi aliter ac hoc loco haec figura definitur: nam idem ibi esse dicitur ac συμπάθεια.

tibi talis] inquit Turnus, qualis mihi Daunus senex.

et: — *Patriae strinxit pietatis imago,*
et: — *Subiit cari genitoris imago,*
et Dido: *Me quoque per multos similis fortuna labores.*

10 Est et ille locus ad permovendum pathos in quo sermo dirigitur vel ad inanimalia vel ad muta, quo loco oratores frequenter utuntur. Utrumque Virgilius bene pathetice tractavit, vel cum ait Dido:

Dulces exuviae, dum fata deusque sinebant,

vel cum Turnus: — *Tuque optima ferrum*
Terra tene,

et idem alibi: — *Nunc, o numquam frustrata vocatus*
Hasta meos,

et: *Rhoebe, diu, res si qua diu mortalibus ulla est,*
Viximus.

11 Facit apud oratores pathos etiam addubitatio, quam Graeci ἀπόρη-
[54'σιν vocant. Est enim vel dolentis vel irascentis dubitare quid agas:

En, quid ago? rursusne procos inrisa priores
Experiar?

12 Et illud de Orpheo:

Quid faceret? quo se rapta bis coniuge ferret?

et de Niso:

Quid faciat? qua vi iuvenem, quibus audeat armis
Eripere?

Et Anna permovetur:

Quid primum deserta querar? comitemne sororem . . .

13 Et attestatio rei visae apud rhetoras pathos movet. Hoc Virgilius sic exequitur:

Ipse caput nivei fultum Pallantis et ora
Ut vidit levique patens in pectore vulnus.

14 Et illud: *Inplevitque sinum sanguis,*

[Mss. APS.

.. *imago* om. v. — *Subiit*] Aen. II, 560. — *Me*] Aen. I, 628. 10. *Dulces*] Aen. IV, 651. — *sinebat* ap. Virg. vulgo. — *Tuque*] Aen. XII, 777. — *Nunc*] Aen. XII, 95. — *et* om. s-bP. — *Rhoebe*] Aen. X, 861. *Roebe* AS. *Rhebe* v-z. 11. *aporesin* A. — *et dolentis* S. — *En*] Aen. IV, 534. 12. *Quid faceret*] Georg. IV, 504. — *bis* om. v1. — *Quid faciat*] Aen. IX, 399. — *Quid primum*] Aen. IV, 677. — *comitemve* S. 13. *rhetoras* P (cf. c. 4. § 19.). *rhetores* Edd. AS. — *Ipse*] Aen. XI, 39. — *fulctum* S. 14. *Inplevitque*] Aen. X, 819. — *sinum* ASv-gM123P6. Virg. l. c. *sinus*

patriae .. pietatis imago] Aeneae est pietas Euryali erga matrem.

Subiit .. imago] Sequitur apud Virgilium: *Ut regem aequaevum crudeli vulnere vidi Vitam exhalantem.*

Me .. similis fortuna] atque Aeneae *Iactatam hac demum voluit consistere terra.*

10. *inanimalia*] Hoc adiectivum in lexicis praeterea enotatum est tantum ex Apul. Asclep. 21. p. 88. et Tertull. Apol. 48.

muta] animalia. Cf. VII, 5, §§ 7 et 11. et Cic. de fin. I, 21, 71. *Si infantes pueri, mutae etiam bestiae paene loquuntur.*

Dulces exuviae] Supra dicit Virgilius: *Postquam Iliacas vestes notumque cubile Conspexit.*

ferrum] i. e. hastam Aeneae in lenta oleastri radice fixam.

Rhoebe] est nomen equi Mezentii.

11. *En, quid ago?*] inquit Dido.

12. *permovetur*] morte sororis, ideoque profert dubitationem.

comitemne sororem] Addenda erant quae sequuntur apud Virgilium: *Sprevisti moriens?*

13. *Ipse*] Aeneas.

14. *sinum*] Lausi ab Aenea ense percussi.

et: — *Moriensque suo se in sanguine versat,*
et: *Crudelis nati monstrantem vulnera cernit,*
et: *Ora virum tristi pendebant pallida tabo,*
et: *Volvitur Euryalus .., pulchrosque per artus*
It cruor,
et: *Vidi egomet duo de numero cum corpora nostro ...*

Facit hyperbole, id est nimietas, pathos: per quam exprimitur vel 15
ira vel misericordia. Ira, ut cum forte dicimus: *milies ille perire debuerat*, quod est apud Virgilium:

Omnes per mortes animam sontem ipse dedissem;

miseratio, cum dicit:

Daphni, tuum Poenos etiam ingemuisse leones
Interitum. [55]

Nascitur praeter haec de nimietate vel amatorium vel alterius ge- 16
neris pathos:

Si mihi non haec lux toto iam longior anno est,

et illud seorsum: — *Maria ante exurere Turno*
Quam sacras dabitur pinus,
et: — *Non si tellurem effundat in undas.*

Exclamatio, quae apud Graecos ἐκφώνησις dicitur, movet pathos. 17
Haec fit interdum ex persona poetae, nonnumquam ex ipsius
quem inducit loquentem. Ex poetae quidem persona est: 18

Mantua vae miserae nimium vicina Cremonae!
Infelix! utcumque ferent ea facta nepotes, —

Edd. vicahgspdzb.] s-bP. — *Moriensque*] Aen. XI, 669. — *in sanguine* om. spatio relicto S. — „*mersat* immensum melius Anglicanus noster.“ Pont. (A *versat*). — *Crudelis*] Aen VI, 446. — *Ora*] Aen. VIII, 197. — *Volvitur*] Aen. IX, 433. — *Euryalus* APSP6. *Euryalus leto* (ut Virg. l. c.) Edd. — *et* om. s-b AP. — *Vidi*] Aen. III, 623. — *cum* om. A. 15. *exprimitur ira* (om. *vel*) s-z. — *miles* i-b. *millies* g-b. — *Omnes*] Aen. X, 854. — *Daphni*] Ecl. V, 27. 16. *Si*] Ecl. VII, 43. — *Maria*] Aen. IX, 115. — *Non*] Aen. XII, 204. 17. *Cap. VI. De exclamatione.* v3i. — *ecfonesis* A. 18. *Et* v3 — *persona quidem poetae* i-bP. — *Mantua*] Ecl. IX, 28. — *Infelix*] Aen. VI, 823. — *facta* AP6 apud Virg. codd. plerique. *fata* Edd. PS. — *minores* Virgilii codices fere omnes. — *Crimen*] Aen. X,

Moriensque] Euneus a Camilla occisus.

monstrantem] Eriphylen ab Alcmaeone filio occisam.

Ora virum] Caci speluncae foribus affixa.

Vidi .. nostro] Adde quae sequuntur: *Frangeret ad saxum* (Polyphemus).

15. *animam .. ipse dedissem*] inquit Mezentius, si servare potuissem filium.

16. *Si mihi non .. est*] canit Thyrsis, ut exprimat desiderium amicae.

seorsum] h. l. fere idem esse videtur ac *ex altero genere*.

sacras .. pinus] i. e. naves Troianorum quas in nymphas mutat Venus.

Non si .. in undas] Antecedunt haec: *Nulla dies pacem hanc Italis, nec foedera* (Latini et Aeneae) *rumpet, .. nec me vis ulla volentem Avertet.*

17. ἐκφώνησις] Cf. c. 2. § 4.

18. *Mantua .. Cremonae*] Haec Moeridi tribuit Virgilius respiciens ad agros Mantuanorum propter vicinitatem Cremonensium, qui Cassii et Bruti partes secuti fuerant, Octaviani militibus assignatos.

Infelix, utcumque] Haec non recte coniunxit Macrobius. Nam exclamatio *Infelix!* pertinet ad antecedentia, in quibus Brutus dicitur filios suos supplicio affecisse, reliqua autem ad ea quae sequuntur: *Vincet amor patriae* cet.

Crimen amor vestrum! et alia similia;
19 ex persona vero alterius:
— Di capiti ipsius generique reservent!
et: *— Di talia Graiis*
Instaurate, pio si poenas ore reposco!
et: *— Di talem terris avertite pestem!*
20 Contraria huic figurae ἀποσιώπησις, quod est taciturnitas. Nam ut illic aliqua exclamando dicimus, ita hic aliqua tacendo subdu-
21 cimus, quae tamen intellegere possit auditor. Hoc autem praecipue irascentibus convenit, ut Neptunus:
Quos ego! — sed motos praestat conponere fluctus,
et Mnestheus: *— Nec vincere certo.*
Quamquam, o! — sed superent quibus hoc, Neptune, dedisti,
et Turnus: *Quamquam, o, si solitae quicquam virtutis adesset!*
[56] et in Bucolicis: *Novimus et qui te transversa tuentibus hircis,*
Et quo — sed faciles Nymphae risere — sacello.
22 Sed et miseratio ex hac figura mota est a Sinone:
— Donec Calchante ministro —
Sed quid ego haec autem nequidquam ingrata revolvo?
23 Nascitur pathos et de repetitione, quam Graeci ἐπαναφορὰν vocant, cum sententiae ab isdem nominibus incipiunt. Hinc Virgilius:
— Eurydicen vox ipsa et frigida lingua,
Ah miseram Eurydicen! anima fugiente vocabat.
Eurydicen toto referebant flumine ripae,
et illud: *Te dulcis coniunx, te solo in litore secum,*
Te veniente die, te decedente canebat,
et illud: *Te nemus Angitiae, vitrea te Fucinus unda,*
Te liquidi flevere lacus.
24 Ἐπιτίμησις, quae est obiurgatio, habet et ipsa pathos, id est, cum obiecta isdem verbis refutamus:
Aeneas ignarus abest, ignarus et absit.

* * *

[Mss. APS. Edd. vicahgspdzb.]

188. 19. *Di capiti*] Aen. VIII, 484. *dii* Sv-g. — *Di talia*] Aen. VI, 529. *dii* Sv-g. — *grais* Sa. — *Di talem*] Aen. III, 620. *dii* Sv-g. 20. *aposiopesis* AS. 21. *Quos*] Aen. I, 135. — *Nec*] Aen. V, 194. *neque* Virg. — *Quamquam o si*] Aen. XI, 415. — *in Bucolicis*] III, 8. — *Novimus qui* (om. *et*) v1. — *irrisere* v1. *irisere* v3. 22. *Donec*] Aen. II, 100. — *ego. haec* S. — *nec quidquam* P6. 23. *epanaphoran* A. ἐπαναφορὰ S. ἐπαναφωρὰν a. ἐπανοφωρὰν (corr. ἐπαναφορὰ) h. — *Eurydicen*] Georg. IV, 525. — *Ah* om. A. — *misera* S. — *flumina* A. — *Te dulcis*] Georg. IV, 466. — *coniux* bP. — *Te nemus*] Aen VII, 759. — *vitria* cah. 24. *Epitimesis* A. *Epithimesis* S. — *habet ipsa* (om. *et*) P. — *Aeneas*] Aen. X, 85. — *ignarus absit* (om. *et*) a.
Nulla librorum distinctio est in APM123, nulla subscriptio in S. „Decsse huic libro finem iam ante monuimus." chg. (Vid. h. lib. init.) „Finis huius libri ita ut principium desyderatur." a. In s sunt quindecim asterisci.

Crimen amor vestrum] Significatur Cupavo eiusque pater Cycnus.
19. *ipsius*] Mezentii, cui mala precatur Evander.
Di .. reposco] inquit Deiphobus.
Di .. pestem] inquit Achemenides.
23. *Te .. canebat*] Eurydicen.
Te .. flevere] Umbronem.
24. *Aeneas .. absit*] inquit Iuno.
— De iis quae h. l. interciderunt vid. prolegg. p. XIX. s.

MACROBII AMBROSII THEODOSII

V. C. ET INL.

CONVIVIORUM TERTII DIEI

SATURNALIORUM

LIBER QUINTUS.

[Ed. Bip. vol. II. p. 57.]

1. Post haec cum paulisper Eusebius quievisset, omnes inter se consono murmure Virgilium non minus oratorem quam poetam habendum pronuntiabant, in quo et tanta orandi disciplina et tam diligens observatio rhetoricae artis ostenderetur. Et 2 Avienus: Dicas mihi, inquit, volo, doctorum optime, si concedimus, sicuti necesse est, oratorem fuisse Virgilium, si quis nunc velit orandi artem consequi, utrum magis ex Virgilio an ex Cice- [58] rone proficiat? Video quid agas, inquit Eusebius, quid intendas, 3

[Mss. APS. Edd. vicahgspdzb.]

De stilo Virgilii Liber V. conviviorum tertii diei P6. *De stilo Virgilii* AM1. *Macrobii Aurelii Theodosii viri consularis et illustris Saturnaliorum liber V.* vichg. *Liber quintus.* a. *Aurelii Macrobii Ambrosii Theodosii viri clarissimi et inlustris conviviorum quinti diei Saturnaliorum liber quintus.* s *Aurelii Macrobii Ambrosii Theodosii V. C. et inlustris Saturnaliorum liber quintus.* p-b.

I. *Caput I. Si non aliis, hoc certe praeferendum esse Ciceroni Vergilium, quod ille in uno tantum, hic in omnibus dicendi generibus excelluerit. Tum de (Cum de* h; *de* (om. *tum*) g-z improbante Zeunio) *quatuor generibus dicendi deque duplici stilo.* ch-b. 1. *ornandi* vicg. *ordinandi* (in mg. *orandi*) h. 2. *sicut* Av. 4. *altam et profundam*

I, 1. *Eusebius*] De hac eius disputatione vid prolegg. p. XIX sq.

omnes] excepto certe Evangelo, ut apparet ex cap. 2. § 1. et lib. I. c. 24. § 2.

consono murmure] Cf. Liv. XXXVI, 34, 5.: *Consonante clamore nominatim Quinctium orare*, et Apul. Met. 1, 10. p. 42. *Quoad mutua hortatione consone clamitarent.*

2. *utrum magis ex Virgilio an ex Cicerone proficiat*] Virgilio quomodo usi sint artis oratoriae magistri, docet Servius, qui ad Aen. X, 18: *Et Titianus*, inquit, *et Calvus qui themata omnia de Virgilio elicuerunt et adformaverunt ad dicendi usum.* Ceterum conf. I, 24, 4 sq.

quo me trahere coneris: eo scilicet, quo minime volo, ad conparationem Maronis et Tullii. Verecunde enim interrogasti, uter eorum praestantior, quandoquidem necessario is plurimum conla-
4 turus sit qui ipse plurimum praestat. Sed istam mihi necessitatem altam et profundam remittas volo: quia *non nostrum* inter illos *tantas conponere lites*, nec ausim in utramvis partem talis sententiae auctor videri. Hoc solum audebo dixisse, quia facundia Mantuani multiplex et multiformis est et dicendi genus omne conplectitur. Ecce enim in Cicerone vestro unus eloquentiae te-
5 nor est, ille abundans et torrens et copiosus. Oratorum autem non simplex nec una natura est: sed hic fluit et redundat, contra ille breviter et circumcise dicere adfectat: tenuis quidam et siccus et sobrius amat quandam dicendi frugalitatem, alius pingui et luculenta et florida oratione lascivit. In qua tanta omnium dissimilitudine unus omnino Virgilius invenitur qui eloquentiam
6 ex omni genere conflaverit. Respondit Avienus: Apertius vellem
7 me has diversitates sub personarum exemplis doceres. Quattuor sunt, inquit Eusebius, genera dicendi: copiosum, in quo Cicero dominatur: breve, in quo Salustius regnat: siccum, quod Frontoni ascribitur: pingue et floridum, in quo Plinius Secundus quondam et nunc nullo veterum minor noster Symmachus luxuriatur. Sed apud unum Maronem haec quattuor genera reppe-
8 ries. Vis audire illum tanta brevitate dicentem, ut artari magis
[59] et contrahi brevitas ipsa non possit?

[Mss. APS.

om. P. „Scriptura fere referebat *et profundam rem mittas volo* [A *remittas*]. Sententiam meam non urgebo pertinaciter, quod tamen iniecit suspicio, non silebo, compendio nimirum scribendi elapsam fortassis legitimam lectionem *necessitatem alteram et profundam rem mittas volo.* Id certe a re non alienum, ut alluserit obiter ad augurum disciplinam qui *alteram avem* pro non bona sive improspera usurpabant. Unde postmodum, ut Festus [ap. Paul. lib. I. p 7.] docet, *alter* pro adverso subinde dicebatur et malo.“ Pont. — *non*] Cf. Virg. Ecl. III, 108.
5. *tenuis quidem* S. — *dicendi* add. a sec. m. A. — *dissimulatione* Svichg (hg in mg. *dissimilitudine*) M1P6. — *invenitur Virgilius* via (chg *Verg.*) P6. — *ut eloquentiam* P7. 6 *Quod genera dicendi. Cap.* vI. *Cap. I. Quot sint dicendi genera.* v3i. 8. *brevitas* (om. *ipsa*) P6. — *Et*

4. *istam .. necessitatem*] i. e. necessitatem de ea re, de qua tu vis, disputandi.

dixisse, quia] Vid. not. ad Comm. I, 6, 62.

Ecce] Cf. §§ 8. et 15. et vid. prolegg p. XLI.

in Cicerone vestro] dicit Eusebius, ut qui ipse sit Graecus. Cf. infra c. 2. § 17; I, 16, 43; prolegg. p. XXX.

torrens] Cf. § 19. *Torrentem* orationem dixerunt etiam Quintil. Inst. III, 8, 60. et Plin. N. H. XXVI, 3. s. 7.

5. *dicere adfectat*] e poetarum more dictum est; cf. Plaut. Bacch. III, 1, 10.; Ovid. A. A. II, 39.; Stat. Theb. I, 132.; Sil. IV, 138

quandam dicendi frugalitatem] Imitatur Quintilianum, qui XII, 10, 21.: *Quapropter*, inquit, *mihi falli multum videntur, qui solos esse Atticos credunt tenues .. et quadam eloquentiae frugalitate contentos.*

7. *Frontoni*] Hunc Eumenius Panegyric. Constant. 14. *Romanae eloquentiae non secundum sed alterum decus* dicit, et eius discipuli dicebantur *Frontoniani.* Cf. Sidon. Apoll. I, 1. Real-Enc. III, p. 521.

noster] dicitur Symmachus, ut qui interait convivio, non respectu

Et campos ubi Troia fuit.

Ecce paucissimis verbis maximam civitatem hausit et absorpsit: non reliquit ille nec ruinam. Vis hoc ipsum copiosissime dicat? 9

Venit summa dies et ineluctabile tempus
Dardaniae: fuimus Troes, fuit Ilium et ingens
Gloria Teucrorum. Ferus omnia Iuppiter Argos
Transtulit: incensa Danai dominantur in urbe.
O patria, o divum domus Ilium, et inclyta bello 10
Moenia Dardanidum!
Quis cladem illius noctis, quis funera fando
Explicet, aut possit lacrimis aequare dolorem?
Urbs antiqua ruit multos dominata per annos.

Quis fons, quis torrens, quod mare tot fluctibus quot hic verbis inundavit? Cedo nunc siccum illud genus elocutionis: 11

Turnus, ut ante volans tardum praecesserat agmen,
Viginti lectis equitum comitatus, et urbi
Inprovisus adest: maculis quem Thracius albis
Portat equus cristaque tegit galea aurea rubra.

Hoc idem quo cultu, quam florida oratione, cum libuerit, profertur? 12

Forte sacer Cybelae Choreus olimque sacerdos
Insignis longe Phrygiis fulgebat in armis,
Spumantemque agitabat equum, quem pellis aenis
In plumam squamis auro conserta tegebat.
Ipse peregrina ferrugine clarus et ostro
Spicula torquebat Lycio Cortynia cornu. . .
Pictus acu tunicas et barbara tegmina crurum. [60]

Sed haec quidem inter se separata sunt. Vis autem videre, 13

Edd. vicahgspdzb.]

campos] Aen. III, 11. — *fumat* A a p. m. — *absorbsit* (om. *et*) A. *et absorbuit* P6. — *relinquit* A. — *ille* ASv-h „B". *illi* g-bP. 9. *Venit*] Aen. II, 324. — *tempus* APSv-aM123P6 Virg. l. c. *fatum* (ut Virg. Aen. VIII, 334.) h-b. — *Dardani* (sup. add. *e*) A. *Dardanidae* hs-bP. — *gloria Dardanidum* h. — *agros* AP6. — *O patria*] Aen. II, 241. — *illum* A. — *inclita* AbP. *incluta* s-z. — *Dardanium* (sup. add. *d*) A. 10. *Quis*] Aen. II, 361. — *lacrimis possit* A (S *lachry.*). — *aequare labores* v-g Virg. l. c. 11. *Turnus*] Aen. IX, 47. 12. *proferetur* ASi-gb. — *Forte*] Aen. XI, 768. — *Cybele* Av-g. — *thoreus* A. Apud Virgilium nunc legitur *Chloreus*, sed vario modo discrepant codices: Mediceus habet *Choreus*. — *phrigus* A. — *aenis* add. a s. m. A. — *In plumam squamis* om. APSP6. — *gortinia* (sup. *c*) S. *Gortynia* recte legitur apud Virgil. — *Pictas* S. 14. *Saepe*] Georg. I, 84. — v. 6.

patriae, ut Cicero dicitur *vester* § 4.

8. *nec*] Vid. prolegg p. XLI. Hoc loco observandum est antecedere *non*, ut apud Graecos iunguntur particulae *οὐ* et *οὐδέ*.

10. *Quis .. inundavit*] Dicendum erat *Qui* et *redundavit*.

12. *profertur*] Praesens tempus e codicibus meis unus habet P, unde receptum est a Carrione, sed repudiatum a Bipontinis. Equidem putaverim futurum, *proferetur*, illatum esse ab iis qui *libuerit*, quod est perfectum coniunctivi, haberent pro futuro exacto, neque intelligerent haec esse referenda ad sequentia, in quibus idem sane describitur, habitus equi et equitis.

quemadmodum haec quattuor genera dicendi Virgilius ipse permisceat, et faciat unum quoddam ex omni diversitate pulcherrimum temperamentum?

14 *Saepe etiam steriles incendere profuit agros*
Atque levem stipulam crepitantibus urere flammis:
Sive inde occultas vires et pabula terrae
Pinguia concipiunt, sive illis omne per ignem
Excoquitur vitium atque exudat inutilis humor,
Seu plures calor ille vias et caeca relaxat
Spiramenta, novas veniat qua sucus in herbas,
Seu durat magis et venas astringit hiantes,
Ne tenues pluviae rapidive potentia solis
Acrior aut Boreae penetrabile frigus adurat.

15 Ecce dicendi genus quod nusquam alibi deprehendes, in quo nec praeceps brevitas nec infrunita copia, nec ieiuna siccitas nec laetitia pinguis.

16 Sunt praeterea stili dicendi duo dispari moralitate diversi. Unus est maturus et gravis, qualis Crasso adsignatur. Hoc Virgilius utitur, cum Latinus praecipit Turno:

O praestans animi iuvenis, quantum ipse feroci
Virtute exuperas, tanto me inpensius aequum est
Consulere, et reliqua.

17 Alter huic contrarius, ardens et erectus et infensus, quali est usus Antonius. Nec hunc apud Virgilium frustra desideraveris:

|Mss. APS.

relaxet SP6. 15. *infinita* Sv-g (M1 a sec. m.) M2. „Male. Nam *infrunitum* est verbum rarius et exquisitum.“ Zeun. Vid. not. 16. *Cap. III. Stili dicendi. vi. — O praestans*] Aen. XII, 19. 17. *usus*

15. *infrunita*] i. e. stupida, inepta, ut recte interpretatur Zeunius. Cf. Sen. de vit. beat. 23, 3. *Alterum infruniti animi est, alterum timidi et pusilli*, ubi Lipsius haec adnotavit: „Festus [ap. Paul. lib. VI. p. 92.] *Fruniscor et frunitum dixit Cato: nosque quum adhuc dicimus infrunitum, certum est antiquos dixisse frunitum*. Agellius IV. cap. 9. *Verba infrunita et obtundentia.* Noster de benef. III. cap. 16. [3] *Infrunita est et antiquaria.* Est quasi ἄφρων vel *infrons:* et in Glossis explicatur, ἀπειρόκαλος, *infrunitus insolens.*“ Apud Gellium l. c. vulgo legitur *infinita;* vox *infrunita* debetur Carrioni. Idem ille XVII, 2, 6. *frunisci* recte derivat a *fruendo.*

laetitia] Cf. Tacit. dial. de orat. 20. *Adfluens et vagus auditor adsuevit iam exigere laetitiam et pulchritudinem orationis*, et 14. *laeta .. poetarum quam oratorum similior oratio*, ad quem locum haec adnotavit Dronkius: „*Laetus* dicitur de genere dicendi ex ubertate quadam, metaphora fere poetica, qua *laetas* segetes dixit Virgilius. Ita Ernest. Lex. technol. Lat. rhet. p. 236. Cf. Spalding. ad Quintil. X, 1, 46. et XII, 9, 2.“ Adde Cic. de orat. I, 18, 81. *Nitidum quoddam genus est verborum et laetum*, et vid. infra § 19.

16. *moralitate*] Cf. I, 5, 4. *morali .. gravitate.*

qualis Crasso adsignatur] Cicero de or. II, 45, 188. ei tribuit *flumen gravissimorum optimorumque verborum.* Ceterum hic L. Licinius Crassus non est confundendus cum M. Crasso ἀγελάστῳ qui commemoratur II, 1, 6. Vid. not. seq.

17. *quali est usus Antonius*] Cf. Cic. de or. III, 9, 32. *Videtisne genus hoc quod sit Antonii? forte, vehemens, commotum in agendo, praemunitum et ex omni parte causae septum, acre acutum enucleatum, in unaquaque re com-*

— Haud talia dudum
Dicta dabas. Morere, et fratrem ne desere frater.

Videsne eloquentiam omni varietate distinctam? quam quidem 18
mihi videtur Virgilius non sine quodam praesagio quo se omnium [61]
profectibus praeparabat de industria permiscuisse, idque non mortali sed divino ingenio praevidisse: atque adeo non alium ducem secutus quam ipsam rerum omnium matrem naturam hanc praetexuit velut in musica concordiam dissonorum. Quippe si mun- 19
dum ipsum diligenter inspicias, magnam similitudinem divini illius et huius poetici operis invenies. Nam qualiter eloquentia Maronis ad omnium mores integra est, nunc brevis nunc copiosa nunc sicca nunc florida nunc simul omnia, interdum lenis aut torrens: sic terra ipsa hic laeta segetibus et pratis ibi silvis et rupibus hispida, hic sicca arenis hic irrigua fontibus, pars vasta aperitur mari. Ignoscite, nec nimium me vocetis, qui naturae rerum Vir- 20
gilium conparavi. Intra ipsum enim mihi visum est, si dicerem decem rhetorum qui apud Athenas Atticas floruerunt stilos inter se diversos hunc unum permiscuisse.

Edd. vicabgspdzb.]

est P. *usus* (om. *est*) zb. — *Haud*] Aen. X, 599. 18. *mihi quidem* S. — *de industria sua* s-bP. — *secutus ducem* A. — *concordiam dissonorum* Ai-p1b. „Recte. Nam auctor loquitur de artificio Virgilii qui ex diversis (*dissonis*) generibus dicendi effecerit unum (*harmoniam*).“ Zeun. *concordia dissonorum* SvM123. *concordiam sonorum* Pp2-z. 19. *et* (sup. *ad*) *omnium* A. 20. *dicere* „B“. — *permiscuisse. De rhetoricis observationibus Virgilius finit.* AP6.

morans, *honeste cedens*, *acriter insequens*, *terrens*, *supplicans*, *summa orationis varietate*, *nulla nostrarum aurium satietate.* Cum Crasso, quem triennio minorem fuisse refert Cicero Brut. 43, 161., hic laudatur ab eodem Cicerone Brut. 36, 138.; 57, 207; 59, 215; 88, 301; Orat. 30, 106; de or. I, 7, 24. De solo Antonio vid. Brut. 37, 139 sqq.

fratrem .. frater] Lucagum Liger ab Aenea occisus.

18. *non sine quodam praesagio quo se omnium profectibus praeparabat*] Haec si Mahul, ut mihi quidem videtur, recte sic vertit: „*qu'une sorte de préscience divine lui révélait, qu'il était destiné à servir de modèle à tous*,“ sententia relativa *quo .. praeparabat* posita est pro accusativo cum infinitivo qui penderet a voce *praesagio*, sic fere: „hoc modo sese ita praeparare ut omnium profectus maxime adiuvaret.“ Vertendum est ergo: „*Nicht ohne ein gewisses Vorgefühl, nach dem er sich für die Förderung der Bildung Aller vorbereitete.*“ Cf. § 2.

praetexuit] sc. operi suo. Sed quum ad totum opus, non ad eius principium tantum, hoc sit referendum, erat potius dicendum: *pertexuit.*

velut in musica] Cf. I, praef., 9.

19. *qualiter .. sic*] Vid. prolegg. p. xxxv. not.

integra] h. e. satis accommodata.

nunc simul omnia] i. e. nunc omnes illas virtutes complectitur.

20. *nimium*] i. e. excedentem modum. Cf. Tac. Hist. I, 35. *nimii verbis.*

Intra ipsum] Dicendum erat: *infra eum*, ut apud Quintil. XII, 9, 7. legitur: *tanquam infra eum sint.* Nam *intra* sic usurpatur nonnisi sequente numero, ut apud Quintil. I, 5, 30. *intra numerum trium syllabarum continetur*, et apud Liv. I, 43, 4. *intra centum.* Vid. Hand. Tursell. III, p. 378, 10. et 439, 17.

decem rhetorum] Cf. Lucian. Scyth. 10. Παιδείᾳ δὲ καὶ λόγων δυνάμει τῇ Ἀττικῇ δεκάδι παραβάλλοις ἄν. — *Rhetores* oratores dixisse vel Ciceronem (Brut. 11, 42; de orat. II,

II. Tunc Evangelus inridenti similis: Bene, inquit, opifici deo a rure Mantuano poetam conparas, quem Graecos rhetoras,
[62] quorum fecisti mentionem, nec omnino legisse adseveraverim. Unde enim Veneto rusticis parentibus nato, inter silvas et fruti-
2 ces educto, vel levis Graecarum notitia litterarum? Et Eustathius: Cave, inquit, Evangele, Graecorum quemquam vel de summis auctoribus tantam Graecae doctrinae hausisse copiam credas, quantam sollertia Maronis vel adsecuta est vel in suo opere digessit. Nam praeter philosophiae et astronomiae amplam illam copiam, de qua supra disseruimus, non parva sunt alia quae traxit
3 a Graecis et carmini suo tamquam illic nata conseruit. Et Praetextatus: Oratus sis, inquit, Eustathi, ut haec quoque communicata nobiscum velis, quantum memoria repente incitata suffecerit. Omnes Praetextatum secuti ad disserendum Eustathium provoca-
4 verunt. Ille sic incipit: Dicturumne me putatis ea quae vulgo nota sunt, quod Theocritum sibi fecerit pastoralis operis auctorem, ruralis Hesiodum, et quod in ipsis Georgicis tempestatis serenitatisque signa de Arati Phaenomenis traxerit, vel quod ever-

[Mss. APS.

II. *Caput II. Quae Vergilius traxerit a Graecis: quodque tota Aeneis effigiata sit ad exemplar Iliadis atque Odysseae Homericae.* ch-b.
1. *rhetores* Sv-g (cf. lib. IV. c. 4. § 19.; c. 6. § 13.). — „*Unde enim Vergilio* legendum.“ Meurs. Vid. not. — *educato* v-g. 2. *Eustachius* P6. *eustacheus* (sup. *i*) A. — *quemquam de* (om. *vel*) P6. — *vel suo* (sup. add. *in*) A. — *de qua* om. P. — *supra*] Vid. not. — *traxerit* v3ch. — *natus* S (M1 a sec. m). — *conseruit* Av-gM123P6. *disseruit* S. *inseruit* s-bP. 3. *communia* v. 4. *Dicturumne* s-bP. *Quae Virgilius traxit a graecis dicturumne* v-g (chg *Verg.*) M12P6. ℞ *Quae Virgilius traxit a grecis.* ℞ *Dicturumne* M3. *Quae .. a graecis dicturum* (om. *ne*) S. (*Dicturum* in nova linea A.) — *putetis*

3, 10; de finn. II, 6, 17. al.) adnotavit Heindorf. ad Horat. Sat. I, 10, 12. Add. Bremi ad Cornel. Epamin. 6, 3.

apud Athenas Atticas] legitur eodem modo infra VII, 1, 17. et apud Apuleium Metam. I, 24.; *Athenis Atticis* habet idem Florid. IV. (N. XVIII.) p. 86 et Plautus Rud. III, 4, 36., Mil. II, 1, 22., ubi Taubmannus confert Lucilianum [III, 4.] *Campana Capua*, et Epic. III, 4, 65., ubi idem dicit sic Athenas distingui a quinque aliis quas recenseret Stephanus Byzant.; *Athenas Atticas* denique Plaut. Truc. II, 6, 16. De praepositione vid. not. ad I, 20, 6.

II, 1. *Evangelus*] Vid. prolegg. p. XXXI, m.

opifici deo] Cf. VII, 14, 23. et Comm. II, 10, 9. *mundum fuisse .. conditore deo*, et infra c. 11, § 16. *sanguis ille opifex*.

nec omnino legisse] i. e. omnino ne legisse quidem. Vid. prolegg. p. XLI.

Veneto] Cf. Sidon. ep. poet. IX, 15. extr. *Venetam lacessat ut favore Mantuam*.

2. *philosophiae et astronomiae*] Cf. I, 24, 18. *Ni me maior ammiratio de astrologia totaque philosophia teneret, quam parcus et sobrius operi suo .. aspersit.* Disputationem ipsam, quae desideratur, secundi diei primam fuisse apparet ex eodem capite § 21.

tamquam illic nata] Cf. I, 24, 18. *Quanta de Graecis cautus et tamquam aliud agens modo artifici dissimulatione modo professa imitatione transtulerit.*

conseruit] Hoc verbo fortasse usus est Macrobius, quo magis exprimeret arctam cum ipso opere coniunctionem. Alioquin accommodatius est *inseruit*.

4. *quod*] Vid. not. ad Comm. I, 13, 18.

sionem Troiae cum Sinone suo et equo ligneo ceterisque omnibus quae librum secundum faciunt a Pisandro paene ad verbum transcripserit: qui inter Graecos poetas eminet opere quod a 5
nuptiis Iovis et Iunonis incipiens universas historias quae mediis omnibus seculis usque ad aetatem ipsius Pisandri contigerunt in unam seriem coactas redegerit et unum ex diversis hiatibus temporum corpus effecerit, in quo opere inter historias ceteras interitus quoque Troiae in hunc modum relatus est, quae Maro fide-[63] liter interpretando fabricatus sibi est Iliacae urbis ruinam? Sed 6
et haec et talia ut pueris decantata praetereo. Iam vero Aeneis ipsa nonne ab Homero sibi mutuata est errorem primum ex Odyssea, deinde ex Iliade pugnas? quia operis ordinem necessario rerum ordo mutavit, cum apud Homerum prius Iliacum bellum gestum sit, deinde revertenti de Troia error contigerit Ulixi, apud Maronem vero Aeneae navigatio bella quae postea in Italia sunt gesta praecesserit. Rursus Homerus in primo, cum vellet 7
iniquum Graecis Apollinem facere, causam struxit de sacerdotis iniuria: hic, ut Troianis Iunonem faceret infestam, causarum sibi congeriem conparavit. Nec illud cum cura magna relaturus sum, 8
licet, ut aestimo, non omnibus observatum, quod, cum primo versu promisisset producturum sese de Troiae litoribus Aeneam:

Edd. vicahgspdzb.]
M2. *putas* P6. — *deaurati phaen.* A. — *ceterisque aliis* P6. — *ad verbum penetrans scripserit* A. 5. *contingerunt* A. — *fideliter Maro* Edd. S. — *est sibi* Edd. P. 6. *pueris* (om. *ut*) P. — *ordine* P6. — *ulixi* A. *ulyxi* Svi. *Ulyssi* c-bP. — *gesta sunt* S. 7. *Hinc* g in mg. 8. *existimo* Sv3b. *extimo* vl. — *in omnibus* (om. *non*) S. — *se* S. — *de troiae finibus* P. — *Troiae*] Aen. I, 1. — *Lavinaque*] Mss. et Edd.

a Pisandro] Hoc non quadrat cum iis quae leguntur apud Suidam, qui Pisandro maiori tribuit unum poema quod fuisset inscriptum *Ἡράκλεια*, et de minore tradit haec: *Πείσανδρος, .. γεγονὼς ἐπὶ Ἀλεξάνδρου βασιλέως τοῦ Μαμαίας παιδός, ἐποποιὸς καὶ αὐτός· ἔγραψεν ἱστορίαν ποικίλην δι' ἐπῶν, ἣν ἐπιγράφει Ἡραϊκῶν Θεογαμιῶν, ἐν βιβλίοις* ξξ, ut aetate multo posterior Virgilio fuisse dicatur, quem ex eo hausisse refert Macrobius. Inscriptio *Ἡραϊκῶν Θεογαμιῶν* videtur respondere iis quae sequuntur infra § 5.: *a nuptiis Iovis et Iunonis incipiens*, sed Heynius in Excurs. I. ad Virg. Aen. lib. II. recte monuit adiectivum *Ἡραϊκῶν* esse formam inauditam, ideoque legendum esse *Ἡρωϊκῶν*, quod probavit Bernhardyus ad Suid. l. c.: iidemque viri docti censent errorem commisisse Macrobium et praeterea Io. Merrick. ad Tryphiodor. Diss. p. LXIV sqq., sed Valckenarius in Diatribe in Eurip. p. 24. et Kusterus ad Suidam l. c., hunc ipsum duo Pisandros confudisse statuerunt, et iuniori assignasse poema, quod vetustiori tribuendum esset. Welckerus, der epische Cyclus p. 99., theogamias istas nescio quem Alexandrinorum veteris Pisandri nomine composuisse suspicatur. Macrobium de vetere poeta cogitasse docent verba: *universas historias quae mediis omnibus seculis usque ad aetatem ipsius Pisandri contigerunt.*

5. *quod*] Est accusativus pendens a verbo *incipiens*, nisi forte mavis statuere Macrobium scripsisse *quo*, idque mutatum esse in *quod*, quoniam complura incisa in iis quae proxime antecedunt ab hac particula incipiunt.

historias, quae .. contigerunt] i. e. res dignas memoria.

7. *sacerdotis*] Chrysae, cf. Iliad. ά, 11.

causarum .. congeriem] Sumpsit Virgilius illas et a Carthagine

— *Troiae qui primus ab oris*
Italiam fato profugus Lavinaque venit
Litora,

ubi ad ianuam narrandi venit, Aeneae classem non de Troia sed de Sicilia producit:

Vix e conspectu Siculae telluris in altum
Vela dabant laeti.

9 Quod totum Homericis filis texuit. Ille enim vitans in poemate historicorum similitudinem, quibus lex est incipere ab initio rerum et continuam narrationem ad finem usque perducere, ipse poetica disciplina a rerum medio coepit et ad initium post re-
10 versus est. Ergo Ulixis errorem non incipit a Troiano litore de-
[64] scribere, sed facit eum primo navigantem de insula Calypsonis, et ex persona sua perducit ad Phaeacas. Illic in convivio Alcinoi regis narrat ipse quemadmodum de Troia ad Calypsonem usque pervenerit. Post Phaeacas rursus Ulixis navigationem usque ad
11 Ithacam ex persona propria poeta describit. Quem secutus Maro Aeneam de Sicilia producit, cuius navigationem describendo perducit ad Libyam. Illic in convivio Didonis narrat ipse Aeneas usque ad Siciliam de Troia navigationem suam: et addidit uno versu quod iam copiose poeta descripserat:

Hinc me digressum vestris deus adpulit oris.

12 Post Africam quoque rursus poeta ex persona sua iter classis usque ad ipsam descripsit Italiam:

Interea medium Aeneas iam classe tenebat
Certus iter.

13 Quid, quod et omne opus Virgilianum velut de quodam Homerici operis speculo formatum est? Nam et tempestas mira imita-

[Mss. APS.

probante Servio. *Laviniaque* Virg. cod. Med. — *Vix*] Aen. I, 34. — *leti et sp.* S. — *texit* s-z. „Lege cum Ed. vet. *texuit.*“ Zeun. 9. *Ipse enim v.* — *ab exordio* P. — *continuam rationem* P. 10. *ulyxis* Svi. *Ulyssis* c-bP (bis). — *primo*] Od. α', 11-95., et ε'-θ'. — *Illic*] Od. ι'-μ'. — *rursus*] Od. ν' sqq. 11. *Maro*] lib. I. — *Illic*] lib. II. — *Didonis* om. P. — *ipse narrat enias* S. — *iam* om. s-b. — *Hinc*] Aen. III, 715. 12. *clausis* A. — *describit* Edd. — *Interea*] Aen. V, 1.

aemula Romae et a Paridis iudicio raptuque Ganymedis, cf. Aen. I, 8 sqq.

8. *primo versu*] Non agnoscit ergo Macrobius quattuor illos versus in codice quidem Mediceo omissos sed vulgo e Servii Donatique auctoritate primo Aeneidos libro praemissos.

ad ianuam narrandi] Vid. not. ad Comm. I, 2, 4.

9. *vitans .. historicorum similitudinem*] Cf. c. 14. § 11. *ut historicum stilum vitet.*

10. *Calypsonis*] De hoc genitivo, et de formis quae sequuntur, *Calypsonem* et *Didonis*, vid. Schneider. Formenl. p. 146 sq. et Oudendorp. ad Apul. Metam. I, p. 107.

ex persona sua perducit] Homerus; sed *ipse* dicitur Ulixes. Cf. § 11. *ipse Aeneas* et § 12. *poeta ex persona sua.*

Post Phaeacas] i. e. Post ea quae referuntur apud Phaeacas vel dicta vel facta; cf. § 12. *Post Africam*, et vid. not. ad Comm. I, 1, 7.

13. *de quodam Homerici operis speculo*] Cf. Lucret. III, 987. *Hoc igitur speculum nobis natura futuri Temporis exponit*, et Cic. de fin. II, 10, 32. *Quae* (Epicurus) *putat esse specula naturae.*

tione descripta est (versus utriusque qui volet conferat), ut Venus in Nausicaae locum Alcinoi filiae successit, ipsa autem Dido refert speciem regis Alcinoi convivium celebrantis. Scylla quoque 14 et Charybdis et Circe decenter attingitur, et pro Solis armentis Strophades insulae finguntur. At pro consultatione inferorum descensus ad eos cum comitatu sacerdotis inducitur. Ibi Palinurus Elpenori, sed et infesto Aiaci infesta Dido et Tiresiae consiliis Anchisae monita respondent. Iam praelia Iliadis et vulnerum 15 non sine disciplinae perfectione descriptio et enumeratio auxilio- [65] rum duplex et fabricatio armorum et ludicri certaminis varietas ictumque inter reges et ruptum foedus et speculatio nocturna et legatio reportans a Diomede repulsam Achillis exemplo, et super Pallante ut Patroclo lamentatio, et altercatio ut Achillis et Agamemnonis ita Drancis et Turni, utrobique enim alter suum alter publicum commodum cogitabat, pugna singularis Aeneae atque Turni ut Achillis et Hectoris, et captivi inferiis destinati ut illic Patrocli hic Pallantis:

— Sulmone creatos
Quattuor hic iuvenes, totidem quos educat Ufens,
Viventes rapit, inferias quos immolet umbris.

Quid, quod pro Lycaone Homerico, qui inter fugientes deprehen- 16 sus non mirum si ad preces confugerat, nec tamen Achilles propter occisi Patrocli dolorem pepercit, simili conditione Magus in medio tumultu subornatus est:

Edd. vicahgspdzb.]

13. *versus utriusque*] Aen. I, 81 seqq. et Odyss έ, 291 seqq. — *Venus*] Aen. I, 314 seqq. — *Nausicaae*] Od ζ', 139 seqq. — *nausia ce* A. *nausiteae* S. — *Dido*] Aen. I, 446 et 697 seqq. — *Alcinoi*] Od. ή, 82. et ϑ', 57 seqq. 14. *Scylla et Charybdis*] Od. μ', 235 seqq. Aen. III, 420 seqq. — *Circe*] Od. ϰ', 135 seqq. Aen. VII, 10 seqq. — *pro Solis armentis*] Od. μ', 262 seqq. — *Strophades*] Aen III, 209 seqq. — *pinguntur* S. — *pro consultatione inferorum*] Od. λ', 23 seqq. — *descensus*] Aen. VI, 236 seqq. — *Palinurus*] Aen. VI, 337. — *Elpenori*] Od. λ', 51. *elponeri* A. *Epenori* s–b. — *Aiaci*] Od λ', 543 sqq. — *Dido*] Aen. VI, 450 sqq — *Tiresiae*] Od. λ', 90 sqq. — *Anchisae*] Aen. VI, 679 sqq. 15. *enumeratio auxiliorum*] Iliad. β', 484 seqq. et Aen. VII, 641 seqq. — *fabricatio armorum*] Il. σ', 369 seqq. et Aen. VIII, 370 sqq. — *ludicri certaminis*] Il. ψ', 257 sqq. et Aen. V, 104 sqq. Cf. infra c. 7. § 4 sqq. — *ictum inter reges et ruptum foedus*] Il. γ', 264 seqq., δ', 104 seqq. et Aen. VII, 266. et 616 sqq. — *speculatio nocturna*] Il. ϰ', 299 seqq. et Aen. IX, 176 sqq. — *a Diomede*] Aen. XI, 226 sqq. — *repulsa* PSP6. — *Achillis*] Il. ί, 307 sqq. — *super Pallante*] Aen. X, 505 seqq. — *Patroclo*] Il. σ', 6 seqq. — *altercatio Achillis et Agamemnonis*] Il. ά, 121 seqq. — *Drancis et Turni*] Aen. XI, 336 seqq. — *pugna singularis Aeneae atque Turni*] Aen. XII, 11 seqq. — *Achillis et Hectoris*] Il. χ', 35 seqq. — *inferis* S. *inferris* (sup. iis) A. — *Patrocli*] Il. φ', 26 sqq. — *Pallantis*] Aen. X, 517. — *hic* om. A.
16. *Lycaone*] Il. φ', 34. — *sed ad preceps* A. — *Magus*] Aen. X,

14. *sacerdotis*] Cf. Virg. Aen. VI, 35 sq. *Phoebi Triviaeque sacerdos, Deiphobe Glauci*, quae ibid. v. 98. nominatur *Cumaea Sibylla*.

15. *ut Patroclo*] Addenda erat praepositio *super*. Cf. Krueger. Gramm. d. l. Spr. § 691. Not. 2.

16. *qui .. pepercit*] Miro modo mutatur subiectum omnino non monito lectore. Dicendum erat saltem: *nec tamen ei Achilles pepercit.*

in medio tumultu] i c. in medio proelio.

Inde Mago procul infestam contenderat hastam?

Et, cum ille genua amplectens supplex vitam petisset, respondit:

— Belli commercia Turnus
Sustulit ista prior, iam tum Pallante perempto.

17 Sed et insultatio Achillis in ipsum Lycaonem iam peremptum in Tarquitium a Marone transfertur. Ille ait:

Ἐνταυθοῖ νῦν κεῖσο, et cetera;

[66] at hic vester:

Istic nunc, metuende, iace, et reliqua.

III. Et si vultis me et ipsos proferre versus ad verbum paene translatos, licet omnes praesens memoria non suggerat, tamen qui se dederint obvios annotabo:

2 *Νευρὴν μὲν μαζῷ πέλασεν, τόξῳ δὲ σίδηρον.*

Totam rem quanto compendio lingua ditior explicavit? Vester, licet periodo usus, idem tamen dixit?

Adduxit longe, donec curvata coirent
Inter se capita, et manibus iam tangeret aequis,
Laeva aciem ferri, dextra nervoque papillam.

3 Ille ait: *— Οὐδέ τις ἄλλη*
φαίνετο γαιάων, ἀλλ' οὐρανὸς ἠδὲ θάλασσα.
— Nec iam amplius ulla
Adparet tellus, caelum undique et undique pontus.

4 *Πορφύρεον δ' ἄρα κῦμα περιστάθη, οὔρεϊ ἶσον,*

[Mss. P (AS om. Graec.).

521. — *cum tenderet* chg (g in mg. *contenderat*). *contuderat* i. — *vitam supplex* Sc-g. *vitam supplexque* vi. — *Belli*] Aen. X, 532. — *abstulit* P6. 17. *Tarquitum* v (Virg. Aen. X, 550.). *tarquinum* S. — *Ἐνταυθοῖ*] Il. φ', 122. — *Ἐνταυθοῖ νῦν κεῖσο et cetera* APSP6. *Ἐνταυθοῖ νῦν κεῖσο μετ' ἰχθύσιν, οἵ σ' ὠτειλῆς Αἷμ' ἀπολιχμήσονται ἀκηδέες, οὐδέ σε μήτηρ Ἐνθεμένη λεχέεσσι γοήσεται, ἀλλὰ Σκάμανδρος Οἴσει δινήεις εἴσω ἁλὸς εὐρέα κόλπον*, etc. Edd. — *hic noster* Sv-gP6 (hg in mg. *vester*). — *Istic*] Aen. X, 557.

III. *Caput III. De diversis Vergilii locis ex Homero traductis.* ch-b. 1. *me ipsos* (om. *et*) S. 2. *Νευρὴν*] Il. δ', 123. — ΝΕΥΡΕΝΝ (om. *μὲν*) A. *Νευρέην* „Angl". ΝΥΡΗΝ (om. *μὲν*) P. — ΤΟΞ *Totam* (om. *δὲ σίδ.*) A. — *lingua doctior* P6. — *Adduxit*] Aen. XI, 860. *Et duxit* Virg. — *dextera* A. *dextro* s-z. 3. *Ille ait* om. v-g. — *Οὐδέ τις*] Od. μ', 403. *Ἀλλ' ὅτε δὴ τὴν νῆσον ἐλείπομεν οὐδέ τις* v-g. — *θάλασσα* (vi *θάλαττα*) *Δὴ τότε κυανέην νεφέλην ἔστησε Κρονίων Νηὸς ὕπερ γλαφυρῆς· ἤχλυσε δὲ πόντος ὑπ' αὐτῆς.* Edd. — *Nec*] Aen. III, 192. — *ullae Apparent terrae* c-g Virg. 4. *Πορφύρεον*] Od. λ', 243. *Πορφύρεον ... κυρτωθὲν* om. vic. —

17. *vester*] Vid. not. ad c. 1. § 4. Eustathium fuisse Graecum apparet e prolegg. p. xxx. Sic etiam infra loquentem facit Eustathium Macrobius, nisi quod c. 21. § 7. dicit: *Sed nec cymbia in nostro sermone reperies*, et § 9. *apud Graecos et apud nos.*

III, 1. *praesens*] dicitur memoria, ut alibi (cf. Cic. in Verr. act. II. lib. IV, 49, 107. Virg. Georg. II, 127. Colum. VI, 14.) auxilium vel remedium, nisi mavis huic adiectivo tribuere factitivam, quam dicunt, vim, ut *memores* apud Horatium dicuntur *fasti* Od. III, 17, 4. et IV, 14, 4. et *vigiles lucernae* ib. III, 8, 14., vel comparare id quod dicit Plinius N. H. XVII, 1. § 4. *Crassus .. praesens ingenio semper.* Ceterum dicendum erat: *licet memoria mea non satis sit praesens ut suggerat omnes.*

2. *lingua ditior*] i. e. lingua Graeca, quamvis sit ditior.

Vester] Cf. c. 2. § 17.

κυρτωθέν.
Curvata in molis faciem circumstetit unda.
Et de Tartaro ille ait: 5
Τόσσον ἔνερθ' Ἀΐδεω, ὅσον οὐρανός ἐστ' ἀπὸ γαίης.
Bis patet in praeceps tantum tenditque sub umbras,
Quantus ad aethereum caeli suspectus Olympum. [67]
Αὐτὰρ ἐπεὶ πόσιος καὶ ἐδητύος ἐξ ἔρον ἕντο. 6
Postquam exempta fames, et amor conpressus edendi.
Τῷ δ' ἕτερον μὲν δῶκε θεὸς, ἕτερον δ' ἀνένευσε· 7
νηῶν μὲν οἱ ἀπώσασθαι πόλεμόν τε μάχην τε
δῶκε, σόον δ' ἀνένευσε μάχης ἐξαπονέεσθαι.
Audiit, et votis Phoebus succedere partem
Mente dedit, partem volucres dispersit in auras.
Νῦν δὲ δὴ Αἰνείαο βίη Τρώεσσιν ἀνάσσει, 8
καὶ παίδων παῖδες, τοί κεν μετόπισθε γένωνται.
Hic domus Aeneae cunctis dominabitur oris,
Et nati natorum et qui nascentur ab illis.
Καὶ τότ' Ὀδυσσῆος λύτο γούνατα καὶ φίλον ἦτορ. 9
et alibi: *Αἴας δ' ἐῤῥίγησε κασιγνήτοιο πεσόντος.*
Hic de duobus unum fabricatus est:
Extemplo Aeneae solvuntur frigore membra.
Πότνι' Ἀθηναίη, ἐρυσίπτολι, δῖα θεάων, 10
ἆξον δὴ ἔγχος Διομήδεος, ἠδὲ καὶ αὐτὸν
πρηνέα δὸς πεσέειν Σκαιῶν προπάροιθε πυλάων.
Armipotens, praesens belli, Tritonia virgo,

Edd. vicahgspdzb.]
κυμα παπιcτατο P (fort. pro *παρίστατο*). — *κυτωτεν* (sup. *ϑ*) P. — *Curvata*] Georg. IV, 361. — *in* om. S. — *molis* APvi. *mollis* SP6. *montis* (ut Virg. l. c.) c-b. 5. *Τόσσον*] Il. *ϑ'*, 16. — *Bis*] Aen. VI, 578. — *aetherium* A. 6. *Αὐτὰρ*] Il. *ά*, 469. al. — *Postquam*] Aen. VIII, 184. 7. *Τῷ δ'*] Il *π'*, 250. *Ὡς ἔφατ' εὐχόμενος· τοῦ δ' ἔκλυε μητίετα Ζεύς.* *Τῶδ'* Edd. (b *Τῶδ'*). — *αωκιθεοc* P. *ἔδωκε πατὴρ* (ut Hom. l. c.) Edd. — *δ'* om. P. — *ἀνένευσεν·* v-g. — *δῶκες* i. — *Audiit*] Aen. XI, 794. — *votis Phoebus* P6 Codd. nonnulli Virg. *votis foebus* A. *phoebus votis* P. *voti Phoebus* (ut edd. Virg.) v-g. *Phoebus voti* s-bS. 8. *Νῦν*] Il. *ύ*, 307. *Νῦν ... ἀνάσσει* om. v-a. — *ἀνάξει* (ut Hom. l. c.) h-b. — *παῖδες παίδων* c-g. — *Hic*] Aen. III, 97. 9. *et alibi ille ait: Καὶ* Edd. *Καὶ*] Od. *έ*, 297. — *ἦτορ.* *Ὀχθήσας δ' ἄρα εἶπε πρὸς ὃν μεγαλήτορα θυμόν.* Edd. — *et alibi* om. v-g. *et alibi ille ait* S. — *Αἴας*] Apud Homerum legitur: Il. *ϑ'*, 330. *Αἴας δ' οὐκ ἀμέλησε κασιγνήτοιο πεσόντος*, et *ό*, 436. *Αἴας δ' ἐῤῥίγησε κασίγνητον δὲ προσηύδα.* Vid. not. *αιαc διεppiγ* (lacuna) *κacιγnhτoio πεcoντoc* P. om. Edd. — *Extemplo*] Aen. I, 92.
10. *Πότνι'*] Il. *ζ'*, 305. — *Πότνι' ... θεάων* om. v-a. — *αθhna ine pyπτoλα* (sup. *l*) P. — *παpoiθεnyλαωn* (om. *προ*) P. — *Armipotens*] Aen. XI, 483. — *praesens* APSviM123 ap. Virg. codd. nonnulli, inter

9. *Αἴας .. πεσόντος*] Videtur Macrobius ante oculos habuisse exemplar Homeri, in quo in Il. *ϑ'*, 330. verbum *ἐῤῥίγησε* translatum erat ex *ό*, 436. Vid. nott. ad § 12., c. 6. § 2.
10. *praesens belli*] Apud Macrobium quin sic sit scribendum non est dubitandum; sed apud Virgilium praetulerim *praeses* propter genitivum *belli*, quamvis Horatius Od. I, 35, 1 sqq. habeat: *O diva .. Praesens vel imo tollere de gradu Mortale corpus.*

Frange manu telum Phrygii praedonis et ipsum
Pronum sterne solo portisque effunde sub ipsis.
11 Οὐρανῷ ἐστήριξε κάρη καὶ ἐπὶ χθονὶ βαίνει.
Ingrediturque solo et caput inter nubila condit.

12 Ille de somno ait:

Νήδυμος, ἥδιστος, θανάτῳ ἄγχιστα ἐοικώς.

Hic posuit:

[68] *Dulcis et alta quies placidaeque simillima morti.*
13 Ναὶ μὰ τόδε σκῆπτρον, τὸ μὲν οὔποτε φύλλα καὶ ὄζους
φύσει, ἐπειδὴ πρῶτα τομὴν ἐν ὄρεσσι λέλοιπεν,
οὐδ' ἀναθηλήσει· περὶ γάρ ῥά ἑ χαλκὸς ἔλεψεν
φύλλα τε καὶ φλοιόν· νῦν αὖ τέ μιν υἷες Ἀχαιῶν
ἐν παλάμαις φορέουσι δικασπόλοι, οἵτε θέμιστας
πρὸς Διὸς εἰρύαται.
14 *Ut sceptrum hoc (dextra sceptrum nam forte gerebat)*
Numquam fronde levi fundet virgulta neque umbram,
Cum semel in silvis imo de stirpe recisum
Matre caret, posuitque comas et brachia ferro,
Olim arbos, nunc artificis manus aere decoro
Inclusit, patribusque dedit gestare Latinis.

15 Sed iam, si videtur, a collatione versuum translatorum facesso, ut nec uniformis narratio pariat ex satietate fastidium et sermo
16 ad alia non minus praesenti causae apta vertatur. Perge quaeso, inquit Avienus, omnia quae Homero subtraxit investigare. Quid enim suavius quam duos praecipuos vates audire idem loquentes? quia, cum tria haec ex aequo inpossibilia putentur, vel Iovi fulmen vel Herculi clavam vel versum Homero subtrahere, quod, etsi fieri posset, alium tamen nullum deceret vel fulmen praeter Iovem iacere, vel certare praeter Herculem robore, vel canere

[Mss. P (AS om. Graec.).

quos Medic. a sec. m. *praeses* (ut ap. Virg. vulgo) c-b. — *sub altis* Virg. l. c. 11. *Οὐρανῷ*] Il. δ', 443. *Ἥτ' ὀλίγη μὲν πρῶτα κορύσσεται, αὐτὰρ ἔπειτα Οὐρανῷ* Edd. — *Ingreditur*] Aen. IV, 177. et X, 767. 12. *Νήδυμος* P. Cf. Od. ν', 79. et 80. *Νήδυμος ... posuit* om. vi. *Καὶ τῷ νήδυμος ὕπνος ἐνὶ βλεφάροισιν ἔπιπτε, Νήγρετος ἥδιστος* (ut Homer. l. c.) c-b (c-g om. *hic posuit*; c in mg.: „Locus restitutus ex 13 odyss.“). — *Dulcis*] Aen. VI, 522. 13. *Ναὶ*] Il. ά, 234. *Ἀλλ' ἔκ τοι ἐρέω, καὶ ἐπὶ μέγαν ὅρκον ὀμοῦμαι. Ναὶ* c-b. — *ΦΙΛΛΑΚΟΖΟΙΟ* P. — *ἔλεψε* b — *παλάμῃς* Edd. ut Hom. l. c. — *ΦΕΡΕΟΥCΙ ΔΙΚΑCΑΛΛΙΟΙΟΤΕ* P. — *εἰρύαται· ὁ δέ τοι μέγας ἔσσεται ὅρκος* v-g. 14. *Ut*] Aen. XII, 206. — *hoc dextra. sceptrum* AS. — *nec* SP6. — *umbra* ASP6. *umbras* Virg. — *immo* A. — *Inclusis* ASP6.
15. *si* om. S. 16. *de Homero* Sv-gP6. — *putentur* ASv-gM123P6. *iudicentur* s-bP. — *possent* hs-bP. — *nullum deterreret* P6. — „*cla-*

12. *Νήδυμος*] Ex antecedenti in hunc versum translata est haec vox, ut videatur in Macrobii exemplari Homerico locum mutasse cum voce *νήγρετος*, nisi forte ipse hanc vocem in hoc loco posuit, quia Virgilii versus incipit a voce *Dulcis*. Cf. § 9.

15. *si videtur*] i. e. si vobis placet, *εἰ δοκεῖ*.

***a collatione .. facesso*] Cf. Enn. ap. Non. p. 306, 29. *Vos ab hoc facessite*, et Cic. de leg. I, 13, 39. *Ab omni societate rei publicae ... paullisper facessant, rogemus*.**

quod cecinit Homerus: hic oportune in opus suum quae prior vates dixerat transferendo fecit ut sua esse credantur. Ergo pro voto omnium feceris, si cum hoc coetu communicata velis quae- [69] cumque vestro noster poeta mutuatus est. Cedo igitur, Eusta- 17 thius ait, Virgilianum volumen, quia locos singulos eius inspiciens Homericorum versuum promptius ammonebor. Cumque Symmachi iussu famulus de bibliotheca petitum librum detulisset, temere volvit Eustathius, ut versus quos fors obtulisset inspiceret, et: Videte, inquit, portum ad civitatem Didonis ex Ithaca mi- 18 grantem:

Est in secessu longo locus; insula portum
Efficit obiectu laterum, quibus omnis ab alto
Frangitur inque sinus scindit sese unda reductos.
Hinc atque hinc vastae rupes geminique minantur
In caelum scopuli, quorum sub vertice late
Aequora tuta silent: tum silvis scena coruscis
Desuper horrentique atrum nemus inminet umbra.
Fronte sub adversa scopulis pendentibus antrum:
Intus aquae dulces vivoque sedilia saxo,
Nympharum domus. Hic fessas non vincula naves
Ulla tenent, unco non adligat anchora morsu.

Φόρκυνος δέ τίς ἐστι λιμήν, ἁλίοιο γέροντος, 19
ἐν δήμῳ Ἰθάκης· δύο δὲ προβλῆτες ἐν αὐτῷ
ἀκταὶ ἀποῤῥῶγες λιμένος ποτιπεπτηυῖαι·
αἵτ' ἀνέμων σκεπόωσι δυσαήων μέγα κῦμα
ἔκτοθεν· ἔντοσθεν δέ τ' ἄνευ δεσμοῖο μένουσι
νῆες ἐΰσσελμοι, ὅταν ὅρμου μέτρον ἵκωνται.
αὐτὰρ ἐπὶ κρατὸς λιμένος τανύφυλλος ἐλαίη·
ἀγχόθι δ' αὐτῆς ἄντρον ἐπήρατον ἠεροειδὲς,
ἱρὸν νυμφάων αἳ Νηϊάδες καλέονται.

Edd. vicahgspdzb.]
rere praeter Herculem scriptus, non absone; nam, ut verba Firmiani sunt I, 9. *Hercules ob virtutem clarissimus.*“ Pont. (A *certare*). — *hic oporteret* A. — *vestro noster* APSviM13. *vester a nostro* M2. *a vestro noster* c-b.
17. *eius singulos* Edd. — *tenere voluit* S. — *Eustachius* vi. — *et versus* AP6. . *Et dum versus* v-g. „Non male.“ Zeun. *et cum versus* „B“. — *detulisset* P. 18. *Videte* (om. *et*) v-g. — *Est*] Aen. I, 159. — v. 10. *His fessas* p2dz. 19. *Φόρκυνος*] Od ν', 96. ,— v. 5. *ΕΚΤΟϹΕΕΝ* P. *ἔκτοσθ'* vi. — *δὲ ἄνευ* (om. *τ'*) c-b. — v. 6. *ΜΕΤΡΩΚΩΝΤΑΙ* P. — v. 7. *ΕΠΙΚΡΙΤΟϹ* P. *ἐπεὶ κρατὸς* h. — v. 9. *ΙΠΟΝ* P. *ἱρῶν* v-a. *ἱερῶν* h. *ἱερὸν* gb. — *καλέονται Ἐν δὲ κρητῆρές τε καὶ ἀμφιφορῆες ἔασιν λάϊνοι, ἔνθα δ' ἔπειτα τιθαιβώσσουσι μέλισσαι.* Edd.

16. *Homero subtraxit*] tamquam invito.

ut sua esss credantur] Haec huius verbi constructio invenitur apud Quintil. Inst. III, 1, 11. et XII, 7, 3. al.

vestro noster poeta mutuatus est] Dicendum erat *a vestro*, ut inde a Coloniensibus legitur in omnibus editionibus: sed codicum consensus nos Macrobium soloecismo liberare vetat. Ceterum h. l. *vester* est Homerus, *noster* Virgilius, quia loquitur Avienus. Vid. not. ad c. 2. § 17. et prolegg. p. XXVIII sq.

17. *Symmachi iussu*] Ex hoc ipso loco apparet in Symmachi domo habitam esse hanc disputationem. Vid. prolegg. p. XXXIII.

[70] IV. Et cum rogasset Avienus ut non sparsim sed ab initio per ordinem annotaret, ille manu retractis in calcem foliis sic exorsus est:

2 *Aeole, namque tibi divum pater atque hominum rex*
Et mulcere dedit fluctus et tollere vento.

Κεῖνον γὰρ ταμίην ἀνέμων ποίησε Κρονίων,
ἠμὲν παυέμεναι ἠδ' ὀρνύμεν, ὅν κ' ἐθέλησιν.

3 *Sunt mihi bis septem praestanti corpore nymphae:*
Quarum quae forma pulcherrima, Deiopeia,
Connubio iungam stabili propriamque dicabo.

Ἀλλ' ἴθ', ἐγὼ δέ κέ τοι Χαρίτων μίαν ὁπλοτεράων
δώσω ὀπυιέμεναι, καὶ σὴν κεκλῆσθαι ἄκοιτιν.

4 Tempestas Aeneae Aeolo concitante cum adlocutione ducis res suas conclamantis de Ulixis tempestate et adlocutione descripta est, in qua Aeoli locum Neptunus optinuit. Versus, quoniam utrobique multi sunt, non inserui: qui volet legere ex hoc versu habebit exordium:

Haec ubi dicta, cavum conversa cuspide montem,

et apud Homerum de quinto Odysseae:

Ὣς εἰπὼν, σύναγεν νεφέλας, ἐτάραξε δὲ πόντον.

5 *Ut primum lux alma data est, exire locosque*
Explorare novos, quas vento accesserit oras,
[71] *Qui teneant, nam inculta videt, hominesne feraene,*
Quaerere constituit, sociisque exacta referre.

Ἀλλ' ὅτε δὴ τρίτον ἦμαρ ἐϋπλόκαμος τέλεσ' Ἠώς,
καὶ τότ' ἐγὼν ἐμὸν ἔγχος ἑλὼν καὶ φάσγανον ὀξὺ
καρπαλίμως παρὰ νηὸς ἀνήϊον ἐς περιωπὴν,

[Mss. P (AS om. Graec.).

IV. *Caput IV. De iis, quae in primo Aeneidos sunt ex Homero traducta.* ch-b. 1. *rogassent* P6 *regnasset* h. — *retractatis* P6. 2. *Aeole*] Aen. I, 65. — *Κεῖνον*] Od. κ', 21. *Κεῖνον ... ἐθέλησιν*] om. ASv-a. — εθελησι P. *ἐθελήσῃ* hg. *ἐθελήσῃ* spd. *ἐθελῆσι* zb. 3. *Sunt*] Aen. I, 71. — *Deiopea* AP6 Codd. Virg. *deiopeia* P. *deiopeam* v. *Deiopeiam* i-b. — *Ἀλλ' ἴθ'*] Il. ξ', 267. *Ἀλλ' ἴθ' ... πάντα* om. ASvic. — *οπυριεμεκαι* P. — *ἄκοιτιν, Πασιθέην, ἧς αἰὲν ἱμείρεαι ἤματα πάντα.* a-b. 4. *Ulixis* A. *ulyxis* vi. *Ulyssis* c-bPS. — *Haec*] Aen. I, 81. — *convulsa* S a sec. m. — *de primo odysseae* (A *odysiae*) P16. — *Ὣς εἰπὼν*] Od. ε', 291. — *πόντον, Χερσὶ τρίαιναν ἑλὼν, πάσας δ' ὀρόθυνεν ἀέλλας Παντοίων ἀνέμων.* Edd. 5. *Ut primum*] Aen. I, 306. — *feraeve* Av. — *Ἀλλ' ὅτε*] Od. κ', 144. Pro his versibus in v-g leguntur Od. ζ', 118-121. et 126. *Ἑζόμενος δ' ὥρμαινε* cet. (hg in mg.: „In antiquo codice citantur versus ex ὀδυσ. κ'. ἀλλ' ὅτε ... πυθοίμην.") — v. 2. *καὶ τότ'* Edd. Hom. *κατγιτ* P. *Δή*

IV, 1. *manu retractis in calcem foliis*] De forma huius *Virgiliani voluminis*, ut dicitur c. 3. § 17., si quaerimus, apparet non de vero volumine cogitasse Macrobium, sed de tali codice potius quales nunc in bibliothecis servantur.
4. *Tempestas*] Cf. c. 6. § 1.

Versus .. non inserui cet.] Quum ex sua persona hic loquatur Macrobius, haec cum, ut compendium excusaret, quasi *ἐν παρενθέσει* addidisse statuendum est, ne oblitus esse videatur se facere loquentem Avienum. Cf. c. 7. §§ 4., 6., 7.

εἴ πως ἔργα ἴδοιμι βροτῶν ἐνοπήν τε πυθοίμην.
Nulla tuarum audita mihi neque visa sororum, 6
O quam te memorem, virgo? namque haud tibi vultus
Mortalis, nec vox hominem sonat, o dea certe,
An Phoebi soror an nympharum sanguinis una?
Γουνοῦμαί σε, ἄνασσα· θεός νύ τις ἦ βροτός ἐσσι;
εἰ μέν τις θεός ἐσσι, τοὶ οὐρανὸν εὐρὺν ἔχουσιν,
Ἀρτέμιδί σε ἔγωγε, Διὸς κούρῃ μεγάλοιο,
εἶδός τε μέγεθός τε φυήν τ' ἄγχιστα ἐΐσκω.
O dea, si prima repetens ab origine pergam, 7
Et vacet annales nostrorum audire laborum,
Ante diem clauso conponet vesper Olympo.
— Τίς κεν ἐκεῖνα
πάντα γε μυθήσαιτο κατὰ θνητῶν ἀνθρώπων;
οὐδ' εἰ πεντάετές γε καὶ ἑξάετες παραμίμνων
ἐξερέοις, ὅσα κεῖθι πάθον κακὰ δῖοι Ἀχαιοί.
At Venus obscuro gradientes aere sepsit, 8
Et multo nebulae circum dea fudit amictu,
Cernere ne quis eos, neu quis contingere possel,
Molirive moram aut veniendi poscere causas.
Καὶ τότ' Ὀδυσσεὺς ὦρτο πόλινδ' ἴμεν· ἀμφὶ δ' Ἀθήνη
πολλὴν ἠέρα χεῦε, φίλα φρονέουσ' Ὀδυσῆϊ,
μήτις Φαιήκων μεγαθύμων ἀντιβολήσας
κερτομέοι τ' ἐπέεσσι καὶ ἐξερέοιθ' ὅτις εἴη.
Qualis in Eurotae ripis aut per iuga Cynthi 9
Exercet Diana choros, quam mille secutae
Hinc atque hinc glomerantur Oreades: illa pharetram [72]
Fert humero, gradiensque deas supereminet omnis.
Latonae tacitum pertemptant gaudia pectus.
Talis erat Dido, talem se laeta ferebat.
Οἵη δ' Ἄρτεμις εἶσι κατ' οὔρεος ἰοχέαιρα 10
ἢ κατὰ Τηΰγετον περιμήκετον ἢ Ἐρύμανθον
τερπομένη κάπροισι καὶ ὠκείῃς ἐλάφοισι·
τῇ δὲ θ' ἅμα νύμφαι, κοῦραι Διὸς αἰγιόχοιο,

Edd. vicahgspdzb.]
τοτ' (hg in mg.) s-b. 6. *Nulla*] Aen. I, 326. — *Γουνοῦμαι*] Od. ζ', 149. — *νύ τοι* v. *ἤτοι* i. 7. *O dea*] Aen. I, 372. — *Τίς*] Od. γ', 113. *Τίς .. Ἀχαιοί* om. vi. In c-g leguntur versus Od. λ', 328-330. *Πάσας δ' οὐκ* cet. (hg in mg: „Hoc quoque loco citantur in antiquo codice versus ex Odyss. γ'. *Τίς κεν ... ἀχαιοί.*"). 8. *At*] Aen. I, 411. — *gradientis* A. *gradienteis* a. — *multum* v-g. — *possit* Edd. PS. Apud Virgil. codd. plerique. — *Καὶ τότ'*] Od. ή, 14. 9. *Qualis*] Aen. I, 498. — *omnes* vic. *omneis* ahg. — *Talis ... ferebat* om. P. 10. *Οἵη*] Od. ζ', 102. — v. 4. *κοῦραι νύμφαι διὸς* vi. — v. 7. *πάγαι* v.

8. *gradientes*] Hanc scripturam quum plerumque omnia mea exemplaria habeant, ubi scriptura rectior (*is*) in singulis codicibus legitur, satis habui id adnotare; ubi vero omnes mei codices consentiunt in altera illa scriptura, reiicere eam nolui. Cf. infra § 9. *omnis*, c. 8. § 8. *tris* et *omnis*, § 9. *Laurentis*.

ἀγρονόμοι παίζουσι· γέγηθε δέ τε φρένα Λητώ·
πασάων δ' ὑπὲρ ἥγε κάρη ἔχει ἠδὲ μέτωπα,
ῥεῖα δ' ἀριγνώτη πέλεται, καλαὶ δέ τε πᾶσαι·
ὣς ἥγ' ἀμφιπόλοισι μετέπρεπε παρθένος ἀγνή.

11 *Restitit Aeneas claraque in luce refulsit*
Os humerosque deo similis. Namque ipsa decoram
Caesariem nato genitrix lumenque iuventae
Purpureum et laetos oculis adflarat honores:
Quale manus addunt ebori decus, aut ubi flavo
Argentum Pariusve lapis circumdatur auro.

12 *Αὐτὰρ Ὀδυσσῆα μεγαλήτορα ᾧ ἐνὶ οἴκῳ*
Εὐρυνόμη ταμίη λοῦσεν καὶ χρῖσεν ἐλαίῳ·
ἀμφὶ δέ μιν φᾶρος καλὸν βάλεν ἠδὲ χιτῶνα·
αὐτὰρ κὰκ κεφαλῆς χεῦεν πολὺ κάλλος Ἀθήνη,
μείζονά τ' εἰσιδέειν καὶ πάσσονα· κὰδ δὲ κάρητος
οὔλας ἧκε κόμας, ὑακινθίνῳ ἄνθει ὁμοίας.
ὡς δ' ὅτε τις χρυσὸν περιχεύεται ἀργύρῳ ἀνὴρ
ἴδρις, ὃν Ἥφαιστος δέδαεν καὶ Παλλὰς Ἀθήνη
τέχνην παντοίην, χαρίεντα δὲ ἔργα τελείει,
ὣς ἄρα τῷ περίχευε χάριν κεφαλῇ τε καὶ ὤμοις.

13 *— Coram quem quaeritis adsum,*
Troius Aeneas Libycis ereptus ab undis.
Ἔνδον μὲν δὴ ὅδ' αὐτὸς ἐγὼ, κακὰ πολλὰ μογήσας,
ἤλυθον εἰκοστῷ ἔτεϊ ἐς πατρίδα γαῖαν.

[73] V. *Conticuere omnes, intentique ora tenebant.*
Ὣς ἔφαθ', οἱ δ' ἄρα πάντες ἀκὴν ἐγένοντο σιωπῇ.

2 *Infandum, regina, iubes renovare dolorem,*
Troianas ut opes et lamentabile regnum
Eruerint Danai.
Ἀργαλέον, βασίλεια, διηνεκέως ἀγορεῦσαι
κήδε', ἐπεί μοι πολλὰ δόσαν θεοὶ οὐρανίωνες.

[Mss. P (AS om. Graec.).
πάσσαι i. — v. 8. ATNH P. *ἀδμής* (ut edd. Hom.) Edd. 11. *Restitit*] Aen. I, 588. — v. 6. *paricsvc* A. 12. *Αὐτὰρ*] Od. ψ', 153. In v-g pro his versibus leguntur Od. ζ, 229-2 5. *Τὸν μὲν ἀθηναίη* cet. (hg in mg.: „Et hoc loco citantur in antiquo versus his quidem similes sed ex Odyss. ψ'.“). *Αὐτὰρ ... χιτῶνα* (v. 1-3.) om. s-b. — v. 8. ΔΕΔΑΕΝ ΚΑΙ ΠΑCCΟΝΑ ΚΑΔΔΕC ΑΘΗΝΗ P (cf. v. 5.). — v. 10. *ὡς ἄρα* (ut Hom. et v-g altero illo loco) P. *ὡς μὲν* (ut edd. Hom. h. l.) s-b. 13. *Coram*] Aen. I, 595. — *Troius egenas* A. — *Lybicis areptus* h. — *Ἔνδον*] Od. φ', 207. *Ἔνδον ... γαῖαν* om. vic. *Κεῖνος μέν τοι ὅδ' αὐτὸς ἐγὼ, πάτερ, ὃν σὺ μεταλλᾷς Ἤλυθον* (Od. ώ, 321.) a.
V. *Caput V. Quae in secundo Aeneidos traducta sint ab Homero.* ch-b.
1. *Conticuere*] Aen. II, 1. — *Ὣς ἔφαθ'*] Il. ή, 92. — *Ὣς .. σιωπῇ* om. ASvi (nullo spatio relicto). In c restitutus est hic versus, add. in mg.: „Locus restitutus ex VII Iliados.“ — ΣΙΩΠΗ P. 2. *Infandum*] Aen. II, 3. — *Ἀργαλέον*] Od. ή, 241. Pro his versibus in v-g leguntur Od. ί, 12 et 13. *Σοὶ δ' ἐμὰ κήδεα* cet. (hg in mg.: „In ant. hoc loco sunt positi versus ex *Ὀδυσ. ή. Ἀργαλέον .. οὐρανίωνες.*“). 3. *Pars*]

10. *παρθένος ἀγνή*] Cf. Od. έ, 123., σ', 202. et ύ, 71. *Ἄρτεμις ἁγνή.*

Pars stupet innuptae donum exitiale Minervae; 3
Et molem mirantur equi: primusque Thymoetes
Duci intra muros hortatur et arce locari,
Sive dolo seu iam Troiae sic fata ferebant.
At Capys et quorum melior sententia menti
Aut pelago Danaum insidias suspectaque dona
Praecipitare iubent subiectisque urere flammis,
Aut terebrare cavas uteri et temptare latebras.
Scinditur incertum studia in contraria vulgus.

῝Ως ὁ μὲν εἱστήκει, τοὶ δ' ἄκριτα πόλλ' ἀγόρευον, 4
ἥμενοι ἀμφ' αὐτόν· τρίχα δὲ σφίσιν ἥνδανε βουλή,
ἠὲ διατμῆξαι κοῖλον δόρυ νηλέϊ χαλκῷ,
ἢ κατὰ πετράων βαλέειν ἐρύσαντας ἐπ' ἄκρας,
ἢ ἐᾶν μέγ' ἄγαλμα θεῶν θελκτήριον εἶναι,
τῇπερ δὴ καὶ ἔπειτα τελευτήσεσθαι ἔμελλεν·
αἶσα γὰρ ἦν ἀπολέσθαι, ἐπὴν πόλις ἀμφικαλύψῃ
δουράτεον μέγαν ἵππον, ὅθ' εἵατο πάντες ἄριστοι
Ἀργείων, Τρώεσσι φόνον καὶ κῆρα φέροντες.

Vertitur interea caelum et ruit oceano nox 5
Involvens umbra magna terramque polumque.

Ἐν δ' ἔπεσ' ὠκεανῷ λαμπρὸν φάος ἠελίοιο, [74]
ἕλκον νύκτα μέλαιναν ἐπὶ ζείδωρον ἄρουραν.

Hei mihi, qualis erat, quantum mutatus ab illo 6
Hectore, qui redit exuvias indutus Achilli,
Vel Danaum Phrygios iaculatus puppibus ignes!

Ὢ πόποι, ἦ μάλα δὴ μαλακώτερος ἀμφαφάασθαι
Ἕκτωρ, ἢ ὅτε νῆας ἐνέπρησεν πυρὶ κηλέῳ.

— *Iuvenisque Choroebus* 7
Mygdonides, illis qui ad Troiam forte diebus
Venerat insano Cassandrae incensus amore,
Et gener auxilium Priamo Phrygibusque ferebat.

Πέφνε γὰρ Ὀθρυονῆα Καβησόθεν ἔνδον ἐόντα, 8
ὅς ῥα νέον πολέμοιο μετὰ κλέος εἰληλούθει.
ἤτεε δὲ Πριάμοιο θυγατρῶν εἶδος ἀρίστην,
Κασσάνδρην, ἀνάεδνον· ὑπέσχετο δὲ μέγα ἔργον,
ἐκ Τροίης ἀέκοντας ἀπωσέμεν υἷας Ἀχαιῶν.

Edd. vicahgspdzb.] Aen. II, 31. — v. 2. *Thymoetes* v-g. Edd. Virg. *thimetes* A. *Timoetes* s-bP. *timetes* S. — v. 4. *seu dolo* S. — v. 6 sq. *dona .. subiectisque* om. A. — v. 7. *iubet* vi. 4. ῝Ως] Od. ϑ', 505. — v. 1. ἑστήκει Edd. Hom. — v. 4 sqq. *ΗΕΛΑΝ ΜΕΤ ΑΤΑΛΜΑ ΘΕΩΝ ΘΕΑΚΤΗΓΙΟΝ ΕΙΝΙΑ ΗΚΑΤΑ ΠΕΤΡΑΩΝ ΒΑΛΕΕΙΝ ΕΡΥCΑΝΤΑC ΕΠΑΝΚΡΑC. ΤΗΙΠΕΡ ΑΝ ΚΑΙ* P (versu 4. posito post 5:). — ἄκρης edd. Hom. — v. 5-9. *Τῇπερ .. φέροντες* om. v-g. 5. *Vertitur*] Aen. II, 250. — *Ἐν δ'*] Il. ϑ', 485. *Ἐν δ' ἔπεσ' ... ἄρουραν* om. vic. 6. *Hei*] Aen. II, 274. — *Achillis* Edd. S. — *Ὢ πόποι*] Il. χ', 373. *Ὢ πόποι ... κηλέῳ* om. vic. — *ΚΗΛΩΙ* P. 7. *Iuvenisque*] Aen. II, 341. — *qui* apud Virg. delevit Heinsius ex Medicei et vetustorum librorum et Servii auctoritate.

8. *Πέφνε*] Il. ν', 363. *Πέφνε .. πιθήσας* om. vi. — v. 3. *Ἤτεε* g-b. — v. 4. *ΑΕΔΝΟΝ* P. — v. 6 sq. *Τῷ δ' ὁ γέρων ... πιθήσας* om. c-g. — v. 6.

τῷ δ' ὁ γέρων Πρίαμος ὑπό τ' ἔσχετο καὶ κατένευσε
δωσέμεναι· ὁ δὲ μάρναϑ' ὑποσχεσίῃσι πιϑήσας.

9 *Sic animis iuvenum furor additus. Inde, lupi ceu*
Raptores atra in nebula, quos inproba ventris
Exegit caecos rabies, catulique relicti
Faucibus expectant siccis: per tela, per hostes
Vadimus haud dubiam in mortem, mediaeque tenemus
Urbis iter: nox atra cava circumvolat umbra.

10 Βῆ ῥ' ἴμεν ὥστε λέων ὀρεσίτροφος, ὅστ' ἐπιδευὴς
δηρὸν ἔῃ κρειῶν, κέλεται δέ ἑ ϑυμὸς ἀγήνωρ
μήλων πειρήσοντα καὶ ἐς πυκινὸν δόμον ἐλϑεῖν.
εἴπερ γάρ χ' εὕρῃσι μετ' αὐτόφι βώτορας ἄνδρας
σὺν κυσὶ καὶ δούρεσσι φυλάσσοντας περὶ μῆλα,
οὔ ῥα τ' ἀπείρητος μέμονε σταϑμοῖο δίεσϑαι.
[75] ἀλλ' ὅγ' ἄρ' ἢ ἥρπαξε μεϑάλμενος, ἠὲ καὶ αὐτὸς
ἔβλητ' ἐν πρώτοισι ϑοῆς ἀπὸ χειρὸς ἄκοντι.

11 *Inprovisum aspris veluti qui sentibus anguem*
Pressit humi nitens, trepidusque repente refugit
Adtollentem iras et caerula colla tumentem:
Haud secus Androgeos visu tremefactus abibat.

Ὡς δ' ὅτε τίς τε δράκοντα ἰδὼν παλίνορσος ἀπέστη
οὔρεος ἐν βήσσῃς, ὑπό τε τρόμος ἔλλαβε γυῖα,
ἄψ τ' ἀνεχώρησεν, ὠχρός τέ μιν εἷλε παρειάς.
ὣς αὖϑις καϑ' ὅμιλον ἔδυ Τρώων ἀγερώχων,
δείσας Ἀτρέος υἱὸν Ἀλέξανδρος ϑεοειδής.

12 *Qualis ubi in lucem coluber mala gramina pastus,*
Frigida sub terra tumidum quem bruma tegebat,
Nunc positis novus exuviis nitidusque iuventa,
Lubrica convolvit sublato pectore terga
Arduus ad solem et linguis micat ore trisulcis.

Ὡς δὲ δράκων ἐπὶ χειῇ ὀρέστερος ἄνδρα μένῃσι,
βεβρωκὼς κακὰ φάρμακ', ἔδυ δέ τέ μιν χόλος αἰνός,
σμερδαλέον δὲ δέδορκεν, ἑλισσόμενος περὶ χειῇ.
ὣς Ἕκτωρ, ἄσβεστον ἔχων μένος, οὐχ ὑπεχώρει.

13 *Non sic, aggeribus ruptis cum spumeus amnis*

[Mss. P (AS om. Graec.).

ὑπέσχετο (ut Hom. edd. vett.) s-b. 9. *Sic*] Aen. II, 355. 10. *Βῆ*] Il. μ', 299. *Βῆ ῥ' ἴμεν ... ἄκοντι* om. vic. Pro his versibus leguntur in a Il. π', 156-159. *Οἱ δὲ λύκοι ὣς ... δάπτουσιν*, in hg Il. κ', 297 et 298. *Βάν ῥ' ἴμεν ... μέλαν αἷμα* (in mg.: „Invenio et hoc loco citari versus 8 ex Il. μ', quorum primus est *Βῆ ῥ' ἴμεν* cet."). — v. 1. ΟϹΓΕΠΙ ΔΕΥΝϹ P. — v. 2. ΕΝ ΚΡΙΩΝ P. — v. 4. ΜΕΤΑΥΤΟΘΙ P. *παρ' αὐτόφι* (ut Hom. l. c.) s-b. — v. 7. ΑΛΛΟΤΑΡΗ P. *Ἀλλ' ὅγ' ἄρ'* (om. ἢ) s-b. 11. *Inprovisum*] Aen. II, 379. *Improvisam* h. — *asperis* S. — *androgios* (sup. *us*) A. *androgeus* Sv-g. — Ὡς δ' ὅτε] Il. γ', 33. — v. 1. Ὡς δὲ dzb. — τις (om. τε) v. — ΑΠΕϹΙΝ P. — v. 2. ΥΠΟ ΤΕ ΜΙΝ ΤΕ ΤΡΟΜΟϹ P (cf. v. 3.). — v. 5. ἀτρέως vi. 12. *Qualis*] Aen. II, 471. — *frigidum* vl. — Ὡς δὲ δράκων] Il. χ', 93. Ὡς δὲ .. ὑπεχώρει om. v-a. — v. 1. ΙΝΔΜΕΝΗΙϹΙ (om. ἄνδρα) P. — ΟΥΧΥΠΕΧΩΡΕ P. ἐκ ἀνεχώρει hg. οὐκχ ἂν εχώρει s. οὐχ ἀνέχώρει p1. οὐχ ἂν ἐχώρει p2dz. οὐχ ἀνεχώρει b. 13. *Non sic*] Aen. II, 496. — v. 2. *rupit* S.

Exiit oppositasque erupit gurgite moles,
Fertur in arva furens cumulo, camposque per omnes
Cum stabulis armenta trahit.

Ὡς δ' ὁπότε πλήθων ποταμὸς πεδίονδε κάτεισι
χειμάῤῥους κατ' ὄρεσφιν, ὀπαζόμενος Διὸς ὄμβρῳ,
πολλὰς δὲ δρῦς ἀζαλέας, πολλὰς δέ τε πεύκας
ἐσφέρεται, πολλὸν δέ τ' ἀφύσγετον εἰς ἅλα βάλλει.

Ter conatus ibi collo dare brachia circum: 14
Ter frustra conprensa manus effugit imago,
Par levibus ventis volucrique simillima fumo.

Τρὶς μὲν ἐφωρμήθην, ἑλέειν τέ με θυμὸς ἀνώγει [76]
τρὶς δέ μοι ἐκ χειρῶν, σκιῇ εἴκελον ἢ καὶ ὀνείρῳ,
ἔπτατ'· ἐμοὶ δ' ἄχος ὀξὺ γενέσκετο κηρόθι μᾶλλον.

VI. Alia tempestas Aeneae hic et illic Ulixis, numerosis 1
ambae versibus. Sed incipiunt haec ita:

Postquam altum tenuere rates, nec iam amplius ullae.

Ille ait: *Ἀλλ' ὅτε δὴ τὴν νῆσον ἐλείπομεν, οὐδέ τις ἄλλη.*

Accipe et haec, manuum tibi quae monumenta mearum 2
Sint, puer.

Τῇ νῦν, καί σοι τοῦτο, τέκος, κειμήλιον ἔστω,
Μνῆμ' Ἑλένης χειρῶν.

Tendunt vela Noti fugimus spumantibus undis, 3

Edd. vicahgspdzb.] *evicit* v-g. — *Ὡς δ' ὁπότε*] Il. λ', 492. — *Ὡς δ' .. βάλλει* om. vi. Pro his versibus in ca leguntur Il. ε', 87-92. *Θῦνε γὰρ ἀμπεδίον ... αἰζηῶν* (c in mg.: „Restitutus locus ex 8 Iliad."). — v. 3. *ΔΡΥϹ ΑΛΕΑϹ* P. — v. 4. *εἰςφέρεται* h-b. — *ΠΟΛΛΩΝ* P. — *ΠΑΛΛΕΝ* P. 14. *Ter*] Aen. II, 792. — *sibi* vl. — *compressa* (ut multi codd. Virg.) S. — *fumo* APSs-b M13. „Ita conceptus etiam in scriptis hic versus." Pont. *somno* v-g (h in mg. Virg. *fumo*) M2. — *Τρὶς*] Od. λ', 205. — *ἐφορμήτην* hg. — *ἄνωγε* Edd. — *ἔπτατο* (om. *ἐμοὶ .. μᾶλλον*) v-g.

VI. *Caput VI. Tertius et quartus Aeneidos quae habeant ab Homero sumta.* ch-b. 1. *ulyxis* vi. *Ulyssis* c-bPS. — *haec incipiunt* Sv-g. — *Postquam*] Aen. III, 192. — *Ait ille*] S. — *Ἀλλ' ὅτε*] Od. μ', 403. — *Ἀλλ' ὅτε ... ἄλλη* om. vi. In h-b adduntur tres versus sequentes: *Φαίνετο γαιάων ... ἤχλυσε δὲ πόντος ὑπ' αὐτῆς.* Pro his versibus in ca leguntur Od. ξ', 301. 305. *Ἀλλ' ὅτε δὴ Κρήτην μὲν ... καὶ ἔμβαλε νηὶ κεραυνόν.* (c in mg.: „Restitutus locus ex 14 Odyss."). 2. *Accipe*] Aen. III, 486. — *ΤΗΝ ΝΥΝ ΚΑΙ ΩΙ ΤΟΥΤΕ ΤΟΚΟϹ ΚΕΙΜΗ ΔΙΟ ΗΕϹΤΩΝ ΝΗΜ ΕΛΕΝΕΝ ϹΧΕΙΡΩΝ. Accipe ... puer.* P. *Accipe ... puer* (om. Graec.) vi. *Accipe ... puer. Δῶρόν τοι καὶ ἐγώ, τέκνον φίλε, τοῦτο δίδωμι Μνῆμ' Ἑλένης χειρῶν* (Od. ο', 125 sq.) c-b (c in mg.: „Restitutus locus ex 15 Od."). Vid. not. 3. *Tendunt*] Aen. III,

VI, 1. *Alia tempestas*] Cf. c. 4. § 4.

2. *Τῇ νῦν ... χειρῶν*] Haec nusquam invenias coniuncta in nostris quidem exemplaribus Homericis. Nam verba *Μνῆμ' Ἑλένης χειρῶν*, quae codici P, quem secutus sum, communia sunt cum editionibus, leguntur tantum Od. ο', 126., ubi praemittitur ille versus, qui ex Arnoldi Vesaliensis restitutione h. l. vulgo legitur. At Il. ψ', 618. legitur: *Τῇ νῦν καί σοι τοῦτο, γέρον, κειμήλιον ἔστω Πατρόκλοιο τάφου μνῆμ' ἔμμεναι,* unde prior versus paululum immutatus in illum locum translatus fuisse videtur in exemplari quod ante oculos habuit Macrobius. Vid. not ad c. 3. § 9.

Qua cursum ventusque gubernatorque vocabat.
Ἡμεῖς δ᾽ ὅπλα ἕκαστα πονησάμενοι κατὰ νῆα
ἥμεθα· τὴν δ᾽ ἄνεμός τε κυβερνήτης τ᾽ ἴθυνεν.

4 *Dextrum Scylla latus, laevum inplacata Charybdis*
Obsidet, atque imo barathri ter gurgite vastos
Sorbet in abruptum fluctus, rursusque sub auras
Erigit alternos et sidera verberat unda.
At Scyllam caecis cohibet spelunca latebris
Ora exertantem et naves in saxa trahentem.
[77] *Prima hominis facies, et pulchro pectore virgo*
Pube tenus, postrema inmani corpore pistrix,
Delphinum caudas utero conmissa luporum.
Praestat Trinacrii metas lustrare Pachyni
Cessantem longos et circumflectere cursus,
Quam semel informem vasto vidisse sub antro
Scyllam et caeruleis canibus resonantia saxa.

5 Homerus de Charybdi:

Δεινὸν ἀνεῤῥοίβδησε θαλάσσης ἁλμυρὸν ὕδωρ.
ἤτοι ὅτ᾽ ἐξεμέσειε, λέβης ὣς ἐν πυρὶ πολλῷ,
πᾶσ᾽ ἀναμορμύρεσκε κυκωμένη· ὑψόσε δ᾽ ἄχνη
ἄκροισι σκοπέλοισιν ἐπ᾽ ἀμφοτέροισιν ἔπιπτεν·
ἀλλ᾽ ὅτ᾽ ἀναβρόξειε θαλάσσης ἁλμυρὸν ὕδωρ,
πᾶσ᾽ ἔντοσθε φάνεσκε κυκωμένη· ἀμφὶ δὲ πέτρη
δεινὸν βεβρύχει· ὑπένερθε δὲ γαῖα φάνεσκε
ψάμμῳ κυανέῃ· τοὺς δὲ χλωρὸν δέος ᾕρει.

6 Homerus de Scylla:

Ἔνθα δ᾽ ἐνὶ Σκύλλη ναίει, δεινὸν λελακυῖα·
τῆς ἤτοι φωνὴ μὲν ὅση σκύλακος νεογιλῆς,
γίνεται, αὐτὴ δ᾽ αὖτε πέλωρ κακόν· οὐδέ κέ τίς μιν

[Mss. P (AS om. Graec.).
268. — *vocabat* AP Virgil. ed. Wagn. *vocabant* Edd. S. Virgil. ed. Heyn. — Ἡμεῖς] Od. λ΄, 9. Ἡμεῖς .. ἴθυνεν om. vi. *Ἴκμενον οὖρον ἵει πλησίστιον ἐσθλὸν ἑταῖρον Κίρκη ἐϋπλόκαμος δεινὴ θεὸς αὐδήεσσα Ἡμεῖς ... ἴθυνεν* ca (c in mg.: „Restitutus locus ex 11 odyss."). 4. *Dextrum*] Aen. III, 420. — *Scylla tenus* P. — v. 5. *prohibet* A „B". — v. 6. *navis* A a p. m. — v. 8. *pistris* Av-a.
5. *de charybdi et de scylla* v-g. — Δεινὸν] Od. μ΄, 236. *Ἔνθεν μὲν γὰρ Σκύλλ᾽, ἑτέρωθι δε δῖα Χάρυβδις Δεινὸν* Edd. — v. 5. *ΑΛΛΑΤ* P. — *ἀλλ᾽ ὅταν αὖθις ἀναβρώξειέ γε ἁλμυρὸν ὕδωρ* vi. — v. 7. ἐβεβρύχει (ut edd. Hom.) Edd. — *Γαιααν εοc ηιpειcκε* P (cf. v. 8.). — v. 9. *τοὺς δε χλωρὸν ... ἀγάστονος Ἀμφιτρίτη* (§ 6. v. 13.) om. v-a. — τοὺς δὲ χλωρὸν δέος ᾕρει om. hg. 6. *HOMERVS DE SILLA* in A legitur post § 7. v. 1. — Ἔνθα] Od. μ΄, 85. — v. 3. *ΤΕΙΝΕΤΑΙ* P. — v. 4.

5. v. 7. *Δεινὸν βεβρύχει*] Secutus sum codicem P qui omittit augmentum, quo omisso multo gravior ideoque ad rem aptior fit rhythmus.

6. v. 3. *Γίνεται*] Hanc huius verbi formam, quam omnes Macrobii editiones habent, retinui, quia *γίγνεται*, quod vulgo legitur apud Homerum, magis etiam remotum est ab eo quod legitur in cod. P., et forma *γείνεται*, quam ille praecipue commendat, non usurpatur pro eo quod est *fit*, sed tantum pro eo quod est *nascitur*.

γηθήσειεν ἰδών, οὐδ' εἰ θεὸς ἀντιάσειεν.
τῆς ἤτοι πόδες εἰσὶ δυώδεκα πάντες ἄωροι·
ἓξ δέ τέ οἱ δειραὶ περιμήκεες· ἐν δὲ ἑκάστῃ
σμερδαλέη κεφαλὴ, ἐν δὲ τρίστοιχοι ὀδόντες,
πυκνοὶ καὶ θαμέες, πλεῖοι μέλανος θανάτοιο.
μέσση μέν τε κατὰ σπείους κοίλοιο δέδυκεν·
ἔξω δ' ἐξίσχει κεφαλὰς δεινοῖο βερέθρου·
αὐτοῦ δ' ἰχθυάᾳ σκόπελον περιμαιμώωσα
δελφῖνάς τε κύνας τε καὶ εἴ ποθι μεῖζον ἕλῃσι
κῆτος, ἃ μύρια βόσκει ἀγάστονος Ἀμφιτρίτη. [78]

O mihi sola mei super Astyanactis imago! 7
Sic oculos, sic ille manus, sic ora ferebat.

Κείνου τοι τοιοίδε πόδες τοιαίδε τε χεῖρες,
ὀφθαλμῶν τε βολαὶ κεφαλή τ' ἐφύπερθέ τε χαῖται.

Ter scopuli clamorem inter cava saxa dedere: 8
Ter spumam elisam et rorantia vidimus astra.

Τῷ δ' ὕπο δῖα Χάρυβδις ἀναῤῥοιβδεῖ μέλαν ὕδωρ.
τρὶς μὲν γάρ τ' ἀνίησιν ἐπ' ἤματι, τρὶς δ' ἀναροιβδεῖ.

— Qualis coniecta cerva sagitta, 9
Quam procul incautam nemora inter Cresia fixit
Pastor agens telis, liquitque volatile ferrum
Nescius: illa fuga silvas saltusque peragrat
Dictaeos, haeret lateri letalis arundo.

Ἀμφ' ἔλαφον κεραὸν βεβλημένον, ὅν ῥ' ἔβαλ' ἀνὴρ 10
ἰῷ ἀπὸ νευρῆς· τὸν μέν τ' ἤλυξε πόδεσσι
φεύγων, ὄφρ' αἷμα λιαρὸν, καὶ γούνατ' ὀρώρει.
αὐτὰρ ἐπειδὴ τόνγε δαμάσσεται ὠκὺς ὀϊστὸς,
ὠμοφάγοι μιν θῶες ἐν οὔρεσι δαρδάπτουσιν.

Dixerat. Ille patris magni parere parabat 11
Imperio: et primum pedibus talaria nectit
Aurea, quae sublimem alis sive aequora iuxta,
Seu terram, rapido pariter cum flamine portant.
Tum virgam capit: hac animas ille evocat Orco
Pallentes, alias sub Tartara tristia mittit,

Edd. vicahgspdzb.] *ΓΗΘΗΤΟΝΕΕΙCΝ ΙΔωΝ* P (cf. v. 5.). — v. 11. *ἰχθυάα* Edd. *ΙΧΕΥΑΑ* P. 7. *O mihi*] Aen. III, 489. — *oculo* A. — *Κείνου*] Od. δ', 149. — *γὰρ* (ut edd. Hom.) Edd. — *χαῖτα* zb. 8. *Ter*] Aen III, 566. — *Τῷ δ'*] Od. μ', 104. *Τῷ δ' ... ἀναροιβδεῖ* om vic *Τῶ δ' ... ὕδωρ* om. a. *Τῶ δ'* hgs. *Τῷ δ'* b. — *ἀναῤῥοιβδεῖ* s-b. *ἀναροιβδεῖ Δεινόν* a. 9. *Qualis*] Aen. IV, 69. — *incauta* A. — *Cresia* Sv-pl Virg edd. recc. *Cressia* p2-bP Virg. edd. vett. *Chresia* „B". *thresia* A. — *finxit* A. 10. *Ἀμφ'*] Il. λ', 475. *Ἀμφ' ... δαρδάπτουσιν* om. v-a. — *ὅν τ'* (ut vulgo legitur ap. Hom.) h-b. — *ὀρώρῃ* legitur ap. Hom. — *αὐτὰρ .. δαρδάπτουσιν* om. h-b. — *ΔΑΡΔΑΠΤΟΙCΙ* P. 11. *Dixerat*] Aen. IV, 238. — v. 3. *aequora supra* (ut edd. Virg.) v-g. — v. 4. *terra* A. — v. 5. *Tunc* AS. — v. 9.

11. v. 3. *aequora iuxta*] Hoc in Macrobii exemplari huc translatum fuisse videri e versu 255., *volat aequora iuxta*, pro eo quod sensus flagitat, *aequora supra*, bene animadvertit Heynius.

Dat somnos adimitque et lumina morte resignat.
Illa fretus agit ventos et turbida tranat
Nubila.

12 Ὣς ἔφατ᾽· οὐδ᾽ ἀπίθησε διάκτορος Ἀργειφόντης·
αὐτίκ᾽ ἔπειθ᾽ ὑπὸ ποσσὶν ἐδήσατο καλὰ πέδιλα,
ἀμβρόσια χρύσεια τά μιν φέρον ἠμὲν ἐφ᾽ ὑγρὴν
ἠδ᾽ ἐπ᾽ ἀπείρονα γαῖαν ἅμα πνοιῇς ἀνέμοιο.
εἵλετο δὲ ῥάβδον, τῇ τ᾽ ἀνδρῶν ὄμματα θέλγει,
[79] ὧν ἐθέλει, τοὺς δ᾽ αὖτε καὶ ὑπνώοντας ἐγείρει.
τὴν μετὰ χερσὶν ἔχων πέτετο κρατὺς Ἀργειφόντης.

13 *Ac velut annoso validam cum robore quercum*
Alpini Boreae nunc hinc nunc flatibus illinc
Eruere inter se certant: it stridor, et alte
Consternunt terram concusso stipite frondes.
Illa haeret scopulis, et quantum vertice ad auras
Aetherias, tantum radice in Tartara tendit.

14 Οἷον δὲ τρέφει ἔρνος ἀνὴρ ἐριθηλὲς ἐλαίης
χώρῳ ἐν οἰοπόλῳ, ὅθ᾽ ἅλις ἀναβέβρυχεν ὕδωρ,
καλὸν τηλεθάον· τὸ δέ τε πνοιαὶ δονέουσι
παντοίων ἀνέμων, καί τε βρύει ἄνθεϊ λευκῷ·
ἐλθὼν δ᾽ ἐξαπίνης ἄνεμος σὺν λαίλαπι πολλῇ
βόθρου τ᾽ ἐξέστρεψε καὶ ἐξετάνυσσ᾽ ἐπὶ γαίῃ.

15 *Et iam prima novo spargebat lumine terras*
Tithoni croceum linquens Aurora cubile.

Ἠὼς δ᾽ ἐκ λεχέων παρ᾽ ἀγαυοῦ Τιθωνοῖο
ὤρνυθ᾽, ἵν᾽ ἀθανάτοισι φόως φέροι ἠδὲ βροτοῖσι· —
Ἠὼς μὲν κροκόπεπλος ἐκίδνατο πᾶσαν ἐπ᾽ αἶαν.

VII. *Ut pelagus tenuere rates nec iam amplius ulla*
Occurrit tellus, maria undique et undique caelum:
Olli caeruleus supra caput adstitit imber
Noctem hiememque ferens, et inhorruit unda tenebris.

[80] Ἀλλ᾽ ὅτε δὴ τὴν νῆσον ἐλείπομεν, οὐδέ τις ἄλλη
φαίνετο γαιάων, ἀλλ᾽ οὐρανὸς ἠδὲ θάλασσα,
δὴ τότε κυανέην νεφέλην ἔστησε Κρονίων

[Mss. P (AS om. Graec.).
Nubila om. cum Graec. A. 12. Ὣς ἔφατ᾽] Il. ώ, 339. 13. *Ac velut*] Aen. IV, 441. — v. 1. *veluti* v-g. — *annoso validam* ASs-zM123. Virg. Codd. meliores. *annoso valido* P. *annosam valido* v-gb. „Recte." Zeun. — v. 3. *illinc GR.* A. — v. 3. *altae* Virgil. edd. recc. e cod. Med. — v. 5. *Illa* AP „B". *Ille* S. *Ipsa* Edd. et Virg. — v. 6. *Ethereas* S. — *in tartara mittit* S. 14. *Οἷον*] Il. ρ́, 53. *Οἷον ... γαίῃ* om. vi. Pro his versibus in c-g leguntur Il. μ́, 132-134. Ἕστασαν ... ἀραρυῖαι (c in mg.: „Restitutus locus ex 12 Iliad."; hg in mg.: „In antiquo codice citantur versus ex Iliad. ρ́. *Οἷον .. ἐπὶ γαίῃ*.") — v. 6. επι ΠΟΛΛΗΙ P (cf. v. 5). 15 *Et iam*] Aen. IV, 584. *Et cum* A. *Et tum* „B". — *Ἠὼς*] Il. λ́, 1. — *Ἠὼς μὲν*] Il. θ́, 1. *Ἠὼς ... ἐπ᾽ αἶαν* om. v-a.

VII. *Caput VII. Quae in quinto et sexto libris Vergilius ab Homero sit mutuatus.* ch-b (dz om. *ab*). 1. *Ut*] Aen. V, 8. — *undique undique* (om. *et*) A. — *Ἀλλ᾽ ὅτε*] Od. μ́, 403. *Ἀλλ᾽ ὅτε .. ὑπ᾽ αὐτῆς* om. vi. Pro his versibus in ca leguntur similes Od. ξ́, 301-305. *Ἀλλ᾽ ὅτε δὴ Κρήτην μὲν ἐλείπομεν ... καὶ ἔμβαλε νηῒ κεραυνόν.* (c in mg.: „Restitutus

νηὸς ὑπὲρ γλαφυρῆς, ἤχλυσε δὲ πόντος ὑπ᾽ αὐτῆς.

Vinaque fundebat pateris, animamque vocabat 2
Anchisae magni, manesque Acheronte remissos.

Οἶνον ἀφυσσάμενος χαμάδις χέε, δεῦε δὲ γαῖαν,
ψυχὴν κικλήσκων Πατροκλῆος δειλοῖο.

Levibus huic hamis consertam auroque trilicem 3
Loricam, quam Demoleo detraxerat ipse
Victor apud rapidum Simoenta sub Ilio alto.

Δώσω οἱ θώρηκα, τὸν Ἀστεροπαῖον ἀπηύρων,
χάλκεον, ᾧ πέρι χεῦμα φαεινοῦ κασσιτέροιο
ἀμφιδεδίνηται· πολέος δέ γ᾽ ἄξιον ἔσται.

Et cursorum certamen utrobique simile. Et quia versibus est 4
apud utrumque numerosis, locum loco similem lector inveniet. Initia haec sunt:

Haec ubi dicta, locum capiunt, signoque repente.
Στὰν δὲ μεταστοιχεί· σήμαινε δὲ τέρματ᾽ Ἀχιλλεύς.

Pugilum certamen incipit apud hunc: 5

Constitit in digitos extemplo adrectus uterque.

apud illum: *Τὼ δὲ ζωσαμένω βήτην ἐς μέσσον ἀγῶνα.*
ἄντα δ᾽ ἀνασχομένω χερσὶ στιβαρῇσιν ἄμ᾽ ἄμφω.

Si velis conparare certantes sagittis, invenies haec utriusque 6
principia:

Protinus Aeneas celeri certare sagitta.
Αὐτὰρ ὁ τοξευτῇσι τίθει ἰόεντα σίδηρον.

Capita locorum, ubi longa narratio est, dixisse sufficiet, ut quid 7
unde natum sit lector inveniat.

Dixerat, et tenues fugit ceu fumus in auras. 8

Edd. vicahgspdzb.]
locus ex 14 Od.") — *κρήτον* (sic) *μὲν* g in mg. — *νηὸς .. αὐτῆς* (v. 4.) om. h-b. — *ΓΛΑΦΥΡΕ ΕΧΑΥCΕ* P. 2. *Vinaque*] Aen. V, 98. — *Οἶνον*] Il. ψ', 220. — *ἀφυσσόμενος* c-b. 3. *Levibus*] Aen. V, 259. — *de moloe* A. — *Δώσω*] Il ψ', 560. Pro his versibus in v-a leguntur Il. ψ', 807 et 808. *Τῷ μὲν ἐγὼ δώσω ... ἀπηύρων.* — *ΑCΤΑΙΡΟΠΑΙΟΝ* P. — *ἀπηῦρον* h-bP. — v. 3. *πολέος .. εἴη* om. h-b. — *ΔΕΓΑΖΙΟΝ* P. *δὲ οἱ ἄξιον* edd. Hom. 4. *Haec*] Aen. V, 315. — *Στὰν*] Il. ψ', 358. Pro hoc versu in v-a leguntur eiusd. lib. vv. 754 et 755. *Ὡς ἔφατ᾽ ... Νέστορος υἱός.* — *CΗΜΑΙΝΕ* P. *σήμηνε* Edd. *σήμηνε* edd. Hom. 5. *apud hunc incipit* Sv-g. — *Constitit*] Aen. V, 426. — *erectus* (corr. in arr.) A. — *Τὼ δὲ*] Il. ψ', 685. *Τὼ δὲ .. ἀγῶνα* om. Edd. — *ἀνασχεμένω* z. — *ἄμφω, Σύν ῥ᾽ ἔπεσον, σὺν δέ σφι βαρεῖαι χεῖρες ἔμιχθεν.* Edd. 6. *Protinus*] Aen. V, 485. — *Αὐτὰρ*] Il. ψ', 850. — *τίθη* v. — *σίδηρον, Κάδδ᾽ ἐτίθει δέκα μὲν πελέκεας, δέκα δ᾽ ἡμιπέλεκκα.* Edd. (v *ἐτίθη*) 7. *narratione* (om. est) ..B". — *inveniet* Svi. 8. *Dixerat*] Aen. V, 740. — *auras. Ψυχὴ δὲ κατὰ χθονὸς,*

VII, 4. *certamen*] Hanc rem attigit supra c. 2. § 13.
lector inveniet] Cf. § 6. *invenies* et § 7. *ut .. lector inveniat*, et vid. not. ad c. 4. § 4. et ad c. 11, § 1.
σήμαινε] Rectius vulgo legi aoristum non negaverim: sed putavi obsequendum esse auctoritati codicis P, quoniam scriptura nulla litterarum permutatione ex *σήμηνε* nasci potuit.
7. *Capita locorum*] Haec qui ad sequentia refert, quam rationem equidem haud improbo, is debet intelligere eos versus in quibus sententiarum summa inest.

[81] *Aeneas: Quo deinde ruis, quo proripis? inquit,*
Quem fugis? aut quis te nostris conplexibus arcet? —
Ter conatus erat collo dare brachia circum,
Ter frustra conprensa manus effugit imago.
Ὣς ἔφατ᾽· αὐτὰρ ἔγωγ᾽ ἔθελον φρεσὶ μερμηρίξας
μητρὸς ἐμῆς ψυχὴν ἑλέειν κατατεθνηυίης.
τρὶς μὲν ἐφωρμήθην, ἑλέειν τέ με θυμὸς ἀνώγει·
τρὶς δέ μοι ἐκ χειρῶν σκιῇ εἴκελον ἢ καὶ ὀνείρῳ,
ἔπτατ᾽· ἐμοὶ δ᾽ ἄχος ὀξὺ γενέσκετο κηρόθι μᾶλλον.

9 Sepultura Palinuri formata est de Patrocli sepultura. Haec incipit:
Principio pinguem taedis et robore secto.
Illa sic: *Οἱ δ᾽ ἴσαν ὑλοτόμους πελέκεας ἐν χερσὶν ἔχοντες.*
Et alibi: *Ποίησαν δὲ πυρὴν ἑκατόμποδον ἔνθα καὶ ἔνθα.*

10 Ipsa vero utriusque tumuli insignia quam paria?
At pius Aeneas ingenti mole sepulchrum
Inponit, suaque arma viro remumque tubamque
Monte sub aerio, qui nunc Misenus ab illo
Dicitur, aeternumque tenet per secula nomen.
Αὐτὰρ ἐπεὶ νεκρός τ᾽ ἐκάη καὶ τεύχεα νεκροῦ,

[Mss. P (AS om. Graec.).
ἠΰτε καπνὸς, Ὤιχετο τετριγυῖα. (Il. ψ', 100 sqq.) Edd. (vg-b Ὤχετο). — *arcet?* Μῆτερ ἐμὴ, τί νύ μ' οὐ μίμνεις ἑλέει μεμαῶτα, (sic ἑλέει pro ἑλέειν, cf. Od. λ', 210.) a. — *Ter*] Aen. VI, 700. — *conatus ibi* Virg. Cf. c. 5. § 14. — *compressa* (ut S l. c.) Sv-g. — Ὣς ἔφατ᾽] Od. λ', 204. Ὣς .. κατατεθνηυίης (v. 2.) om. v-g. — ΚΑΤΑΟΝΗΥΙΗC P. κατατεθνειυίης s-b. — v. 3. ἀνώγει (ut l. c.) P. ἄνωγε Edd. — v. 4. ἴκελον c-z. — v. 5. Ἔπτατο (om. ἐμοὶ ... μᾶλλον) Edd. — ΕΠΤΑΤΟ ΜΟΙ ΔΑΧΕΙΡΩ ΟΞΥ (cf. v. 4.) P. — ΚΗΘ ΜΑΜÕ P. 9. *Haec incipit*] om. A. — *Principio*] Aen. VI, 214. — *illa sic. haec incipit.* A. *ille sic ait* vca. *Ille sic* h. *Ille ait* g. — Οἱ δ᾽] Il. ψ', 114. Οἱ δ᾽ ... *et alibi* om. v-a. — πελέκυς h-d. — ἐν (ut Hom. l. c.) P. μετὰ Edd. — Ποίησαν] Il. ψ', 164 Κηδεμόνες δὲ παρ᾽ αὖθι μένον καὶ νήεον ὕλην Ποίησαν v-a. — ἑκατόμπεδον v-z. — ἔνθα. *Et alibi* vic. 10. *At*] Aen. VI, 232. — v. 3. *aereo* S. — Αὐτὰρ] Od. μ', 13. Vid. not. 11.

8. *Dixerat .. in auras*] Huic versui optime quidem respondet Homericus is quem inseruit Arnoldus, sed tamen codicem P secutus sum. Nam praesertim quum, ut hic versus a verbo *Dixerat*, sic versus Homerici qui sequuntur a verbis Ὣς ἔφατ᾽ incipiant, a Macrobio, quem fugerint simillimi illi versus, hi videntur esse coniuncti. Nec magis volui inseruere post *arcet* (v. 3.) versum Homericum, id quod factum est in ed. Ald. Mirum id quidem est, quod h. l. cum libro V. versibus iunguntur versus Virgilii ex libro VI. sumpti, qui locum suum habebant in capitis fine: sed videtur Macrobius ea voluisse coniungere, quae continuis qui sequuntur versibus Homeri responderent; nisi forte mavis statuere Virgilii versus *Ter conatus erat ... effugit imago*, quos, quia etiam Aen. II, 792 sq. leguntur (quamobrem laudati sunt iam supra c. 5, § 14.) libro VI. nonnulli (vid. ed. Gossrau), iniuria insertos esse arbitrantur, in Macrobii exemplari post *arcet* fuisse adscriptos. Zeunius, qui cum ex Ed. vet. (c), ubi lacuna deprehenderetur, tum ex serie orationis conclusit post *arcet* excidisse locum Homericum, et haud recte suspicatus est Macrobium spectavisse ad Od. β', 363 sqq., ubi Euryclea nutrix Telemachum proficiscentem alloquitur, reprehendit Burmannum, qui ad Virg. Aen. V, 742. diceret versus *Ter conatus erat ... effugit imago* sumptos esse ex Aeneid. II, 792.

τύμβον χεύαντες καὶ ἐπὶ στήλην ἐρύσαντες
πήξαμεν ἀκροτάτῳ τύμβῳ εὐῆρες ἐρετμόν.

Tunc consanguineus Leti Sopor. 11

Ἔνθ' Ὕπνῳ ξύμβλητο, κασιγνήτῳ Θανάτοιο.

Quod te per caeli iucundum lumen et auras 12
Per genitorem oro, per spes surgentis Iuli,
Eripe me his, invicte, malis, aut tu mihi terram [82]
Iniice, namque potes, portusque require Velinos.

Νῦν δέ σε τῶν ὄπιθεν γουνάζομαι, οὐ παρεόντων, 13
πρός τ' ἀλόχου καὶ πατρὸς, ὅ σ' ἔτρεφε τυτθὸν ἐόντα.
Τηλεμάχου θ', ὃν μοῦνον ἐνὶ μεγάροισιν ἔλειπες.
οἶδα γὰρ, ὡς ἐνθένδε κιὼν δόμου ἐξ Ἀΐδαο,
νῆσον ἐς Αἰαίην σχήσεις εὐεργέα νῆα.
ἔνθα σ' ἔπειτα, ἄναξ, κέλομαι μνήσασθαι ἐμεῖο,
μή μ' ἄκλαυστον ἄθαπτον ἰὼν ὄπιθεν καταλείπειν,
νοσφισθεὶς, μή τοί τι θεῶν μήνιμα γένωμαι·
ἀλλά με κακκῆαι σὺν τεύχεσιν, ὅσσα μοι ἐστὶν,
σῆμά τέ μοι χεῦαι πολιῆς ἐπὶ θινὶ θαλάσσης,
ἀνδρὸς δυστήνοιο, καὶ ἐσσομένοισι πυθέσθαι.
ταῦτα τέ μοι τελέσαι, πῆξαί τ' ἐπὶ τύμβῳ ἐρετμὸν,
τῷ καὶ ζωὸς ἔρεσσον, ἐὼν μετ' ἐμοῖς ἑτάροισιν.

Nec non et Tityon, Terrae omniparentis alumnum, 14
Cernere erat: per tota novem cui iugera corpus
Porrigitur, rostroque inmanis vultur obunco
Inmortale iecur tondens fecundaque poenis
Viscera rimaturque epulis habitatque sub alto
Pectore nec fibris requies datur ulla renatis.

Καὶ Τιτυὸν εἶδον, Γαίης ἐρικυδέος υἱὸν, 15

Edd. vicahgspdzb.]

Tunc] Aen. VI, 278. *Tum* v-g. Edd. Virg. — *Ἔνθ'*] Il. ξ', 231. — *σύμβλητο* vi. — *θανάτοιο. Καὶ τῷ νήδυμος ... ἄγχιστα ἐοικώς.* (Od. ν', 79, 80.) v-a. 12. *Quod*] Aen. VI, 363. 13. *Νῦν*] Od. λ', 66. — v. 2. ΑΛΟΧΟΝΜΟ ΚΑΙ P (cf. v. 3.). — v. 4. ΧΕΧΙΩΝ P. — v. 5. ΕC ΑΓΑΙΑΝ P. — *οἶδα .. μνήσασθαι ἐμεῖο* (v. 4-6) om. v-g (hg in mg.: „In ant. totus locus expositus erat."). — v. 7. *ὄπισθεν καταλείπῃς* vi. — v. 8. *μή τί τοι* c-g. — v. 9 *κακκῆαι* b. ΚΑΚΚΗΝΑΙ P. *κακκεῖαι* Hom ed. Wolf. — *ἅσσα* (ut edd. Hom.) Edd. — v. 10 *τ' ἐμοὶ* s-b. — ΧΕΥΕ P. — *ἀνδρὸς ... ἑτάροισιν* vv. 11-13. om. v-g. 14. *Nec non*] Aen. VI, 595. — *immani* S. — *ab unco* M2. *ad unco* Sv-g. — *tondens* Av-h M123. Cf. Comm. I, 10, 12. *tundens* Sg-bP. 15. *Καὶ*] Od. λ', 576.

10. *Αὐτὰρ ... ἐρετμόν*] „Quis non videt hunc locum, ubi sermo est de sepultura Elpenoris, plane alienum esse a consilio Macrobii, qui de Patrocli sepultura se esse locuturum paulo ante promisit? Exulet igitur iste locus, et restituatur Iliad. ψ', 165. *Ἐν δὲ πυρῇ ὑπάτῃ νεκρὸν θέσαν κτλ.*" Zeun. — At hic non de rogo sermo est, sed de tumuli insignibus: eiusmodi autem nihil apud Homerum de Patroclo legitur, sed tantum Il. ψ', 257: *Χεύαντες δὲ τὸ σῆμα πάλιν κίον.* Vix ergo dubium est, quin Macrobius commiserit errorem ea, quae ad Elpenorem (quem c. 2, § 14. cum Palinuro composuit) pertinent, ad Patroclum referendo. Cf. etiam § 13.

14. *Nec non et Tityon* cet.] Muretus Var. lect. VIII, 5. confert Aen. VI, 413. *Gemuit sub pondere cymba*, cum Hom. Il. ε', 838. *Μέγα δ' ἔβραχε φήγινος ἄξων.*

κείμενον ἐν δαπέδῳ· ὁ δ' ἐπ' ἐννέα κεῖτο πέλεθρα·
γῦπε δέ μιν ἑκάτερθε παρημένω ἧπαρ ἔκειρον,
δέρτρον ἔσω δύνοντες· ὁ δ' οὐκ ἀπαμύνετο χερσί·
Λητὼ γὰρ εἵλκυσε, Διὸς κυδρὴν παράκοιτιν,
Πυθώδ' ἐρχομένην διὰ καλλιχόρου Πανοπῆος.

16 *Non, mihi si linguae centum sint oraque centum,*
Ferrea vox, omnis scelerum conprendere formas,
Omnia poenarum percurrere nomina possim.

[83] *Πληθὺν δ' οὐκ ἂν ἐγὼ μυθήσομαι, οὐδ' ὀνομήνω,*
οὐδ' εἴ μοι δέκα μὲν γλῶσσαι δέκα δὲ στόματ' εἶεν,
φωνὴ δ' ἄῤῥηκτος, χάλκεον δέ μοι ἦτορ ἐνείη.

VIII. *Hinc exaudiri gemitus iraeque leonum*
Vincla recusantum et sera sub nocte rudentum,
Setigerique sues atque in praesepibus ursi
Saevire ac formae magnorum ululare luporum:
Quos hominum ex facie dea saeva potentibus herbis
Induerat Circe in vultus ac terga ferarum.

Εὗρον δ' ἐν βήσσῃσι τετυγμένα δώματα Κίρκης
ξεστοῖσι λάεσσι, περισκέπτῳ ἐνὶ χώρῳ.
ἀμφὶ δέ μιν λύκοι ἦσαν ὀρέστεροι ἠδὲ λέοντες,
τοὺς αὐτὴ κατέθελξεν, ἐπεὶ κακὰ φάρμακ' ἔδωκεν.

2 *Quid petitis? quae causa rates aut cuius egentes*
Litus ad Ausonium tot per vada caerula vexit?
Sive errore viae seu tempestatibus acti,
Qualia multa mari nautae patiuntur in alto.

Ἤ τι κατὰ πρῆξιν ἢ μαψιδίως ἀλάλησθε
οἷά τε ληϊστῆρες ὑπεὶρ ἅλα, τοί γ' ἀλόωνται
ψυχὰς παρθέμενοι, κακὸν ἀλλοδαποῖσι φέροντες;

3 *Ceu quondam nivei liquida inter nubila cycni*
Cum sese e pastu referunt et longa canoros
Dant per colla modos: sonat amnis et Asia longe
Pulsa palus.

[84] *Τῶν δ' ὥστ' ὀρνίθων πετεηνῶν ἔθνεα πολλὰ,*
χηνῶν ἢ γεράνων ἢ κύκνων δουλιχοδείρων,
Ἀσίῳ ἐν λειμῶνι Καϋστρίου ἀμφὶ ῥέεθρα,
ἔνθα καὶ ἔνθα ποτῶνται ἀγαλλόμεναι πτερύγεσσι,
κλαγγηδὸν προκαθιζόντων, σμαραγεῖ δέ τε λειμών.

4 *Illa vel intactae segetis per summa volaret*

[Mss. P (AS om. Graec.).

— v. 4. ΔΕΡΡΟΝ P. — v. 5. *εἵλκυσσε* i-z. *ελκυσσε* v. *ἥλκησε* Hom. ed. Wolf. 16. *Non*] Aen. VI, 625. — *omneis* chg. — *possem* v-g. — *Πληθὺν*] Il. β', 488.

VIII. *Caput VIII. In septimo et octavo qui versus sint ab Homero sumti.* 1. *Hinc*] Aen. VII, 15. — *Εὗρον*] Od. κ', 210. — v. 1. *ΔωΜα* P. — v. 2. *ξεστοῖσιν* Edd. Hom. — v. 3. ΔΕΜΑΥΓΟΙ P. 2. *Quid*] Aen. VII, 197. — *egentis* v. *egenteis* c-g. — *Ἤ τι*] Od. γ', 72. *Ὦ ξεῖνοι, τίνες ἐστέ; πόθεν πλεῖθ' ὑγρὰ κέλευθα; Ἤ τι* Edd. — *ὑπὲρ ἅλα* i-b. 3. *Ceu*] Aen. VII, 699. *Ceu .. cycni* om. ASv-gM123. — *liquida* om. s-bP. Versus damnum supplevi e Virgilio. — *cinthi* P. — *et pastu* AM3. — *Τῶν δ'*] Il. β', 459. 4. *Illa*] Aen. VII, 808.

Gramina, nec teneras cursu laesisset aristas,
Vel mare per medium fluctu suspensa tumenti
Ferret iter, celeres nec tingeret aequore plantas.
Αἱ δ' ὅτε μὲν σκιρτῷεν ἐπὶ ζείδωρον ἄρουραν,
ἄκρον ἐπ' ἀνθερίκων καρπὸν θέον οὐδὲ κατέκλων·
ἀλλ' ὅτε δὴ σκιρτῷεν ἐπ' εὐρέα νῶτα θαλάσσης,
ἄκρον ἐπὶ ῥηγμῖνος ἁλὸς πολιοῖο θέεσκον.

5 *Vescitur Aeneas simul et Troiana iuventus*
Perpetui tergo bovis et lustralibus extis.
Postquam exempta fames, et amor conpressus edendi,
Rex Evandrus ait.
Νώτοισι δ' Αἴαντα διηνεκέεσσι γέραιρεν
ἥρως Ἀτρείδης εὐρυκρείων Ἀγαμέμνων.
Αὐτὰρ ἐπεὶ πόσιος καὶ ἐδητύος ἐξ ἔρον ἕντο,
τοῖς ὁ γέρων πάμπρωτος ὑφαίνειν ἤρχετο μῆτιν.

6 *Evandrum ex humili tecto lux suscitat alma,*
Et matutinus volucrum sub culmine cantus.
Consurgit senior, tunicaque inducitur artus,
Et Tyrrhena pedum cirumdat vincula plantis.
Tum lateri atque humeris Tegeaeum subligat ensem,
Demissa ab laeva pantherae terga retorquens.
Nec non et gemini custodes limine in ipso
Praecedunt, gressumque canes comitantur herilem. [85]

7 *Ὤρνυτ' ἄρ ἐξ εὐνῆφιν Ὀδυσσῆος φίλος υἱός*
εἵματα ἑσσάμενος· περὶ δὲ ξίφος ὀξὺ θέτ' ὤμοις,
Ποσσὶ δ' ὑπὸ λιπαροῖσιν ἐδήσατο καλὰ πέδιλα. —
Βῆ δ' ἴμεν εἰς ἀγορήν· παλάμῃ δ' ἔχε χάλκεον ἔγχος,
οὐκ οἶος· ἅμα τῷγε κύνες πόδας ἀργοὶ ἕποντο.

Edd. vicahgspdzb.] — *inactae* S. — *celeris* S. — *tangeret* AP „B". — *Αἱ δ'*] Il. ύ, 226. — *ΖΕΙΔΩΡΑΝ* P. — v. 3. *Ἀλλ' ὅτε* (om. *δὴ*) v1. *αλλοτε μεν* v3. *ἀλλ' ὅτε μὲν* i. *Αἶδ' ὅτε δὴ* ca. 5. *Vescitur*] Aen. VIII, 182. — *extis.* *Τοῖσι δὲ βοῦν ἱέρευσεν ἄναξ ἀνδρῶν Ἀγαμέμνων, Ἄρσενα, πενταέτηρον, ὑπερμενέϊ Κρονίωνι* (Il. ή, 314 sq.). *Νώτοισί δ' Αἴαντα διηνεκέεσσι γέραιρεν* (c-b *γέγαιρεν*). *Postquam excmta fames et amor compressus edendi, Rex Evandrus ait.* Edd. In A, non, ut fieri solet, ubi Graeca verba omissa sunt, post *extis* adduntur litterae Gr. Ex S nihil enotavi. — *Νώτοισι*] Il. ή, 321. *Νώτοισιν* edd. Hom. — *Ἥρως ... Ἀγαμέμνων* om. v-g — *ΟΓΕΡΩΝΤΟϹ* (om. *πάμπρω*) P. — *ΕΝΗΡΧΕΤΟ ΜΗΤΙ* P. 6. *Evandrum*] Aen. VIII, 455. — v. 2. *Et matutinus* s-b. *Atque matutinus* (labante versu) APS. *Et matutini* (ut Virg. l. c.) v-g. — v. 5. *latere* AS. — v. 7. *lumine* A. — *in ipso* APSs-zM123. *ab alto* (ut Virg. l. c.) v-gb „Rectius." Zeun. — *Praecedunt* (ut edd. et plerique codd. Virg.) P (AS „B" *prec.*). *procedunt* Edd. 7. *Ὤρνυτ'*] Od. β', 2. Pro tribus his versibus leguntur in Edd. quattuor similes Il. β', 42-45. *Ἕζετο .. ξίφος ἀργυρόηλον* (v. 43. *περὶ δ' αὖ* et v. 44. *ὑπαί*). — *ΟϹΥ* P. — *ὤμῳ* Edd. Hom. — *Βῆ*] Od. β', 10. — *κύνες ποδας* edd. Hom. (P *ΠΟΔΑϹ*). *δύο κύνε* v1. *δύω κύνε* v3. *δύο κύνες* i. *δύω κύνες* c-b.

VIII, 5. *Vescitur Aeneas ... Rex Evandrus ait*] Hi Virgilii versus in Edd. non recte dirimuntur interpositis tribus versibus, e quibus ultimus pertinet ad versus Homericos qui sequuntur, quibuscum recte coniunctus est in cod. P. Cf. § 11.

8 *O mihi praeteritos referat si Iuppiter annos,*
Qualis eram, cum primam aciem Praeneste sub ipsa
Stravi, scutorumque incendi victor acervos,
Et regem hac Erimum dextra sub Tartara misi!
Nascenti cui tris animas Feronia mater,
Horrendum dictu, dederat, terna arma movenda;
Ter leto sternendus erat: cui tunc tamen omnis
Abstulit haec animas dextra et totidem exuit armis.

9 *Αἲ γὰρ, Ζεῦ τε πάτερ καὶ Ἀθηναίη καὶ Ἄπολλον.*
ἡβῷμ' ὡς ὅτ' ἐπ' ὠκυρόῳ Κελάδοντι μάχοντο
ἀγρόμενοι Πύλιοί τε καὶ Ἀρκάδες ἐγχεσίμωροι
Φειᾶς πὰρ τείχεσσιν Ἰαρδάνου ἀμφὶ ῥέεθρα. —
Ἀλλ' ἐμὲ θυμὸς ἀνῆκε πολυτλήμων πολεμίζειν
θάρσεϊ ᾧ· γενεῇ δὲ νεώτατος ἔσκον ἁπάντων·
καὶ μαχόμην οἱ ἐγὼ, δῶκεν δέ μοι εὖχος Ἀθήνη.
τὸν δὴ μήκιστον καὶ κάρτιστον κτάνον ἄνδρα·
πολλὸς γάρ τις ἔκειτο παρήορος ἔνθα καὶ ἔνθα.
εἴθ' ὣς ἡβώοιμι, βίη τέ μοι ἔμπεδος εἴη,
τῷ κε τάχ' ἀντήσειε μάχης κορυθαίολος Ἕκτωρ.

10 *Qualis ubi oceani perfusus Lucifer unda,*
Quem Venus ante alios astrorum diligit ignes,
Extulit os sacrum caelo tenebrasque resolvit.
Οἷος δ' ἀστὴρ εἶσι μετ' ἀστράσι νυκτὸς ἀμολγῷ,
ἕσπερος, ὃς κάλλιστος ἐν οὐρανῷ ἵσταται ἀστήρ.

11 *En perfecta mei promissa coniugis arte*
Munera, ne mox aut Laurentis, nate, superbos
Aut acrem dubites in proelia poscere Turnum.
Dixit et amplexus nati Cytherea petivit,
Arma sub adversa posuit radiantia quercu.
[86] *Ille deae donis et tanto laetus honore*
Inpleri nequit, atque oculos per singula volvit,

[Mss. P (AS om. Graec.).

8. *O mihi*] Aen. VIII, 560. — v. 4. *hac erimum* A. *ac erimum* P. *herilum* (om. *hac*) S. *hac Herilum* Edd. (Virg. *Erilum*). — v. 5. *treis* c-g. — v. 6 *arva* (*v* e corr.) A. — v. 7 *tum* v-g. — *omneis* c-g.
9. *Αἲ γὰρ*] Il. η', 132. Pro his versibus (*Αἲ γὰρ ... Ἕκτωρ*) in vi leguntur Il. λ', 670-672. *Εἴθ' ὡς ἡβώοιμι ... Ἰτυμονῆα*, in c-b 670-676. *Εἴθ' ὡς ἡβώοιμι ... Κάδδ' ἔπεσεν.* — v. 2. ΚΕΛΑΔΕΝΤΙ ΜΑΧΡΟΝΤΟ P. — v. 4. ΦΕΙΑΡΤΕΙΧΕϹΟΙΝ P. — *Ἀλλ' ἐμὲ*] Il. η', 152. — v. 1. ΕΜΕ ΥΜΟϹ ΑΝΗΚΕΛΥΤΛΗΜΩΝ P. — v. v. ΓΕΝΟΝ ΔΕ P. — v. 3. ΜΑΧΟΜΕΝ (sup. Η) ΔωΔωΚΕΝ (om. *οἱ ἐγὼ*) P. — v. 4. ΤΟΝΔΗΚΙϹΤΟΝ P. — v. 5. ΠΟΛΛΟΙ ΓΑΡ ΠΕϹΚΕΝΤΟ P. — v. 6. ΟΙϹωϹ P. — ΒΙΗΤΕ P. *βίη δὲ* edd. Hom. — ΜΟΙ ΠΕΛΑΟϹ P. — v. 7. ΤΟΚΕ P. 10. *Qualis*] Aen. VIII, 589. — *Quali sub* A. — *Οἷος*] Il. χ', 317. *Οἷος .. ἀστήρ* om. vi. „Locus restitutus ex 22 Iliad.“ c in mg. 11. *En*] Aen. VIII, 612. — v. 2. *Laurentes* v-g. — *superbo* vlc-g. — v. 5. *radientia* vl. — Post *quercu* (v. 5.) in Edd. leguntur Il. σ', 608-615. *Αὐτὰρ ἐπειδὴ ... προπάροιθεν ἀείρας.* (v. 611. vi *κόρυθα βριαρὴν*, ut edd. Hom., c-b *κυνέην βρ.*). Deinde sequuntur vv. 6-8. *Ille ... versat.* — v. 6. *deo* (sup. *i*) A. —

8. *Erimum*] In scribendo nomine alias ignoto non dubitavi meliorum meorum codicum vestigia sequi.

Miraturque, interque manus et brachia versat.
Τύνη δ' Ἡφαίστοιο πάρα κλυτὰ τεύχεα δέξο, 12
καλὰ μάλ', οἷ' οὔπω τις ἀνὴρ ὤμοισι φόρησεν.
Ὣς ἄρα φωνήσασα θεὰ κατὰ τεύχε' ἔθηκεν
πρόσθεν Ἀχιλλῆος· τὰ δ' ἀνέβραχε δαίδαλα πάντα. —
Τέρπετο δ' ἐν χείρεσσιν ἔχων θεοῦ ἀγλαὰ δῶρα.

IX. *Iri, decus caeli, quis te mihi nubibus actam* 1
Detulit in terras?
Ἶρι θεὰ, τίς τ' ἄρ σε θεῶν ἐμοὶ ἄγγελον ἧκεν;
— *Nec solos tangit Atridas* 2
Iste dolor.
Ἦ μοῦνοι φιλέουσ' ἀλόχους μερόπων ἀνθρώπων
Ἀτρεῖδαι;
Sed vos, o lecti, ferro quis scindere vallum 3
Adparat et mecum invadit trepidantia castra?
Ὄρνυσθ', ἱππόδαμοι Τρῶες, ῥήγνυσθε δὲ τεῖχος
Ἀργείων, καὶ νηυσὶν ἐνίετε θεσπιδαὲς πῦρ.
Quod superest, laeti bene gestis corpora rebus 4
Procurate viri, et pugnam sperate parati.
Νῦν δ' ἔρχεσθ' ἐπὶ δεῖπνον, ἵνα συνάγωμεν Ἄρηα· [87]
εὖ μέν τις δόρυ θηξάσθω, εὖ δ' ἄσπιδα θέσθω.
Sic ait inlacrimans: humero simul exuit ensem 5
Auratum, mira quem fecerat arte Lycaon
Gnosius atque habilem vagina aptarat eburna.
Dat Niso Mnestheus pellem horrentisque leonis
Exuvias, galeam fidus permutat Aletes.
Τυδείδῃ μὲν δῶκε μενεπτόλεμος Θρασυμήδης 6
φάσγανον ἄμφηκες, τὸ δ' ἑὸν παρὰ νηῒ λέλειπτο,
καὶ σάκος· ἀμφὶ δέ οἱ κυνέην κεφαλῆφιν ἔθηκε
ταυρείην ἄφαλόν τε καὶ ἄλλοφον, ἥτε καταῖτυξ
κέκληται, ῥύεται δὲ κάρη θαλερῶν αἰζηῶν.
Μηριόνης δ' Ὀδυσῆϊ δίδου βιὸν ἠδὲ φαρέτρην
καὶ ξίφος· ἀμφὶ δέ οἱ κυνέην κεφαλῆφιν ἔθηκε

Edd. vicahgspdzb.]
v. 7. *atqui* g in mg. — v. 8. *interque* om. A. 12. *Τύνη*] Il. τ', 10. *Τύνη ... πάντα* om. Edd. — *Τέρπετο*] Il. τ', 18. — *δῶρα. Αὐτὰρ ἐπεὶ φρεσὶν ᾗσιν ἐτάρπετο* (vi ᾗσι τετάρπετο) *δαίδαλα λεύσσων.*
IX. *Caput IX. Nono libro quae insint sumpta ab Homero.* ch-b.
1. *Iri*] Aen. IX, 18. — *internas* A. — *Ἶρι*] Il. σ', 182. *Ἶρι .. ἧκεν* om. vi. „Locus restitutus ex 18 Iliad.“ c in mg. — *τίς γὰρ* edd. Hom. — *ἧκε* c-b. 2. *Nec*] Aen. IX, 138. — *Ἦ μοῦνοι*] Il. ί, 340. *Ἦ .. Ἀτρεῖδαι* om. vi. In c-b his versibus praemittuntur duo antecedentes: *Τί δὲ λαὸν ... ἕνεκ' ἠΰκομοιο;* (c in mg.: „Restitutio ex 19. Iliad.“). *Ἦ* c-b. — *φιλέουσι* c-g. 3. *Sed vos*] Aen. IX, 146. — *Ὄρνυσθ'*] Il. μ', 440. *Ὄρνυσθ' ... πῦρ* om. v-a. — ΕΝΕΙΕΤΕ P. 4. *Quod*] Aen. IX, 157. — *lecti* A. — *parari* A. — *Νῦν*] Il. β', 381. — *εὖ μέν .. θέσθω* (v. 2) om. Edd. — ΘΕΞΑCΘΩ P. 5. *Sic ait*] Aen. IX, 303. — v. 3. *vaginae aptarat eburnae* g in mg. — v. 4. *Mnesteus* h-b Mss. — *Alethes* Edd. PS. 6. *Τυδείδῃ*] Il. κ', 255. — v. 2. *νηῒ* edd. Hom. recentt. *νηὶ* vi. ΝΕΙ P. *νηυσὶ* c-b; Homeri edd. vett. — v. 4. *Ταυρίην*

ῥινοῦ ποιητήν· πολέσιν δ' ἔντοσθεν ἱμᾶσιν
ἐντέτατο στερεῶς· ἔκτοσθε δὲ λευκοὶ ὀδόντες
ἀργιόδοντος ὑὸς θαμέες ἔχον ἔνθα καὶ ἔνθα
εὖ καὶ ἐπισταμένως· μέσσῃ δ' ἐνὶ πῖλος ἀρήρει.

7 *Protinus armati incedunt, quos omnis euntes*
Primorum manus ad portas iuvenumque senumque
Prosequitur votis, nec non et pulcher Iulus.
Τὼ δ', ἐπεὶ οὖν ὅπλοισιν ἐνὶ δεινοῖσιν ἐδύτην,
βάν ῥ' ἰέναι, λιπέτην δὲ κατ' αὐτόθι πάντας ἀρίστους.

8 *Egressi superant fossas, noctisque per umbram*
Castra inimica petunt, multis tamen ante futuri
Exitio: passim somno vinoque per herbam
Corpora fusa vident, adrectos litore currus,
Inter lora rotasque viros, simul arma iacere,
Vina simul. Prior Hyrtacides sic ore locutus:
Euryale, audendum dextra, nunc ipsa vocat res.
Hac iter est. Tu, ne qua manus se attollere nobis
A tergo possit, custodi et consule longe.
Haec ego vasta dabo et recto te limite ducam.

9 Τὼ δὲ βάτην προτέρω διά τ' ἔντεα καὶ μέλαν αἷμα·
αἶψα δ' ἐπὶ Θρηκῶν ἀνδρῶν τέλος ἷξον ἰόντες·
οἱ δ' εὗδον καμάτῳ ἀδηκότες· ἔντεα δέ σφιν
[88] καλὰ παρ' αὐτοῖσιν χθονὶ κέκλιτο, εὖ κατὰ κόσμον,
τριστοιχεί· παρὰ δέ σφιν ἑκάστῳ δίζυγες ἵπποι.
Ῥῆσος δ' ἐν μέσῳ εὗδε, παρ' αὐτὸν δ' ὠκέες ἵπποι
ἐξ ἐπιδιφριάδος πυμάτης ἱμᾶσι δέδεντο.
τὸν δ' Ὀδυσεὺς προπάροιθεν ἰδὼν Διομήδεϊ δεῖξεν·
Οὗτός τοι, Διόμηδες, ἀνήρ, οὗτοι δέ τοι ἵπποι,
οὓς νῶϊν πίφαυσκε Δόλων, ὃν ἐπέφνομεν ἡμεῖς.
ἀλλ' ἄγε δή, πρόφερε κρατερὸν μένος· οὐδέ τί σε χρὴ
ἑστάμεναι μέλεον σὺν τεύχεσιν· ἀλλὰ λύ' ἵππους·
ἠὲ σύ γ' ἄνδρας ἔναιρε, μελήσουσιν δέ μοι ἵπποι.

10 *Sed non auguriis poterat depellere pestem.*
Ἀλλ' οὐκ οἰωνοῖσιν ἐρύσσατο Κῆρα μέλαιναν.

11 *Et iam prima novo spargebat lumine terras*

[Mss. P (AS om. Graec.).
hg. — ἄλοφον Edd. — βίον a-b. — vv. 7-11. ἀμφὶ δέ οἱ ... ἀρήρει om. Edd. — v. 8. ΡΕΙΝΟΥ ΠΟΙΕΝ ΠΟΔΕΝΤΟΕΕΝ P. — v. 10. ΤΑΜΕΘΕC P. 7. *Protinus*] Aen. IX, 308. *Protinus* ... πάντας ἀρίστους om. P. — v. 1. *cuntis* A. — v. 2. *senum* (om. *que*) S. — Τὼ δ'] Il. κ', 272. 8. *Egressi*] Aen. IX, 314. — v. 9. *custodi* om. P. — v. 10. *vastabo* P. — *lato te limite* v. 9. Τὼ δὲ] Il. κ', 469. — v. 2. εξον v. ἔχον i. — v. 3. ἀδδηκότες (ut edd. Hom.) c-b. — v. 4. ΠΑΡ ΑΔΕΛΦΙΤΟΙCΙΝ P (cf. v. 5.). — v. 5 sq. δίζυγες ἵπποι. *Et paulo post:* (om v. 6. Ῥῆσος ... ἵπποι) Edd. (v3 *et paulost*, i om. *et paulo post*). — v. 6. παρ' αὐτῷ Hom. l. c. vulgo. — v. 7. ἐξ .. δέδεντο om vi. Hic versus in ca ponitur post v. 9. — v. 8. ΟΔΥCCΕΥΟΠΑΡΟΙΘΕΝ P. — v. 10. νῷν a. — v. 13. ΜΕΛΕΗCΟΥCΙΝ P. μελήσουσι Edd. 10. *Sed*] Aen. IX, 328. — *auguriis* ASs-z. *augurii* v1. *augurio* (ut edd. Virg.) v3-gbP. „Melius." Zeun. — *poterat* AP. *potuit* (ut edd. Virg.) Edd. S. — Ἀλλ'] Il. β', 859.
11. *Et iam*] Aen. IX, 459. — Ἠὼς] Il. λ', 1. — ἀγανοῦ c-g. — φέρῃ v1;

Tithoni croceum linquens Aurora cubile.
Ἠὼς δ' ἐκ λεχέων παρ' ἀγαυοῦ Τιθωνοῖο
ὤρνυθ', ἵν' ἀθανάτοισι φόως φέροι ἠδὲ βροτοῖσι.

Mater Euryali ad dirum nuntium, ut excussos de manibus ra- 12
dios et pensa demitteret, ut per muros et virorum agmina ululans et comam scissa decurreret, ut effunderet dolorem in lamentationum querelas, totum de Andromache sumpsit lamentante mortem mariti.

O vere Phrygiae, neque enim Phryges. 13
Ὦ πέπονες, κάκ' ἐλέγχε', Ἀχαιΐδες, οὐκέτ' Ἀχαιοί.

Quos alios muros aut quae iam moenia habetis? 14
Unus homo et vestris, o cives, undique septus
Aggeribus, tantas strages inpune per urbem [89]
Ediderit? iuvenum primos tot miserit Orco?
Non infelicis patriae veterumque deorum
Et magni Aeneae segnes miseretque pudetque?

Ὦ φίλοι ἥρωες Δαναοί, θεράποντες Ἄρηος, 15
ἀνέρες ἔστε, φίλοι, μνήσασθε δὲ θούριδος ἀλκῆς!
ἠέ τινάς φαμεν εἶναι ἀοσσητῆρας ὀπίσσω;
ἠέ τι τεῖχος ἄρειον, ὅ κ' ἀνδράσι λοιγὸν ἀμύναι;
οὐ μέν τις σχεδόν ἐστι πόλις πύργοις ἀραρυῖα,
ᾗ κ' ἀπαμυναίμεσθ', ἑτεραλκέα δῆμον ἔχοντες·
ἀλλ' ἐν γὰρ Τρώων πεδίῳ.

X. *Tela manu iaciunt: quales sub nubibus atris* 1
Strymoniae dant signa grues, atque aethera tranant
Cum sonitu, fugiuntque Notos clamore secundo.
Ἠΰτε περ κλαγγὴ γεράνων πέλει οὐρανόθι πρό,
αἵτ' ἐπεὶ οὖν χειμῶνα φύγον καὶ ἀθέσφατον ὄμβρον·

Ardet apex capiti, cristisque ac vertice flamma 2

Edd. vicahgspdzb.]

cf. I, 22, 3. 12 *Mater Euryali*] Aen. IX, 473 sqq. — *durum* P. — *comam* AS Virg. (v. 478.) *coma* Edd. P. — *lamentationem* A. — *de Andromache*] Il. χ', 460 sqq. *Andromache* AS. *Andromacha* Edd. P. — *sumpsit lamentatione* h. — *mariti mortem* S. In c-b subiiciuntur versus Il. χ', 460-464. Ὣς φαμένη ... Ἑλκόμενον πρόσθεν πόλιος. (c in mg.: „Locus illustratus ex 22 Il."). 13. *O vere*] Aen. IX, 618. *O .. Phryges* om. P. — *verae* vl. — *nec enim* S. — Ὦ πέπονες] Il. β', 235. Ὦ μοι ἀπειλητῆρες (vi ἀπελ.) ἀχαιΐδες οὐκέτ' ἀχαιοὶ (Il. ή, 96.) v-g (hg in mg.: „Pro hoc ille citatur in ant. versus ὦ πέπονες ... ἀχαιοί. ἰλιάδ. β'."). 14. *Quos*] Aen. IX, 782. — *aut quae iam* ASvl. *quae iam ultra* (ut edd. Virg.) v3-bP. — v. 3. *tanta* S. — v. 4. *miserat* A. — v. 6. *segnes* om. AS. 15. Ὦ φίλοι] Il. ό, 733. Ὦ φίλοι .. πεδίῳ. om. va. Ὦ φίλοι .. ἀλκῆς! (vv. 1, 2.) om. h-b. — v. 5. τι edd. Hom. — v. 6. ἑτεραχλέα zb. — v. 7. πεδίῳ *etc.* hg.

X. *Caput X. Quae in reliquis libris mutuatus sit ab Homero Vergilius.* ch-b. 1. *Tela*] Aen. X, 264. — Ἠΰτε] Il. γ', 3. Τρῶες μὲν κλαγγῇ τ' ἐνοπῇ τ' ἴσαν, ὄρνιθες ὥς, Ἠΰτε Edd. — ὄμβρον, Κλαγγῇ ταί γε πέτονται ἐπὶ (sic) ὠκεανοῖο ῥοάων. Edd. 2. *Ardet*]

IX, 11. *Et iam cet.*] Hi versus leguntur etiam c. 6, § 15. 12. *comam scissa*] A Virgilio hoc mutuatus est Macrobius; sed vid. prolegg. p. xxxix med. Cf. etiam Stat. Theb. XI, 317. *Scissa comas.*

Funditur, et vastos umbo vomit aureus ignes.
Non secus ac liquida si quando nocte cometae
Sanguinei lugubre rubent, aut Sirius ardor:
Ille sitim morbosque ferens mortalibus aegris
Nascitur, et laevo contristat lumine caelum.

3 Τὸν δ' ὁ γέρων Πρίαμος πρῶτος ἴδεν ὀφθαλμοῖσιν
[90] παμφαίνονθ' ὥστ' ἀστέρ' ἐπεσσύμενον πεδίοιο,
ὅς ῥά τ' ὀπώρης εἶσιν, ἀρίζηλοι δέ οἱ αὐγαὶ
φαίνονται πολλοῖσι μετ' ἄστρασι νυκτὸς ἀμολγῷ.
ὅντε κύν' Ὠρίωνος ἐπίκλησιν καλέουσιν.
λαμπρότατος μὲν ὅδ' ἐστὶ, κακὸν δέ τε σῆμα τέτυκται.
καί τε φέρει πολλὸν πυρετὸν δειλοῖσι βροτοῖσιν.
ὣς τοῦ χαλκὸς ἔλαμπεν ἐπὶ στήθεσσι θέοντος.

4 *Stat sua cuique dies: breve et inreparabile tempus*
Omnibus est vitae. —
Fata vocant, metasque dati pervenit ad aevi.

Αἰνότατε Κρονίδη, ποῖον τὸν μῦθον ἔειπες;
ἄνδρα θνητὸν ἐόντα, πάλαι πεπρωμένον αἴσῃ,
ἂψ ἐθέλεις θανάτοιο δυσηχέος ἐξαναλῦσαι; —
Μοῖραν δ' οὔτινά φημι πεφυγμένον ἔμμεναι ἀνδρῶν,
οὐ κακὸν, οὐδὲ μὲν ἐσθλὸν, ἐπὴν τὰ πρῶτα γένηται.

5 *Per patrios manes, per spes surgentis Iuli,*
Te precor, hanc animam serves natoque patrique.
Est domus alta: iacent penitus defossa talenta
Caelati argenti: sunt auri pondera facti
Infectique mihi. Non hic victoria Teucrum
Vertitur, aut anima una dabit discrimina tanta.
Dixerat. Aeneas contra cui talia reddit:
Argenti atque auri memoras quae magna talenta
Natis parce tuis. Belli commercia Turnus
Sustulit ista prior, iam tum Pallante perempto.
Hoc patris Anchisae manes, hoc sentit Iulus.
Sic fatus galeam laeva tenet, atque reflexa
Cervice orantis capulo tenus abdidit ensem.

[Mss. P (AS om. Graec.).

Aen. X, 270. — *capite* A a sec. m. *capitis* (ut codd. nonnulli Virg.) s-bP. — *cristis* (om. *que*) S. *tristisque* A. — *a vertice* (ut Virg. cod. Med. aliique) i-g. 3. *Τὸν δ'*] Il. χ', 25. Pro versu primo in edd. leguntur Il. ε', vv. 4-7., *Δαῖέ οἱ ἐκ κόρυθος ... ἀπὸ κράτος τε καὶ ὤμων.* (v. add. *Et alibi:*). — v. 2. *ἐπησύμενος* vl. — v. 4. *φαίνοντε* z. — v. 6. *ὅγ'* (ut Hom. edd. vett.) Edd. — *δὲ* (om. *τὲ*) vi. — v. 8. *ὡς τοῦ ... θέοντος* om. Edd. — *ΕΛΛΑΜΠΕΝΕΠΙ ΣΤΗΘΑΙ* P. *ἔλαμπε περὶ στήθεσσι* Hom. vulgo. 4. *Stat*] Aen. X, 467. — *Fata*] ib. 472. Ante hunc versum in vi est spatium vacuum trium fere versuum. In ca praemittuntur versus *Μοῖραν ... γένηται* et *Νῦν δ' ἔμπης γὰρ κῆρες ... οὐδ' ὑπαλύξαι* (Il. μ', 326 et 327.), in c add. in mg.: „Locus reparatus.“ In h-b praemittuntur versus *Μοῖραν ... γένηται*, et *Αἰνότατε ... ἐξαναλῦσαι.* — Post versum *Fata ... aevi* in vi est spatium versus unius, in c-b legitur Il. ν', 602.: *Ἤϊε· τὸν δ' ἄγε μοῖρα κακὴ θανάτοιο τέλοσδε.* — *Αἰνότατε*] Il. π', 440. — *Μοῖραν*] Il. ζ', 488. 5. *Per*] Aen. X, 524. — *et spes* edd. Virg. — v. 2. *Ter precor* S. — v. 6. *haud anima* vl. — *dabat* A. — v. 8. *multa* (ut Virg. vulgo) Edd. S. — v. 9. *Gnatis* (ut

Ζώγρει, Ἀτρέος υἱέ, σὺ δ' ἄξια δέξαι ἄποινα· 6
πολλὰ δ' ἐν Ἀντιμάχοιο δόμοις κειμήλια κεῖται,
χαλκός τε χρυσός τε πολύκμητός τε σίδηρος·
τῶν κέν τοι χαρίσαιτο πατὴρ ἀπερείσι' ἄποινα,
εἰ νῶϊ ζωοὺς πεπύθοιτ' ἐπὶ νηυσὶν Ἀχαιῶν.
Ὣς τώγε κλαίοντε προσαυδήτην βασιλῆα
μειλιχίοις ἐπέεσσιν· ἀμείλικτον δ' ὄπ' ἄκουσαν·
Εἰ μὲν δὴ Ἀντιμάχοιο δαΐφρονος υἱέες ἐστόν,
ὅς ποτ' ἐνὶ Τρώων ἀγορῇ Μενέλαον ἄνωγεν,
ἀγγελίην ἐλθόντα σὺν ἀντιθέῳ Ὀδυσῆϊ,
αὖθι κατακτεῖναι, μηδ' ἐξέμεν ἂψ ἐς Ἀχαιούς·
νῦν μὲν δὴ τοῦ πατρὸς ἀεικέα τίσετε λώβην.
Ἦ, καὶ Πείσανδρον μὲν ἀφ' ἵππων ὦσε χαμᾶζε,
δουρὶ βαλὼν πρὸς στῆθος· ὁ δ' ὕπτιος οὔδει ἐρείσθη·
Ἱππόλοχος δ' ἀπόρουσε, τὸν αὖ χαμαὶ ἐξενάριξεν,
χεῖρας ἀπὸ ξίφεϊ τμήξας, ἀπό τ' αὐχένα κόψας·
ὅλμον δ' ὣς ἔσσευε κυλίνδεσθαι δι' ὁμίλου. [91]

Inpastus stabula alta leo ceu saepe peragrans, 7
Suadet enim vesana fames, si forte fugacem
Conspexit capream aut surgentem in cornua cervum,
Gaudet hians inmane, comasque adrexit, et haeret
Visceribus super accumbens lavit inproba taeter
Ora cruor:
Sic ruit in densos alacer Mezentius hostes.

Ὥστε λέων ἐχάρη μεγάλῳ ἐπὶ σώματι κύρσας, 8
εὑρὼν ἢ ἔλαφον κεραὸν ἢ ἄγριον αἶγα,
πεινάων· μάλα γάρ τε κατεσθίει, εἴπερ ἂν αὐτὸν
σεύωνται ταχέες τε κύνες, θαλεροί τ' αἰζηοί·
ὣς ἐχάρη Μενέλαος Ἀλέξανδρον θεοειδέα
ὀφθαλμοῖσιν ἰδών· φάτο γὰρ τίσασθαι ἀλείτην. —

Βῆ ῥ' ἴμεν, ὥστε λέων ὀρεσίτροφος, ὅστ' ἐπιδευὴς 9
δηρὸν ἔῃ κρειῶν, κέλεται δέ ἑ θυμὸς ἀγήνωρ
μήλων πειρήσοντα καὶ ἐς πυκινὸν δόμον ἐλθεῖν.
εἴπερ γάρ χ' εὕρῃσι παρ' αὐτόφι βώτορας ἄνδρας
σὺν κυσὶ καὶ δούρεσσι φυλάσσοντας περὶ μῆλα,
οὔ ῥά τ' ἀπείρητος μέμονε σταθμοῖο δίεσθαι,

Edd. vicahgspdzb.]

edd. Virg. etiam v. 2) S (A in ras.). — v. 13. *addidit* A. *adplicat* Virg. codd. vetust. 6. *Ζώγρει*] Il. λ', 131. — v. 2. ΕΝ ΑΝΤΙΜΑΧΟΙΟ ΔΟΚΕΙΜΕΙΜΑ P. *ἐν ἀφνειοῦ πατρὸς κειμήλια* c-b. Cf. Il. ζ, 47. (hg in mg.: „Pro his sunt in ant. multo plures versus ex *Ἰλιάδ. λ.* de filiis Antimachi.“). — v. 4. *Τῶν χ' ὔμμιν* vi. — v. 5. ΕΙΝΩΙΝ P. *Εἴ κεν ἐμὲ* v-z (b *Αἴ*); cf. Il. ζ', 50. — v. 6-17. *ὥς τώγε ... δι' ὁμίλου* om. Edd. 7. *Inpastus*] Aen. X, 723. — v. 1. *saepe peragrans* om. AP. — v. 2. *enim far vesana* P. — *sed forte* vl (v3 *seu*, i *se*). — v. 4. *arrecta* g in mg. — v. 5. *incumbens* (ut Virg. cod. Med.) Edd. — *improbat ether* A. — v. 6. *Ora cruor* om. A. — v. 7. *hostis* A. 8. *Ὥστε*] Il. γ', 23. — v. 3. *μάλα γὰρ ... ἐπάλξεις* (§ 9, v. 10.) om. v-g (hg in mg.: „In antiq. totus locus expositus est additis et aliis ex *Ἰλιάδ. μ. βῆ ῥ' ἴμεν*, quos et paulo ante citari indicavimus.“). 9. *Βῆ ῥ' ἴμεν*] Il. μ', 299. — v. 2. ΔΗΡΟΝΕΝ P. — v. 4. ΒΩΤΟΡΙΣ P. — v. 6. *Οὔ ῥά τ' ... δίεσθαι* om.

ἀλλ᾽ ὅγ᾽ ἄρ᾽ ἢ ἥρπαξε μετάλμενος, ἠὲ καὶ αὐτὸς
ἔβλητ᾽ ἐν πρώτοισι θοῆς ἀπὸ χειρὸς ἄκοντι·
ὥς ῥα τότ᾽ ἀντίθεον Σαρπηδόνα θυμὸς ἀνῆκε
τεῖχος ἐπαΐξαι, διά τε ῥήξασθαι ἐπάλξεις.

10 *Spargitur et tellus lacrimis, sparguntur et arma.*
Δεύοντο ψάμαθοι, δεύοντο δὲ τεύχεα φωτῶν
δάκρυσι.

11 *Cingitur ipse furens certatim in praelia Turnus:*
Iamque adeo rutilum thoraca indutus aenis
Horrebat squamis, surasque incluserat auro,
Tempora nudus adhuc, laterique accinxerat ensem:
[92] *Fulgebatque alta decurrens aureus arce.*

12 *Ὣς φάτο· Πάτροκλος δὲ κορύσσετο νώροπι χαλκῷ.*
κνημῖδας μὲν πρῶτα περὶ κνήμῃσιν ἔθηκε
καλάς, ἀργυρέοισιν ἐπισφυρίοις ἀραρυίας·
δεύτερον αὖ θώρηκα περὶ στήθεσσιν ἔδυνε,
ποικίλον ἀστερόεντα, ποδώκεος Αἰακίδαο·
ἀμφὶ δ᾽ ἄρ᾽ ὤμοισιν βάλετο ξίφος ἀργυρόηλον,
χάλκεον· αὐτὰρ ἔπειτα σάκος μέγα τε στιβαρόν τε·
κρατὶ δ᾽ ἐπ᾽ ἰφθίμῳ κυνέην εὔτυκτον ἔθηκεν,
ἵππουριν· δεινὸν δὲ λόφος καθύπερθεν ἔνευεν.
εἵλετο δ᾽ ἄλκιμα δοῦρα, τά οἱ παλάμηφιν ἀρήρει.

13 *Purpureus veluti cum flos succisus aratro*
Languescit moriens, lassove papavera collo
Demisere caput, pluvia cum forte gravantur.
Μήκων δ᾽ ὡς ἑτέρωσε κάρη βάλεν, ἥτ᾽ ἐνὶ κήπῳ
καρπῷ βριθομένη, νοτίῃσί τε εἰαρινῇσιν·
ὣς ἑτέρωσ᾽ ἤμυσε κάρη πήληκι βαρυνθέν.

XI. Et haec quidem iudicio legentium relinquenda sunt, ut ipsi aestiment quid debeant de utriusque collatione sentire. Si

[Mss. P (AS om. Graec.).
zb. — v. 9. *ενηκε* P. — v. 10. *τοιχος επαι Δια* P. 10. *Spargitur*] Aen. XI, 191. — *Δεύοντο*] Il. ψ', 15. — *δὲ καὶ τεύχεα* vi. — *Δάκρυσι* om. P. 11. *Cingitur*] Aen. XI, 486. — v. 1. *certatum* A. — v. 4. *ense* A. 12. *Ὣς φάτο*] Il. π', 130. *Ὣς .. χαλκῷ* (v. 1) om. v-g (hg in mg.: „Iliad. 19. [τ', 369.] et alibi. Citantur in antiq. versus ex *Ἰλιάδ.* π' de Patroclo.“). — v. 4. *δ᾽ αὖ* vi. — *ἔδυνεν* (ut edd. Hom.) v-g. — v. 5. *ποικίλον* ... *Αἰακίδας* et (vv. 8 et 9.) *κρατὶ* ... *ἔνευεν* om. v-g; cf. Il. τ', l. c. — v. 10. *Εἵλετο τοῦ δ᾽ ἀπάνευθε σέλας γένετ᾽* (v *γένετο*) *ἠύτε μήνης* v-g ex Il. τ', 374. 13. *Purpureus*] Aen. IX, 435. — v. 2. *laxove* S. *lassoque* v-g. — *Μήκων*] Il. ϑ', 306. — *νοτιησι* d. *νοτιῇσι* zb. — v. 3. *ὣς ... βαρυνθέν* om. v-a.
XI. *Caput XI. Quos locos ita transtulerit Vergilius, ut Homero superior videatur.* ch-b. 1. *estimant* A. 2. *Qualis*] Aen. I, 430. —

X, 13. *Purpureus* cet.] **Haec ponenda erant ante c. 9, § 11., neque patet cur Macrobius institutum ordinem reliquerit: aut ergo ipse videtur postea aut alius quis haec addidisse.**
XI, 1. *legentium*] **Licet intelligere Homerum et Virgilium, at hoc loco certe non immemor sit Macrobius disputationis ab Eustathio habitae. Cf. c. 7. § 4., c. 13. § 27., c. 14. § 8.**
Si .. consulas] **Et hoc loco et § 4. Eustathius alloqui videtur Prae-**

tamen me consulas, non negabo nonnumquam Virgilium in transferendo densius excoluisse, ut in hoc loco:

Qualis apes aestate nova per florea rura 2
Exercet sub sole labor, cum gentis adultos
Educunt fetus, aut cum liquentia mella
Stipant et dulci distendunt nectare cellas,
Aut onera accipiunt venientum aut agmine facto
Ignavum, fucos, pecus a praesepibus arcent. [93]
Fervet opus, redolentque thymo fragrantia mella.

Ἠΰτε ἔθνεα εἶσι μελισσάων ἀδινάων, 3
πέτρης ἐκ γλαφυρῆς αἰεὶ νέον ἐρχομενάων·
βοτρυδὸν δὲ πέτονται ἐπ' ἄνθεσιν εἰαρινοῖσιν,
αἱ μέν τ' ἔνθα ἅλις πεποτήαται, αἱ δέ τε ἔνθα·
ὣς τῶν ἔθνεα πολλὰ νεῶν ἄπο καὶ κλισιάων
ἠϊόνος προπάροιθε βαθείης ἐστιχόωντο
ἰλαδὸν εἰς ἀγορήν· μετὰ δέ σφισιν Ὄσσα δεδήει.

Vides descriptas apes a Virgilio opifices, ab Homero vagas: alter 4
discursum et solam volatus varietatem, alter exprimit nativae artis officium. In his quoque versibus Maro extitit locupletior interpres: 5

O socii, neque enim ignari sumus ante malorum,
O passi graviora, dabit deus his quoque finem.
Vos et Scyllaeam rabiem penitusque sonantes
Accestis scopulos, vos et Cyclopia saxa
Experti: revocate animos, maestumque timorem
Mittite: forsan et haec olim meminisse iuvabit.
Per varios casus, et reliqua.

Ὦ φίλοι, οὐ γάρ πώ τι κακῶν ἀδαήμονές εἰμεν· 6
οὐ μὲν δὴ τόδε μεῖζον ἔπι κακὸν, ἢ ὅτε Κύκλωψ
εἴλει ἐνὶ σπῆϊ γλαφυρῷ κρατερῆφι βίηφι·
ἀλλὰ καὶ ἔνθεν ἐμῇ ἀρετῇ βουλῇ τε νόῳ τε
ἐκφύγομεν· καί που τῶνδε μνήσεσθαι ὀΐω.

Ulixes ad socios unam commemoravit aerumnam: hic ad speran- 7

Edd. vicahgspdzb.]

v. 4. *aut dulci* vl. *et dulces* AS. — v. 5. *venientium* A. — v. 7. *flagrantia* A. 3. Ἠΰτε] Il. β', 87. — v. 3. ΕΝΑΝΘΕCΙΝ P. — v. 4. πεποταται P. — vv. 5-7. Ὣς ... δεδήει om. v-g. — v. 5. ΑΝΟΚΕΚΑΙCCΙΑΩ P. — v. 6. ΕCΠΡΟΧΟΩΝΤΟ P. Cf. initium versus. — v. 7. μετὰ ... δεδήει om. s-b. 4. *discursus* S. — *navitate artis* A. 5. *iis* vl. — *O socii*] Aen. I, 198. — v. 3. *sonanteis* c-g. — v. 4. *Ancestis* A. — *cyclopeia* S. *cyclopea* Edd. P (A *sicl.*) — v. 6. *Mitte* A. — v. 7. *Per varios casus, et reliqua* ASv-gM123. om. s-bP. 6. Ὦ φίλοι] Od. μ', 208. — v. 2. ἔπει c-b. ἔπεισι vi. 7. *Ulyxes* Svi. *Ulysses* c-bP. — *Καὶ ... ὀΐω* om.

textatum, qui eum ad disputandum provocasse dicitur c. 2. § 3.

***densius excoluisse*] i. e. rem amplius exornasse.**

4. *Vides* cet.] „Non satis subtiliter rem hic tractat Macrobius. Bene enim docet Clarkius ad Il. β', 87. utriusque poetae consilium esse diversum. Virgilius enim apum laborem comparat cum operariis urbem sedulo condentibus, sed Homerus apum copiam rationemque evolandi confert cum militibus cupide e navibus procurrentibus.“ Zeun.

7. *ad socios*] i. e. cum sociis

dam praesentis mali absolutionem gemini casus hortatur eventu. Deinde ille obscurius dixit:

— *Καί που τῶνδε μνήσεσθαι ὀΐω,*

hic apertius:

[94] *Forsan et haec olim meminisse iuvabit.*

8 Sed et hoc quod vester adiecit solatii fortioris est. Suos enim non tantum exemplo evadendi sed et spe futurae felicitatis animavit, per hos labores non solum sedes quietas sed et regna pro-
9 mittens. Hos quoque versus inspicere libet:

Ac veluti summis antiquam in montibus ornum
Cum ferro accisam crebrisque bipennibus instant
Eruere agricolae certatim: illa usque minatur
Et tremefacta comam concusso vertice nutat,
Vulneribus donec paulatim evicta supremum
Congemuit traxitque iugis avulsa ruinam.

Ἤριπε δ' ὡς ὅτε τις δρῦς ἤριπεν ἢ ἀχερωΐς
ἠὲ πίτυς βλωθρή, τήντ' οὔρεσι τέκτονες ἄνδρες
ἐξέταμον πελέκεσσι νεήκεσι νήϊον εἶναι.

Magno cultu vester difficultatem abscidendae arboreae molis expressit, verum nullo negotio Homerica arbor absciditur.

10 *Haud segnis strato surgit Palinurus et omnes*
Explorat ventos atque auribus aera captat:
Sidera cuncta notat tacito labentia caelo,
Arcturum Pliadasque Hyadas geminosque Triones,
Armatumque auro circumspicit Orionem.

Αὐτὰρ ὁ πηδαλίῳ ἰθύνετο τεχνηέντως
ἥμενος· οὐδέ οἱ ὕπνος ἐπὶ βλεφάροισιν ἔπιπτε
Πληϊάδας τ' ἐσορῶντι καὶ ὀψὲ δύοντα Βοώτην
ἄρκτον θ', ἣν καὶ ἅμαξαν ἐπίκλησιν καλέουσιν,
ἥτ' αὐτοῦ στρέφεται καί τ' Ὠρίωνα δοκεύει.

11 Gubernator qui explorat caelum crebro reflectere cervicem debet

[Mss. P (AS om. Graec.).

v-a. 8. *noster* v-g „B". *Virgilius* A „C". — *sed spe* (om. *et*) h. — *sedes quietas* cet.] Cf. Aen. I, 205 sq. 9. *Ac veluti*] Aen. II, 626. — v. 2. *abscisam* A „C". — v. 3. *certant* B. — v. 4. *mutat* hg (g in mg. *nutat*). — *Ἤριπε*] Il. ν', 389. et π', 482. Pro his versibus in vi leguntur Il. δ', 482-486. *Ὁ δ' ἐν κονίῃσι ... περικαλλέϊ δίφρῳ;* in c-g 482-488. *Ὁ δ' ... παρ' ὄχθας* (hg in mg. „Citantur in ant. hoc loco versus ex *Ἰλιάδ.* ν' de Asio, qui sunt et in π' de Sarpedone."). — *cultu virgilius diff.* A. — *abscinditur* v3-g. 10. *Haud*] Aen. III, 513. *Aut* A. — *omnis* A. — v. 3. *labantia* h. — v. 4. *Pleiadasque* ich-g. *Pleadasque* a. *pluvias* v. *pluviasque* Virgil. cod. Med. cum aliis optimis. — v. 5. *Oriona* (ut Virg. vulgo) Edd. S. — *Αὐτὰρ*] Od. ε', 270. — v. 1. *τεχνεέντως* p2dz. — v. 2. *ΗΜΟΝΟCΥΔΕ* P. — *ΠΙΠΤΕΝ* P. — v. 5. *δοκεύει, Οἴη δ' ἄμμορός ἐστι λοετρῶν ὠκεανοῖο.* c-b (p2-b *λωε-*

loquens. Vid. Hand. Tursell. I, p. 93 sq.

8. *vester*] Cf. § 9. et vid. nott. ad c. 1. § 4. et c. 2. § 17.

exemplo evadendi] i. e. memoria periculorum quae effugerant.

9. *nullo negotio ... absciditur*] „Clarkius ad Il. δ', 482. bene monet ineptam esse omnem horum duorum locorum comparationem propterea quod in utroque res longe diversae expingantur." Zeun.

captando de diversis caeli regionibus securitatem sereni. Hoc [95] mire et velut coloribus Maro pinxit. Nam quia Arcturus iuxta septentrionem est, Taurus vero in quo Hyades sunt, sed et Orion, in regione austri sunt, crebram cervicis reflexionem in Palinuro sidera consulente descripsit. *Arcturum*, inquit: ecce intuetur par- 12
tem septentrionis; deinde *Pliadasque Hyadas:* ecce ad austrum flectitur; *geminosque Triones:* rursus ad septentriones vertit aspectum; *Armatumque auro circumspicit Orionem:* iterum se ad austrum reflectit. Sed et verbo *circumspicit* varietatem saepe se vicissim convertentis ostendit. Homerus gubernatorem suum se- 13
mel inducit intuentem Pliadas, quae in australi regione sunt, semel Booten et Arcton, quae sunt in septentrionali polo.

Nec tibi diva parens, generis nec Dardanus auctor, 14
Perfide, sed duris genuit te cautibus horrens
Caucasus, Hyrcanaeque admorunt ubera tigres.

Νηλεές· οὐκ ἄρα σοί γε πατὴρ ἦν ἱππότα Πηλεύς,
οὐδὲ Θέτις μήτηρ· γλαυκὴ δέ σε τίκτε θάλασσα.

Plene Virgilius non partionem solam, sicut ille quem sequebatur, 15
sed educationem quoque nutricationis tamquam belualem et asperam criminatus est. Addidit enim de suo:

Hyrcanaeque admorunt ubera tigres;

quoniam videlicet in moribus inolescendis magnam fere partem nutricis ingenium et natura lactis tenet, quae infusa tenero et mixta parentum semini adhuc recenti ex hac gemina concretione

Edd. vicabgspdzb.]

τρῶν). 11. *sunt Hyades* Sv-gM12. — *et orion* (om. *sed*) v-gbP. „In ed. vet. illud *Sed* abest; quod nec sensus poscit." Zeun. 12. *Pleiadasque* ch-p. *pleiadas* (om. *que*) i. *Pleadasque* a. *pluvias* v. — *Orionem* A. *Oriona* Edd. PS. — *sed* (del. *d*) *et austrum* A. 13. *Pleiadas* Edd. P. — *Booten* Avich-pl. *Bootem* ap-bP *boetem* S. 14. *Nec*] Aen. IV, 365. – v. 3. *admovetur* A. — *Νηλεές*] Il. π', 33. — ΣΟΥ P. — v. 2. σετεκε v. σὲ τέκε i. — θάλασσα πετραί τ' ἠλίβατοι (vi πετρα τετηλιβατη) ὅτι τοι (ca τι) νόος ἐστὶν ἀπήνης. v-g. 15. *Plane* i-g. — *non partionem ... configurat*] Cf. Gell. XII, 1, 20. (Vid. nott.) — *petitionem* v. *portionem* i. — *criminatus est. addidit* AP Gell. l. c. *criminatur. addit* Edd. S. — *suo* (om. *de*) A. — *in minoribus adolescendis* S. — *fert* P. — *mista* v-g. — *hac una* S. 16. *copiam* om.

11. *velut coloribus*] Cf. Comm. II, 5, 5. *Tantum non coloribus pinxit.*

Taurus .. in quo Hyades sunt] Cf. Comm. I, 18, 13. *Vergilias et Hyadas, partes Tauri clariores.*

Orion] Cf. ib. § 5. *Vergiliae nec a sui umquam se copulatione dispergunt, nec Hyadas, quae vicinae sunt, deserunt, aut Orionis proximam regionem relinquunt.*

12. *ecce*] Vid. prolegg. p. XLI.

vertit aspectum] Cf. Cic. N. D. II, 57, 142. *Sed lubricos oculos fecit et mobiles, ut .. aspectum quo vellent facile converterent.*

15. *partionem*] i. e. partum. Praeter Gellium (l. c. in app.) hac voce usus est de hominibus Plautus Truc. I, 2, 99. et Afranius ap. Non. p. 217, 31.

educationem .. nutricationis] Gellius, qui l. c. habet *alituram*, scripsit ib. § 5. *munus nutricationis*, et Apul. de dogm. Plat. II, 26. (p. 27.) *puerorum nutricationis.* Cf. § 16. *nutricatu.*

belualem] Nova vox. Gellius l. c. habet *feram et saevam.*

in moribus inolescendis] Sic Gellius l. c., idemque XII, 5, 7.: *Induit nobis (natura) inolevitque in ipsis statim principiis, quibus nati sumus, amorem nostri et caritatem.*

16 unam indolem configurat. Hinc est quod providentia naturae si-
[96] militudinem natorum atque gignentium ex ipso quoque nutricatu praeparans fecit cum ipso partu alimoniae copiam nasci. Nam postquam sanguis ille opifex in penetralibus suis omne corpus effinxit atque aluit, adventante iam partus tempore idem ad corporis materni superna conscendens in naturam lactis albescit, ut
17 recens natis idem sit altor qui fuerat fabricator. Quamobrem non frustra creditum est, sicut valeat ad fingendas corporis atque animi similitudines vis et natura seminis, non secus ad eandem
18 rem lactis quoque ingenia et proprietates valere. Neque in hominibus id solum sed in pecudibus quoque animadversum. Nam si ovium lacte haedi aut caprarum agni forsitan alantur, constat ferme in his lanam duriorem, in illis capillum gigni teneriorem.
19 In arboribus etiam et frugibus ad earum indolem vel detrectandam vel augendam maior plerumque vis et potestas est aquarum atque terrarum quae alunt quam ipsius quod iacitur seminis; ac saepe videas laetam nitentemque arborem, si in locum alterum transferatur, suco terrae deterioris elanguisse. Ad criminandos igitur mores defuit Homero quod Virgilius adiecit.

20 *Non tam praecipites biiugo certamine campum*
Corripuere, ruuntque effusi carcere currus:

[Mss. P (AS om. Graec.).

P. — *Nam postquam .... elanguisse* (§ 18.)] Cf. Gell. l. c. §§ 13-16. — *sanguis* ASv-gbPM123 Gell. l. c. *sanguinis* s-z. „Lego *sanguis*. Nisi putes nominativo antiquo uti voluisse Macrobium. Quod mihi quidem verisimile non sit.“ Meurs. „Edit. vet. habet *sanguis*; recte.“ Zeun. — *recens notis* v. — *sit auctor* A. 17. *valet* „B“. 18. *in iis lanam* vi. — *in iis capillum* vi. *in his capillum* P. — *pilum* g in mg.
19. *ad earum indolem* s-bP Gell. l. c. *indolem* (om. *ad earum*) Pvi. *ad indolem* (om. *earum*) Sc-g. — *detractandam* A. — *atque terrarum* APS Gell. l. c. *et terrarum* Edd. 20. *Non tam*] Aen. V, 144. — v. 2.

quae ... configurat] Totius sententiae haud commode subiectum est *natura lactis;* erat autem dicendum: *Quod* (lac) *infusum tenero miscetur parentum semini adhuc recenti, ut ex hac gemina concretione una indoles fiat.* Melius Gellius l. c.: *Quae iam a principio imbuta paterni seminis concretione ex matris etiam corpore et animo recentem indolem configuravit.*

16 *nutricatu*] Cf. § 15. et Plaut. Mil. III, 1, 53. *Educatum in nutricatu Venerio.*

fecit .. copiam nasci] Vid. prolegg. p. XL.

sanguis ille opifex] Cf. § 4 et c. 2. § 1. *opifici deo.* — „Confer egregiam Favorini philosophi dissertationem liberos matris ipsius lacte esse alendos apud Gellium XII, 1., unde noster hausit.“ Zeun.

in penetralibus suis] i. e. in utero. Cf. Comm. I, 6, 63. *Semine semel intra formandi hominis monetam locato.*

corporis .. superna] Cf. VII, 10, 4. *posteriora capitis.* Gellius l. c. § 13. habet: *in supernas partes.*

17. *ingenia*] Cf. Plin. paneg. 49, 7. *exquisita ingenia coenarum.*

19. *vel detrectandam vel augendam*] Prius illud verbum suum locum habet ubi sermo est de auctoritate minuenda, hoc posterius refertur proprie aut ad numerum aut ad magnitudinem, sed h. l. Gellius et post eum Macrobius ita ea usurpaverunt ut significent: „ad indolem reddendam vel deteriorem vel meliorem.“

elanguisse] Maior vis inest in eo verbo quo usus est Gellius, *deperisse.*

Ad criminandos ... adiecit.] Haud recte vulgo post *adiecit* ponitur aut colon aut comma, ut haec ad sequentia videantur esse referenda.

Nec sic inmissis aurigae undantia lora
Concussere iugis, pronique in verbera pendent.

Οἱ δ' ὥς ἐν πεδίῳ τετράοροι ἄρσενες ἵπποι,
πάντες ἀφορμηθέντες ὑπὸ πληγῇσιν ἱμάσθλης,
ὑψόσ' ἀειρόμενοι ῥίμφα πρήσσουσι κέλευθα. [97]

Graius poeta equorum tantum meminit flagro animante curren- 21 tium, licet dici non possit elegantius quam quod adiecit *ὑψόσ' ἀειρόμενοι*, quo expressit quantum natura dare poterat impetum cursus. Verum Maro et currus de carcere ruentes et campos 22 corripiendo praecipites mira celeritate descripsit, et accepto brevi semine de Homerico flagro pinxit aurigas concutientes lora undantia et pronos in verbera pendentes: nec ullam quadrigarum partem intactam reliquit, ut esset illi certaminis plena descriptio.

— *Magno veluti cum flamma sonore* 23
Virgea suggeritur costis undantis aeni,
Exsultantque aestu latices, furit intus aquae vis,
Fumidus atque alte spumis exuberat amnis.
Nec iam se capit unda: volat vapor ater ad auras.

Ὡς δὲ λέβης ζεῖ ἔνδον, ἐπειγόμενος πυρὶ πολλῷ,
κνίσσῃ μελδόμενος ἁπαλοτρεφέος σιάλοιο,
πάντοθεν ἀμβολάδην, ὑπὸ δὲ ξύλα κάγκανα κεῖται·
ὣς τοῦ καλὰ ῥέεθρα πυρὶ φλέγετο, ζέε δ' ὕδωρ.

Graeci versus aeni continent mentionem multo igne ebullientis: 24 et totum ipsum locum haec verba ornant, *πάντοθεν ἀμβολάδην*. Nam scaturigines ex omni parte emergentes sic eleganter expressit. In Latinis versibus tota rei pompa descripta est, sonus flam- 25 mae, et pro hoc quod ille dixerat: *πάντοθεν ἀμβολάδην*, exul-

Edd. vicahgspdzb.]

ruuntque fusi h. — *Οἱ δ' ὥς*] cf. Od. ν', 81., ubi quidem legitur *ἡ δ', ὥστ'*. Pro his versibus in v-g sunt Il. ψ', 500 et 501. *Μάστιγι* (vi *μάστιγα*) ... *πρήσσοντε* (vl *πρήσοντες*, v3i *πρήσοντε*) *κέλευθον*. v-g. (hg in mg. „In anti. hi sunt: *οἱδ' ὡς* (g *ἀρ'*) ... *κέλευθα*.“). „Nec ille locus a re alienus.“ Zeun. — v. 2. *πάντες* Hom. l. c. *παντηc* P. *πάντοσ'* s-b (hg in mg.). — *αφορмηθεc* P. *ἀφορμιθένδες* g in mg. *ἅμ' ὁρμηθέντες* Hom. l. c. 21. *posset* vi. — *adiecit* om. P. — *γψοcλειρομενοι* A (P *γψοpc*). (lac.) *pomenoi* S. *pomeno* P6. *ὑψόσ' ἀειρέσθην* v-g (hg in mg. *ὑψόσ' ἀειρόμενοι*). — *expressit quem nam dare* v. 22. *deo homerico* A. — *predentes* A. — *illi* AP16. *illa* Edd S. Vid. not.
23 *Magno*] Aen. VII. 462 — v. 2. *Vir geritur* P. — v. 3. *aquai* (om. *vis*) Virg. cod. Med. — *Ὡς δὲ*] Il. φ', 362. — v. 1. *ἔνδοθ'* vi. — v. 2. *ἀπαλλοτροφέος* vi. *απαιrφεοc* P. — v. 3. *πάνδοθεν ἀμφολάδην* vi. — v. 4. *ὥς ... ὕδωρ* om. v-g. — *φλεΓετοcτολγλωr* P. 24. *aheni* v-g. — *orant* h. — *πάντοθεν ἀμβολάδην* om. Sv-a. 25. *per hoc* vi. — *πάντοθεν ἀμβολάδην* om. ASv-a. — *exultantes* Av-gP6. *exultant* S. *exsul-*

21. *flagro*] Cf. I, 23, 12.
22. *nec ... reliquit*] Haec *ὑπερβολικῶς* esse dicta facile patet.
illi] Virgilio. An scribendum est *illic*, ut statuendum sit litteram c intercidisse, quod sequens vox ab eadem inciperet? Adde quod ex *illic* facile oriri poterat *illa*.
25. *tota rei pompa*] i. e. quidquid poterat dici ad rem exornandam. Cf. c. 13. § 26.
ἀμβολάδην] „De vi et potestate huius verbi vide quae egregie disputat Ern. ad Callim. H. in Dian. 61.“ Zeun. — Dammius in lexico Homerico coll. Herod. IV, 81. interpretatur hanc vocem sic: „Notat *ἀναζέειν διὰ φλογὸς ὑπερβο-*

tantes aestu latices et amnem fumidum exuberantem spumis atque intus furentem: unius enim verbi non reperiens similem dignitatem, conpensavit quod deerat copiae varietate descriptionis. Adiecit post omnia:

[98] *Nec iam se capit unda,*

quo expressit quod semper usu evenit suppositi nimietate caloris. Bene ergo se habet poeticae tubae cultus omnia quae in hac re eveniunt conprehendens.

26 *Portam, quae ducis imperio commissa, recludunt*
Freti armis, ultroque invitant moenibus hostem.
Ipsi intus dextra ac laeva pro turribus adstant,
Armati ferro et cristis capita alta coruscis.
Quales aeriae liquentia flumina circum,
Sive Padi ripis Athesim seu propter amoenum,
Consurgunt geminae quercus intonsaque caelo
Attollunt capita et sublimi vertice nutant.

27 *Τὼ μὲν ἄρα προπάροιθε πυλάων ὑψηλάων*
ἕστασαν, ὡς ὅτε τε δρύες οὔρεσιν ὑψικάρηνοι,
αἵτ' ἄνεμον μίμνουσι καὶ ὑετὸν ἤματα πάντα,
ῥίζῃσιν μεγάλῃσι διηνεκέεσσ' ἀραρυῖαι·
ὣς ἄρα τὼ χείρεσσι πεποιθότες ἠδὲ βίηφι
μίμνον ἐπερχόμενον μέγαν Ἄσιον, οὐδ' ἐφέβοντο.

28 Graeci milites Polypoetes et Leonteus stant pro portis, et inmobiles Asium advenientem hostem velut fixae arbores opperiuntur.
29 Hactenus est Graeca descriptio. Verum Virgiliana Bitian et Pandarum portam ultro recludere facit oblaturos hosti quod per vota quaerebat, ut compos castrorum fieret, per hoc futuros in hostium
[99]potestate: et geminos heroas modo turres vocat modo describit

[Mss. P (AS om. Graec.)

tant s-bP. — *reperiens* (om. *non*) A. 26. *Portam*] Aen. IX, 675. — v. 1. *imperio ducis* v-g. — *commissa* AP16. Virg. vulgo. *est commissa* Edd. S. — v. 4. *corusci* edd. Virg. — v. 5. *aereae* vl. — *flamina* S.
27. *Τὼ μὲν*] Il. μ', 131. Praemittuntur in c-b vv. 127–130. *Νήπιοι ἐν δὲ πύλῃσι δύ' ἀνέρας εὗρον ἀρίστους ... ἶσον Ἄρηϊ,* in vi vv. 127 et 128. *Νήπιοι· ἐν δὲ πύλῃσι δύ' ἀνέρες εὗρον ἀρίστω ... αἰχμητάων* (om. seqq. cum vers. 131. *Τὼ μὲν ... ὑψηλάων*). — v. 1. *ὑψηλάων* om. P. — v. 2. *ὅτε* (om. *τε*) vi. — v. 4. *διηνεκέες* v-a. — v. 6. *οὐδὲ φέβοντο* vi. 28. *leonteus* (om. *et*) A. — *etiam mobiles* AP16.
29. *Bitiam* v-g. *biciã* S. *bithzian* A. — *pro voto quaerebant* v.

λὴν, καὶ ἄνω κάτω ποιεῖν τὸ ὕδωρ ἐν τῷ παφλάζειν."

poeticae tubae] Cf. Comm. II, 8, 4. *Per poeticam tubam, quae omnia semper in maius extollit.* Miro modo h. l. et tribuitur *cultus*, i. e. ornatus, ut c. 13. § 6.

26. v. 5. *cristis capita alta coruscis*] Sic haec leguntur in omnibus Macrobii exemplaribus. Sed tamen res non certa est omnino, quia § 29. legitur: *describit luce cristarum coruscos*, ubi vox *coruscus* male explicatur ex eo loco qui legitur c. 12. § 2.: nam non agi de luce, sed de motu cristarum, docet ipsa poetae comparatio, inprimis v. 8. *et sublimi vertice nutant.* Sic Virgilius Aen. I, 164. dicit *silvis coruscis* et XII, 701. *coruscis ilicibus.*

29. *recludere facit*] Cf. § 16.

futuros] Sic scripsi cum edd. chz, ut referatur ad Bithian et Pandarum. Quod vulgo legitur, *futurus*, id accommodatum esse videtur antecedenti *compos.* At quomodo dici potest hostis futurus in hostium potestate?

luce cristarum coruscos: nec arborum, ut ille, similitudinem praetermisit, sed uberius eam pulchriusque descripsit. Nec hoc negaverim cultius a Marone prolatum:

Olli dura quies oculos et ferreus urguet
Somnus: in aeternam clauduntur lumina noctem.
Ὣς ὁ μὲν ἔνθα πεσὼν κοιμήσατο χάλκεον ὕπνον.

XII. In aliquibus par paene splendor amborum est, uti: 1

— Spargit rara ungula rores
Sanguineos, mixtaque cruor calcatur arena.
— Αἵματι δ' ἄξων
νέρθεν ἅπας πεπάλακτο, καὶ ἄντυγες αἳ περὶ δίφρον,
ἃς ἄρ' ἀφ' ἱππείων ὁπλέων ῥαθάμιγγες ἔβαλλον.
— Et luce coruscus ahena. 2
Αὐγὴ χαλκείη κορύθων ἄπο λαμπομενάων.
— Quaerit pars semina flammae. 3
Σπέρμα πυρὸς σώζων.
Indum sanguineo veluti violaverit ostro 4
Si quis ebur.
Ὡς δ' ὅτε τίς τ' ἐλέφαντα γυνὴ φοίνικι μιήνῃ.
— Si tangere portus 5
Infandum caput ac terris adnare necesse est:
Et sic fata Iovis poscunt, hic terminus haeret:
At bello audacis populi vexatus et armis,
Finibus extorris, conplexu avulsus Iuli,
Auxilium inploret, videatque indigna suorum [100]
Funera: nec, cum se sub leges pacis iniquae
Tradiderit, regno aut optata luce fruatur,
Sed cadat ante diem mediaque inhumatus arena.
Κλῦθι, Ποσείδαον γαιήοχε κυανοχαῖτα· 6
εἰ ἐτεόν γε σός εἰμι, πατὴρ δ' ἐμὸς εὔχεαι εἶναι,
δὸς μὴ Ὀδυσσῆα πτολιπόρθιον οἴκαδ' ἱκέσθαι,
υἱὸν Λαέρτεω, Ἰθάκῃ ἔνι οἰκί' ἔχοντα.
ἀλλ' εἰ καί οἱ μοῖρα φίλους τ' ἰδέειν καὶ ἱκέσθαι
οἶκον ἐς ὑψόροφον, καὶ ἐὴν ἐς πατρίδα γαῖαν,

Edd. vicahgspdzb.]
— *futurus* Mss. viagspdb. 30. *Olli*] Aen. X, 745. — *urget* Sv-gbP. — Ὣς ὁ μὲν] Il. λ', 241. — *αὖθι πεσὼν* (ut Hom. vulgo) Edd.
XII. *Caput XII. In quibus par utriusque poetae sit splendor.* ch-b.
1. *ut in his* s-bP. — *Spargit*] Aen. XII, 339. — *rapida ungula* (ut Virg. l. c) v-g. — *Αἵματι*] Il. λ', 534. *Αἵματι ... ἔβαλλον* om. v-a.
2. *Et luce*] Aen. II, 470. — *Αὐγὴ*] Il. ν', 341. — *Αὐγὴ .. λαμπομενάων* om. v-a. 3. *Quaerit*] Aen. VI, 6. — *Σπέρμα*] Od. ε, 490. — *Σπέρματα πυρὸς* (om. *σώζων*) v-a. 4. *Indum*] Aen. XII, 67. — *ostro sequitur* (om. *Si quis ebur*) AS. — Ὡς δ' ὅτε] Il. δ', 141. 5. *Si*] Aen. IV, 612. — *Sic* P. — v. 3. *facta* A. — *habet* A — v. 5. *compressu* S. 6. *Κλῦθι*] Od. ι, 528. — *Κλῦθι .. εἶναι* (v. 2.) om. v-g. — v. 3. *Δός μοι* vich. — *πτολίπορθον* s-b. — v. 4. *υἱὸν ... ἔχοντα* om. vi. — v. 5. *ει και οι μοιρ* P. *εἴ οἱ μοῖρ' ἐστι* (ut Hom. l. c.) Edd. — v. 6.

XII, 1. *rara ungula*] Dubium non est quin verum sit id quod in Virgilii exemplaribus legitur, *rapida*; sed ego codicibus Macrobii obsequendum esse putavi.

ὀψὲ κακῶς ἔλθοι, ὀλέσας ἀπὸ πάντας ἑταίρους,
νηὸς ἐπ' ἀλλοτρίης, εὕροι δ' ἐν πήματα οἴκῳ.

7 *Proxima Circaeae raduntur litora terrae:*
Dives inaccessos ubi Solis filia lucos
Adsiduo resonat cantu, tectisque superbis
Urit odoratam nocturna in lumina cedrum,
Arguto tenues percurrens pectine telas.

8 Ἤϊεν, ὄφρα μέγα σπέος ἵκετο. τῷ ἔνι νύμφη
ναῖεν ἐϋπλόκαμος, δεινὴ θεός, αὐδήεσσα.
πῦρ μὲν ἐπ' ἐσχαρόφιν μέγα καίετο, τηλόσε δ' ὀδμὴ
κέδρου τ' εὐκεάτοιο θύου τ' ἀνὰ νῆσον ὀδώδει,
δαιομένων· ἡ δ' ἔνδον ἀοιδιάουσ' ὀπὶ καλῇ
ἱστὸν ἐποιχομένη χρυσείῃ κερκίδ' ὕφαινεν.

9 *Maeonio regi quem serva Licymnia furtim*
Sustulerat vetitisque ad Troiam miserat armis.

Βουκολίων δ' ἦν υἱὸς ἀγαυοῦ Λαομέδοντος,
πρεσβύτατος γενεῇ, σκότιον δέ ἑ γείνατο μήτηρ.

10 *Ille autem expirans: Non me, quicumque es, inulto*
Victor nec longum laetabere: te quoque fata
Prospectant paria, atque eadem mox arva tenebis.
Ad quem subridens mixta Mezentius ira:
[101] *Nunc morere: ast de me divum pater atque hominum rex.*

11 Ἄλλο δέ τοι ἐρέω, σὺ δ' ἐνὶ φρεσὶ βάλλεο σῇσιν,
οὔ θην οὐδ' αὐτὸς δηρὸν βέῃ, ἀλλά τοι ἤδη
ἄγχι παρέστηκεν θάνατος καὶ μοῖρα κραταιὴ,

[Mss. P (AS om. Graec.).
οἶκον ἐΰκτίμενον (ut Hom. l. c.) Edd. 7. *Proxima*] Aen. VII, 10. — v. 2. *filia circe* P. 8. *Ἤϊεν*] Od. ἑ, 57. v. 1. *Ἤϊεν ... νύμφη* om. vi. — *τῷ* (ut Hom. vulgo) P. *ᾧ* c-b. — v. 2. *ἐϋπλόκαμος· τὴν δ' ἔνδοθι τέτμεν ἐοῦσαν* (ut Hom. l. c.) c-b. — v. 4. *νῆσιν* zb. 9. *Maeonio*] Aen. IX, 546. — v. 1. *quem serva Licinia furtim* Edd.; om. S. *quem serva* (om. *Licymnia furtim*) P. *quem servali* (om. *cymnia furtim*) A. — *quia* „B". — v. 2. *sustulerit* S. — *ventisque* A. — *Βουκολίων*] Il. ζ, 23. *Βουκολίων ... Λαομέδοντος* om. v-a. 10. *Ille*] Aen. X, 739. — v. 3. *tenebis. Οὐ θὴν οὐδ' αὐτὸς ... Αἰακίδαο* (quae in Ps-b leguntur paulo infra (§ 11.), om. v. 1. *Ἄλλο ... σῇσιν*) v-g. — v. 4. *Ad quae* S. — *mista* v-g. — v. 5. *rex Viderit.* Edd. 11. *Ἄλλο*] Il. π', 851. *Ἄλλο .. et alibi* om. v-g. Vid. supra. — v. 2. *αλλτι* P. — v. 3. *ἄγχι ...*

9. *Licymnia*] Hanc scripturam, quae legitur apud Virgilium e codd. Medic. et Gud., recipere non dubitavi, quum tres mei codices h. l. mutili neque confirment neque reprobent id quod in edd. legitur, *Licinia*, quod nomen Romanum videtur ortum esse e *licīnia*.

vetitisque ad Troiam miserat armis] Hunc locum propter haec verba poterat Macrobius iis adnumerare in quibus Virgilius plura addiderit quam Homerus, siquidem interpretamur cum Servio: „*Vetitis legi militari intelligimus qua servi a militia prohibebantur.* Conf. tamen I, 11, 30 sqq. et interpretes Plinii ad Ep. X, 38, 1.

10. *ast de me ... rex*] Truncata est sententia: ergo non sine causa additur in edd. *Viderit*, quod tamen nolui recipere, quia etiam c. 13. §§ 13. et 17. al. quae ad sensum necessaria sunt e versu proxime sequenti in edd. demum addita sunt.

11. *Ἄλλο δέ τοι ἐρέω* cet.] Haec non recte omissa sunt in edd. vett.: nam respondent principio loci Virgiliani qui legitur § 10.

χερσὶ δαμέντ' Ἀχιλῆος ἀμύμονος Αἰακίδαο.

et alibi: *Τὸν καὶ τεθνηῶτα προσηύδα δῖος Ἀχιλλεύς·*
Τέθναθι· κῆρα δ' ἐγὼ τότε δέξομαι, ὁππότε κεν δὴ
Ζεὺς ἐθέλῃ τελέσαι ἠδ' ἀθάνατοι θεοὶ ἄλλοι.

Qualis, ubi aut leporem aut candenti corpore cygnum 12
Sustulit alta petens pedibus Iovis armiger uncis,
Quaesitum aut matri multis balatibus agnum
Martius a stabulis rapuit lupus: undique clamor
Tollitur: invadunt et fossas aggere conplent.

Οἴμησεν δὲ ἀλεὶς, ὥστ' αἰετὸς ὑψιπετήεις 13
ὅστ' εἶσιν πεδίονδε διὰ νεφέων ἐρεβεννῶν
ἁρπάξων ἢ ἄρν' ἀπαλὴν ἢ πτῶκα λαγωόν·
ὣς Ἕκτωρ οἴμησε τινάσσων φάσγανον ὀξύ.

XIII. Et quia non est erubescendum Virgilio si minorem 1
se Homero vel ipse fateatur, dicam in quibus mihi visus sit gracilior auctore.

Tunc caput orantis nequicquam et multa parantis 2
Dicere deturbat terrae, truncumque reliquit.

Hi duo versus de illo translati sunt: [102]

Φθεγγομένου δ' ἄρα τοῦδε κάρη κονίῃσιν ἐμίχθη.

Vide nimiam celeritatem salvo pondere: ad quam non potuit conatus Maronis accedere. In curuli certamine Homerus alterum 3
currum paululum antecedentem et alterum paene coniunctum sequendo qua luce signavit?

Edd. vicahgspdzb.] *κραταιή* om. P. — *Τὸν καὶ*] Il. χ', 364. — v. 1. *τεθνειῶτα* Edd. 12. *Qualis*] Aen. IX, 563. — v. 4. *rapuit lupus. Οἴμησεν δὲ ἀλεὶς .... ἢ πτῶκα λαγῶον* (cf. § 13.). *Undique clamor.* v-g. 13. *Οἴμησεν*] Il. χ', 308. Hos versus ultimo omisso legi in v-g insertos § 12. versui 4. modo adnotavimus. Hoc loco in vi est spatium vacuum; in c-g leguntur versus Il. λ', 49-51. *Αὐτοὶ δὲ πρυλέες ... κοσμηθέντες*, (c in mg.: „Locus restitutus ex 11. Il."). — v. 1. *ἀλεὶς* Edd. — v. 2. *πεΔεΔια* P. — v. 3. *ἁρπάζων* v-z. — *ἀπαλὴν* (ut Hom. l. c. Vind. quint.) P. *ἀμαλὴν* (ut Hom. vulgo) Edd.

XIII. *Caput XIII. In quibus Vergilius Homerici carminis maiestatem non aequet.* ch-b. 1. *gratilior* AM3. — *auctor* SvliM12P6. *autor* v3chg (hg in mg. *autore*). *author* a. 2. *Tunc*] Aen. X, 554. *Tum caput* v-g. *Tunc apud* A. — v. 2. *truncumque tepentem* vel *repente* Virg. — *Φθεγγομένου*] Il. κ', 457. Praemittuntur in v-a tres versus proxime antecedentes: *Ἦ καὶ ὁ μὲν ... κέρσε τένοντε.* „Haud dubie series orationis indicat etiam hos versus ab auctore esse intellectos." Zeun. — *τοῦγε* (ut Hom. l. c.) Edd. 3. *In cir-*

13. *ἀλεὶς*] i. e. se contrahens, tanquam collecturus vires ad impetum faciendum. Cf. c. 13. § 25. v. 5.

XIII, 1. *gracilior*] Cf. Gell. N. A. VII, 14, 1. *Et in carmine et in soluta oratione genera dicendi probabilia sunt tria, quae χαρακτῆρας vocant, nominaque iis fecerunt ἁδρὸν, ἰσχνὸν, μέσον. Nos quoque quem primum posuimus uberem vocamus, secundum gracilem, tertium mediocrem. Uberi dignitas atque amplitudo est, gracili venustas et subtilitas, medius in confinio est, utriusque modi particeps.*

2. *nimiam*] i. e. summam. Cf. VII, 7, §§ 1 et 7.

conatus Maronis] Vid. prolegg. p. XLII sq.

3. *paene coniunctum sequendo*] i. e. paene sine ullo intervallo sequentem. Vid. prolegg. p. XL. med.

Πνοιῇ δ' Εὐμήλοιο μετάφρενον ἠδὲ καὶ ὤμους
θέρμετ'· ἐπ' αὐτῷ γὰρ κεφαλὰς καταθέντε πετέσθην·

At iste: — *Humescunt spumis flatuque sequentum.*

4 Mirabilior est celeritas consequentis priorem in cursu pedum apud eundem vatem:

Ἴχνια ποσσὶν ἔτυπτε πάρος κόνιν ἀμφιχυθῆναι.

Est autem huius versus hic sensus: Si per solum pulvereum forte curratur, ubi pes fuerit de terra a currente sublatus, vestigium sine dubio signatum videtur: et tamen celerius cogitatione pulvis
5 qui ictu pedis fuerat excussus vestigio superfunditur. Ait ergo divinus poeta ita proximum fuisse qui sequebatur, ut occuparet antecedentis vestigium antequam pulvis ei superfunderetur: at hic vester idem significare cupiens quid ait?

— *Calcemque terit iam calce Diores.*

6 Vide et in hoc Homeri cultum:

Κεῖτ' ἀποδοχμώσας πλατὺν αὐχένα.

Iste ait: *Cervicem inflexam posuit.*

7 Hos quoque versus, si videtur, conparemus:

Ἅρματα δ' ἄλλοτε μὲν χθονὶ πίλνατο πουλυβοτείρῃ,
ἄλλοτε δ' ἀΐξασκε μετήορα.
[103] *Iamque humiles, iamque elati sublime videntur*
Aera per tenerum ferri.

8 *Πασάων δ' ὑπὲρ ἥγε κάρη ἔχει ἠδὲ μέτωπα.*
— *Ingrediensque deas supereminet omnes.*

[Mss. P (AS om. Graec.).

culi certamine a. — *Πνοιῇ*] Il. ψ', 380. In v-c praemittuntur antecedentia inde a v. 375: *Ὦκα δ' ἔπειτα*, in a eadem a v. 376: *Αἱ Φηρητιάδαο.* — *ἠδὲ καὶ ὤμους* (ut Hom. Od. θ', 528) P. *εὐρέε τ' ὤμω* (ut Hom. h. l.) Edd. — *καταθονετεcε. at iste* P. — *At iste* om. Edd. AS. — *Humescunt*] Georg. III, 111. *Tumescunt* S. 4. *priore* AS „B". — *cursu* (om. *in*) v-g. — *Ἴχνια*] Il. ψ', 763. — *ποαινετιντε* P. *τύπτε πόδεσσι* (ut Hom. vulgo) Edd. — *sonum* A. — *currente* (om. *a*) AS. *currentis* „B". — *pultus* A. 5. *Ait enim* v. — *at hic ... quid ait* om. SM12. — *hic virgilius idem* A. *hic* (h *hinc*) *videtur idem* v-g. *hic vester videt idem* P6. — *quod ait* v-g. — *Calcemque*] Aen. V, 324. 6. *in hoc* om. S. — *Κεῖτ'*] Od. ι, 372. Pro hoc versu in v-g legitur antecedens (371): *Ἦ καὶ ἀνακλινθεὶς πέσεν ὕπτιος* (hg in mg. „Al. *κεῖτ' ἀποδ. πλατὴν αὐχένα*). — *παχὺν αὐχένα* edd. Hom. — *Cervicem*] Aen. III, 631. — *inplexam* A. 7. *Ἅρματα*] Il. ψ', 368. — *Iamque*] Georg. III, 108. — *humilis* v-g. — *aetati* v. (ras.) *eati* A. — *per vacuum* Virg. l. c.; sed *Aera per tenerum* legitur Aen. IX, 699. 8. *Πασάων* Od. ζ', 107. — *εχενηλε* P. — *Ingrediensque*] Aen. I, 501.

At iste] Haec recepi e solo cod. P, ut necessaria post exclamationem *qua luce signavit*, et commendata iis quae leguntur § 5. *at hic vester* et § 6. *Iste ait.* Potuerint haec verba orta esse videri e verbo Graeco *πετέσθην*, cuius reliquiae tantummodo quaedam exstant in illo codice. At equidem potius statuerim ea, ut saepe fit post verba Graeca, uncialibus litteris scripta, in ceteris codicibus omissa esse cum Graecis.

5. *hic vester*] Vid. nott. ad c. 1. § 4. et c. 2. § 17. Quod in edd. vett. legitur, *videtur*, id natum est e compendio *ṽr.* Vid. not. ad I, 7, 14.

6. *cultum*] Cf. c. 11. § 25.

7. *si videtur*] Cf. VII, 4, 1. Idem valet ac *si placet* etiam apud Ciceronem Acad. post. I, 9, 35. al.

8. *Ingrediensque*] Codices mss. docent vetere sua editione nimis confisum esse Zeunium. Vid. prolegg. p. LVI sq.

Ὑμεῖς γὰρ θεαί ἐστε, πάρεστέ τε ἴστε τε πάντα. 9
Et meministis enim, divae, et memorare potestis.

Clamores simul horrendos ad sidera tollit: 10
Qualis mugitus, fugit cum saucius aram
Taurus et incertam excussit cervice securim.
Αὐτὰρ ὁ θυμὸν ἄϊσθε καὶ ἤρυγεν, ὡς ὅτε ταῦρος
ἤρυγεν ἑλκόμενος Ἑλικώνιον ἀμφὶ ἄνακτα,
κούρων ἑλκόντων· γάνυται δέ τε τοῖς Ἐνοσίχθων.

Inspecto hic utriusque filo quantam distantiam deprehendes? Sed 11
nec hoc minus eleganter, quod de tauro ad sacrificium tracto loquens meminit et Apollinis: *Ἑλικώνιον ἀμφὶ ἄνακτα.* Sed et Neptuni meminit: *Γάνυται δέ τε τοῖς Ἐνοσίχθων.* His autem duobus praecipue rem divinam fieri tauro testis est ipse Virgilius:

Taurum Neptuno, taurum tibi, pulcher Apollo.

In segetem veluti cum flamma furentibus Austris 12
Incidit, aut rapidus montano flumine torrens
Sternit agros, sternit sata laeta boumque labores,
Praecipitesque trahit silvas, stupet inscius alto
Accipiens sonitum saxi de vertice pastor.
Ὡς δ' ὅτε πῦρ ἀΐδηλον ἐν ἀξύλῳ ἐμπέσῃ ὕλῃ,
πάντῃ τ' εἰλυφόων ἄνεμος φέρει, οἱ δέ τε θάμνοι
πρόῤῥιζοι πίπτουσιν ἐπειγόμενοι πυρὸς ὁρμῇ. — [104]

Edd. vicahgspdzb.]
Gradiensque (ut Virg. l. c. vulgo) v-gb. „Haec et similia adnotamus, ne quis recentiori editione usus putet Macrobium in quibusdam poetarum locis forte aliter legisse, ubi tamen antiquiores edd. cum vulgari textu conveniunt." Zeun. 9. *Ὑμεῖς*] Il. β', 485. In v-g praemittitur versus antecedens Ἔσπετε ... ἔχουσαι. — *Et meministis*] Aen. VII, 645. *Et* om. AS. 10. *Clamores*] Aen. II, 222. In vi ante haec verba est spatium vacuum: in c-b praemittuntur versus Homeri qui sequuntur: *Αὐτὰρ ὁ ... Ἐνοσίχθων.* (c in mg. „Locus restitutus ex 19. Iliad."). — *Αὐτὰρ*] Il. υ', 403. *Αὐτὰρ ... Ἐνοσίχθων* om. v-g. Vid. supra. — v. 1 et 2. ἤρυπεν c. ἤριπεν a. ἔρηγεν (v. 2. Ἤρυγεν) h. 11. *Ἑλικώνιον ἀμφὶ ἄνακτα* om. v-a. — *sed* (om. *et*) ASv1. *et* (om. *sed*) v3-a. — *meminit* om. v3-a. — *Γάνυται .. Ἐνοσίχθων*] om. v-a. — *furti tauro* h. — *testisque ipse* A. — *Taurum*] Aen. III, 119. 12. *In segetem*] Aen. II, 304. Praemittuntur in v-g Il. β', 455 et 456. Ἠΰτε πῦρ ἀΐδηλον ... φαίνεται αὐγή, et Il. δ', 452-455. Ὡς δ' ὅτε χείμαῤῥοι ποταμοὶ ... ἔκλυε ποιμήν. (hg in mg. „Il. 2. Il. 4. Pro his citantur in antiquo alii duo loci, unus ex *Ἰλιάδ.* λ de Agamemnone: *Ὡς δ' ὅτε πῦρ ἀΐδηλον* etc., alter de Diomede: *Οὔτε γὰρ ἀμπεδίον* etc. *Ἰλιάδ.* ε.") — v. 1. *austri* A. — v. 5. *trahi* A. — *Ὡς δ' ὅτε*] Il. λ', 155. *Ὡς δ' ὅτε .. φάλαγγες* (fin. paragr.) om. v-g. Cf. § 12. — v. 3. ΕΝΑΤΟΜΕΝΟΙ P. — *ὁρμῇ.* et

10. *Clamores simul* cet.] Haud recte Arnoldus Vesaliensis, quem omnes postea editores sunt secuti, his Virgilii versibus praemisit Homeri versus qui sequuntur, respiciens videlicet ad antecedentia. Sed ea quae sequuntur, in quibus et ipsis Vesaliensis turbavit ordinem a Carrione demum restitutum, docent ab hoc loco incipere novam seriem, ut potuerit ille haec novo tribuere capiti, quamquam in his quoque agitur de iis in quibus Virgilius minor sit Homero.

11. *deprehendes*] Vid. not. ad c. 11. § 1.

His .. fieri tauro] Cf. III, 10, 4 sq.

13 *Θῦνε γὰρ ἀμπεδίον, ποταμῷ πλήθοντι ἐοικὼς*
χειμάῤῥῳ, ὅστ' ὦκα ῥέων ἐκέδασσε γεφύρας·
τὸν δ' οὔτ' ἄρ τε γέφυραι ἐεργμέναι ἰσχανόωσιν,
οὔτ' ἄρα ἕρκεα ἴσχει ἀλωάων ἐριθηλέων,
ἐλθόντ' ἐξαπίνης, ὅτ' ἐπιβρίσῃ Διὸς ὄμβρος·
πολλὰ δ' ὑπ' αὐτοῦ ἔργα κατήριπε κάλ' αἰζηῶν·
ὣς ὑπὸ Τυδείδῃ πυκιναὶ κλονέοντο φάλαγγες.

Et duas parabolas temeravit, ut unam faceret, trahens hinc ignem inde torrentem, et dignitatem neutrius inplevit.

14 *Adversi rupto ceu quondam turbine venti*
Confligunt, Zephyrusque Notusque et laetus Eois
Eurus equis: stridunt silvae, saevitque tridenti
Spumeus atque imo Nereus ciet aequora fundo.
Ὡς δ' ἄνεμοι δύο πόντον ὀρίνετον ἰχθυόεντα,
Βορέης καὶ Ζέφυρος, τώ τε Θρήκηθεν ἄητον,
ἐλθόντ' ἐξαπίνης· ἄμυδις δέ τε κῦμα κελαινὸν
κορθύεται, πολλὸν δὲ παρὲξ ἅλα φῦκος ἔχευαν,

15 et alibi: *Ὡς δ' Εὖρός τε Νότος τ' ἐριδαίνετον ἀλλήλοιϊν*
οὔρεος ἐν βήσσῃς, βαθέην πελεμιζέμεν ὕλην,
φηγόν τε μελίην τε τανύφλοιόν τε κράνειαν,
αἵτε πρὸς ἀλλήλας ἔβαλον τανυήκεας ὄζους
ἠχῇ θεσπεσίῃ, πάταγος δέ τε ἀγνυμενάων·
ὣς Τρῶες καὶ Ἀχαιοὶ ἐπ' ἀλλήλοισι θορόντες
δῄουν, οὐδ' ἕτεροι μνώοντ' ὀλοοῖο φόβοιο.

Idem et hic vitium quod superius incurrit de duabus Graecis parabolis unam dilucidius construendo.

[Mss. P (AS om. Graec.). *alibi:* s-b. 13. *Θῦνε*] Il. ε', 87. — v. 7. *φάλαγγες Τρώων.* s-b. Cf. c. 12. § 10. et infra § 17. 14. *Adversi*] Aen. II, 416. Praemittuntur in v-g versus Homeri qui hic sequuntur, *Ὡς ... ἔχευαν.* — v. 2. *Eous* P. — *Ὡς δ' ἄνεμοι*] Il. ι', 4. *Ὡς ... ὀλοοῖο φόβοιο* (fin. paragr.) om. v-g. Vid. supra. — v. 3. *ΑΜΔΙϹ* P. — v. 4. *ΠΟΛΑΝΟΝΑΕΠΑΞ* P. 15. *Ὡς δ' Εὖρος*] Il. π', 765. — v. 1. *ΕΡΙΔΑΙΝΑΛΛΗΛΟΙΙΝ* P. — v. 2. *ΕΝ ΒΕϹΕ* P. — *πολεμίζεμεν* s-bP. — v. 4. *ΑΙΤΕΡΙΟϹ* P. — *ΤΑ* (om. *-νυήκεας ὄζους*) P. — *Idem et hic* scripsi e coni. *demet hinc* s-bP. *demet huic* Av-g (M1 a sec m.) M3 (M1 a p. m. *domet*). *demit huic* SM2. „Quid? Num forte auctor scripsit *delet hinc*, seu *demsit?*" Zeun. — *superius*] Cf.

13. *temeravit*] Hoc verbum Festus ap. Paul. lib. XVIII, p. 365. Muell. explicat: *Temerare violare sacra et contaminare, dictum videlicet a temeritate*, hoc autem loco *temeravit* idem est quod *temere commiscuit*. Cf. § 15 extr. et Terent. Andr. prolog. 15 sq. *Atque in eo disputant, Contaminari non decere fabulas*, quod in Donati scholiis explicatur modo *tangi et relinqui polluta manu*, modo: *Id est ex multis unam non decere facere.*

15. *Idem et hic vitium*] Pronomen *idem*, quod e coniectura posuimus, commendatur iis quae sequuntur: *quod superius*. Verba *Demet hinc* equidem certe explicare nescio.

incurrit] Cf. I, praef., 13. *Qui venustatem reprehensionis incurri.*

dilucidius] i. e. ut nimis appareat duarum parabolarum coniunctio. An legendum est *dilutius*, metaphora a potu sumpta, ut legitur in fragmento Ciceronis apud Ammian. XV, 12. (p. 61. Lind.): *Gallos post haec dilutius esse poturos*, quod explicatur: „potum liquidiorem vilioremque facturos"?

Prosequitur surgens a puppi ventus euntes. 16
Ἡμῖν δ' αὖ κατόπισθε νεὼς κυανοπρῴροιο [105]
ἴκμενον οὖρον ἵει, πλησίστιον, ἐσθλὸν ἑταῖρον.

Quod noster dixit κατόπισθε νεὼς, vester ait *surgens a puppi* satis decore: sed excellunt epitheta quae tot et sic apta vento noster inposuit.

Visceribus miserorum et sanguine vescitur atro. 17
Vidi egomet, duo de numero cum corpora nostro
Prensa manu magna medio resupinus in antro
Frangeret ad saxum.
Ἀλλ' ὅγ' ἀναΐξας ἑτάροις ἐπὶ χεῖρας ἴαλλεν·
σύν τε δύω μάρψας, ὥστε σκύλακας, ποτὶ γαίῃ
κόπτ'· ἐκ δ' ἐγκέφαλος χαμάδις ῥέε, δεῦε δὲ γαῖαν.
τοὺς δὲ διαμελεϊστὶ ταμὼν ὡπλίσσατο δόρπον·
ἤσθιε δ', ὥστε λέων ὀρεσίτροφος, οὐδ' ἀπέλειπεν
ἔγκατά τε σάρκας τε καὶ ὀστέα μυελόεντα.
ἡμεῖς δὲ κλαίοντες ἀνεσχέθομεν Διῒ χεῖρας.

Narrationem facti nudam et brevem Maro posuit: contra Homerus πάθος miscuit, et dolore narrandi invidiam crudelitatis aequavit.

Hic et Aloidas geminos inmania vidi 18
Corpora, qui manibus magnum rescindere caelum
Adgressi superisque Iovem detrudere regnis.
Ὦτόν τ' ἀντίθεον τηλέκλειτόν τ' Ἐφιάλτην
τοὺς δὴ μηκίστους θρέψε ζείδωρος ἄρουρα,
καὶ πολὺ καλλίστους, μετά γε κλυτὸν Ὠρίωνα·
ἐννέωροι γὰρ τοίγε καὶ ἐννεαπήχεες ἦσαν
εὖρος, ἀτὰρ μῆκός γε γενέσθην ἐννεόργυιοι.
οἵ ῥα καὶ ἀθανάτοισιν ἀπειλήτην ἐν Ὀλύμπῳ
φυλόπιδα στήσειν πολυάϊκος πολέμοιο·
Ὄσσαν ἐπ' Οὐλύμπῳ μέμασαν θέμεν, αὐτὰρ ἐπ' Ὄσσῃ
Πήλιον εἰνοσίφυλλον, ἵν' οὐρανὸς ἀμβατὸς εἴη. [106]

Homerus magnitudinem corporum alto latoque dimensus est et 19

Edd. vicahgspdzb.]

§ 12 sq. — *unum* chs-zS. 16. *Prosequitur*] Aen. III, 130. Praemittitur in v-a Il. α', 479. *Τοῖσιν δ' ἴκμενον οὖρον ... Ἀπόλλων*, in hg versus qui h. l. sequuntur: *Ἡμῖν ... ἑταῖρον.* — *euntis* Avi. *eunteis* c-g. — *Ἡμῖν*] Od λ', 6. *Ἡμῖν ... ἑταῖρον* om. v-g. Vid. supra. — *noster dixit ἴκμενον* v-a. — *extollunt* Sv-g „B". 17. *Visceribus*] Aen. III, 622. Praemittuntur in v-g ex Homeri versibus qui sequuntur vv. 2-6. *Σὺν δὲ δύω μάρψας ... καὶ ὀστέα μυελόεντα.* — v. 2. *nostra* A. — *Ἀλλ' ὅγ'*] Od. ι', 288. *Ἀλλ' ὅγ' ... χεῖρας* (vv. 1-7) om. v-g Vid. supra. — v. 1. *ἴαλλε* s-b. — v. 2. *Σὺν δὲ* (ut Hom. l. c) Edd. — v. 4. *ΤΟΙCΔΕ* P. — *χεῖρας, Σχέτλια ἔργ' ὁρόωντες.* s-b. Cf. § 13. et c. 12. § 10.
18. *Hic*] Aen. VI, 582. Praemittuntur in v-g Od λ', vv. 305-316. *Τὴν δὲ μετ' Ἰφιμέδειαν ... ἀμβατὸς εἴη*, i. e. versus Homeri h. l. sequentes aucti tribus versibus proxime antecedentibus. — *Ὦτόν*] Od. λ', 308. *Ὦτόν τ' ... ἀμβατὸς εἴη*, (vv. 1-9) om. v-g. Vid. supra. — v. 2. *Οὓς* (ut Hom. vulgo l. c.) Edd. — *ΘΡΕΨΕΙΔΩΡΟC* P. *τρέψε ζείδωρος* s-b.

16. *noster .. vester*] Vid. nott. ad c. 1. § 4. et c. 2. § 17. et conf. infra §§ 19 et 21.

verborum ambitu membra depinxit: vester ait *inmania corpora,* nihilque ulterius adiecit, mensurarum nomina non ausus attingere. Ille de construendis montibus conatum insanae molitionis expressit: hic *adgressos rescindere caelum* dixisse contentus est. Postremo locum loco si conpares, pudendam invenies differentiam.

20 *Fluctus uti primo coepit cum albescere ponto:*
Paulatim sese tollit mare et altius undas
Erigit, inde imo consurgit ad aethera fundo.
Ὡς δ' ὅτ' ἐν αἰγιαλῷ πολυηχέϊ κῦμα θαλάσσης
ὄρνυτ' ἐπασσύτερον Ζεφύρου ὑποκινήσαντος·
πόντῳ μὲν τὰ πρῶτα κορύσσεται, αὐτὰρ ἔπειτα
χέρσῳ ῥηγνύμενον μεγάλα βρέμει, ἀμφὶ δέ τ' ἄκρας
κυρτὸν ἐὸν κορυφοῦται, ἀποπτύει δ' ἁλὸς ἄχνην.

21 Ille cum marino motu et litoreos fluctus ab initio describit, hoc iste praetervolat. Deinde quod ait ille: *Πόντῳ μὲν τὰ πρῶτα κορύσσεται,* Maro ad hoc vertit: *Paulatim sese tollit mare.* Ille fluctus incremento suo ait in sublime curvatos litoribus inlidi, et asperginem collectae sordis expuere, quod nulla expressius pictura signaret: vester mare a fundo ad aethera usque perducit.

22 *Dixerat: idque ratum Stygii per flumina fratris,*
Per pice torrentes atraque voragine ripas
Adnuit, et totum nutu tremefecit Olympum.
Ἦ, καὶ κυανέῃσιν ἐπ' ὀφρύσι νεῦσε Κρονίων·
ἀμβρόσιαι δ' ἄρα χαῖται ἐπεῤῥώσαντο ἄνακτος,
κρατὸς ἀπ' ἀθανάτοιο· μέγαν δ' ἐλέλιξεν Ὄλυμπον. —
[107] Καὶ τὸ κατειβόμενον Στυγὸς ὕδωρ, ὅστε μέγιστος
ὅρκος δεινότατός τε πέλει μακάρεσσι θεοῖσιν.

23 Phidias, cum Iovem Olympium fingeret, interrogatus, de quo exemplo divinam mutuaretur effigiem, respondit archetypum Iovis in his se tribus Homeri versibus invenisse:

[Mss. P (AS om. Graec.).

19. *altoque* **(om.** *lato***) A.** *alte lateque* **v-g. —** *vr͂a* **(sup.** *virgilius***)** *ait* **A. —** *adgressus* **A.** *aggressus* **vi. —** *dixisse contentus est coelum* **v-g. —** *Postremum* **AS „Angl.". 20.** *Fluctus***] Aen. VII, 528. Praemittuntur in v-g versus Homeri h. l. infra sequentes:** Ὡς δ' ὅτ' ... ἄχνην **(1-5.). — v. 2.** *vento* **edd. Virg., refragantibus codd. Med. et Rom. — v. 3.** *unde* **AS. —** Ὡς δ' ὅτ'**] Il. δ', 422.** Ὡς .. ἄχνην **(v. 1-5.) om. v-g. Vid. supra.**
21. *littoris* **vP6. —** *in incremento* **A „Angl.". —** *sublime* **(om.** *in***) Sv-g.**
22. *Dixerat***] Aen. IX, 104. — v. 2.** *torrentis* **ASvia.** *torrenteis* **chg. —** Ἦ, καὶ**] Il. ά, 528. —** *κυανέοισιν* **ca. — v. 3.** *Ὄλυμπον. et alibi* **hgzb. —** Καὶ τὸ**] Il. ό, 37.** Καὶ ... θεοῖσιν **om. v-a. —** *κατειβόμεν* **h. —** ὅστε **om. zb.** ὥστε **h. —** *μέγιστος. et alibi* **spd. — v. 2.** θεοῖσι **h.**
23. *Fidias* **A. —** *imitaretur* **v-g (hg in mg.** *mutuaretur***). —** Ἦ καὶ **...**

19. *ulterius***] i. e. amplius. Vid. not. ad VII, 3, 22.**
21. *asperginem .. sordis***] His verbis reddit Graeca** *ἁλὸς ἄχνην***. Cf. VII, 5, 14 et Comm. I, 8, 9.** *ab omni mundi huius aspergine .. detersi,* **et 15, 6.** *diffusae lucis aspergine.*
23. *interrogatus***] a Panaeno. Cf. Strabon. VIII, 3, § 30. p. 354.** Ἀπομνημονεύουσι δὲ τοῦ Φειδίου, διότι πρὸς τὸν Πάναινον εἶπε πυνθανόμενον, πρὸς τί παράδειγμα μέλλει ποιήσειν τὴν εἰκόνα τοῦ Διὸς, ὅτι πρὸς τὴν Ὁμήρου δι' ἐπῶν ἐκτεθεῖσαν τούτων· Ἦ, καὶ ... Ὄλυμπον.

Ἦ καὶ κυανέῃσιν ἐπ' ὀφρύσι νεῦσε Κρονίων·
ἀμβρόσιαι δ' ἄρα χαῖται ἐπεῤῥώσαντο ἄνακτος,
κρατὸς ἀπ' ἀθανάτοιο, μέγαν δ' ἐλέλιξεν Ὄλυμπον.

Nam de superciliis et crinibus totum se Iovis vultum collegisse. Quod utrumque videtis a Virgilio praetermissum. Sane concussum Olympum nutus maiestate non tacuit: iusiurandum vero ex alio Homeri loco sumpsit, ut translationis sterilitas hac adiectione conpensaretur.

Ora puer prima signans intonsa iuventa. 24
Πρῶτον ὑπηνήτῃ, τοῦπερ χαριεστάτη ἥβη.

Praetermissa gratia incipientis pubertatis, *τοῦπερ χαριεστάτη ἥβη*, minus gratam fecit Latinam descriptionem.

Ut fera, quae densa venantum septa corona 25
Contra tela furit seseque haud nescia morti
Inïcit et saltu supra venabula fertur.

Πηλείδης δ' ἑτέρωθεν ἐναντίος ὦρτο, λέων ὣς
σίντης, ὅν τε καὶ ἄνδρες ἀποκτάμεναι μεμάασιν
ἀγρόμενοι, πᾶς δῆμος· ὁ δὲ πρῶτον μὲν ἀτίζων
ἔρχεται, ἀλλ' ὅτε κέν τις ἀρηϊθόων αἰζηῶν
δουρὶ βάλῃ, ἐάλη τε χανὼν περί τ' ἀφρὸς ὀδόντας
γίγνεται, ἐν δέ τέ οἱ κραδίῃ στένει ἄλκιμον ἦτορ,
οὐρῇ δὲ πλευράς τε καὶ ἰσχία ἀμφοτέρωθεν
μαστίεται, ἓὲ δ' αὐτὸν ἐποτρύνει μαχέεσθαι· [108]
γλαυκιόων δ' ἰθὺς φέρεται μένει, ἤν τινα πέφνῃ
ἀνδρῶν, ἢ αὐτὸς φθίεται πρώτῳ ἐν ὁμίλῳ·
ὣς Ἀχιλῆ' ὤτρυνε μένος καὶ θυμὸς ἀγήνωρ
ἀντίον ἐλθέμεναι μεγαλήτορος Αἰνείαο.

Videtis in angustum Latinam parabolam sic esse contractam, ut 26 nihil possit esse ieiunius: Graecam contra et verborum et rerum copia pompam verae venationis inplesse. In tanta ergo differentia paene erubescendum est conparare.

Haud aliter Troianae acies aciesque Latinae 27
Concurrunt: haeret pede pes, densusque viro vir.
Ὣς ἄραρον κόρυθές τε καὶ ἀσπίδες ὀμφαλόεσσαι,

Edd. vicahgspdzb.]
Ὄλυμπον (cf. § 22.) om. v-a nullo spatio relicto. — v. 1. *κυανέοισιν* hg. — se add. a sec. m. A. 24. *Ora*] Aen. IX, 181. Praemittitur in hg versus *Πρῶτον ὑπονήτη* (sic) .. *ἥβη*, qui in v-a omittitur nullo spatio relicto. — *Πρῶτον*] Od. κ', 279. — *Praetermissa genera* S. 25. *Ut fera*] Aen. IX, 551. Praemittuntur in v-g Il. μ', 41-48. *Ὡς δ' ὅτ' ἂν ἔν τε κύνεσσι* ... *στίχες ἀνδρῶν* (hg in mg.: „Pro his citatur elegantiss. locus in ant. ex *Ἰλιάδ. υ. Πηλείδης δ' ἑτέρωθεν* etc."). — *Πηλείδης*] Il. υ', 164. *Πηλείδης* ... *Αἰνείαο* (vv. 1-12.) om. v-g. — v. 1. *ἐναντίον* (ut Hom. l. c.) s-b. — v. 5. *δουρὶ* ... *ὀδόντας* om. P. — *ἑάλη* dzb. Cf. c. 12. § 13. — v. 8. *ΜΑΧΕΕCΤΑΙ* P. *μαχέσασθαι* (ut Hom. vulgo l. c.) s-b. — v. 9. *ΠΕΦΝΕΙ* P. 27. *Haud*] Aen. X, 360. Praemittuntur in v-g Il. ν', 130 et 131. *Φράξαντες δόρυ δουρὶ* ... *ἀνέρα δ' ἀνήρ*. — *Ὣς ἄραρον*] Il. π', 214. *Ὣς* .. *ἀνὴρ* om. v-g. *Ὣς* .. *ὀμφαλόεσ-*

Εἰρῆσθαι γὰρ μάλα δοκεῖ καλῶς, ἔκ τε τῶν ἄλλων καὶ τῶν ὀφρύων.

26. *pompam*] i. e. ornatum descriptionis. Cf. c. 11. § 25.

Ἀσπὶς ἄρ' ἀσπίδ' ἔρειδε, κόρυς κόρυν, ἀνέρα δ' ἀνήρ.

Quanta sit differentia utriusque loci lectori aestimandum relinquo.

28 *Utque volans alte ruptum cum fulva draconem*
Fert aquila inplicuitque pedes atque unguibus haesit:
Saucius at serpens sinuosa volumina versat,
Adrectisque horret squamis et sibilat ore
Arduus insurgens: illa haud minus urguet obunco
Luctantem rostro, simul aethera verberat alis.

29 *Ὄρνις γάρ σφιν ἐπῆλθε περησέμεναι μεμαῶσιν,*
αἰετὸς ὑψιπέτης, ἐπ' ἀριστερὰ λαὸν ἐέργων,
φοινήεντα δράκοντα φέρων ὀνύχεσσι πέλωρον,
ζωὸν ἔτ' ἀσπαίροντα· καὶ οὔπω λήθετο χάρμης.
κόψε γὰρ αὐτὸν ἔχοντα κατὰ στῆθος παρὰ δειρὴν
ἰδνωθεὶς ὀπίσω· ὁ δ' ἀπὸ ἕθεν ἧκε χαμᾶζε,
ἀλγήσας ὀδύνῃσι, μέσῳ δ' ἐνὶ κάββαλ' ὁμίλῳ·
αὐτὸς δὲ κλάγξας πέτετο πνοιῇς ἀνέμοιο.

30 Virgilius solam aquilae praedam refert, nec Homericae aquilae [109] omen advertit, quae et sinistra veniens vincentium prohibebat accessum et accepto a captivo serpente morsu praedam dolore deiecit, factoque tripudio sollistimo cum clamore dolorem testante praetervolat: quibus omnibus victoriae praevaricatio significabatur.

[Mss. P (AS om. Graec.).
σαι (v. 1) om. s-b. 28. *Utque*] Aen. XI, 751. Praemittuntur in v-g versus Gracci qui sequuntur § 29.: *Ὄρνις ... ἀνέμοιο.* — v. 1. *Ut quo* A. — v. 5. *abunco* A „Angl.“. *adunco* c-g. — v. 6. *nostro* A. 29. *Ὄρνις*] Il. *μ'*, 200. *Ὄρνις ... ἀνέμοιο* om. v-g. Vid. § 28. — v. 8. *πνοιῇσ'* c-b. 30. *vincenti* SP6. — *prohibeat* (sup. add *b*) A. — *captivo* om.

27. *Ἀσπὶς ἄρ' ἀσπίδ' ἔρειδε*] „Confer locum insignem Tyrtaei p. 33. ed. Klotzii, ubi aliorum poetarum loca, qui Homerum certatim imitari conati sunt, reperies collecta. Inprimis vero consule Clarkium ad locum Homeri.“ Zeune.

lectori] Vid. not. ad c. 11. § 1.

30. *sinistra veniens vincentium prohibebat accessum*] Sic Macrobius reddidit verba *ἐπ' ἀριστερὰ λαὸν ἐέργων*, ad quae in scholiis Venetis haec adnotantur: *Ὑποχωρῆσαι συμφέρον προσημαίνων· ἀριστερὰ γὰρ σημεῖα τὰ ἀπαίσια, δεξιὰ δὲ τὰ συμφέροντα· ζητεῖται δὲ πῶς Ζεὺς ἐπικρατεστέρους θέλων ποιῆσαι τοὺς Τρῶας σημεῖον αὐτοῖς κωλυτικὸν ἐπιπέμπει.* Apud Romanos sinistra auspicia meliora fuisse docet Varro apud Fest. lib. XIX, p. 339. Muell., sed apud Paul. Diac. lib. IV, p. 74. legitur *Dextra auspicia prospera.* *Accessum* autem idem est ac *progressum*, cf. Comm. I, 15, 18; 22, 7. et not. ad eiusd. lib. cap. 6. § 49.

tripudio sollistimo] Cf. Fest. lib. XVIII, p. 298. ex emend. Muelleri: *Sollistimum Ap. Pulcher in Auguralis disciplinae lib. I. ait esse tripudium, quom avi excidit ex ore quod illa fert.* Cic. de div. I, 15, 27 sq. *Nam nostri quidem magistratus auspiciis utuntur coactis. Necesse est enim offa obiecta cadere frustum ex pulli ore, quum pascitur. Quod autem scriptum habetis tripudium fieri, si ex ea quid in solum ceciderit, hoc quoque quod dixi coactum tripudium sollistimum dicitis;* et II, 34, 72. *Quia, quum pascuntur, necesse est aliquid ex ore cadere et terram pavire, terripavium primo, post terripudium dictum est: hoc quidem iam tripudium dicitur. Quum igitur cecidit offa ex ore pulli, tum auspicanti tripudium sollistimum nuntiatur.* At Homerum hanc disciplinam Romanam habuisse cognitam quis serio contenderit?

victoriae praevaricatio] i. e. victoria non vera, sed quae exeat in al-

His praetermissis, quae animam parabolae dabant, velut exanimum in Latinis versibus corpus remansit.

Parva metu primo, mox sese attollit in auras, 31
Ingrediturque solo et caput inter nubila condit.

῞Ητ' ὀλίγη μὲν πρῶτα κορύσσεται, αὐτὰρ ἔπειτα
οὐρανῷ ἐστήριξε κάρη καὶ ἐπὶ χθονὶ βαίνει.

Homerus ῞Ερ*ιν*, hoc est contentionem, a parvo dixit incipere, et postea in incrementum ad caelum usque subcrescere. Hoc idem Maro de Fama dixit, sed incongrue. Neque enim aequa sunt 32
augmenta contentionis et famae, quia contentio, etsi usque ad mutuas vastationes ac bella processerit, adhuc contentio est, et manet ipsa quae crevit, fama vero cum in inmensum prodit, fama esse iam desinit, et fit notio rei iam cognitae. Quis enim iam famam vocet, cum res aliqua a terra in caelum nota sit? Deinde nec ipsam hyperbolen potuit aequare. Ille caelum dixit, hic auras et nubila. Haec autem ratio fuit non aequandi omnia quae 33
ab auctore transcripsit, quod in omni operis sui parte alicuius Homerici loci imitationem volebat inserere, nec tamen humanis viribus illam divinitatem ubique poterat aequare, ut in illo loco quem volo omnium nostrum iudicio in commune pensari. Mi- 34
nerva Diomedi suo pugnanti dumtaxat flammarum addit ardorem, [110]
et inter hostium caedes fulgor capitis vel armorum pro milite minatur:

Δαῖέ οἱ ἐκ κόρυθός τε καὶ ἀσπίδος ἀκάματον πῦρ.

Hoc miratus supra modum Virgilius inmodice est usus. Modo 35
enim ita de Turno dicit:

Edd. vicahgspdzb.]

A. — *solticino* „B". — *significabitur* (sup. *batur*) A. — *exanime* v-g.
31. *Parva*] Aen. IV, 176. — v. 2. *solo* (ut Virg. l. c. et Macrob. supra c. 3, § 11.) APSP6. *solum* Edd. — *caput* om. h. — ῞Ητ'] Il. δ', 442. — ΟΛΙΤΟΝ P. — v. 2. ΕΠΙΧΟΝΙΑ P. — *id est* P. — *contemptionem* A. — *incrementum* (om. *in*) Sv1. — *caelum usque* (om. *ad*) AP6 „2 Angl.".
32. *sunt argumenta* Sv-g. — *e terra* „B". — *yperbolen* A. *hyperbolem* Svazb. — *poterat* om. SP6. 34. *addidit* v-g. — *et inter hostium ardorem caedes* S. — *Δαῖέ οἱ*] Il. ε', 4. Huic versui adduntur in v-g versus 5-7. *Ἀστέρ' ὀπωρινῷ ... ἀπὸ κρατός τε καὶ ὤμων.*
35. *de Turno* (om. *dicit*) S. *de Turno ait* v-g. — *Tremunt*] Aen. IX,

terius partis victoriam. Cf. Ulpian Dig. XLVII, 15, 1. *Praevaricator est quasi varicator qui diversam partem adiuvat prodita causa sua.*

velut exanimum ... corpus] „Caeterum negat Popius haec Virgilio esse vitio vertenda, quia consilium utriusque poetae sit diversum. Vid. Clark. ad loc. Iliad. l." Zeun.

31. *de Fama*] Haec inter ea quae horrorem commoveant memorata sunt IV, 5, 11.

32. *fama .. fit notio rei iam cognitae*] Haud probabilem esse hanc argumentationem vix est quod moneamus.

33. *non aequandi*] i. e. cur non aequaret. Ut h. l. cum gerundio, etiam cum adiectivis negationem coniungere solet Macrobius. Vid. not. ad I, 3, 13.

ab auctore] Nimis indefinita haec sunt, ut c. 17. § 5. *quod ita elegantius auctore congessit.* Addendum erat pronomen *illo*, vel *suo*, ut c. 14. § 16. et c. 15. § 1.; c. 16. § 12.; c. 17. § 4. Cf. § 40. *hoc uno est praecipue usus archetypo.*

34. *pro milite minatur*] i. e. minacem ei praebet speciem, quae decet pugnantem. Nam § 35. probatur locus ubi haec imitatur Virgilius in Turno pugnante, sed im-

— Tremunt sub vertice cristae
Sanguineae, clypeoque micantia fulmina mittunt:

modo idem ponit de Aenea:

Ardet apex capiti, cristisque ac vertice flamma
Funditur, et vastos umbo vomit aereus ignes.

Quod quam inportune sit positum hinc apparet quod needum
36 pugnabat Aeneas, sed tantum in navi veniens apparebat. Alio loco:

Cui triplici crinita iuba galea alta Chimaeram
Sustinet Aetnaeos efflantem faucibus ignes.

Quid, quod Aeneas recens adlatis armis a Vulcano et in terra positis miratur

Terribilem cristis galeam flammasque vomentem?

37 Vultis aliam fruendi aviditatem videre? Loci huius, cuius supra meminimus, fulgore correptus,

Ἦ, καὶ κυανέῃσιν ἐπ' ὀφρύσι νεῦσε Κρονίων·
ἀμβρόσιαι δ' ἄρα χαῖται ἐπεῤῥώσαντο ἄνακτος,
κρατὸς ἀπ' ἀθανάτοιο· μέγαν δ' ἐλέλιξεν Ὄλυμπον.

38 sero voluit loquenti Iovi adsignare parem reverentiam. Nam cum et in primo volumine et in quarto et in nono loquatur quaedam Iuppiter sine tumultu, denique post Iunonis et Veneris iurgium

Infit. Eo dicente deum domus alta silescit,
Et tremefacta solo tellus, silet arduus aether:
Tum Zephyri posuere, premit placida aequora pontus,

[111] tamquam non idem sit qui locutus sit paulo ante sine ullo mundi
39 totius obsequio. Similis inportunitas est in eiusdem Iovis lance, quam ex illo loco sumpsit:

Καὶ τότε δὴ χρύσεια πατὴρ ἐτίτηνε τάλαντα.

Nam cum iam de Turno praedixisset Iuno:

[Mss. P (AS om. Graec.).

732. — *in vertice* Virg. l. c. — *Ardet*] Aen. X, 270. — *aureus* Virg. l. c. — *iam inportune* A. — *positum sit* Edd. P. — *pugnaret* S. — *ignavi* A. 36. *Alio loco* om. „B". — *Cui*] Aen. VII, 785. — *Aetneos* Edd. PS. *ethaos* A. — v. 2. *ignis* A. — *in terras* S. — *Terribilem*] Aen. VIII, 620. — *vocantem* P. *moventem* vi. 37. *destruendi* S. — *supra*] §§ 22 et 23. — *Ἦ καὶ .. Ὄλυμπον* om. v-a. — v. 1. *κυανέῃσι* hg. ΚΥΑΝΕΝΕΗC P. — vv. 2 et 3. *Ἀμβρόσιαι ... Ὄλυμπον* om. hg — v. 3. ΚΡΙΟC P. — *servo* ASvic. 38. *in primo volumine*] v. 257 sqq. — *in quarto*] v. 223 sqq. — *in nono*] v. 64 sqq. — *Infit*] Aen. X, 101. — *deum* om. P. 39. *inportunitas* M3. *importunitas* As-bP. *inoportunitas* M2. *oportunitas* SM1. *opportunitas* v-g. — *Καὶ τότε*] Il. χ', 209. — *ἐτίταινε* (ut Hom. vulgo l. c.) Edd. Adiunguntur huic versui in v-g versus 210-213. *Ἐν δ' ἐτίθει δύο κῆρε .... λίπεν δέ ἑ Φοῖβος Ἀπόλλων.* — *Nunc*] Aen. XII,

probatur ille in quo sermo est de Aenea in navi veniente.

35. *sub vertice*] Unice verum est id quod legitur apud Virgilium, *in vertice*: at refragantur codices Macrobii.

37. *fruendi aviditatem*] Cf. § 33. et § 40. *studii circa Homerum nimietate.*

38. *sine tumultu*] Vide tamen Aen. IX, 106. *Adnuit et totum nutu tremefecit Olympum.*

Infit: Eo dicente] Male vulgo interpungitur: *infit eo dicente:* et tribuuntur haec ipsi Macrobio.

sine ullo mundi totius obsequio] i. e. ut nullam vim in totum mundum exerceret eius oratio. Comm. I, 21, 9. *perpetuo serenitatis obsequio.*

39. *inportunitas*] Nihil aliud significari nisi rem non suo tempore prolatam et ex antecedentibus et e sequentibus apparet.

Nunc iuvenem inparibus video concurrere fatis,
Parcarumque dies et lux inimica propinquat,

manifestumque esset Turnum utique periturum, sero tamen

Iuppiter ipse duas aequato examine lances
Sustinet, et fata inponit diversa duorum.

Sed haec et talia ignoscenda Virgilio, qui studii circa Homerum 40
nimietate excedit modum. Et re vera non poterat non in aliquibus minor videri, qui per omnem poesim suam hoc uno est praecipue usus archetypo. Acriter enim in Homerum oculos intendit, ut aemularetur eius non modo magnitudinem sed et simplicitatem et praesentiam orationis et tacitam maiestatem. Hinc 41
diversarum inter heroas suos personarum varia magnificatio, hinc deorum interpositio, hinc auctoritas fabulosorum, hinc affectuum naturalis expressio, hinc monumentorum persecutio, hinc parabolarum exaggeratio, hinc torrentis orationis sonitus, hinc rerum singularum cum splendore fastigium. [112]

XIV. Adeo autem Virgilio Homeri dulcis imitatio est, ut 1
et in versibus vitia quae a nonnullis inperite reprehenduntur imitatus sit, eos dico quos Graeci vocant ἀκεφάλους λαγαροὺς ὑπερκαταληκτικούς, quos hic quoque Homericum stilum adprobans non refugit, ut sunt apud ipsum ἀκέφαλοι: 2

Edd. vicahgspdzb.]
149. — *et vis* Virg. — *essent* A. — *Iuppiter*] Aen. XII, 725. — *lancis* A.
40. *et alia* Edd. S. — *poesin* A. — *sed* (om. *et*) ASv-a. — „*praesentiam* forte debet mutari in *praestantiam*.“ Zeun. — *tacituram* A. *taciturnam* „C“. 41. *effectuum* (sup. *a*) A. *affectus* S. — *naturalium* i-g.
XIV. *Caput XIV. In tantum Virgilio dulcem fuisse imitationem Homeri, ut vitia quoque nonnulla aemulari voluerit. Tum quantopere illius sit imitatus epitheta, caeteraque quae gratiorem reddunt orationem.* ch-b.
1. *ἀκεφαλοὺς λαγ. ὑπερκ.* om. v-a spatio relicto vacuo. — *heroicum stilum* P. — *non fugit* P6. 2. *acephali* ASv-a. — *Arietat*] Aen. XI,

40. *et talia*] Cf. c. 14, § 7. *et mille talium vocabulorum.*

studii .. nimietate excedit modum] Inest pleonasmus quidam: sed vid. not. ad § 1. et VII, 12. 28.

praesentiam] i. e. vim ex opportunitate natam.

41. *magnificatio*] est ἅπαξ εἰρημένον, addendum prolegg. p. XLII., quod significat rationem qua quam magnificentissimos studuerit facere suos heroas.

fabulosorum] i. e. mythorum. Cf. Comm. I, 2, 13.

torrentis orationis] Cf. c. 1. §§ 4. et 19.

fastigium] i. e. dignitas. Sic proprio sensu Cicero de or. III, 46, 180. de Capitolio: *Utilitatem templi*, inquit, *fastigii dignitas consecuta est.*

XIV, 1. *inperite*] quandoquidem nesciunt Virgilium hac in re imitatum esse Homerum.

quos Graeci vocant ἀκεφάλους λαγαροὺς] Plutarch. de orac. Pyth. 7. p. 397. D.: Ὅπως ὑμῖν ἀκεφάλων καὶ λαγαρῶν μέτρων καὶ μειούρων εὐθύνας μὴ ὑπέχωσιν, et Athen. XIV, 32. p. 632 c sqq. Ὅτι δὲ πρὸς τὴν μουσικὴν οἰκειότατα διέκειντο οἱ ἀρχαῖοι, δῆλον καὶ ἐξ Ὁμήρου, ὃς διὰ τὸ μεμελοποιηκέναι πᾶσαν ἑαυτοῦ τὴν ποίησιν ἀφροντιστὶ τοὺς πολλοὺς ἀκεφάλους ποιεῖ στίχους καὶ λαγαρούς, ἔτι δὲ μειούρους ... Ἀκέφαλοι δέ εἰσιν οἱ ἐπὶ τῆς ἀρχῆς τὴν χωλότητα ἔχοντες· ... λαγαροὶ δὲ οἱ ἐν μέσῳ· .. μείουροι δὲ εἰσιν οἱ ἐπὶ τῆς ἐκβολῆς.

ὑπερκαταληκτικοὺς] Dicendum erat ὑπερκαταλήκτους. At *hypermetri* potius dicuntur eiusmodi versus hexametri, cf. Serv. ad Aen. I, 332. *Hypermetrus versus: unam enim plus habet syllabam: qui quotiens fit, debet sequens versus a vocali incipere, .. nisi forte synizesis fiat in fine;* et id. ad Aen. I, 448; IV, 558; VIII, 228. Philargyr. ad

Arietat in portas, —
Parietibus textum caecis iter, et similia,

3 λαγαροὶ autem, qui in medio versu breves syllabas pro longis habent:

— *Et duros obice postes.*
Concilium ipse pater et magna incepta Latinus.

4 Ὑπερκαταληκτικοὶ syllaba longiores sunt:

— *Quin protinus omnia,*
et: — *Vulcano decoquit humorem,*
et: — *Spumas miscent argenti vivaque sulphura,*
et: — *Arbutus horrida.*

5 Sunt apud Homerum versus vulsis ac rasis similes et nihil differentes ab usu loquendi. Hos quoque tamquam heroice incomptos adamavit:

Ἵππους δὲ ξανθὰς ἑκατὸν καὶ πεντήκοντα,
πάσας θηλείας.
Omnia vincit Amor, et nos cedamus Amori, —

[Mss. P (AS om. Graec.).

890. — *portas* (ut Virg. l. c.) ASv-gP6 „B". *portis* s-bP. — *Parietibus*] Aen. V, 589. *abictibus* ASP6. „Uterque Angl.". 3. *λαγαροὶ*] om. v-a M123P6 (in A legitur *Gr.*, in M13 est lacuna). — *autem, qui* h-bP. *ut est qui* AviM13P6. *ut est* (om. *qui*) SM2. *ut etiam qui* ca. — *Et duros*] Aen. XI, 890. — *Concilium*] Aen. XI, 469. *Concilium* A „B" ap. Virg. l. c. edd. et codd. plerique. *Consilium* Edd. PS ap. Virg. Medic. a p. m. 4. *Ὑπερκαληκτικοί* om. v-aP6. — *Quin*] Aen. VI, 33. — *et* om. vi. — *Vulcano*] Georg. I, 295. *Vulcana de quoque* A. — *Spumas*] Georg. III, 449. — *micant* S. — *argenti ac sulphura* vl. *argenti et sulphura viva* Edd. Virg. e codd. Med. et Rom. — *Arbutus*] Georg. II, 69. 5. *vulsi* ic. — *Ἵππους*] Il. λ', 680. *Ἵππους ... θηλείας* om. v-a. *πacac τε.ιειλc* (sup. *n*) P. — *Θηλείας πάσας* h-b. — *Omnia*] Ecl. X, 69.

Georg. II, 344. Santen. ad Terentian. p. 156. Munk. Metrik d. Griech. u. Roem. p. 157. v. Leutsch. Grundriſs zu Vorles. üb. d. gr. Metr. p. 37. Vid. not. ad § 4.

2. *Arietat in portas*] Hic versus recte procedit, nec minus ii qui sequuntur dum *i* habeas pro consonante, ut producantur syllabae *Ar-* et *Par-*. Cf. Horat. Od. III, 4, 41. et 6, 6.

3. *autem*] Quod legitur in plerisque codicibus, *ut est*, id natum est e compendio *autē*, littera *a* abiecta cum antecedente voce Graeca.

Et durus obice postes] Hic versus huc non pertinet, dum scribas *obiice*, ut positione producatur syllaba *ob* sequente *i* consonante. Vid. § 2.

Concilium] Vid. not. ad § 2. In *pater* productionem ultimae syllabae adiuvat et arsis et Graecum *πατήρ*.

4. *omnia*] Versus constat, si per synizesin *ia* in unam syllabam contrahitur, in ceteris exemplis ultima syllaba elisione absorbetur. Vid. not. seq. et ad § 1.

Arbutus horrida] Wagnerus ad hunc Virgilii versum adnotavit in omnibus versibus hypermetris Virgilii praeter hunc eumque quem proxime supra citavit Macrobius syllabam penultimam, quae elisione fit ultima, esse productam. Illum versum propterea e codicibus emendavit, et in hoc vulgarem verborum collocationem *et fetu nucis arbutus horrida* mutavit in *et nucis arbutus horrida fetu*, quod notae quaedam indicarent *fetu* in fine versus esse collocandum. Idem ibidem censet poetas Latinos versus suos hypermetros non ab Homero repetivisse, sed a tragicis Graecis brevium syllabarum elisionem infinitis locis in fine senariorum sibi indulgentibus: quod quidem non est veri simile in alio metro.

5. *vulsis ac rasis similes*] Rem nimis exaggerat Macrobius. Quid

Nudus in ignota, Palinure, iacebis harena. [113]

Sunt amoenae repetitiones, quas non fugit: 6

— *Ἄτε παρθένος ἠΐθεός τε,*
παρθένος ἠΐθεός τ' ὀαρίζετον ἀλλήλοιϊν.
Pan etiam Arcadia mecum si iudice certet,
Pan etiam Arcadia dicet se iudice victum.

Homerica quoque epitheta quantum sit ammiratus imitando con- 7
fessus est: *Μοιρηγενὲς ὀλβιόδαιμον*, — *Χαλκεοθωρήκων*, *ἀτὰρ ἀσπίδες ὀμφαλόεσσαι*, — *Θωρήκων τε νεοσμήκτων*, — *Κυανοχαῖτα Ποσειδάων*, — *Διὸς νεφεληγερέταο*, — *Οὔρεά τε σκιόεντα θάλασσά τε ἠχήεσσα*, — *Κύαμοι κυανόχροες*, et mille talium vocabulorum, quibus velut sideribus micat divini carminis variata
maiestas. Ad haec a vestro respondetur: *Malesuada fames*, — 8
Auricomi rami, — *Centumgeminus Briareus*. Adde et *fumiferam noctem* et quicquid in singulis paene versibus diligens lector
agnoscit. Saepe Homerus inter narrandum velut ad aliquem di- 9
rigit orationem:

Ἔνθ' οὐκ ἂν βρίζοντα ἴδοις Ἀγαμέμνονα δῖον,
et: *Φαίης κεν ζάκοτόν τινα ἔμμεναι, ἄφρονά θ' αὔτως.*

Nec hoc Virgilius praetermisit: 10

Migrantes cernas totaque ex urbe ruentes,

Edd. vicahgspdzb.] — *Nudus*] Aen. V, 871. 6. *fugit GR Pan* A. *fugit. et Pan* „CB". *fugit; ut: Pan* i-b. *fugit. Pan* Sv. — *Ἄτε*] Il. χ', 127. — ατε ναρφενος P. — v. 2. παρθενες ηοεος π P. — ΔΛΛΗΛΟΙΝ P. — *Pan*] Ecl. IV, 58. 7. *Μοιρηγενὲς .... κυανόχροες* om. v-a. — *Μοιρηγενὲς*] Il. γ', 182. — *ὀλβιοδαίμων* h-p1. *ὀλβοιδαίμων* p2. *ὀλβειδαίμων* dzb. — *Χαλκεοθωρήκων*] Il. δ', 448. (θ', 62.) — ΑΤΑΡΑCΠΑΕC P. *Ἀσπίδες* (om. *ἀτὰρ*) h-b. — *Θωρήκων*] Il. ν', 342. — τε addidi ex Homero. — *Κυανοχαῖτα*] Il. ν', 563. (ξ', 390.) — ΝΟCΙΔΩΝ P. *Ἐνοσίχθων*, *Ἐννοσίγαιος*, h-b. — *Διὸς*] Il. ε', 631. al. ΛΙΟC P. om. h-b. — *Οὔρεα*] Il. α', 157. — *Κύαμοι*] Il. ν', 589, ubi legitur *μελανόχροες*. — *Κυανόχροες* (om. *κύαμοι*, quod legitur in P) h-b. — *variata GR. maiestas* A. 8. *austro* A. — *respondentur* APS „CB". *respondetur* Edd. — *Malesuada*] Aen. VI, 276. *malae suada* A. *mala* (sup. c) *suada* S. — *Auricomi*] Cf. Aen. VI, 141., ubi legitur *Auricomos quam qui decerpserit arbore fetus*. — *auricomos* (om. *rami*) v1. *auricomos ramos* v3-g. — *Centumgeminus*] Aen. VI, 287. *centimanus* A. — *fumiferam*] Aen. VIII, 255. *fumigeram* (ut codd. nonnulli Virg.) v-g. 9. *dirigens* S. — *Ἔνθ' ... αὔτως* om. v-a. *Ἔνθ'*] Il. δ', 223. Hic versus in s-b postponitur sequenti *Φαίης .. αὔτως*; item in hg, sed in his scribitur *Ἔνθ' οὐκ ἂν βρίζοντα ἴδης*, et interponitur Il. ε', 85. *Τυδείδην δ' οὐκ ἂν γνοίοις* (sic!) *ποτέροισι μετείη*. — *Φαίης*] Il. γ', 220. — *κε ζάκοτόν τέ τιν'* edd. Hom. — *θ' αὔτως* hg. *τ' αὔτως* edd. Hom. 10. *omisit* ASv-gP6. — *Migrantes*] Aen. IV, 401. —

velit dicere, ex iis quae sequuntur apparet.

7. *Θωρήκων τε νεοσμήκτων*] Addidi particulam *τὲ* quae abest a meis exemplaribus Macrobianis, quia et aliis locis inseruntur particulae quae leguntur apud Homerum et *TE* ante *NE* facile poterat intercidere. Vid. prolegg. p. LXXXII.

mille talium vocabulorum] Cf. I, 5, 3. *Mille denique verborum talium est*, et quae de his verbis disputantur ibidem § 4 sqq.; et infra c. 16. § 7.

8. *a vestro*] Vid. not. ad c. 2. § 17.

agnoscit] i. e. invenit huc referendum.

9. *velut ad aliquem dirigit orationem*] i. e. utitur figura quam dicunt *ἀποστροφήν*.

et: — *Totumque instructo Marte videres*
Fervere Leucaten,
et: — *Pelago credas innare revulsas*
Cycladas,
et: — *Studio incassum videas gestire lavandi.*

11 Item divinus ille vates res vel paulo vel multo ante transactas oportune ad narrationis suae seriem revocat, ut et historicum stilum vitet non per ordinem digerendo quae gesta sunt, nec tamen
12 praeteritorum nobis notitiam subtrahat. Theben Asiae civitatem aliasque plurimas Achilles antequam irasceretur everterat: sed [114] Homeri opus ab Achillis ira sumpsit exordium. Ne igitur ignoraremus quae prius gesta sunt, fit eorum tempestiva narratio:

Ὠιχόμεθ' ἐς Θήβην ἱερὴν πόλιν Ἠετίωνος,
τὴν δὲ διεπράθομέν τε καὶ ἤγομεν ἐνθάδε πάντα,

et alibi: *Δώδεκα δὴ σὺν νηυσὶ πόλεις ἀλάπαξ' ἀνθρώπων,*
πεζὸς δ' ἕνδεκά φημι κατὰ Τροίην ἐρίβωλον.

13 Item, ne ignoraremus quo duce classis Graecorum ignotum sibi Troiae litus invenerit, cum de Calchante quereretur, ait:

Καὶ νήεσσ' ἡγήσατ' Ἀχαιῶν Ἴλιον εἴσω
ἣν διὰ μαντοσύνην, τήν οἱ πόρε Φοῖβος Ἀπόλλων.

Et ipse Calchas narrat omen quod Graecis navigantibus de serpente passerum populatore contigerit, ex quo denuntiatum est
14 exercitum annos decem in hostico futurum. Alio loco senex, id est referendis fabulis amica et loquax aetas, res refert vetustas:

Ἤδη γάρ ποτ' ἐγὼ καὶ ἀρείοσιν ἠέπερ ὑμῖν
ἀνδράσιν ὡμίλησα, et reliqua,

[Mss. P (AS om. Graec.).

ruentes G R. A. — *et* om. v-g. — *Totumque*] Aen. VIII, 676. — *Leucatē* Sa. *Leucatem* chg. — *Pelago*] Aen. VIII, 691. — *in mare* S. — *revulso* P6. — *Studio*] Georg. I, 387. 11. *digerendo* bP (ch in mg.). *dirigendo* Av-zSM123P6. „Amplector lectionem *digerendo.* Naso [Fast. I, 27.] *Tempora digereret cum conditor urbis.*" Pont. „Lib. I. Somnii c. 8. [§ 5.] *Plotinus gradus virtutum* .. *per ordinem digerit.* Sic alibi *digerere in ordinem*, *digestus ordo.*" Gron — *nobis praeteritorum* S. — *notionem* c-b. Sed cf. § 17. 12. *Ὠιχόμεθ'*] Il. ά, 366. *Ὠιχόμεθ'* ... *ἐρίβωλον* om. v-a. — *τὴν δὲ* (v. 2.) ... *ἐρίβωλον* om. hg, ubi pro his legitur *Et*, *Λυρνισσὸν* (sic!) *διαπορθήσας καὶ τείχεα Θήβης* (Il. β', 691.). — *Δώδεκα*] Il. ί, 328. 13. *de Calchante loqueretur* hg. — *Καὶ νήεσσ'*] Il. ά, 71. 14. *idem* AS. *idem ut* vi. — *Ἤδη*] Il. ά, 260. *Ἤδη* ... *ἔμπεδος εἴη* om. vi. Pro his legitur in ca Il. ί, 527-537. *Μέμνημαι τόδε ἔργον* ... *ἀάσατο δὲ μέγα θυμῷ.* „Quod exstat Iliad. nono et, ut ego opinor, accedit quam proxime ad locum qui comparatur istum:

11. *ut historicum stilum vitet*] Cf. c. 2. § 9. *vitans* .. *historicorum similitudinem.*

12. *antequam irasceretur*] Nulla causa potest afferri, cur positus sit coniunctivus.

13. *ne ignoraremus, quo duce* .. *invenerit*] Perfectum coniunctivi ponitur quasi antecederet praesens tempus.

ipse Calchas narrat omen] Immo Ulixes, qui Il. β', 301 sqq., refert quomodo hoc omen interpretatus sit Calchas, dicens v. 322: *Κάλχας δ' αὐτίκ' ἔπειτα θεοπροπέων ἀγόρευεν*, qui versus videtur esse causa et fons erroris.

in hostico] i. e. in agro Troiano. Cf. I, 6, 16. et Liv. VIII, 38, 2. *Castra in hostico* .. *posita.*

14. *senex*] Nestor.

et alibi: *Αἴθ' ὡς ἡβώοιμι, βίη δέ μοι ἔμπεδος εἴη*, et sequentia.
Virgilius omne hoc genus pulcherrime aemulatus est. 15

Nam memini Hesionae visentem regna sororis
Laomedontiaden Priamum,

et: *Atque equidem memini Teucrum Sidona venire,*

et: *Qualis eram cum primam aciem Praeneste sub ipsa*
Stravi, [115]

et de furto vel poena Caci tota narratio. Nec vetustissima tacuit, 16
quin et ipsa notitiae nostrae auctoris sui imitator ingereret:

Namque ferunt luctu Cygnum Phaethontis amati,

et similia.

XV. Ubi vero enumerantur auxilia, quem Graeci catalogum 1
vocant, eundem auctorem suum conatus imitari in nonnullis paulum a gravitate Homerica deviavit. Primum quod Homerus 2
praetermissis Athenis ac Lacedaemone vel ipsis Mycenis, unde erat rector exercitus, Boeotiam in catalogi sui capite locavit, non ob loci aliquam dignitatem, sed notissimum promuntorium ad exordium sibi enumerationis elegit, unde progrediens modo medi- 3
terranea modo maritima iuncta describit, inde rursus ad utrumque situm cohaerentium locorum disciplina describentis velut iter agentis accedit, nec ullo saltu cohaerentiam regionum in libro suo hiare permittit, sed hoc viandi more procedens redit unde digressus est, et ita finitur quicquid enumeratio eius amplectitur: con- 4
tra Virgilius nullum in commemorandis regionibus ordinem servat, sed locorum seriem saltibus lacerat. Adducit primum Clusio

Edd. vicahgspdzb.]
Nam memini Hesionae" Pont. — *Αἴθ' ὡς*] Il. ή, 157. ΑΙΤΟC (sup. ϑ) P. *Εἴθ' ὡς* (ut Hom. vulgo l. c.) h-b. 15. *Nam*] Aen. VIII, 157. — *Laomedontiadem* vias-bPS. — *Atque*] Aen. I, 619. — *Teucrum memini* (ut Virg. vulgo l. c.) c-bP. — *et* om. s-bP improbante Zeunio. — *Qualis*] Aen. VIII, 561. — *Caci*] Cf. Aen. VIII, 193 sqq. 16. *qui nec* P. — *notione nostrae* S. — *Namque*] Aen. X, 189.

XV. *Caput XV. Quae diversitas catalogorum sit apud Vergilium et Homerum.* ch-b. 1. *enumerentur* (sup. *a*) A. — *catalogon* S. 2. *Homerus*] Il. β', 494 sqq. — *Lacedaemoniis* v-g. — *boetiam* AS. 3. *regionem* P6. — *hoc viandi more* A (bg in mg) M123 „B". *hoc hiandi more* v-g. *hoc narrandi more* S. *obviandi more* s-bP.

XV, 1. *catalogum*] Cf. Schol. Ven. in Il. β', 494. *Διὰ τί .. νεῶν κατάλογον ποιεῖται Ὅμηρος*, al.

2. *notissimum promuntorium*] Cf. Hom. Il. β', 496. *Οἵ θ' Ὑρίην ἐνέμοντο καὶ Αὐλίδα πετρήεσσαν.* Aulis videtur sita fuisse in Boeotiae parte quadam in mare procurrente, nam insula esse dicitur a Servio ad Aen. IV, 426., et in Itiner. marit. p. 525. Cf. Mannert. Geogr. d. Gr. u. R. VIII, p. 243.

3. *ad utrumque situm*] i. e. ad mediterranea et maritima.

disciplina describentis .. accedit] i. e. describens accedit ex instituta ratione. Vid. prolegg. p. XLII.

viandi] Quintilianus VIII, 6, 33. *Vio*, inquit, *pro eo infeliciter* (fictum est). Apuleius compluribus locis hoc verbo usus est; gerundium, ut h. l., legitur apud Ammianum XX, 9. *Legati intenti ad viandum* et apud Prudentium adv. Symm. II, 772. *Iter viandi multifidum.*

4. *Adducit primum Clusio cet.*] Virgilius cum Clusio coniungit Cosas, inde septentrionem versus Pisas usque procedit: inde transit ad Caere, quod est maxime versus meridiem situm, unde per Pyrgos revertitur Graviscas, quae haud ita longe absunt a Cosis.

et Cosis Massicum: Abas hunc sequitur manu Populoniae Ilvaeque comitatus: post hos Asilan miserunt Pisae, quae in quam
[116] longinqua sint Etruriae parte notius est quam ut annotandum sit: inde mox redit Caere et Pyrgos et Graviscas, loca urbi proxima, quibus ducem Asturem dedit: hinc rapit illum Cinirus ad
5 Liguriam, Ocnus Mantuam. Sed nec in catalogo auxiliorum Turni, si velis situm locorum mente percurrere, invenies illum
6 continentiam regionum secutum. Deinde Homerus omnes quos in catalogo enumerat etiam pugnantes vel prospera vel sinistra sorte commemorat: et, cum vult dicere occisos quos catalogo non inseruit, non hominis sed multitudinis nomen inducit: et quotiens multam necem significare vult, messem hominum factam dicit, nulli certum nomen facile extra catalogum vel addens in acie
7 vel detrahens. Sed Maro vester anxietatem huius observationis omisit. Nam et in catalogo nominatos praeterit in bello et alios nominat ante non dictos. Sub Massico duce *mille manus iuvenum* venisse dixit *qui moenia Clusi*

Quique Cosas liquere:

deinde Turnus navi fugit,

Qua rex Clusinis advectus Osinius oris,

[Mss. APS.

4. *Virgilius*] Aen. X, 166 sqq. — *Marsicum* P. — *Albas* ch. *Abbas* g. — *manum* A. — *illeque* A. — *Asilam misere* v-g (i *miserae*). — *Caere* s-z. *cere* AS. *Caerete* v-gbP. *ad cerete* P6. *ad Certete* „B". „Lege audacter cum Ed. vet. *Mox redit Caerete*. Videsis enim Aeneid. X, 183." Zeun. — *oraviscas* AP. *oreviscas* SP6. — *arturem* A. — *Cinirus* APSs-z M13P6. *Cygnus* v-gb. „Lege duce Edit. vet. *Cygnus*. Etenim sic vocat eundem infra noster (§ 8.). Cf. Virg. l. l." Zeun. Vid. not. — *alliguriam* SM1P6. *liguriam* (om. *ad*) v-a. 5. *Sed ne* vi. — *auxiliorum Turni*] Cf. Aen. VII, 641 sqq. 6. *numerat* s-bP. — *factam esse* s-bP. 7. *noster* Edd. PS. — *mille*] Aen. X, 167. — *choras* P. *choros* A. *coros* P6. „Rescribo ex Virgilii codicibus: *Quique urbem liquere Cosas.*" Meurs. — *Qua*] Aen. X, 655. — *Quae exclusis* (sup. *in*) A.

urbi] Romae.

Cinirus] Sic scripsi codicum Macrobianorum auctoritatem secutus et hoc loco et § 9., quum apud Virgilium, ubi vulgo legitur *Cinyras*, non satis certa sit lectio. Quod legitur in edd. vett., *Cygnus*, id sumptum est e depravatis exemplaribus Virgilii, in quibus Cycnus infertur versui 186., quum vera huius nominis sedes sit v. 189. Cf. § 9.

6. *multitudinis nomen inducit*] Cf. Il. δ', 538. *Πολλοὶ δὲ περὶ κτείνοντο καὶ ἄλλοι*, ξ', 520. *Πλείστους δ' Αἴας εἷλεν*, π', 661 sqq. *Πολέες γὰρ ἐπ' αὐτῷ Κάππεσον.*

messem hominum factam] Cf. Il. λ', 67 sqq. *Οἱ δ', ὥστ' ἀμητῆρες ἐναντίοι ἀλλήλοισιν Ὄγμον ἐλαύνωσιν ἀνδρὸς μάκαρος κατ' ἄρουραν, Πυρῶν ἢ κριθῶν· τὰ δὲ δράγματα ταρφέα πίπτει· Ὣς Τρῶες καὶ Ἀχαιοὶ ἐπ' ἀλλήλοισι θορόντες Δῄουν*, et τ', 221 sqq. *Αἶψά τε φυλόπιδος πέλεται κόρος ἀνθρώποισιν· Ἧστε πλείστην μὲν καλάμην χθονὶ χαλκὸς ἔχευεν, Ἄμητος δ' ὀλίγιστος, ἐπὴν κλίνῃσι τάλαντα Ζεύς*, quem locum, ut qui minus huc pertineat, non addidissem, nisi Zeunius attulisset scholion: *Ἀλληγορικῶς καλάμην νῦν κέκληκε τὰ σώματα τῶν ἀνῃρημένων.* Sed Macrobium non recte dixisse: *Quotiens .. significare vult*, facile apparet.

7. *Maro vester*] Vid. not. ad c. 2, § 17.

Sub Massico duce cet.] Hanc difficultatem solvere conatus est Servius, qui ad Aen. X, 655.: *Osinius*, inquit, *ipse est, quem supra* (v. 166.) *Massicum dixit. Ergo,*

quem Osinium numquam antea nominavit: et nunc ineptum est regem sub Massico militare. Praeterea nec Massicus nec Osinius 8
in bello penitus apparent: sed et illi quos dicit *fortemque Gyam fortemque Serestum, pulcher* quoque *Aquiculus*, et *Mavortius Haemon*, et *fortissimus Umbro*, et *Virbius Hippolyti proles pulcherrima bello*, [117] nullum locum inter pugnantium agmina vel gloriosa vel turpi commemoratione meruerunt. Astur itemque Cupavo et 9
Cinirus, insignes Cygni Phaethontisque fabulis, nullam pugnae operam praestant, cum Alesus et Sacrator ignotissimi pugnent, et Atinas ante non dictus. Deinde in his quos nominat fit saepe 10
apud ipsum incauta confusio. In nono:

— Corinaeum sternit Asilas,

deinde in duodecimo Ebusum Corinaeus interficit:

Obvius ambustum torrem Corinaeus ab ara
Corripit et venienti Ebuso plagamque ferenti
Occupat os.

Sic et Numam quem Nisus occidit postea Aeneas persequitur: 11

Persequitur fortemque Numam.

Camertem in decimo Aeneas sternit: at in duodecimo

Edd. vicahgspdzb.]

8. *quod dicit* P. — *fortemque*] Aen. I, 612. — *restum* A. *sergestum* vi. Vid. not. — *pulcher*] Aen. IX, 684. — *Aquiculus* (ut codd. Virg.) APSP6. *Equiculus* vi. *Equicolus* c-b. — *Mavortius*] Aen. IX, 685. — *fortissimus*] Aen. VII, 752. — *Virbius*] Aen. VII, 761. — *locum* om. S. 9. *Astur*] Aen. X, 180. *Antio* AP16. Vid. not. — *Cupavo et Cinirus*] Aen. X, 187. *Cupavo* v-zP6. *pavo* APS *Cupano* b. „Scribe *Cupano*. Levo." Meurs. — *Cinirus* scripsi ut § 4. *cincrus* APM1. *cynerus* SP6. *emerus* M3. *cygnus* Edd. M2P6. — *insignis* P. — *cynni* SM13. — *Alesus*] Aen. X, 352 et 411, ubi legitur *Halesus*. — *Sacrator*] Aen. X, 747. *Sacrator* v-g. *sacrato* ASM13P6. *sacator* M2. *Sarato* s-bP. „Lego et *Sacrator*." Meurs. — *Atinas*] Aen. XI, 869. 10. *In nono*] v. 571. - *Corynaeum* Virg. l. c. *corimcum* S. — *in duodecimo*] v. 298. *duodecimo* (om. *in*) S. — *Corynaeus* Virg. l. c. — *ut venienti* ASv. 11. *Numam*] Cf. Aen. IX, 454. — *postea Aeneas persequitur: fortemque Numam* Edd. et Mss. Vid. not. — *Persequitur*] Aen. X, 562. — *Camertem* A „B". — *in decimo*] v. 562. — *aut* A. — *in duodecimo*] v. 224. *in undecimo* ASs-d.

ut diximus, si Osinius proprium est, Massicus appellativum: licet posset fieri, ut duo nomina unius sint, ut est Numa Pompilius, Alexander Paris, cet.

regem sub Massico militare] Hoc Servius l. c. defendit his verbis: *Nam et Ramnetem et Remulum, quos in ducum ordinem non numeravit, reges fuisse dixit.*

8. *penitus*] in negativa sententia h. l. et c. 19, § 16. non recte ponitur pro *omnino*. Hoc ubi recte fieri possit apparet et ex ipsa huius particulae vi et ex exemplis quae congessit Handius IV, p. 427, 6.

fortemque Serestum] Apud Virgilium Aen. I, 612. legitur *fortemque Cloanthum*, sed proxime antecedens versus finitur verbis *laevaque Serestum*, unde huc translatum esse videtur hoc nomen.

9. *Astur*] Hoc nomen legi videtur in uno codice S, ex quo nihil enotavi. Ceteri habent *antio*, quod putarem esse corruptum e nomine *Acmon*, quod legitur Aen. X, 128., nisi Acmon ille commemoraretur inter pugnantes.

11. *Persequitur fortemque Numam*] Verbum quod in ceteris Macrobii exemplaribus semel legitur bis posui, ut alterum pertineret ad Macrobii alterum ad Virgilii verba, quod necessarium esse videtur, quia etiam accusativus *Numam* bis ponitur.

Camertem .. Aeneas sternit] Hoc quidem non dicit Virgilius l. c.,

Iuturna formam adsimulata Camertae.

12 Chlorea in undecimo occidit Camilla, in duodecimo Turnus. Palinurus Iasides et Iapyx Iasides quaero an fratres sint. Hyrtacides est Hippocoon, et *Nisus,

*Hyrtacides *comitem Aeneae quem miserat Ida.*

13 Sed potuerunt duo unum nomen habuisse. Ubi est illa in his casibus Homeri cautio? Apud quem cum duo Aiaces sint, modo dicit: *Τελαμώνιος Αἴας*, modo: *Ὀϊλῆος ταχὺς Αἴας*, item alibi: *Ἶσον θυμὸν ἔχοντε ὁμώνυμοι:* nec desinit quos iungit nomine in-
[118] signibus separare, ne cogatur lector suspiciones de varietate ap-
14 pellationis agitare. Deinde in catalogo suo curavit Virgilius vitare fastidium, quod Homerus alia ratione non cavit eadem figura saepe repetita:

[Mss. P (AS om. Graec.).

— *forma* P. — *Camerte* S. *camerti* v-g. Virg. vulgo. — *Clorea* Edd. *Hec lorea* APS. Vid. not. — *in undecimo*] Cf. v. 768 sqq. — *camillam* S. — *in duodecimo*] v. 363. 12. *Palinurus*] Aen. V, 843. — *Iapyx*] Aen. XII, 391. *Iapix* chs-bP. *Iapis* (ut edd. Virg.) a. — *Hippocoon*] Aen. V, 492. — *et *Nisus ... Ida* correxi e Virg. Aen. IX, 176 sq. *et rursus: Hyrtacides Corinacum sternit Asilas* Mss. et Edd. (S *cornium*).

13. *potuerint* S. — *cum* om. S. — *modo dicunt modo* (om. Graec.) A. *modo dicit λοκρῶν δ' ἡγεμόνευε οἰλῆος ταχὺς αἴας* (Il. β', 527), *modo τελαμώνιος αἴας* v (ica *ἡγεμόνευεν;* ca *modo Μείων οὔτι τοσός γε ὅσπερ Τελαμώνιος Αἴας*) ex Il. β', 528. *modo dicit ὀϊλῆος ταχὺς Αἴας, modo Τελαμώνιος Αἴας* hg. — *item alio* s-b. — *Ἶσον*] Il. ρ', 720. *Ἶσον .. ὁμώνυμοι* om. vacuis relictis tribus lineis vi. *αἴας δ' οὐκέτι πάμπαν οἰλῆος ταχὺς υἱὸς Ἵστατ' ἀπ' αἴαντος τελαμωνίου οὐδ' ἠβαιόν.* ca ex Il. ν', 702 sq.; (c in mg.: „*Restitutus locus ex 13 Iliad.*") — *ἔχοντες* ap. Hom. vulgo. — ΟΜΩΝΥΜΟΥ P. — *nec cogitur* A. — *in catalogo* sed: *Persequitur .. fuluumque Camertem.*

Chlorea] In codd. legitur *Hec lorea*, unde videtur eliciendum esse *Itē clorea* i. e. *Item Chlorea*.

occidit Camilla] Hoc verum non est. Nam apud Virgilium l. c. Camilla, dum cupit occidere Chlorea, dicitur ipsa occidi ab Arrunte.

12. *et *Nisus ... Ida*] Quae vulgo leguntur, ea corrupta esse patet. Nam Asilas nusquam dicitur Hyrtacides, et verbis *Corynaeum sternit Asilas*, quae huc translata esse videntur ex § 10., apud Virgilium Aen. IX, 571. non praecedit nomen *Hyrtacides*, sed *Emathiona Liger;* contra ib. v. 176 sq. Nisus dicitur Hyrtacides: quid ergo est verisimilius quam *rursus* mutandum esse in *Nisus*, et post *Hyrtacides* inserenda esse ea quae sequuntur apud Virgilium v. 177.: *comitem Aeneae quem miserat Ida*, quorum principium et finis confundi poterat cum illis verbis, *comitē aeneae* cum *corinaeum*, et *-atida* cum *asilas:* nec quae restant media compendio scripta *quēmis'* nimis longe absunt a verbo *sternit*.

potuerunt .. habuisse] Infinitivus perfecti ponitur pro praesenti.

13. *duo*] Intelligendi sunt duo Iasi et duo Hyrtaci.

in his casibus] Hoc vocabulum usurpatum est omnino eadem ratione atque a recentioribus. Mahul haec reddidit verbis: „*dans de pareils cas*", nos: „*in solchen Fällen*". Similiter, sed ita ut ad ea quae fortuito accidunt respicientes magis servarent propriam vim, hac voce usi sunt iuris periti, ut Ulpianus Digest. XXIV, 3, 64, 9. *In quibus igitur casibus lex deficit, non erit .. actio danda.*

ἔχοντε] Quia de duobus sermo est, ne ipsum Macrobium corrigerem, nolui ex Homericis exemplaribus recipere *ἔχοντες*, quod est necessarium ad tollendum hiatum.

insignibus] i. e. certis notis.

14. *in catalogo suo*] Cf. § 1.

alia ratione] sc. utens ac Virgilius.

Οἳ δ' Ἀσπληδόν' ἔναιον, —
Οἳ δ' Εὔβοιαν ἔχον, —
Οἵ τ' Ἄργος τ' εἶχον Τίρυνθά τε, —
Οἵ τ' εἶχον κοιλὴν Λακεδαίμονα κατώεσσαν.

Hic autem variat, velut dedecus aut crimen vitans repetitionem: 15

Primus init bellum Tyrrhenis asper ab oris, —
Filius huic iuxta Lausus, —
Post hos insignem fama per gramina currum, —
Tum gemini fratres, —
Nec Praenestinae fundator, —
At Messapus equum domitor, —
Ecce Sabinorum prisco de sanguine, —
Hic Agamemnonius, —
Et te montosae, —
Quin et Marrubia venit de gente sacerdos, —
Ibat et Hippolyti proles.

Has copias fortasse putat aliquis divinae illi simplicitati praeferendas: sed nescio quo modo Homerum repetitio illa unice decet, et est genio antiqui poetae digna enumerationique conveniens, quod in loco, mera nomina relaturus, non incurvavit se neque minute torsit deducendo stilum per singulorum varietates, sed stat in consuetudine percensentium, tamquam per aciem dispositos enumerans, quod non aliis quam numerorum fit vocabulis. Et tamen egregie, ubi oportet, de nominibus ducum variat: 16 17

Αὐτὰρ Φωκήων Σχεδίος καὶ Ἐπίστροφος ἦρχον, — [119]
Λοκρῶν δ' ἡγεμόνευεν Ὀϊλῆος ταχὺς Αἴας, —
Νιρεὺς δ' αὖ Σύμηθεν ἄγεν τρεῖς νῆας ἐΐσας.

Illam vero enumerationis congestionem apud Homerum Maro ammiratus ita expressit, ut paene eum dixerim elegantius transtulisse. 18

Οἳ Κνωσσόν τ' εἶχον Γόρτυνά τε τειχιόεσσαν,

Edd. vicahgspdzb.]

(om. *suo*) h. 14. *Οἳ δ'* cet.] Il. β', 511, 536, 559, 581. *Οἳ δ' ... κατώεσσαν* om. v-a. — vv. 1 et 2. *Οἱ* h-b. — ΑСΤΑΝΔΟΝΕΝΑΙΟΝ P. *Ἀσπληδόνα ναῖον* Hom. l. c. — vv. 3 et 4. *Οἳ δ'* Hom. — ΕΙΧΟΝ ΙΡΥΝΘΑΤΕ P. *εἶχον* (om. *Τίρυνθά τε*) h-b. — *Οἵ τ' εἶχον* om. g. — *κητώεσσαν* Hom. 15. *Primus* cet] Aen. VII, 647, 649, 655, 670, 678, 691, 706, 723, 744, 750, 761. v. 1. *in id* AP. — *Asper* g-b. — v. 3. *palma* Virg. l. c. — v. 6. *Mesapus* c-bS. *Mesappus* vi. — v. 8. *Hinc* (ut Virg. l. c.) c-g. — *agamemnonios* vi. — v. 10. *Marubia* vi. *Morrubia* zb. *Marruvia* edd. Virg. e cod. Med. 16. *antiq;* A. — *in loca* S. — *nominare laurus* A. 17. *Αὐτὰρ*] Il. β', 517. *Αὐτὰρ ... ἐΐσας* om. v-a. — ΦΩΚΕΥΕΙΩΝ P. — *ἦρχεν* h-b. — *Λοκρῶν*] Il. β', 527. — *Νιρεὺς*] Il. β', 671. ΝΕΙΡΕΥС P. — *αὖ Σύμηθεν* (om. δ') Hom. vulgo l. c. ΔΙΑΥСΥΩΧΗΘΕΝ P. *δ' Αἰσύμνηθεν* h-b. „*Αἰσύμηθεν* libri quidam Moschopul. 83. 14, corrupte." Spitzner. ad l. c. 18. *Οἱ*] Il. β', 646. *Οἱ ... Φαιστόν τε* om. vi Pro his legitur in ea Il. ν', 683-693. *Τεῖχος δ' ἐδέδμητο* (c *ἐδέδμυτο*) ... *μενεπτόλεμός τε ποδάρκης.* (c in mg.:

15. v. 1. *asper*] Mezentius. Male ergo inde ab editionibus Gryphianis scribitur *Asper.*

16. *in loco*] i. e. ut locus tulit. Cf. Horatianum (Od. IV, 12, 28.) illud: *Dulce est desipere in loco.*

Verba *mera nomina relaturus* causam indicant cur haec Homeri ratio sit probanda.

stat] A perfecto tempore transitur ad praesens.

Λύκτον Μίλητόν τε καὶ ἀργινόεντα Λύκαστον
Φαιστόν τε, et similia.

19 Ad quod exemplum illa Virgiliana sunt:

Agmina densentur campis, Argivaque pubes
Auruncaeque manus Rutuli veteresque Sicani,
Stant Gauranae acies et picti scuta Labici:
Qui saltus, Tiberine, tuos sacrumque Numici
Litus arant Rutulosque exercent vomere colles
Circaeumque iugum: quis Iuppiter Anxuris arvis
Praesidet, et cetera.

XVI. Uterque in catalogo suo post difficilium rerum vel nominum narrationem infert fabulam cum versibus amoenioribus, 2 ut lectoris animus recreetur. Homerus inter enumeranda regionum et urbium nomina facit locum fabulis quae horrorem satietatis excludant:

[120] *Καὶ Πτελεὸν καὶ Ἕλος καὶ Δώριον· ἔνθά τε Μοῦσαι*
ἀντόμεναι, Θάμυριν τὸν Θρήϊκα παῦσαν ἀοιδῆς,
Οἰχαλίηθεν ἰόντα, παρ' Εὐρύτου Οἰχαλιῆος·
στεῦτο γὰρ εὐχόμενος νικησέμεν, εἴπερ ἂν αὐταὶ
Μοῦσαι ἀείδοιεν, κοῦραι Διὸς αἰγιόχοιο·
αἱ δὲ χολωσάμεναι πηρὸν θέσαν, αὐτὰρ ἀοιδὴν
θεσπεσίην ἀφέλοντο, καὶ ἐκλέλαθον κιθαριστύν,

3 et alibi: *Τῶν μὲν Τληπόλεμος δουρικλυτὸς ἡγεμόνευεν,*
ὃν τέκεν Ἀστυόχεια βίῃ Ἡρακληείῃ,
τὴν ἄγετ' ἐξ Ἐφύρης ποταμοῦ ἄπο Σελλήεντος,

[Mss. P (AS om. Graec.).
„Locus illustratus ex 13. Ilia.“). — v. 1. *ΕΙΧΟΝΡΥπατε* P. — v. 2. *ΑΥΤΟΝ* P. — v. 3. *φεΛΥΚΙΟΝΤε* P. 19. *Agmina*] Aen. VII, 794. — v. 2. *Aruncaeque* Sv-g. — v. 3. *Stant Gauranae* APSis-bM123. *Et sacranae* (ut Virg. l. c.) v. *Et sarranae* chg (h in mg. „*Stant* ant.“). — v. 6. *Anxurus* Virg. l. c.

XVI. *Caput XVI Quae utriusque catalogis similitudo, quam crebrae apud utrumque sententiae. Tum in quibus sive casu sive sponte ab Homero Vergilius desciscat, et in quibus imitationem ipsam dissimulet.* ch-b.
2. *inter enumerandam regionem* Svi. — *Καὶ Πτελεὸν*] Il. β', 594. *Καὶ Πτελέον ... κατέκτα* (§ 3. extr.) om vi. Praemittuntur in c-b tres versus proxime antecedentes *Οἱ δὲ Πύλον τ' ἐνέμοντο ... καὶ Ἀμφιγένειαν ἔναιον* (c in mg.: „Locus elucidatus ex 2 Ilia.“). — v. 3. *ΟΙΧΑΛΙΟΙΟC* P. — v. 4. *ΕΙΠΕΡΑΝΑ* (om. *αὐταὶ*) P (cf. v. 6.). — v. 6. *ΑΙΑCΧΟΛ.* P. — *ΑΥΤΑΡ ΑΜΔΗΥΤΑΙ* P (cf. v. 4.). — v. 6. *ἀοιδὴν*. *Et alibi Θεσπεσίην* h. — v. 7. *κιθαριστήν* Pc-g. 3. *Et alibi* om. cah. — *Τῶν μὲν*] Il. β', 657. Pro his in ca legitur versus qui ap. Hom. sequitur proxime antecedentes: *Τῶν αὖθ' ἡγεμόνευε ... νέστωρ.* — v. 1. *ἡγεμόνευε* hg. — v. 3. *ΑΦΥΡΗC* P. — v. 4. *Πέρσας ... κατέκτα* (v. 6.)

18. *Λύκτον*] Quum in cod. P legatur *ΑΥΤΟΝ*, scripsissem *Λύττον*, quod praeter Eustathium p. 313, 3. afferre Stephanum Byz. et Strabonem X, p. 729. Hesychium II, 513. Spanhemium ad Callim. hymn. in Apoll. v. 32. retulit Spitznerus ad hunc Homeri locum, nisi in eodem illo codice legeretur in versu proxime sequenti *ΦΕΛΥΚΙΟΝ*, quod ex hoc versu in illum videtur esse translatum.

19. *Stant Gauranae acies*] Pontanus confert Ovid. [Fast. III, 215.] *Iam steterant acies*. A Gauro monte dictae sunt *Gauranae acies*, sed *Sacranae* defendunt Servius et Heynius ad Virg. l. c.

XVI, 2. v. 1. *Καὶ Πτελεὸν ... καὶ Δώριον*] Haec verba ad rem

πέρσας ἄστεα πολλὰ Διοτρεφέων αἰζηῶν.
Τληπόλεμος δ', ἐπεὶ οὖν τράφ' ἐνὶ μεγάρῳ εὐπήκτῳ,
αὐτίκα πατρὸς ἑοῖο φίλον μήτρωα κατέκτα,

et reliqua, quibus protraxit iocunditatem. Virgilius in hoc secutus auctorem in priore catalogo modo de Aventino modo de Hippolyto fabulatur: in secundo Cygnus ei fabula est. Et sic amoenitas intertexta fastidio narrationum medetur. In omnibus vero Georgicorum libris hoc idem summa cum elegantia fecit. Nam post praecepta, quae natura res dura est, ut legentis animum vel auditum novaret, singulos libros acciti extrinsecus argumenti interpositione conclusit, primum de signis tempestatum, de laudatione rusticae vitae secundum, et tertius desinit in pestilentiam pecorum, quarti finis est de Orpheo et Aristaeo non otiosa narratio. Ita in omni opere Maronis Homerica lucet imitatio. [121] 4 5

6 Homerus omnem poesim suam ita sententiis farsit ut singula eius ἀποφθέγματα vice proverbiorum in omnium ore fungantur, ut:

Ἀλλ' οὔπως ἅμα πάντα θεοὶ δόσαν ἀνθρώποισι, —
Χρὴ ξεῖνον παρέοντα φιλεῖν, ἐθέλοντα δὲ πέμπειν, —
Μέτρον δ' ἐπὶ πᾶσιν ἄριστον, —
Οἱ πλέονες κακίους, —
Δειλαί τοι δειλῶν γε καὶ ἐγγύαι ἐγγυάασθαι, —
Ἀφρὼν δ' ὅς κ' ἐθέλοι πρὸς κρείσσονας ἀντιφερίζειν,

et alia plurima. Nec haec apud Virgilium frustra desideraveris: 7

Edd. vicahgspdzb.] om. hg. — v. 5. *τλμρτολεμος* P. — *τράφη ἐν* apud Homerum legitur e Barnesii coniectura. — *μεγάρῳ* correxi ex Homero. *μεγήρῳ* s-bP. — v. 6. *κατέκτα, Ἤδη γηράσκοντα Λικύμνιον ὄζον Ἄρηος.* s-b. 4. *de Aventino*] Cf. Aen. VII, 655 sqq. — *de Hippolyto*] Cf. ib. 765 sqq. — *Cygnus*] Cf. Aen. X, 189 sqq. 5. *vel acciti* v. — *primum*] v. 351 sqq. — *secundum*] v. 458 sqq. — *tertius*] v. 478 sqq. — *quarti*] v. 454 sqq.

6. *poesin* A. — *ut* om. P. — *Ἀλλ' οὔπως*] Il. δ', 320. Pro his sex versibus in v-g leguntur tres alii: *Οὐ γάρ πώ τις ἑὸν γόνον αὐτὸς ἀνέγνω* (Od. ά, 216.). *Παῦροι γάρ τοι παῖδες ὁμοῖοι πατρὶ πέλονται* (Od. β', 276; vi *πατράσι γένοντο*). *Οὐ γάρ τ' αἶψα θεῶν τρέπεται νόος αἰὲν ἐόντων* (Od. γ', 147; chg in mg.: „Od. 1. 2. 3"; hg.: „Pro his in ant. hae sententiae sunt, *ἀλλ' οὔπως ... ἀντιφερίζειν.*"). — v. 2. *Χρὴ*] Od. ό, 74. — v. 3. *Μέτρον*] Vid. not. — v. 4. *Οἱ πλέονες*] Od. β', 277. — v. 5. *Δειλαὶ*] Od. θ', 351. — v. 6. *Ἀφρὼν*] Haec quoque invenire potui non magis quam Zeunius. — *plurima* P. *plurima quae sententialiter proferuntur.* s-b. *innumerabilia quae sententialiter* non pertinent: sed addita sunt tantum ut integer esset versus.

4. *quibus protraxit iocunditatem*] Ex iis quae leguntur § 2., *quae horrorem satietatis excludant*, apparet *protraxit* idem valere atque *aluit*, ut legitur apud Valer. Max. I, 5, 8. *Ut rapacissimi victoris insolentiam dicti tumore protraheret.*

5. *dura*] i. e. iniucunda.

novaret] Cf. Liv. XXVI, 19, 2. *Ut ardorem eum qui resederat excitaret rursus novaretque.*

6. v. 3. *Μέτρον .. ἄριστον*] Haec apud Homerum frustra quaesiveris. De Cleobulo Diogenes Laert. I, 6. (93.): *Ἀπεφθέγξατο. Μέτρον ἄριστον.*

et alia plurima] Quae vulgo adduntur, *quae sententialiter proferuntur*, ea delevi ut ex margine huc illata, quia absunt a codice P et adverbium *sententialiter* abhorrere videtur a Macrobii usu dicendi. Nam adverbia quae prolegg. p. XLIV., afferuntur similia *rationabiliter* et *regulariter*, ea ab adiectivis derivata sunt, sed *sententialis* hoc quidem sensu nemo unquam dixit.

— Non omnia possumus omnes, —
Omnia vincit Amor, —
— Labor omnia vincit
Inprobus, —
Usque adeone mori miserum est? —
Stat sua cuique dies, —
— Dolus an virtus, quis in hoste requirit? —
Et quid quaeque ferat regio et quid quaeque recuset, —
Auri sacra fames,

et, ne obtundam nota referendo, mille sententiarum talium aut in
8 ore sunt singulorum aut obviae intentioni legentis occurrunt. In nonnullis ab Homerica secta haud scio casune an sponte desciscit. Fortunam Homerus nescire maluit, et soli decreto, quam *μοῖραν* vocat, omnia regenda committit, adeo ut hoc vocabulum *τύχη* in nulla parte Homerici voluminis nominetur. Contra Virgilius non solum novit et meminit, sed omnipotentiam quoque eidem tribuit, quam et philosophi qui eam nominant nihil sua vi posse sed de-
9 creti sive providentiae ministram esse voluerunt. Et in fabulis
[122] seu in historiis nonnumquam idem facit. Aegaeon apud Homerum auxilio est Iovi: hunc contra Iovem armant versus Maronis.

[Mss. APS.
proferuntur. ASv-g. 7. *Non haec* A. — *desideraverimus* A a p. m. — v. 1. *Non*] Ecl. VIII, 63. — v. 2. *Omnia*] Ecl. X, 69. — v. 3. *Labor*] Georg. I, 145. (ubi legitur *vicit*). *Labor improbus omnia vincit* Svi. *Labor omnia improbus vincit* M1. — v. 4. *Usque*] Aen. XII, 646. — v. 5. *Stat*] Aen. X, 467. — v. 6. *Dolus*] Aen II, 390. — *requirat* (ut vulgo ap. Virg.) Sc-g. *requiret* vi. — v. 7. *Et quid*] Georg. I, 53. — v. 8. *Auri*] Aen. III, 57. — *nova* P. — *intentione* S. 8. *aut si ioca sint ea an sponte* P. — *disciscit* AM3. *discit* M1 a p. m. *disciverit* M1 a sec. m.; M2. *discedit* S. *discis* vi. *discessit* hg in mg. — *Fortunam .. nominetur*] Cf. Io. Saresb. III, 8. — *decreto* v-g. *deo reto* SM3 „B". *dō retto* A („C" *reto*). *deo reco* M1 (M2 sup. add. *coae*). *deo* s-bP. Sar. — *quem* s-bP Sar. — *Morphan* Sar. 9. *sive historiis* (om. *in*) S. — *Aegeon* v-g. *egeon* A. — *apud Homerum*] Il. ά, 403 sq. — *Maronis*]

7. *mille sententiarum talium*] Cf. c. 14, § 7. *et mille talium vocabulorum*, et I, 5, 3 sqq.

obviae .. occurrunt] Alio quidem sensu Virgilius Aen. XI, v. 498 sq.: *Obvia*, inquit, .. *Camilla Occurrit.*

8. *secta*] „*Secta* hic, uti etiam glossae docent, *ἀγωγὴ* est." Pont. coll. Apul. Metam. V, 15, ubi pro *sectacula* vult legi *secta cuia*, IX, 27. [add. IX, 12.], Florid. IV, 18; Auson. Praef. Cf. Comm. I, 11, 11; 13, 5 et 9.

soli decreto] Cf. infra *decreti sive providentiae* et Comm. I, 19, 27. *Quae decreti necessitas in singulos sancit.* De re vid. Naegelsbach. Homer. Theologie p. 113 sqq.

in nulla parte Homerici voluminis] Cf. c. 3. § 17. *Virgilianum volumen.* Pausanias IV, 30, 3. quem praeter Ioann. Saresber. l. c. citavit Pontanus: *Πρῶτος δὲ*, inquit, *ὧν οἶδα, ἐποιήσατο ἐν τοῖς ἔπεσιν Ὅμηρος Τύχης μνήμην. ἐποιήσατο δὲ ἐν ὕμνῳ τῷ ἐς τὴν Δήμητρα* [v. 420.], *ἄλλας τε τῶν Ὠκεανοῦ θυγατέρας καταριθμούμενος, ... καὶ Τύχην ὡς Ὠκεανοῦ καὶ ταύτην παῖδα οὖσαν*, ad quem locum Xylander adnotavit: „Non uno in loco testatur Eustathius *Τύχης* vocem apud Homerum nusquam extare." Laur. Lyd. III, 18. *Ὅτι οὐδαμοῦ τοῦ τῆς Τύχης ὀνόματος Ὅμηρος μέμνηται. Ἡσίοδος* [Theog. v. 360.] *μέντοι.* Etiam alia vocabula, ut *νόμος, τύραννος*, apud Homerum non inveniri adnotavit Zeunius.

omnipotentiam tribuit] Cf. Aen. VIII, 334. *Fortuna omnipotens.*

Eumedes Dolonis proles bello praeclara, animo manibusque parentem refert, cum apud Homerum Dolon inbellis sit. Nullam 10
commemorationem de iudicio Paridis Homerus admittit. Idem vates Ganymedem non ut Iunonis pellicem a Iove raptum sed Iovialium poculorum ministrum in caelum a dis ascitum refert, velut θεοπρεπῶς. Virgilius tantam deam, quod cuivis de honestis 11
feminae deforme est, velut specie victam Paride iudicante doluisse et propter Catamiti pellicatum totam gentem eius vexasse commemorat. Interdum sic auctorem suum dissimulanter imitatur, 12
ut loci inde descripti solam dispositionem mutet, et faciat velut aliud videri. Homerus ingenti spiritu ex perturbatione terrae 13
ipsum Ditem patrem territum prosilire et exclamare quodammodo facit:

Ἔδδεισεν δ' ὑπένερθεν ἄναξ ἐνέρων Ἀϊδωνεύς·

Edd. vicahgspdzb.]
Aen. X, 565 sqq. — *Eumedes*] Aen. XII, 346. — *apud Homerum*] Il. κ', 374 sqq. — *Dolo* ASv-g „B". 10. *Idem vates*] Il. ύ, 234. — *Iovi alium* Svi. — *οεοκπρεποc decorum* A (bg θεόπρεπος). *θεόπρεπος Deorum vir* „B". *decorum* S cum lac. ante hanc vocem; v-a sine lacuna. 11. *Virgilius*] Aen. I, 27 sq. — *tantum* A. 12. *inde scripti* S. 13. *Ἔδδεισεν*] Il. ύ, 61. *Ἔδδεισεν .. θεοί περ* om. ASvi. In c-b praemittuntur quinque versus apud Homerum proxime antecedentes, *Δεινὸν δ' ἐβρόντησε ... καὶ νῆες Ἀχαιῶν* (c in mg: „Locus restitutus ex Ilia. 20."). In c-g subiungitur versus apud Homerum sequens, *Τόσ-*

10. *Nullam commemorationem de iudicio Paridis Homerus admittit*] „Igitur versum illum Iliad. ώ, 29. Ὅς (Paris) νείκεσσε θεάς, ὅτε οἱ μέσσαυλον ἵκοντο, ubi sane Paridis iudicium memoratur, vel non legit vel cum aliis veteribus tanquam spurium condemnavit. Vid. Ern. ad h. l." Zeun.

Iunonis pellicem] Cf. Fest. ap. Paul. lib. XIV, p. 222. *Pellices nunc quidem appellantur alienis succumbentes non solum feminae sed etiam mares*, Arnob. V, 7. *Galli filia pellicis*, et vid. not. ad I, 19, 12. — Ceterum Virgilius Aen. I, 28. inter causas irarum Iunonis affert tantum *rapti Ganymedis honores*.

Iovialium poculorum] Cf. Comm. I, 19, 25. *Iovialis stella*.

11. *deforme est*] i. e indecorum est, et opponitur antecedenti θεοπρεπῶς. Quintilianus Inst. I, 3, 14., non addito quidem dativo: *Caedi*, inquit, *dicentes ... deforme atque servile est*.

specie victam Paride iudicante doluisse] „Petronius [c. 138.]: *Ipse Paris dearum libidinantium iudex*. Iudicium vero istud ubi habitum, observavit de urbibus Stephanus [s. v. Ἀλεξάνδρεια]: Ἐστὶ καὶ τόπος ἐν τῇ Ἴδῃ τῇ Τρωϊκῇ, Ἀλεξάνδρεια λεγόμενος, ἐν ᾧ φασι τὸν Πάριν διακρῖναι τὰς θεάς." Pont. — Oudendorpius l. c. legit *lividinantium* e suspicione Gruteri hoc verbum interpretantis: „aemularum et livore laborantium", et affert praeterea Horat. Od. III, 3, 19; Sen. Agam. v. 730. et Troad. v. 65.

Catamitum] Cf. Plaut. Menaechm. I, 2, 35. *Ubi aquila Catamitum raperet;* Fest. ap. Paul. lib. III, p. 44. Muell. *Catamitum pro Ganymede dixerunt, qui fuit Iovis concubinus*, et ibid. lib. I. p. 7. *Dicebatur ab antiquis ... pro Ganymede Catamitus;* Arnob. IV, 26. *Catamitus rapitur deliciolum futurus et poculorum custos*, et quae ibi citantur, Barth. Advers. XXIII, 7, p. 1128., Buenemann. ad Lactant. Inst. I, 11, p. 67. Burmann. ad Anthol. Lat. T. I, p. 547., Magius Miscell. II, c. 3. in Grut. Lampad. crit. T. II, p. 1320.

12. *dissimulanter imitatur*] Cf. § 14., c. 18, § 1., et I, 24, 18. *artifici dissimulatione*.

faciat velut aliud videri] Pro *aliud* poterat dici *alium*, ut referretur ad locum descriptum. De constructione verbi *faciendi* et h. l. et § seq. vid. prolegg. p. xl.

δείσας δ' ἐκ θρόνου ἆλτο καὶ ἴαχε, μή οἱ ὕπερθε
γαῖαν ἀναῤῥήξειε Ποσειδάων ἐνοσίχθων,
οἰκία δὲ θνητοῖσι καὶ ἀθανάτοισι φανείη
σμερδαλέ', εὐρώεντα, τάτε στυγέουσι θεοί περ.

14 Hoc Maro non narrationis sed parabolae loco posuit, ut aliud esse videretur:

[123] *Non secus ac si qua penitus vi terra dehiscens*
Infernas reseret sedes et regna recludat
Pallida, dis invisa, superque inmane barathrum
Cernatur, trepident inmisso lumine Manes.

Hoc quoque dissimulando surripuit. Nam cum ille dixisset deos sine labore vivere, θεοὶ ῥεῖα ζώοντες, hoc idem dixit occultissime:

Di Iovis in tectis casum miserantur inanem
Amborum et tantos mortalibus esse labores,

quibus ipsi scilicet carent.

XVII. Quid Virgilio contulerit Homerus, hinc maxime liquet quod, ubi rerum necessitas exegit a Marone dispositionem inchoandi belli, quam non habuit Homerus (quippe qui Achillis iram exordium sibi fecerit, quae decimo demum belli anno conti-
2 git), laboravit ad rei novae partum. Cervum fortuito saucium fecit causam tumultus. Sed ubi vidit hoc leve nimisque puerile, dolorem auxit agrestium, ut impetus eorum sufficeret ad bellum. Sed nec servos Latini, et maxime stabulo regio curantes atque ideo quid foederis cum Troianis Latinus icerit ex muneribus equorum et currus iugalis non ignorantes, bellum generis domini
3 oportebat inferre. Quid igitur? Deorum maxima deducitur e

[Mss. APS.
σος ... ἔριδι ξυνιόντων. 14 *Non secus*] Aen. VIII, 243. — v. 1. *in terra* AS. — v. 4. *trepident* S (A *trepidē terimis solum me manes*). *trepidant* P. *trepidentque* (ut vulgo ap. Virg. l. c.) Edd. 14. *simulando* v. — θεοὶ] Il. ζ, 138. ΘΕΟΙ ΡΕΙΖΩΝΤΕϹ A. om. S. θεοὶ ῥειάζωντες vi. — *Di*] Aen. X, 758. — *cavent* A.

XVII. *Caput VII. Non satis apte Vergilium fecisse initium belli inter Troianos et Latinos. Inde, quae ex Apollinis et Pindaro traduxerit: quamque Graecorum cum vocabulis, tum inflexione etiam, sit delectatus.* ch-b.
1. *decimo belli anno* (om. *demum*) S. *decimum belli annum* P6. — *contigerit* v-g. 2. *Cervum*] Cf. Aen. VII, 479 seqq. — *minusque* S. — *quid foederis*] Cf. Aen. VII, 260 sqq. — *iecerit* AR6. — *generis domini* APSv1aM12P6 „CB". *generis dominis* M3. *generi deum* v3ich-b. — *tamen ferre* v1. 3. *Deorum maxima*] Cf. Aen. VII, v. 286 et 620.

XVII, 1. *laboravit ad rei novae partum*] i. e. ut rem novam inveniret; sed singularis est ratio dicendi.

2. *stabulo regio curantes*] Cf. Virg. Aen. VII, 484 sqq. *Tyrrhidae pueri ... Tyrrheusque pater, cui regia parent Armenta et late custodia credita campi*, et vid. prolegg. p. xxxix. et nott. ad I, 14, 6. et 21, 24.

ex muneribus equorum et currus iugalis] Virgilius Aen. VII, 280. *Currum*, inquit, *geminosque iugalis*, sc. equos.

generis domini] Si quem offendit pluralis numerus, is conferat verba Virgilii Aen. VII, 270 sq. *Generos externis adfore ab oris, Hoc Latio restare canunt.*

3. *Deorum maxima*] Exspectaveris *dearum*, sed vocem *deus* apud Virgilium esse generis communis elucet ex iis exemplis de quibus disputatur III, 8, 1.

caelo, et maxima Furiarum de Tartaris asciscitur: sparguntur [124] angues velut in scena parturientes furorem: regina non solum de penetralibus reverentiae matronalis educitur, sed et per urbem mediam cogitur facere discursus: nec hoc contenta silvas petit accitis reliquis matribus in societatem furoris. Bacchatur chorus quondam pudicus, et orgia insana celebrantur. Quid plura? Ma- 4
luissem Maronem et in hac parte apud auctorem suum vel apud quemlibet Graecorum alium quod sequeretur habuisse. *Alium* non frustra dixi, quia non de unius racemis vindemiam sibi fecit, sed bene in rem suam vertit quicquid ubicunque invenit imitandum, adeo ut de Argonauticorum quarto, quorum scriptor est Apollonius, librum Aeneidos suae quartum totum paene formaverit ad Didonem vel Aenean amatoriam incontinentiam Medeae circa Iasonem transferendo. Quod ita elegantius auctore digessit, 5
ut fabula lascivientis Didonis, quam falsam novit universitas, per tot tamen secula speciem veritatis optineat, et ita pro vero per ora omnium volitet, ut pictores fictoresque et qui figmentis liciorum contextas imitantur effigies hac materia vel maxime in ef-

Edd. vicahgspdzb.] — *maxima Furiarum*] Cf. ib. v. 322. et 511. — *angues*] Cf. ib. v. 346. — *regina*] Cf. ib. vv. 376-403. 4. *Aenean* s-bPM13. *eneã* A. *Aeneam* Sv-gM2. — *continentiam* Mss. Edd. M123. „Pro *continentiam* legendum esse *incontinentiam* natura rei facile docet.“ Zeun. 5. *qui* (om. *et*) v-g. — „*filamentis liciorum* valde suspicor exaratum. Arbiter [Sat. c. 131.] licet in alia re: *licium varii coloris filis intortum.*“ Pont. — *effigiendis* P. „Malim *effigiandis*. Apuleius Apologia [cf. Florid. I,

maxima Furiarum de Tartaris asciscitur] Cf. Aen. VII, 324 sq. *Luctificam Allecto Dirarum ab sede sororum Infernisque ciet tenebris*, v. 327 sq. *Odere sorore Tartareae monstrum*, v. 514. *Tartaream intendit vocem*.

velut in scena] i. e. quasi ante oculos legentium.

de penetralibus reverentiae matronalis] i. e. e conclavi in quo verecundia matronas solet retinere. Virgilius v. 377.: *sine more*.

cogitur facere discursus] furore a Furia impleta. Virgilius v. 384.: *agitur*, et v. 405.: *Reginam Allecto stimulis agit*.

4. *et in hac parte*] ubi erat fingenda belli causa; cf. § 1.

non frustra] i. e. non sine causa. Cf. c. 18, § 4. et vid. Hand. Tursell. II, p. 747.

vel Aenean] Dicendum erat: *et Aenean*.

5. *auctore*] Apollonio. Vid. not. ad c. 13, § 33.

fabula lascivientis Didonis] „Exstat venustissimum super eadem hac re Ausonii epigrammatium [118.], cuius clausula talis est: *Invida cur in me stimulasti, Musa, Maronem, Fingeret ut nostrae damna pudicitiae? Vos magis historicis, lectores, credite de me, Quam qui furta deum concubitusque canunt Falsidici vates, temerant qui carmine verum Humanisque deos assimilant vitiis.*“ Pont.

novit universitas] i. e. nemo non novit. Vid. prolegg. p. XLII.

per tot secula] Inde a Virgilii aetate usque ad id tempus, quo haec scripsit Macrobius, praeterierant quattuor secula, cf. prolegg. p. V sq. Sic I, 2, 13. dicit *per tot dies*, sed ibid. § 2. *per complusculos dies*, utroque loco quattuor dies intelligens, et VII, 3, 24. *tot philosophantium*, i. e. trium.

qui figmentis liciorum contextas imitantur effigies] Multo faciliora haec essent, si omissum esset participium *contextas*. Sic *imitantur* idem valet ac *imitando conficiunt*. Cf. Auson. Epist. 23. v. 13 sqq. *Threicii quondam quam saeva licentia regis Fecerat elinguem per licia texta querelas Edidit, et tacitis mandavit crimina telis.*

ficiendis simulachris tamquam unico argumento decoris utantur, nec minus histrionum perpetuis et gestibus et cantibus celebre-
6 tur. Tantum valuit pulchritudo narrandi, ut omnes Phoenissae castitatis conscii, nec ignari manum sibi iniecisse reginam, ne pateretur damnum pudoris, conniveant tamen fabulae, et intra con-
[125] scientiam veri fidem frementes malint pro vero celebrari quod
7 pectoribus humanis dulcedo fingentis infudit. Videamus utrum attigerit et Pindarum, quem Flaccus imitationi inaccessum fatetur: et minuta quidem atque rorantia quae inde subtraxit relinquo, unum vero locum, quem temptavit ex integro paene transcri-

[Mss. P (AS om. Graec.).
1.]: *Quid sibi statuae et imagines variis artibus effigiatae volunt?"* Pont. — *celebratur* v-g. 6. *conibeant* AS — *frementes* APSviM123 „CB". *prementes* c-b. — *maluit* AS. — *fingentes* A. — *infundit* A „BC". 7. *adtingerit* A. — *Flaccus*] Od. IV, 2, 1 sqq. — *quidam* A. — *ro-*

tamquam unico argumento decoris] i. e. quasi haec esset una res, qua decus suis operibus possent afferre.

perpetuis] Cf. Horat. Od. I, 7, 5 sq. *Sunt quibus unum opus est intactae Palladis urbem Carmine perpetuo celebrare.*

et gestibus et cantibus] Cf. III, 14, 11 sq. Quintilianus Inst. or. XI, 3, 14. de oratore quidem dicit omnem *actionem* esse divisam in duas partes, *vocem gestumque.*

6. *conscii*] Vid. not. ad I, 7, 17.

manum sibi iniecisse reginam] Cf. Serv. ad Virg. Aen. I, 340. *Dido nomine Elissa ante dicta est, sed post interitum a Poenis Dido appellata, i. e. virago, Punica lingua, quod, cum a suis civibus cogeretur cuidam de Afris regibus nubere, et prioris mariti amore teneretur, forti se animo et interfecerit et in pyram iniecerit quam se ad expiandos prioris mariti Manes exstruxisse fingebat.* Similia leguntur ibid. ad IV, 36. et 335., ubi ille rex nominatur *Iarbas*, et 674., et pluribus verbis apud Iustinum XVIII, 6. Vid. Real-Encycl. II, p. 1012 sq.

intra conscientiam veri fidem frementes] Arnoldus Vesaliensis, qui scripsit *prementes*, quod vulgo legitur, videtur *intra* sic esse interpretatus, ut putaret idem esse ac *infra* vel *citra.* Sed haec huius praepositionis vis admitti nequit, quum iidem supra dicantur *Phoenissae castitatis conscii.* Est ergo *intra conscientiam* idem ac *non excedentes e conscientia*, i. e. quamvis sint veri conscii. Cf. Hand. Tursell. III. p. 433, 7., ubi afferuntur Plinii (ep. IV, 17, 8.) verba: *paulisper se intra silentium tenuit,* nam cetera quae ibi leguntur, ut gradum quendam significantia, huc non faciunt. Nec sensu caret verbum *frementes.* Nam *fremere rem* idem est atque eam aegre ferre ideoque aspernari vel recusare; cf. Serv. ad Virg. Aen. I, 56.: *Fremunt .. hoc est imperia recusant, ut apud Cassium in Annalibus: Ne quis regnum occuparet, si plebs nostra fremere imperia coepisset,* i. e. *recusare.*

dulcedo fingentis] i. e. Virgilius rem dulci modo fingens. Cf. prolegg. p. XLII.

7. *imitationi inaccessum*] Hoc adiectivum exceptis poetarum locis enotatum est tantum e Plinii Nat. Hist. VI, 28. s. 32. § 144. et XII, 14. s. 30. § 52., ubi adduntur ablativi: dativus, quod sciam, nusquam.

minuta atque rorantia] Haec et quae leguntur VII, 9, 1.: *minutis illis suis et rorantibus quaestionibus*, ubi Pontanus haud recte respexit ad rorarios milites, derivanda sunt a verbis Ciceronis, quae idem ille l. c. attulit, Cat. Mai. 14, 46.: *pocula, sicut in symposio Xenophontis est, minuta atque rorantia*, quae nos ducunt ad Xenophont. Sympos. 2, 26.: *Ἢν δὲ ἡμῖν οἱ παῖδες μικραῖς κύλιξι πυκνὰ ἐπιψεκάζωσι*, unde apparet *rorantia* dici ea quae non largis sed exiguis haustibus bibantur, et hoc quidem loco quae roris instar adspergantur potius quam infundantur orationi.

ex integro] non ut alias idem est

bere, volo communicare vobiscum, quia dignus est ut eum velimus altius intueri. Cum Pindari carmen quod de natura atque 8 flagrantia montis Aetnae conpositum est aemulari vellet, eiusmodi sententias et verba molitus est, ut Pindaro quoque ipso, qui nimis opima et pingui facundia existimatus est, insolentior hoc quidem in loco tumidiorque sit. Atque uti vosmet ipsos eius quod dico arbitros faciam, carmen Pindari quod est super monte Aetna, quantulum mihi est memoriae, dicam:

Τᾶς ἐρεύγονται μὲν ἀπλά- 9
του πυρὸς ἁγνόταται
ἐκ μυχῶν παγαί· ποταμοὶ
δ' ἁμέραισι μὲν προχέοντι ῥόον καπνοῦ
αἴθων'· ἀλλ' ἐν ὄρφναισι πέτρας
φοίνισσα κυλινδομένα φλὸξ ἐς βαθεῖ-
αν φέρει πόντου πλάκα σὺν πατάγῳ.
κεῖνο δ' Ἁφαίστοιο κρουνοὺς ἑρπετὸν
δεινοτάτους ἀναπέμ-
πει, τέρας μὲν θαυμάσιον προσιδέ-
σθαι, θαῦμα δὲ καὶ παρεόν-
των ἀκοῦσαι.

Audite nunc Virgilii versus, ut inchoasse eum verius quam perfecisse dicatis: 10

Edd. vicahgspdzb.] *tantia* A. — *altius imitari* S. 8. *Cum Pindari ... monstruosissimum est* (§ 14.)] Cf. Gell. XVII, 10, 8-19. — *sententiam* S. — *pinguique esse facundia* Gell. l. c. 9. *Τᾶς ἐρεύγονται*] Pyth. I, 40. Praemittuntur in v-g tres versus apud Pindarum antecedentes, *Κίων δ' οὐρανία ... τιθήνα.* v. 1. *Ταῖς* z-b. — v. 2. *ἁγνώταται* hg. — v. 4. *ἀμέραισιν* et v. 5. *ὄρφναισιν* rectius legitur in edd. Pind. — v. 5. ΑΙΘΟΝ P. *αἴθωνος* vi. — *πέτρας* om. P. — v. 7. ΡΛΑΚΣΥΝ P. — v. 9. ΑΝΠΕΜΠΕΙ P. — v. 10. *τέρας ... ἀκοῦσαι* (v. 12.) om. v-g. — v. 11. *παριόντων* (ut

ac *denuo*, sed idem ac *locum integrum*, ut *ad integrum* Comm I, 5, 6. Cf. Quintil X, 3, 18. *Ut caelandum, non ex integro fabricandum sit.*

dignus est, ut eum velimus .. intueri] Inter prosae orationis scriptores primus est Quintilianus apud quem similis constructio inveniatur (cf. Inst. VIII, 5, 12. et XII, 11, 24.). Nam apud Livium XXIV, 16, 19., ubi legitur: *Digna res visa, ut simulacrum celebrati eius diei Gracchus .. pingi iuberet*, omnino alia res est, quia posterior sententia omnino nullum habet pronomen quod ad priorem possit referri.

8. *Cum Pindari carmen ... aemulari vellet*] Haec nos admonent verborum Horatii l. c.: *Pindarum quisquis studet aemulari.*

quod de natura atque flagrantia Aetnae conpositum est] Erravit Gellius, cui haec debentur, et hoc loco et infra, ubi legitur: *quod est super monte Aetna:* nam hoc non totius carminis esse argumentum constat.

qui nimis opima ... facundia existimatus est] Requiritur infinitivus *esse*, qui legitur apud Gellium.

9. v. 11. *παρεόντων*] non erat quod mutaretur in *παριόντων*, nam potest intelligi: „si auditur ex iis qui adfuerunt vel qui adesse solent.“ Heynius quidem hoc verbum, quod legendum esse apud Pindarum censuit Pauwius, minus lyricum esse dixit.

10. *ut inchoasse eum verius quam perfecisse dicatis*] Non recte sic absolute ponitur verbum *perfecisse*, ut mirandum sit quod Macrobius omiserit obiectum quod legitur apud Gellium, qui habet: *quos inchoasse eum verius dixerim quam fecisse.*

Portus ab accessu ventorum inmotus et ingens
Ipse: sed horrificis iuxta tonat Aetna ruinis,
[126] *Interdumque atram prorumpit ad aethera nubem,*
Turbine fumantem piceo et candente favilla,
Adtollitque globos flammarum et sidera lambit.
Interdum scopulos avulsaque viscera montis
Erigit eructans, liquefactaque saxa sub auras
Cum gemitu glomerat, fundoque exaestuat imo.

11 In principio Pindarus veritati obsecutus dixit, quod res erat quodque illic oculis deprehenditur, interdiu fumare Aetnam, noctu flammigare. Virgilius autem, dum in strepitu sonituque verborum conquirendo laborat, utrumque tempus nulla discretione facta 12 confudit. Atque ille Graecus quidem fontes imitus ignis eructare et fluere amnes fumi et flammarum fulva et tortuosa volumina in plagas maris ferre, quasi quosdam igneos angues, luculente dixit. At hic vester *atram nubem turbine piceo et favilla fumante* ῥόον καπνοῦ αἴθωνα interpretari volens crasse et inmodice congessit, *globos* atque *flammarum*, quod ille κρουνοὺς dixerat, duri-13 ter posuit et ἀκύρως. Hoc vero vel inenarrabile est quod *nubem atram fumare* dixit *turbine piceo et favilla candente.* Non enim fumare solent neque atra esse quae sunt candentia, nisi forte *candente* dixit pervulgate et inproprie pro ferventi, non pro

[Mss. APS.

vulgo apud Pind.) s-b. 10. *Portus*] Aen. III, 570. *Pontus* AS. 11. *In principio* om. S. *Iam principio* a. — *laboravit* s-bP. — *confundit* Mss. v-g. Gell. edd. vett. et codd. nonnulli. 12. *At ille* h. — *Graecus quidem fontes imitus* p-b Gellius l. c. ex emendatione Lipsii. *Graecos qu. f. imitatus* APSv-sM123. Gell. edd. vett. „Corruptissime." Pont. „Perperam." Zeun. Vid. not. — *ignes* Svi. Non recte Pont. dicit in Steph. et aliis edd. legi *angues* pro *ignis.* — *flammarum fulmina* S. — *igneos amnes* ASv-h. Gellii edd. et codd. quidam. Vid. not. — *noster* (ut Gell.) S. — *quoque ferarum* P. 13. *candenti dixit* A. — *est*

11. *confudit*] Perfectum tempus commendatur eodem tempore et antecedente et infra sequente, ubi ad eundem Virgilium refertur. Reliqui ergo codicum vestigia, ut qui in iis quae proxime sequuntur etiam aperte sint corrupti.

12. *ille Graecus*] respondet verbis *hic vester*, vid. not. ad c. 1. § 4. et c. 2. § 17. Quod in codicibus legitur, *Graecos fontes*, id admitti non potest et propter vocem *ignis*, quam non licet haberi pro accusativo pluralis numeri, et quia in Pindari versibus legitur πυρὸς παγαί, et quia apud Pindarum Graecum poetam, si de fontibus eius sermo esse posset, Graecos eos fuisse per se posset intelligi.

imitus] i. e. ἐκ μυχῶν. Cf. Apul. Met. IX, 34. *Terra dehiscens imitus, largissimus emicuit sanguinis fons.* Quod in codicibus legitur, *imitatus*, id ne commode quidem iungitur cum voce *fontes.*

eructare] In Gell. edd. vett. rectius legitur *eructari.*

flammarum fulva et tortuosa volumina] Vid. not. ad I, 19, 16. Haec respondent Graecis φοίνισσα κυλινδομένα φλόξ.

in plagas maris] Magis sonus quam sensus redditur Graecorum verborum ἐς πόντον πλάκα, quae significant: *in aequor.*

quasi quosdam igneos angues] Et verba *quasi quosdam* et Graeca κεῖνο .. ἑρπετὸν hanc scripturam prae altera *amnes* commendant.

quod ille κρουνοὺς dixerat] Apud Macrobium, quia sequitur verbum *posuit*, haec causam continent cur addita sint adverbia *duriter* et ἀκύρως, sed apud Gellium, qui habet verbum *transtulit*, videntur idem valere ac *quod ille verbo κρουνοὺς significaverat.*

relucenti: nam *candens* scilicet a candore dictum, non a calore. Quod autem *scopulos eructari et erigi* eosdemque ipsos statim *liquefieri* et *gemere* atque *glomerari sub auras* dixit, hoc nec a Pindaro scriptum nec umquam fando auditum, et omnium quae monstra dicuntur monstruosissimum est. 14 [127]

Postremo Graiae linguae quam se libenter addixerit de crebris quae usurpat vocabulis aestimate: 15

Dius Ulixes, — spelaea ferarum, — daedala tecta,
Rhodopeiae arces,
Altaque Panchaea, ...
Atque Getae atque Hebrus et Actias Orithyia,
et: *Thyas, ubi audito stimulant trieterica Baccho* 16
Orgia, nocturnusque vocat clamore Cithaeron,
et: *Non tibi Tyndaridis facies invisa Lacaenae,*
et: *Ferte simul Faunique pedem Dryadesque puellae,*
et: *Hinc atque hinc glomerantur Oreades, —*
et: *Pars pedibus plaudunt choreas, —*
et: *— Milesia vellera nymphae* 17
Carpebant hyali saturo fucata colore,
Drymoque Xanthoque Ligeaque Phyllodoceque,
Nisaee Spioque Thaliaque Cymodoceque,

Edd. vicahgspdzb.] *a candore* (om. *scilicet*) c-h (g *a candere*). — *a calore dictum* v-g. 14. *erectari* g in mg. — *monstrosissimum* (ut ap. Gell. vulgo legitur) a-bP. Cf. VII, 5, 26. 15. *Dius*] „Hodie apud Virgilium et Aen. II, 261. et 762. reperitur *dirus*.“ Zeun. *dirus* Av-abP. — *ulixis* A. *Ulyxes* Svi. *Ulysses* c-bP. — *spelaea*] Ecl. X, 52. — *spolia* P. — *Daedala*] Georg. IV, 179. — *Rhodopeiae*] Georg. IV, 461. — *panchea* A (*Panchaea* cod. Medic. Virgil., ubi vulgo legitur *Pangaea*). *pancheia* S. — *accias* S. *actia* P. *erios* „B“. — *orithia* AS. 16. *ethias* (om. *et*) A. *Thyas*] Aen. IV, 302. Cf. IV, 5, 7. — *stimulat* AP. — *Non*] Aen. II, 601. — *Ferte*] Georg. I, 11. — *Hinc*] Aen. I, 500. — *Pars*] Aen. VI, 644. 17. *Milesia*] Georg. IV, 334. — v. 2. *hyalisa turoque* v1. *hyalisa tyroquect* v3. — v. 3. *et drimoque* AP. *Drunoque* v1. *Drynoque* v3. — *Lygeaque* Edd. Mss. *lyceaque* „B“. *liceaque* v1. *liceatque* A. — *phyllodoceque. et melite panopeiaque virgo* S (M1 a sec. m.) M2 (v-g *Panopaeaque*), quae leguntur apud Virgilium Aen. V, 825. ante versum sequentem, qui in Georg. l. c. abest ab optimis codd. — v. 4. *nise espioque* M3. *nisae espicioque* (del. *ic*) A. *niseque espioque* SM1. *niseque thespioque* M2. *Nis eque Spioque* s-bP. *Nesea spioque* v-g (h *Neseae*). Apud Virgilium l. c. legitur *Nesaee, Spioque*, in codd. quibusdam *Nisaee*, apud Homerum Il. σ', 39. *Νησαίη Σπειώ τε*. — *ethaliaque* AS. —

13. *nam .. scilicet*] Hae particulae alias, quod sciam, nusquam iunguntur: sententia autem haec est: *Nam candens nemo nescit a candore dictum esse*.

15. *Dius Ulixes*] Nec quod vulgo legitur apud Virgilium ll. cc., *dirus*, nec quod ad Aen. II, 261. Heynius refert a Pierio memorari e codicibus et grammaticis et legi a. pr. m. in fragmento Vaticano, *divus*, ad hunc locum accommodatum est, ubi agitur de Graecis vocabulis, sed *dius*, quod quidem sumptum est ab Homerico (Od. α', 196 al.) δῖος Ὀδυσσεύς.

17. *Ligeaque*] Sic scripsi cum editoribus Virgilii propter adiectivum Graecum λιγεῖα et nomen Λίγεια quod legi apud Lycophr. v. 726., Steph. Byz. s. v. Σειρηνοῦσσαι, Eustath. ad Od. p. 1586, 13. et 1709, 46 in Stephani Thes. Gr. l. refert Lud. Dindorfius.

Nisaee] Non dubito quin vera scriptura sit *Nesaee*, sed in eius-

et: *Alcandrumque Haliumque Noemonaque Prytaninque,*
et: *Amphion Dircaeus in Actaeo Aracintho,*
et: *— Senior Glauci chorus Inousque Palaemon.*

18 Versus est Parthenii, quo grammatico in Graecis Virgilius usus est:
Γλαύκῳ καὶ Νηρῆϊ, καὶ Ἰνώῳ Μελικέρτῃ.

[Mss. P (AS om. Graec.).
Alcandrumque] Aen. IX, 767. — *aliumque* A. — *pyrtaminque* A. — *Amphion*] Ecl. II, 24. *amphidion* P. — *atteo* vi. — *Senior*] Aen. V, 823. Vid. not. 18. *Versus est ... Μελικέρτῃ*] Cf. Gell. N. A. XIII, 26, 1 et 2. — Verba *quo grammatico in Graecis Virgilius usus est*, erasa sunt in P. Vid. not. — *Γλαύκῳ ... Μελικέρτῃ* om. v-a. Hic versus legitur in epigrammate Luciani in Brunckii Anal. II, p. 311. et inter fragmenta Parthenii in A. Meinekii Anal. Alex. p. 285. et affertur a Tortellio de orthogr. apud Osann. ad Apulei. de orthogr. p. 82. — *Νηρῆϊ* Lucian. et Meinek. l. c., Heyn ad Virg. l. c. *Νηρεῖ* g-bP Gell. *νυρεῖ* h. *Νιρεῖ* Tortell. l. c. — *καὶ Εἰναλίῳ* Gell. l. c. „emendatius."

modi nominibus emendandis ultra orthographiam progredi nolui.

et: — Senior] Vulgo legitur: *Et senior*, quia sic incipit Virgilii versus, sed ut in iis quae antecedunt Macrobio putavi esse tribuendam particulam.

18. *Versus est Parthenii*] Haec cum iis quae sequuntur usque ad *Melicertae* addita sunt tantummodo propter nomina *Glauci* et *Inous*, nisi forte quae deinde sequuntur: *et Tritonesque citi et Inmania cete*, non ab ipso profecta sunt Macrobio. De Parthenio Suidas: *Παρθένιος*, inquit, *Ἡρακλείδου καὶ Εὐδώρας*, *Ἕρμιππος δὲ Τήθας φησί, Νικαεὺς ἢ Μυρλεανός, ἐλεγειοποιός, καὶ μέτρων διαφόρων ποιητής. Οὗτος ἐλήφθη ὑπὸ Κίννα λάφυρον, ὅτε Μιθριδάτην Ῥωμαῖοι κατεπολέμησαν· εἶτα ἠφείθη διὰ τὴν παίδευσιν, καὶ ἐβίω μέχρι Τιβερίου τοῦ Καίσαρος κτλ.* Haec postrema falsa esse videntur, fortasse inde nata, quod Suetonius Tib. 70. refert Tiberium hoc poeta, i. e. eius carminibus, valde esse delectatum. Vid. not. seq., Real-Encycl. s. h. v., Meinekii Analecta Alexandrina p. 255 sqq., Bernhardy. ad Suid. l. c.

quo grammatico in Graecis Virgilius usus est] Meinekius l. c.: „Libertate donatus, inquit, Parthenius partem vitae Neapoli transegisse videtur, ubi rexisse eum Graeca studia Virgilii Maronis testatur Macrobius Saturn. V, 17.", et praeceptorem vel magistrum Virgilii eum dixerunt Heynius ad Donati vitam Virg. 2, 7. Bernhardy. l. c. Baehr. Gesch. d. roem. Lit. I, p. 220., neque aliud quidquam haec verba significant, siquidem sunt genuina. Qui ea in cod. P delevit, is pro spuriis ea habuisse videtur. Verba ipsa si respicimus, vox *grammaticus* hoc sensu usurpata commendatur iis quae leguntur c. 18. § 3. et I, 24, 8.; sed me movent verba *in Graecis*, nam Macrobius solet dicere *in Graecis litteris* vel in *Graeca doctrina*, cf. c. 18. § 1. et c. 19. § 23. Totum autem locum si consideraveris, magis etiam te offendent verba quae sequuntur: *Hic ait*, nam haec flagitare videntur ut supra aliquid dictum sit de ratione qua Virgilius versum Graecum reddiderit; cf. c. 3. § 9 sqq. et c. 13. § 5 sq. Gellius l. c.: *Eum versum*, inquit, *Virgilius aemulatus est, itaque fecit duobus vocabulis venuste immutatis parem.* Quid ergo, si statuamus *in Graecis* corrupta esse ex *in Georgicis* (nam in his legitur ille versus Virgilii, et infra c. 21. § 8. in codicibus AS legitur *a graecis* pro *Ἀγροίκοις*), pronomen *quo* referendum esse non ad poetam, sed ad versum, et in voce *grammatico*, nisi forte e *διττογραφίᾳ* nata sit, latere adverbium aliquod Graecum, quale est § 12. *ἀκύρως*? Sed quodnam? An forte *γραμματικῶς*, ut esset *grammatici instar*, vel *scite et considerate*, ut ait Gellius IX, 9, 3.: *Scite ergo et considerate Virgilius, cum aut Homeri aut Hesiodi aut Apollonii aut Parthenii .. loca effingeret, partim reliquit, alia expressit?*

Νηρῆϊ] Hanc emendationem flagitante versu (nam syllaba *καὶ* ante *Ἰνώῳ* corripitur) recipere non

Hic ait: *Glauco et Panopeae et Inoo Melicertae.*
Et: *Tritonesque citi*, et: *Inmania cete.*

Adeo autem et declinationibus Graecis delectatur, ut *Mnesthea* 19
dixerit pro *Mnestheum*, sicut ipse alibi:

— Nec fratre Mnestheo,

et pro *Orpheo* dicere maluerit *Orphi* Graece declinando, ut:

Orphi Calliopea, Lino formosus Apollo, [128]

et: *Vidimus, o cives, Diomede,*

ut talium nominum accusativus Graecus est in *e* desinens. Nam si quis eum putat Latine dixisse *Diomeden*, sanitas metri in versu desiderabitur. Denique omnia carmina sua Graece maluit inscri- 20
bere, *Bucolica Georgica Aeneis*, cuius nominis figuratio a regula Latinitatis aliena est.

XVIII. Sed de his hactenus: quorum plura omnibus, aliqua 1
nonnullis Romanorum nota sunt. Ad illa venio quae de Graecarum litterarum penetralibus eruta nullis cognita sunt nisi qui Graecam doctrinam diligenter hauserunt. Fuit enim hic poeta ut scrupulose et anxie ita dissimulanter et quasi clanculo doctus, ut multa transtulerit quae unde translata sint difficile sit cognitu.
In exordio Georgicorum posuit hos versus: 2

Liber et alma Ceres, vestro si munere tellus
Chaonian pingui glandem mutavit arista,
Poculaque inventis Acheloia miscuit uvis.

Nihil in his versibus grammaticorum cohors discipulis suis am- 3

Edd. vicahgspdzb.] Pont. ελινάων (Μελικέρτῃ) Tortell. — *Glauco*] Georg. I, 437. — *Tritonesque*] Aen. V, 824. — *Inmania*] ib. v. 822. *Immania* (om. *et*) v-g.

19. *Mnesthea*] Aen. IV, 288. et XII, 561. — *alibi*] Aen. X, 129., ubi vulgo legitur *Menestheo*. — *Orphi*] Ecl. IV, 57. *orphe* A (*Orphei* Virg. vulgo l. c.). — *calliopealino* A. *calliope a lino* S. *calliope almo* P. — *Vidimus*] Aen. XI, 243. — *Diomeden* s-b Mss. Vid. not. — *et talium* Edd. AP. — *est in en* s-bPS. *em* (om. *est in*) A. — *Diomedem* Edd. AP.

XVIII. *Caput XVIII. Quae Vergilius tam occulte a Graecis traxerit, ut vix, unde ducta sint, possit agnosci.* ch-b. 1. *Ad illa venio ... cognita sunt* om. A. — *ad alia* vg (hg in mg. *illa*). — *quasi* om. s-bP. „Haec particula emolliendi vim habens non abhorret a loco.“ Zeun.

2. *Liber*] Georg. I, 7. 3. *tradit* Sv-gb. „Sic repone. Nam paulo dubitavi, quum in ipso codice P saepe litterae *H* et *E* sint inter se permutatae.

19. *Orphi*] i. e. Ὀρφεῖ. De hac forma vid. C. L. Schneider. Formenl. p. 289.

Diomede] i. e. Διομήδη. Haec forma necessaria est, et quia altera *Diomeden* est nimis vulgaris, ut potuerit infra Macrobius eam pro Latina venditare, et quod metrum flagitat ut aut scribatur *Diomede* aut *Diomedem*, quum sola forma *Diomeden* non intret in versum. Itaque cum edd. vett. scripsi *Diomede*, et *in e*, ubi fortasse rectius scripsissem *in η*, et infra secutus sum codicem S, in quo aperte legitur *Diomeden*, quum in ed. princ. supra *e* posita sit lineola, qua addita vel male intellecta hi tres loci laborant.

20. *figuratio*] Cf. Gell. XVII, 2, 26. *Sed ex ea figuratione est* (diurnare) *qua dicimus perennare.*

XVIII, 1. *dissimulanter et quasi clanculo*] Cf. c. 16, § 12. Adverbium *clanculo* non raro usurpavit Apuleius, ut Metam. III, 8 extr., IX, 9 extr.

3. *Nihil .. amplius nisi*] Vid. Hand. Tursell. IV. p. 243.

cohors] Cf. I, 24, 8.

plius tradit nisi illud, opera Cereris effectum ut homines ab antiquo victu desisterent et frumento pro glandibus uterentur, Li-
[129]berum vero vitis repertorem praestitisse humano potui vinum cui aqua admisceretur. Cur autem Acheloum amnem potissimum Virgilius, cum aquam vellet intellegi, nominarit, nemo vel quaerit
4 vel omnino subesse aliquid eruditius suspicatur. Nos id altius scrutati animadvertimus doctum poetam antiquissimorum Graecorum more, sicut docebit auctoritas, elocutum: apud quos proprie in aquae significatione ponebatur Achelous. Neque id frustra: nam causa quoque eius rei cum cura relata est. Sed priusquam causam propono, illud antiquo poeta teste monstrabo, hunc morem loquendi pervagatum fuisse, ut Acheloum pro quavis aqua
5 dicerent. Aristophanes vetus comicus in comoedia Cocalo sic ait:

— *Ἤμουν ἄγριον*
βάρος, ἤτειρεν γάρ τοί μ' οἶνος,
οὐ πόμα μίξας Ἀχελῴῳ.

[Mss. P (AS om. Graec.).
post in eodem tempore occurrit *quaerit*, *suspicatur*.“ Zeun. — *nominari* A. *nominavit* vi. — *omnino* om. S. 4. *significationem* s-d. — *nequid* A. — *propono* ASv-g „B“. *proponam* s-bP. 5. *Cocalo* h-bP. *Cotalo* Av-aM23 (SM1 a sec. m.). *Cotala* S a p. m. *catalo* M1 a p. m. *Caralo* „B“. — *Ἤμουν*] Cf. Meinek. fragm. com. Graec. II, 2, p. 1094., ubi versus hoc eodem modo distincti sunt. Idem adnotavit: „Dindorfius existimavit esse glyconeos, *Ἤμουν ἄγριον βάρος· Κᾄτειρε γὰρ οἶνος οὐ Μιγεὶς Ἀχελῴῳ*, quae coniectura minus probabilis videtur, restitui igitur anapaestos.“ In h-b sunt versus 1. *Ἤμουν ἄγριον βάρος*, 2. *Ἤτειρεν ... μιγεὶς πόμα* (hg *ἤτειρε*, ut sit trimeter iambicus), 3. *Ἀχελώῳ* (hg *Ἀχελώου*). *Ἤμουν ... Ἀχελῴῳ* om. v-a. — *ἤγειρεν* Mein. (e typographi errore, opinor). — *τοί μ'* om. P. — *ΟΥΜΕΙΖΑC ΠΟΜΑ* P. *οὐ μιγεὶς πόμα*

praestitisse] idem valet ac *praebuisse*.

4. *frustra*] Vid. not. ad c. 17, § 4.

priusquam .. propono] Non est quod propter sequens futurum *monstrabo* scribamus *proponam*. Nam vel Cicero Phil. II, 1, 3. *Cui*, inquit, *prius quam de ceteris rebus respondeo de amicitia ... pauca dicam*. Vid. Hand. Tursell. IV, p. 569. Plura exempla attulit Kruegerus Gr. d. lat. Spr. p. 862, b).

pro quavis aqua] dulci videlicet, non pro marina.

5. *in comoedia Cocalo*] Fuit haec ex ultimis Aristophanis, de quibus in Argum. Pluti III. legitur: *Τὰ ὑπόλοιπα δύο δι' ἐκείνου* (*Ἀραρότος τοῦ υἱοῦ*) *καθῆκε, Κώκαλον καὶ Αἰολοσίκωνα*. Nomen tulit a Cocalo, rege Camicorum in Sicilia, in cuius domo interfectus esse dicitur Minos Daedalum persecutus. Cf. Strab. VI, 2, 6, p. 273 sq. Diodor. IV, 79; Pausan. VII, 4, 5; Ovid. Metam. VIII, 261; Hygin. fab. 44; Bode Gesch. d. Hell. Dichtk. III, 2, pp. 243 et 374 sq.

μίξας] Hoc sine dubio eruendum est ex eo quod legitur in cod. P., *ΜΕΙΖΑC*. Nec quemquam offendet nominativus referendus ad *ἤμουν*, ut verba *ἤτειρεν γάρ τοί μ' οἶνος* sint *ἐν παρενθέσει* dicta, ut apud Platon. Phaed. p. 60., A. *Τὴν δὲ Ξανθίππην, γιγνώσκεις γάρ, ἔχουσάν τε τὸ παιδίον αὐτοῦ καὶ παρακαθημένην*. Contra *μιγεὶς πόμα*, quod vulgo legitur ad *οἶνος* referendum, recte dici nemo contenderit, quamquam Macrobii interpretatio hunc sententiarum nexum suggerit. Scripsi *πόμα μίξας*, non *μίξας πόμα*, quem ordinem servat codex, ne hiatus turbaret metrum anapaesticum, in quo restituendo secutus sum Meinekium, qui tamen ultimum versum nimis immutavit.

Ἀχελῴῳ] Iota subscriptum, quod ubique in omnibus exemplaribus desideratur, in huius nominis syllaba penultima addere non dubitavi, quia in cod. P, in quo iota etiam in dativis plerumque omittitur, aliquod certe eius vestigium restat § 10. in scriptura *ΑΧΕΛΩ·ΟΝ*.

Gravabar, inquit, *vino cui aqua non fuisset admixta*, id est mero. Cur autem sic loqui soliti sint, Ephorus notissimus scriptor Hi- 6
storiarum libro secundo ostendit his verbis: *Τοῖς μὲν οὖν ἄλλοις ποταμοῖς οἱ πλησιόχωροι μόνοι θύουσιν· τὸν δὲ Ἀχελῷον μόνον πάντας ἀνθρώπους συμβέβηκεν τιμᾶν, [οὐ τοῖς κοινοῖς ὀνόμασιν ἀντὶ τῶν ἰδίων,] τοῦ Ἀχελῴου τὴν ἰδίαν ἐπωνυμίαν ἐπὶ τὸ κοινὸν μεταφέροντας. Τὸ μὲν γὰρ ὕδωρ ὅλως, ὅπερ* 7
ἐστὶ κοινὸν ὄνομα, ἀπὸ τῆς ἰδίας ἐκείνου προσηγορίας Ἀχελῷον καλοῦμεν, τῶν δὲ ἄλλων ὀνομάτων τὰ κοινὰ πολλάκις ἀντὶ τῶν ἰδίων ὀνομάζομεν, τοὺς μὲν Ἀθηναίους Ἕλληνας, τοὺς δὲ Λακεδαιμονίους Πελοποννησίους ἀποκαλοῦντες. Τούτου δὲ τοῦ ἀπορήματος οὐδὲν ἔχομεν αἰτιώτατον εἰπεῖν ἢ τοὺς ἐκ Δωδώνης [130]
χρησμούς· σχεδὸν γὰρ ἐν ἅπασιν αὐτοῖς προστάττειν ὁ θεὸς 8
εἴωθεν Ἀχελῴῳ θύειν, ὥστε πολλοὶ, νομίζοντες οὐ τὸν ποταμὸν τὸν διὰ τῆς Ἀκαρνανίας ῥέοντα ἀλλὰ τὸ σύνολον ὕδωρ Ἀχελῷον ὑπὸ τοῦ χρησμοῦ καλεῖσθαι, μιμοῦνται τὰς τοῦ θεοῦ προσηγορίας. Σημεῖον δὲ, ὅτι πρὸς τὸ θεῖον ἀναφέροντες οὕτω λέγειν εἰώθαμεν· μάλιστα γὰρ τὸ ὕδωρ Ἀχελῷον προσαγορεύομεν ἐν τοῖς ὅρκοις καὶ ἐν ταῖς εὐχαῖς καὶ ἐν ταῖς θυσίαις, ἅπερ πάντα περὶ τοὺς θεούς. Potestne lucidius ostendi Acheloum a 9
Graecis veteribus pro quacumque aqua dici solitum? Unde doctissime Virgilius ait vinum Acheloo Liberum patrem miscuisse. Ad quam rem etsi satis testium est, cum Aristophanis comici et Ephori historici verba prodiderimus, tamen ultra progrediemur. Didymus enim, grammaticorum omnium facile eruditissimus, posita causa quam superius Ephorus dixit alteram quoque adiecit
his verbis: *Ἄμεινον δὲ ἐκεῖνο λέγειν, ὅτι διὰ τὸ πάντων τῶν* 10
ποταμῶν πρεσβύτατον εἶναι Ἀχελῷον τιμὴν ἀπονέμοντας αὐτῷ τοὺς ἀνθρώπους πάντα ἁπλῶς τὰ νάματα τῷ ἐκείνου ὀνόματι προσαγορεύειν· ὁ γοῦν Ἀγησίλαος διὰ τῆς πρώτης ἱστορίας δε-

Edd. vicahgspdzb.]

h-b. *μὴ συμμιχθεὶς* (om. *πόμα*) Mein. — *Gravabor* Sv-a. — *idem mero* A. 6. *soliti sunt* Av-g. — *Τοῖς ... θεούς* (§ 8.) om. v-a. Haec verba adhibito cod. P emendavit F Gu. Schneidewinus Zeitschr. f. d. Alterth. Wiss. 1843 p. 469 sqq. Cf. M. Marx. Ephori fragmenta p. 122 sq., C. Mueller. Historici veteres ed. Paris. p. 239. — *Τοὶς ... ποταμοὶς* bis leguntur in P. — *μόνοι* P probante Schneid. *μόνον* h-b. — ΟΥΜΒΕΒΗΚΕΝ P. *συμβέβηκε* hg. — *οὐ ... ἰδίων* glossema esse vidit Marx. probante Schneid. — ΕΠΩΝΥΜΙΛΕΠΙ P. 7. ΟΛΟϹΩΠΕΡ. — *ἐστὶν* s-b (P ap. Schneid.). — ΚΟΙΝΟΜΑΠΟ P. — ΠΕΛΟΝΝΗϹΙΟΥϹ P. *πελοποννησίους* h. 8. *ἐφ' ἅπασιν* h-b. — ΑΥΤΟΥϹ P. — *προστάττειν* emendavit Schneid. ΠΡΟϹΤΑΤΕΙΝ P. *προσάγειν* h-b. — ΚΑΛΕΙϹΕΑΜΙ ΜΙΜΟΥΝΤΑΙ P (Schneid. *καλεισεαμι Μουνται*). *καλεῖσθαι ἰδιοῦνται* h-b. — ΟΤΙΗΡΟϹ P. 9. *Graecis vetustissimis* (om. *a*) s-bP. — *pro quacunque causa* S. — *cum* om. S. — *omnium* om. Edd. 10. *Ἄμεινον ... μάλιστα* om. v-a. Cf. Schneidewin. l. c. 1843. p. 469. C. Mueller. l. c., Acusilai fragm. 11. p. 101. — ΑΧΕΛΩ. ΟΝΤΙΜΗΝ P. — ΤΟΙϹ P. — *Ἀγε-*

7. *Τούτου τοῦ ἀπορήματος*] i. e. cur nomen proprium *Ἀχελῷος* positum sit pro communi *aqua*.

αἰτιώτατον] i. e. quod pro praecipua causa habendum sit, vel rem decernat.

8. *ἀναφέροντες*] i. e. respicientes.

9. *satis testium est*] Erat potius dicendum: *non opus est pluribus testibus*.

10. *Ἀγησίλαος*] Dubium non est

δήλωκεν ὅτι Ἀχελῷος πάντων τῶν ποταμῶν πρεσβύτατος. Ἔφη γάρ· Ὠκεανὸς δὲ γαμεῖ Τηθὺν, ἑαυτοῦ ἀδελφήν· τῶν δὲ γίνονται τρισχίλιοι ποταμοί· Ἀχελῷος δὲ αὐτῶν πρεσβύτατος, καὶ
11 *τετίμηται μάλιστα.* Licet abunde ista sufficiant ad probationem moris antiqui quo ita loquendi usus fuit ut Achelous commune omnis aquae nomen haberetur, tamen his quoque etiam Euripidis nobilissimi tragoediarum scriptoris addetur aucto-
[131] ritas, quam idem Didymus grammaticus in his libris quos *Τρα-*
12 *γῳδουμένης λέξεως* scripsit posuit his verbis: *Ἀχελῷον πᾶν ὕδωρ Εὐριπίδης φησὶν ἐν Ὑψιπύλῃ. Λέγων γὰρ περὶ ὕδατος ὄντος σφόδρα πόῤῥω τῆς Ἀκαρνανίας, ἐν ᾗ ἐστιν ὁ ποταμὸς Ἀχελῷος, φησίν·*

Δείξω μὲν Ἀργείοισιν Ἀχελῴου ῥόον.

13 Sunt in libro septimo illi versus quibus Hernici populi et eorum nobilissima, ut tunc erat, civitas Anagnia enumerantur:

— Quos dives Anagnia pascit,
Quos, Amasene pater: non illis omnibus arma,
Nec clypei currusve sonant: pars maxima glandes
Liventis plumbi spargit, pars spicula gestat
Bina manu: fulvosque lupi de pelle galeros
Tegmen habent capiti: vestigia nuda sinistri
Instituere pedis: crudus tegit altera pero.

14 Hunc morem in Italia fuisse, ut uno pede calceato altero nudo iretur ad bellum, nusquam adhuc, quod sciam, repperi: sed eam Graecorum nonnullis consuetudinem fuisse locupleti auctore iam
15 palam faciam. In qua quidem re mirari est poetae huius occul-

[Mss. P (AS om. Graec.).

σίλαος h. *Ἀκουσίλαος* legendum esse cum aliis censet Schneid. l. c. — *ΔΗΛΩΚΕΝ* P. — *ΘΗΤΥΝ* P. *Τηθὴν* hg. — *ΤΡΙϹ· ΧΕΙΛΙΟΙ* P. — *τετίμαται* h. 11. *ait Achelous* A. — *etiam* ASM123 „CB". *et* v-gbP. *et id* s-z. „Exulet illud *id* ineptissimum, ita ut vel duce editione vet. deleatur, vel mutetur in *ipsius.*" Zeun. — *erupidis* A. — *scripturis* A. — *αεΞεω* A (om. S.). *ἀέτεος* v-a. 12. *Ἀχελῷον ... Ἀχελῴου ῥόον* om. v-a. — *ἐν Ὑψιπύλῃ*] Matth. et Both. fr. IV., Wagner. fr. II. — *ΠΟΡΓΩΤΗΟϹ* P. — *ἐστι* (om. *ὁ*) h-b. — *φησὶ* h-b. — *ἀργεννοῖσιν* h-b. Matth. Both. Wagn. Vid. not. 13. *in libro septimo*] v. 684. — *nobilissimi* AP. — *Anagni* P. — v. 1. *diversanagnia* A. — v. 2. *nonnullis* A. — v. 3. *glandis* Mss. vispd. 14. *calciato* Avi. 16. *yginus* A. *Hi-*

quin verum sit *Ἀκουσίλαος*, quod nomen saepe sic corruptum esse docuit Unger. Theban. Parad. I. p. 182. Hoc fragmentum C. Muellerum inseruisse Acusilai reliquiis adnotavi in app. crit.

12. *σφόδρα πόῤῥω τῆς Ἀκαρνανίας*] Cf. Apollodor. Biblioth. III, 6, 4. *Παραγενόμενοι δὲ (οἱ ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας) εἰς Νεμέαν, ἧς ἐβασίλευε Λυκοῦργος, ἐζήτουν ὕδωρ. καὶ αὐτοῖς ἡγήσατο τῆς ἐπὶ κρήνην ὁδοῦ Ὑψιπύλη.*

Ἀργείοισι] quod legendum esse coniecerat Barnesius, perspicue legitur in cod. P. Intelligendi sunt septem duces, *οἱ μετὰ Ἀδράστου*, ut ait Apollodorus l. c. § 4.

13. *eorum nobilissima ... civitas Anagnia*] Cf. Strabon. V, 3, 10, p. 238. *Ἥ τε τῶν Ἑρνίκων πολίχνη Καπίτουλον, καὶ Ἀναγνία πόλις ἀξιόλογος*, et Liv. IX, 42, 11. *Id aegre passi Hernici, concilium populorum omnium habentibus Anagninis in circo.*

14. *eam Graecorum nonnullis consuetudinem fuisse*] Servius adv. 690. adnotavit: *Et traxit hoc a Graeciae more, unde isti transierant, unde hoc armorum fuerat genus.*

15. *mirari est*] Vid. prolegg. p. XL.

tissimam diligentiam: qui cum legisset Hernicos, quorum est Anagnia, a Pelasgis oriundos, appellatosque ita a Pelasgo quodam duce suo qui Hernicus nominabatur, morem quem de Aetolia legerat Hernicis adsignavit, qui sunt vetus colonia Pelasgorum. Et Hernicum quidem hominem Pelasgum ducem Hernicis fuisse 16 Iulius Hyginus in libro secundo Urbium non paucis verbis probat. Morem vero Aetolis fuisse uno tantummodo pede calceato in bellum ire ostendit clarissimus scriptor Euripides tragicus, in cuius tragoedia quae Meleager inscribitur nuntius inducitur de- [132] scribens quo quisque habitu fuerit ex ducibus qui ad aprum capiendum convenerant. In eo hi versus sunt: 17

Τελαμὼν δὲ χρυσοῦν αἰετὸν πέλτης ἔπι
πρόβλημα θηρὸς, βότρυσι δ' ἔστεψεν κάρα,
Σαλαμῖνα κοσμῶν πατρίδα τὴν εὐάμπελον.
Κύπριδος δὲ μίσημ' Ἀρκὰς Ἀταλάντη κύνας
καὶ τόξ' ἔχουσα, πελέκεως δὲ δίστομον
γέννυν ἔπαλλ' Ἀγκαῖος· οἱ δὲ Θεστίου

Edd. vicahgspdzb.]

ginus Edd. — *calciato* Avi. — *Euripides scriptor tragicus* Sv-g. — *habens* (*ens* e corr.) *fuerit* A. — *caprum* P. 17. *Τελαμὼν*] Matth. fragm. Eurip. p. 225. fr. VI. Wagner. p. 276 fr. 531., Both. p. 187. fr. 19. Cf. Schneidewin. l. c. p. 469. *Τελαμὼν ... νόμος* (v. 9.) om. v-a. — v. 1. *αετον πεατηc* P. — v. 2. *ἔστεψων* h. — v. 3. *τὴν εὐδαίμονα* h-b. Ex P emendavit Schneid. — v. 4. *καγπριΔoc* P. *Καὶ πρὸς* hg. Emendavit Canterus Var. lect. I, 21. — *μιcημα* P. — v. 6. *γέννυ ἔπαλλ' Ἀγκαῖος* scripsi ex emendatione Schneidewini. *γέννυν ἀνέπαλλ' Ἀγκαῖος* coni. Schraderus Observ. I. p. 15. (Sic Schneidew., sed Wagnerus habet *ἔπαλλ' Ἄγκαιος*). *γέννυν γ'* (vel *γενῆδ'*) *Ἀγκαῖος* coni. Valckenarius Diatrib. p. 145., quem sequitur Both. *ΓεννΝεπαλλακταιοc* P. *Γέννυ, πέπλ'*

appellatosque ita a Pelasgo quodam] Ad Virgilii verba quae iis quae Macrobius attulit proxime antecedunt: *Hernica saxa colunt*, adnotavit Servius: *Sabinorum lingua saxa hernae vocantur. Quidam dux magnus Sabinos de suis locis elicuit, et habitare secum fecit saxosis in montibus, unde dicti sunt Hernici.* Adde Festum ap. Paul. lib. VIII. p. 100. Muell. *Hernici dicti a saxis quae Marsi herna dicunt.* Pelasgi inter Italiae colonos commemorantur a Plinio N. H. III, 5. s. 9. § 56. et a Macrobio supra I, 7, 28. et 8, 2. Praeterea conf. Serv. ad Virg. Aen. VIII, 600.

duce suo] Vid. prolegg. p. xxxix.

16. *Urbium*] Plenius dicit Servius ad Aen. VII, 412. et VIII, 597. *in urbibus Italicis*, ad VII, 678. *de Italicis urbibus*, ad VIII, 638. *de origine urbium Italicarum*, ad III, 553. *qui scripsit de situ urbium Italicarum.*

17. v. 4. *Κύπριδος δὲ μίσημ'*] Cf. Apollodor. Bibl. III, 9, 2, 3. *Παρθένον ἑαυτὴν ἐφύλαττε*, et Aelian. V. H. XIII, 1. *Ἔλεγε γὰρ ζηλοῦν αὐτὴν .. καὶ ἐν τῷ παρθένον εἶναι διὰ τέλους ἐθέλειν.* De hoc appositionis genere vid. Valckenar. ad Eurip. Hippolyt. 406.

v. 6. *Γέννυν ἔπαλλ' Ἀγκαῖος*] Schneidewinum secutus sum, qui monuit, quum produceretur syllaba *νυν*, non opus esse additamentis quibus hanc syllabam fulcire conati sunt Schraderus et Valckenarius. Ancaeum, Lycurgi filium, Arcadem inter eos fuisse qui venarentur aprum Caledonium retulerunt Apollodorus Bibl. I, 8, 2, 4. et Pausanias VIII, 4, 7; sed huc inprimis faciunt ea quae leguntur apud Ovidium Metam. VIII, 391.: *Ecce furens contra sua fata bipennifer Arcas*, v. 397.: *Ancipitemque manu tollens utraque securim*, v. 401.: *Concidit Ancaeus*, collat cum iis quae leguntur apud Suidam: *γέννυς· εἶδος πελέκεως*, quo sensu haec vox legitur apud Sophoclem Electr. 189. et

παῖδες τὸ λαιὸν ἴχνος ἀνάρβυλοι ποδὸς,
τὸ δ' ἐν πεδίλοις, ὡς ἐλαφρίζον γόνυ
ἔχοιεν, ὃς δὴ πᾶσιν Αἰτωλοῖς νόμος.

18 Animadvertitis diligentissime verba Euripidis a Marone servata? Ait enim ille:

— *τὸ λαιὸν ἴχνος ἀνάρβυλοι ποδός,*

et eundem pedem nudum Virgilius quoque dixit:

— *vestigia nuda sinistri*
Instituere pedis.

19 In qua quidem re, quo vobis studium nostrorum magis conprobetur, non reticebimus rem paucissimis notam, reprehensum Euripidem ab Aristotele, qui ignorantiam istud Euripidis fuisse contendit, Aetolos enim non laevum pedem habere nudum, sed dextrum. Quod ne adfirmem potius quam probem, ipsa Aristotelis verba ponam ex libro quem de poetis secundo subscripsit, in quo

20 de Euripide loquens sic ait: *Τοὺς δὲ Θεστίου κόρους τὸν μὲν ἀριστερὸν πόδα φησὶν Εὐριπίδης ἐλθεῖν ἔχοντας ἀνυπόδετον· λέγει γοῦν, ὅτι*

[133] — *τὸ λαιὸν ἴχνος ἦσαν ἀνάρβυλοι ποδὸς,*
τὸ δ' ἐν πεδίλοις, ὡς ἐλαφρίζον γόνυ

[Mss. P (AS om. Graec.).
ἀλλακάταιος h-b. (Matth. *γένυν*). — v. 7. *Κόροι τὸ λαιὸν* Matth. Wagn. l. c. Cf. § 20. — v. 8. *Τὸ δ' ἐν* emend. Schneid. *Τὸν δ' ἐν* Ph-b. Vid. not. — *πεΔειλοιc* P. — v. 9. *Αἰτολοῖς* b. — *νομοιc* P. 18. *Animadvertis* Edd. — *Τὸ λαιὸν ... ποδὸς* om. Sv-a. — *τοαιον* A. — *απαρβυλοι* P. *απαβιcαοι* A. — *eundem* (om. et) S. 19. *studiorum* S. — *nostrorum* ASv1M123 „Angl.". *nostrum* v3-bP. — *cum probetur* A. — *Aetolos ... dextrum* om. vl. — *nudum habere* A. — *ipsa* om. v-g. — *supra scripsit* ASv-g (h in mg. *subscripsit*). — *ait* (om. *sic*) v-g. 20. *Τοὺς δὲ ... ἐμμένοντα* om. v-a. Cf. Schneidewin. l. c. p. 470. — *Θεcτυοι* P. — *κόρους* emendavit Schneidew. l c. *κορευc* P. *κούρους* h-b. — *ανιποΔετον* P. — *γοῦν ὅτι* om. P. — *ηcαναρευλαοι* (non ut affert Schneid. *ἀναρευλαοι*) P. — *τοΔεν* P. *τὸν δ' ἐν* h-b. — *πεΔειΔοιc* P. — *ρονι*

Philoct. 1190. Contra nomen *Ἀκταῖος*, quod inesse videtur in codicis lectione, in quo pro *ΓΚ* scriptum est *ΚΤ*, hic locum non habet, et *ἐπαλλάκταιος* vel *ἀλλατάταιος* quid sit, ego nescio.

οἱ δὲ Θεστίου παῖδες] Sic nominantur etiam ab Apollodoro I, 8, 2, 7., et enumerantur ibid. I, 7, 10. *Ἴφικλος Εὔιππος Πλήξιππος Εὐρύπυλος*, ab Ovidio Metam. VIII, 440 sq. Plexippus et Toxeus.

v. 8. *τὸ δ'*] Sic scripsi cum Schneidewino, quoniam hic locus non potest discrepare ab eodem repetito § 20., ubi in cod. P. non *τὸν*, ut vulgo, legitur, sed *τὸ*, quod commode refertur ad *ἴχνος ποδός*.

19. *nostrorum*] i. e. Graecorum. Vid. not. ad c. 1. § 4.

Aetolos enim non laevum pedem habere nudum, sed dextrum] Ab Euripidis parte stat eiusdem poetae scholiastes qui ad Phoeniss. 138. adnotavit: *Ἴσως ὅτι ἐξηλλαγμένοι οἱ Αἰτωλοὶ περὶ τὰς ὁπλίσεις, .. καθάπερ καὶ τοῖς ὑποδήμασιν, ὥστε τὸν δεξιὸν μὲν ὑποδεδέσθαι πόδα, γυμνὸν δὲ ἔχειν τὸν ἀριστερόν:* sed cum Aristotele faciunt ea quae de Plataeensibus a Thucydide III, 22. dicta contulit Valckenarius: *Ἦσαν δὲ εὐσταλεῖς τε τῇ ὁπλίσει καὶ τὸν ἀριστερὸν πόδα μόνον ὑποδεδεμένοι ἀσφαλείας ἕνεκα πρὸς τὸν πηλόν.*

quem de poetis secundo subscripsit] Minus perspicuum est, quid velit verbum *subscripsit*. Equidem putaverim intelligi appendicem quandam. Libri tres *περὶ ποιητῶν*, qui perierunt, commemorantur inter Aristotelis opera a Diogene Laert. V, 22. Cf. Stahr. Aristot. b. d. Roem. p. 190 sq.

ἔχοιεν,
ὡς δὴ πᾶν τοὐναντίον ἔθος τοῖς Αἰτωλοῖς. τὸν μὲν γὰρ ἀριστερὸν ὑποδέδενται, τὸν δὲ δεξιὸν ἀνυποδετοῦσιν· δεῖ γάρ οἶμαι τὸν ἡγούμενον ἔχειν ἐλαφρὸν, ἀλλ' οὐ τὸν ἐμμένοντα.
Cum haec ita sint, videtis tamen Virgilium Euripide auctore quam 21
Aristotele uti maluisse: nam ut haec ignoraverit vir tam anxie doctus minime crediderim. Iure autem praetulit Euripidem: est enim ingens ei cum Graecarum tragoediarum scriptoribus familiaritas, quod vel ex praecedentibus licet vel ex his quae mox dicentur opinari.

XIX. In libro quarto in describenda Elissae morte ait quod 1
ei crinis abscisus esset his versibus:

Nondum illi flavum Proserpina vertice crinem
Abstulerat, Stygioque caput damnaverat Orco.

Deinde Iris a Iunone missa abscidit ei crinem et ad Orcum refert. Hanc Virgilius non de nihilo fabulam fingit, sicut vir alias 2
doctissimus Cornutus existimat, qui annotationem eiusmodi adposuit his versibus: *Unde haec historia, ut crinis auferendus sit morientibus, ignoratur: sed adsuevit poetico more aliqua fingere, ut de aureo ramo.* Haec Cornutus. Sed me pudet quod tantus vir, 3
Graecarum etiam doctissimus litterarum, ignoravit Euripidis no-[134]
bilissimam fabulam Alcestim. In hac enim fabula in scenam Or- 4

Edd. vicahgspdzb.] P. — *Θεος* P. — *ἀνυποδετοῦσι* hg. — *ταρ* P. 21. *quem aristotelem* A. — *vir* om. v. — *Euripiden* s-zS.

XIX. *Caput XIX. De aliis locis, quos Vergilius a Graecis sumsit, quarto et nono Aeneidos.* ch-b. 1. *Elisae* s-bS. — *abscisus* Av1 „Angl.“. *abscissus* Edd. PS. — *Nondum*] Aen. IV, 698. — *Deinde ... fert* om. P. — *ab iunone* S. — *refert* Av-gP6. „uterque Angl.“ *fert* s-bS. 2. *vir alias* s-bPSM123. *iurelius* A. *Aurelius vir alias* v-gP6. „Lego: *Sicut Annaeus.* Nam id Cornuto praenomen.“ Meurs. — *extimat* v-g. — *his versibus verba Cornuti.* ASv1. — *Unde hac* P. — *historia sit* „B“. — *euripidi* A. 4. *in scaena* v. — *Orcus* (in mg.: „alias

20. *τὸν ἡγούμενον ... τὸν ἐμμένοντα*] i. e. pedem prolatum et stantem vel in statu manentem.

21. *ut haec ignoraverit, .. minime crediderim*] Hoc huius constructionis exemplum addendum est prolegg. p. XL.

XIX, 1. *Elissae*] Vid. not. ad c. 17. § 6.

quod ei crinis abscisus esset] De constructione vid. not. ad Comm. I, 13, 18. Quid intersit inter verba *abscidendi* et *abscindendi* optime docuit Wagnerus ad Virgil. Georg. II, 23., dicens *abscidi* aliquid cultro vel ense, *abscindi* rem alia aliqua vi: nec dissentiunt alii viri docti quos citavit Freundius s. v. *abscido.* Non est ergo quod dubitemus, utram partem sequamur, quamvis fere par sit librorum mss. auctoritas, nisi quod § 2., ubi propter verbum *refert*, quod sequitur, requiritur praesens tempus, omnes habent *abscidit.* Cf. §§ 4. et 5.

refert] i. e. rediens secum aufert tamquam praedam.

2. *vir alias doctissimus*] Nomen *Aurelius*, quod legitur in edd. vett., διττογραφίᾳ ortum esse demonstravi Symbol. p. 7. Cf. Comm. II, 16, 15. *Vir tantus et alias ultra ceteros serius.*

Unde] sc. sumpta sit.

adsuevit] Virgilius. Cf. Aen. VI, 140 sq. *Sed non ante datur telluris operta subire, Auricomos quam qui decerpserit arbore fetus. Hoc sibi pulchra suum ferri Proserpina munus Instituit.*

4. *Orcus inducitur*] „Evariat val-

cus inducitur gladium gestans quo crinem abscidat Alcestidis, et sic loquitur,

Ἡ δ' οὖν γυνὴ κάτεισιν εἰς Ἅιδου δόμους.
στείχω δ' ἐπ' αὐτήν, ὡς κατάρξωμαι ξίφει·
ἱερὸς γὰρ οὗτος τῷ κατὰ χθονὸς θεῷ,
ὅτῳ τόδ' ἔγχος κρατὸς ἁγνίσῃ τρίχα.

5 Proditum est, ut opinor, quem secutus Virgilius fabulam abscidendi crinis induxerit: *ἁγνίσαι* autem Graece dicunt dis consecrare, unde poeta vester ait ex Iridis persona:

— Hunc ego Diti
Sacrum iussa fero, teque isto corpore solvo.

6 Nunc, quia pleraque omnia quae supra dixi instructa auctoritate tragicorum probavi, id quoque, quod a Sophocle tractum
7 est, annotabo. In libro enim quarto Virgilius Elissam facit, postquam ab Aenea relinquitur, velut ad sacricolarum sagarumque carmina et devotiones confugientem, et inter cetera ait sedandi amoris gratia herbas quaesitas quae aeneis falcibus secarentur.
8 Haec res nonne quaestione digna est, unde Virgilio *aeneae falces* in mentem venerint? Ponam itaque Virgilianos versus, mox et inde Sophoclis quos Maro aemulatus est.

9 *Falcibus et messae ad lunam quaeruntur aenis*
Pubentes herbae nigri cum lacte veneni.

[Mss. P (AS om. Graec.).

Charon.") chg. „An rectior lectio?" Pont. — *abscidat* spdM123 „Angl.". *abscindat* zbPS. *abscidet* A. *abscidit* v-g. — *Alcestidis* ASs-zM123. *Alcestidi* v-gbP. „melius." Zeun. — *Ἡ δ' οὖν*] Eurip. Alc. 73. *Ἡ δ' οὖν ... τρίχα* om. vi. In c-g praemittitur versus apud Euripidem proxime antecedens: *Πόλλ' ἂν σὺ .. πλέον λάβοις.* — v. 2. *ϲτιχω* PN. — *κατάρξομαι* s-b. — v. 3. *τω κατα χεονοc Θεω* P. *τω καταρΞωμαιτα χΘονοc Θεω* N. *τῶν κατὰ χθονὸς θεῶν* (ut vulgo) c-b. — v. 4. *οτω* PN. *ὅτου* (ut vulgo) c-b. — *τοΔεοcΓχοc* (medium o e corr.) N. — *ΑΓΝΙϹΗ* PN. *ἁγνίσει* c-b. 5. *abscidendi* ASs-dM123. *abscindendi* v-gzbP. — *αΓΝΙϹΑΙ* A. *ΑΓΝΙϹΑΙΑ* P om. S. — *noster* v-a. — *Hunc*] Aen. IV, 702. 6. *supra*] Cf. c. 18. § 18.; c. 19. § 3. 7. *elisam* S. — *confugientem* AP „BC". *fugientem* Edd. S. 9. *Falcibus*] Aen. IV, 513. — v. 1. *ad lucem* S. *ad lumina* vl. — *πιzοzοnοι* P. *pizotomoi* A. *ῥι-*

de Servius [ad Aen. IV, 694.]: *Traxit hoc*, inquit, *de Alceste Euripidis, qui inducit Mercurium comam secantem, quia fato peribat mariti. Mercurium* dicit quem hic *Orcum* Macrobius. Gloss. *Χάρων, Orcus.*" Pont. — Euripides *Θάνατον* eum dicit. Vid. Ambrosch. de Charonte Etrusc. p. 53, qui confert Stat. Sylv. II, 1, 147. *Iam complexa manu crinem tenet infera Iuno*, et Hildebrand. ad Arnob. V, 32., C. F. Hermann. d. gottesd. Alterth. d. Gr. § 28, 12.

Alcestidis] Maiori librorum mss. parti obsecutus sum, quamquam dativus *ὅτῳ*, quem infra v. 4. recepi e codd. PN, commendat quodammodo dativum.

5. *poeta vester*] Vid. not. ad c. 2. § 17.

7. *sacricolarum*] Hac voce usus est Tacitus Hist. III, 74. de Isiacis sacerdotibus.

8. *mox et inde*] Constat *inde* non raro dici pro *deinde*, et saepe coniungi *mox deinde:* sed h. l. color Latinus corrumpitur inserta particula *et*.

9. *Pubentes herbae*] „Arnobius [III, 23.]: *Cur quotidie gemmulas et pubescentes herbas adurit atque interficit nocentissimum frigus?*" Pont. — Servius ad h. l.: *Pubentes autem herbae*, inquit, *ideo, quia aliae siccae aliae viridiores leguntur. Et sciendum inter homines et herbas esse reciprocam relationem.*

Sophoclis autem tragoedia id de quo quaerimus etiam titulo praefert, inscribitur enim Ῥιζοτόμοι: in qua Medeam describit maleficas herbas secantem, sed aversam, ne vi noxii odoris ipsa [135] interficeretur, et sucum quidem herbarum in cados aeneos refundentem, ipsas autem herbas aeneis falcibus execantem. Sophoclis 10 versus hi sunt:

Ἡδ' ἐξοπίσω χερὸς ὄμμα τρέπουσ'
ὀπὸν ἀργινεφῆ στάζοντα τομῆς
χαλκέοισι κάδοις δέχεται,

et paulo post: — *Αἳδε καλύπται*
κίσται ῥιζῶν κρύπτουσι τομάς,
ἃς ἥδε βοῶσ' ἀλαλαζομένη
γυμνὴ χαλκέοις ἥμα δρεπάνοις.

Haec Sophocles: quo auctore sine dubio Virgilius protulit aeneas 11 falces. Omnino autem ad rem divinam pleraque aenea adhiberi solita, multa indicio sunt, et in his maxime sacris quibus delinire aliquos aut devovere aut denique exigere morbos volebant. Taceo illud Plautinum, cum ait: 12

Mecum habet patagus morbus aes,

Edd. vicahgspdzb.] ζοτομὴ S. — *se aversam* S. — *noxii et oris* A. — *resecantem* S. 10. *Sophocli* „B". — Ἡδ'] Dindorf. fragm. 479. Both. XXXVII. p. 111. Cf. Schneidewin. l. c. p. 470. — Ἡδ ... δρεπάνοις om. v-c. — v. 1. ἐξοπίσω .. τρέπουσ' Dindorf. et alii. ἐξοπίσσω .. τρέπουσα Ph-b. — ΟΜΜΑΣΙ PN. — ΤΙΡΕΠΟΥΣΑ N. — v. 3. ΚΑΔΙΟΣ P. — Αἳδε .. δρεπάνοις. Hos versus suadente Schneidewino l. c. ordinavi, ut proposuit Valckenarius Diatrib. p. 167 sq. In h-b primus versus est Αἳδε ... τομάς, secundus Ἃς ... γυμνή. Apud Bothium primus versus finitur voce ῥιζῶν, secundus voce βοῆς, tertius voce χαλκέοις. — v. 1. καλύπτραι Ph-b. — v. 2. κρύπτουσιν PNs-z. — τομὰς om. PN. — v. 3. βοῶσα Ph-b. βοῆς Both — v. 4. ΓΥΜΝΗΤΟΜΑΣ N. — Χαλκέοισιν h-b. — δρεπάνοις τομὰς Ps-b. — *protulit aeneas. Hoc Sophocles que auctore sine dubio vergilius falces* N

12. *illum* A. — *Mecum*] Weise fragm. incert. 53. — *patagus* s-b. Proposuit Canterus Var. lect. I, 50. *petagus* AP. *pacagus* M3. Cod. Canteri. *peagus* SM12P6 „B". *pagus* v-g. — *aes, morbus* s-b. — *alibi*]

Sic enim pubentem herbam dicimus, quemadmodum florem aetatis. Gossrau ad h. l. adiicit: „Quum tamen puberes sint, quibus prima crescit barba, intelligunt alii herbas lanuginosas, quarum in re magica usus fuerit."

in qua Medeam describit maleficas herbas secantem] quum insidias strueret Peliae. Cf. Ovid. Met. VII, 224 sqq. *Et quas Ossa tulit, quas altus Pelion, herbas .. Perspicit et placitas partim radice revellit, Partim succidit curvamine falcis aenae.* Tales herbas ab aliis *pallentes* nuncupari multis verbis probavit Pontanus.

in cados aeneos ... aeneis falcibus] Cf. Ovid. l. c. et v. 262 sq. *Interea validum posito medicamen aeno Fervet*; Real-Encycl. I, p. 178.

11. *exigere morbos*] Cf. Plaut. Capt. V, 4, 4. *Labore lassitudo est exigunda e corpore.*

12. *Mecum habet patagus morbus aes*] „Locus est ex Plauti aliqua comoedia, cuius adhuc in quaestione nomen. Referam autem ad Corybantas seu Cybeles sacerdotes. *Patagus* itaque capitum istam conquassationem denotabit, de qua apud Strabonem lib. X., *aes* inconditum aeris sonitum, unde poeta [Claudian. IV. Cons. Honor. 148.]: *Nec te progenitum Cybeleius aere sonoro Lustravit Corybas. Morbus* ipse κορυβαντιασμὸς erit. Obnoxii enim huic malo perpetuis mactabantur in-

et quod alibi Virgilius:

Curetum sonitus crepitantiaque aera:

13 sed Carminii curiosissimi et docti verba ponam, qui in libro de Italia secundo sic ait: *Prius itaque et Tuscos aeneo vomere uti, cum conderentur urbes, solitos in Tageticis eorum sacris invenio,*
14 *et in Sabinis ex aere cultros quibus sacerdotes tonderentur.* Post haec Carminii verba longum fiat, si velim percensere quam multis in locis Graecorum vetustissimi aeris sonos tamquam rem validissimam adhibere soliti sunt. Sed praesenti operi docuisse nos
[136] sufficit falces aeneas Maronis exemplo Graeci auctoris inductas.
15 In libro nono Virgilius posuit hos versus:

Stabat in egregiis Arcentis filius armis,
Pictus acu chlamydem et ferrugine clarus Ibera,
Insignis facie: genitor quem miserat Arcens,
Eductum matris luco Symaethia circum

[Mss. APS.

Georg. IV, 151. 13. *Carmini* A. „Forte *Granii*. Nobilissimus auctor Granius Licinianus Flaccus." Meurs. — *et truscos* S. — *vomere aeneo* S. — *in Tageticis* Ss-b (M1 sup add. i). *in taigeticis* M2. *in taieticis* PM3. *ita icticis* A. *in traiecticis* v1. *in traiecticiis* (vel ..*tiis*) v3-g. — *exere* A. *ex ea re* PS. — *sacerdotes dorentur* „B". 14. *aeri sonos* A. — *opere* gbP. „Corrige *opere*." Zeun. — *sufficit* ASv-gP6 „B". *sufficiat* s-bP. — *Maroni* g in mg. 15. *Stabat*] Aen. IX, 581.

somniis vigiliisque, et *solent*, ut ait Catullus [41, 8.], *imaginosum*. Plato Critone [extr.] *ὥσπερ οἱ κορυβαντιῶντες τῶν αὐλῶν δοκοῦσιν ἀκούειν.* Claudianus etiam allusisse videatur libro in Rufinum [I, 32.]: *Impatiensque sui Morbus.* Festi autem truncata verba: *Patagus, morbus,* omnino huc facere autumo, non, ut divinavit eximius alias Turnebus, vitis morbum intelligi. Eum tamen qui volet videto lib. XVI. cap. 22. Adversariorum. *Patagus* forte malum istud est quod vocant hodieque Itali *Petie.*" PONT. — Festi verba ap. Paul. lib. XVI. p 221. Muell. sunt: *Patagus, morbi genus,* sed recte Pontanus statuit non esse cogitandum de vero morbo, est enim *patagus*, ut ait Apul. Met. VIII, 27., *lymphaticum tripudium*, et *morbus* est *ἐνθουσιασμὸς ὁ τῶν κορυβαντιώντων*, i. e. animi vitium, cf. Cic. Tusc. III, 4, 7; de fin. I, 18, 59; Horat. Epist. II, 2, 128 sqq. al. *Aes* significare *Corybantia aera*, quae commemorat Virgilius Aen. III, 111., facile patet. Non incommode ergo Pontanus citavit Strabonem qui X, 7, p. 466. Curetes Corybantes Cabiros dicit *ἐνθουσιαστικούς τινας καὶ Βακχικοὺς καὶ ἐνοπλίῳ κινήσει μετὰ θορύβου καὶ κυμβάλων καὶ τυμπάνων* cet. Verba *mecum habet* videntur significare idem ac *vexat me* vel *agitat me*, ut ait Plautus Rud. V, 3, 24.: *Cedo quicum habeam iudicem.* Sensus ergo est: „Sentio me correptum furore quodam Bacchico et mihi videor audire aera Corybantum."

13. *in Tageticis eorum sacris*] Cf. Fest. lib. XIX, p. 359. Muell. *Tages nomine, Genii filius, nepos Iovis, puer dicitur disciplinam dedisse aruspicii duodecim populis Etruriae,* et Cic. de div. II, 23, 50. Serv. ad Virg. Aen. I, 2. et VIII, 398. Arnob. II, 69. Mueller. Etrusk. II, p. 24 et 280 sq. Becker. Handb. I, p. 13.

ex aere cultros quibus sacerdotes tonderentur] Cf. Laur. Lyd. de mens. I, 31. *Καὶ τοῦτο δὲ πρὸς τοῦ Νουμᾶ διατέθειται, ὥστε τοὺς ἱερεῖς χαλκαῖς ψαλίσιν, ἀλλ' οὐ σιδηραῖς ἀποκείρεσθαι.* Serv. ad Aen. I, 448. Merkel. p. CXIV.

14. *praesenti operi*] Vid. not. ad c. 11. § 1.

15. v. 2. *Pictus .. Ibera*] Conf. Aen. XI, 772 et 777. *Ipse peregrina ferrugine clarus et ostro, ... Pictus acu tunicas.*

Flumina, pinguis ubi et placabilis ara Palici.

Quis hic Palicus deus, vel potius qui di Palici, nam duo sunt, 16
apud nullum penitus auctorem Latinum, quod sciam, repperi: sed de Graecorum penitissimis litteris hanc historiam eruit Maro. Nam primum ut Symaethus fluvius, cuius in his versibus memi- 17
nit, in Sicilia est, ita et di Palici in Sicilia coluntur: quos primus omnium Aeschylus tragicus, vir utique Siculus, in litteras dedit, interpretationem quoque nominis eorum, quam Graeci ἐτυμολογίαν vocant, expressit versibus suis. Sed priusquam versus Aeschyli ponam paucis explananda est historia Palicorum. In 18
Sicilia Symaethus fluvius est. Iuxta hunc nympha Thalia conpressu Iovis gravida metu Iunonis optavit ut sibi terra dehisceret. Factum est. Sed ubi venit tempus maturitatis infantum quos alvo illa gestaverat, reclusa terra est et duo infantes de alvo Thaliae progressi emerserunt, appellatique sunt *Palici* ἀπὸ τοῦ πάλιν ἱκέσθαι, quoniam prius in terram mersi denuo inde reversi sunt. Nec longe inde lacus breves sunt sed in inmensum 19

Edd. vicahgspdzb.] — v. 4. *simethia* S. *symothia* A. *Symetia* Edd. P. 16. *palaci* (etiam infra) N. 17. *simethus* S. *Symetus* Edd. P. *simetus* A N. — *primus* AS „Angl.“. *primum* Edd. P. 18. *symethus* SN. *Symetus* A Edd. P. — *complexu* S. — *quod et factum est* v3-gb. „Melius.“ Zeun. — *ἀπὸ .. ἱκέσθαι* om. S. — ΝΑΛΙΝ N. — *in terra* A. — *regressi* v. 19. *immensum* (om. *in*) Edd. P. — *existimant* S. *exti-*

16. *penitus*] Vid. not. ad c. 15. § 8.

de Graecorum penitissimis litteris] Cf. Plaut. Cist. I, 1, 64. *In latebras abscondas pectore penitissimo.* Alias hic superlativus ad regionum situs solet referri, ut ibid. Pers. IV, 3, 61. et 79., Gell. IX, 4, 6. Adverbio similiter usus est Cicero de leg. I, 5, 17. *Penitus ex intima philosophia hauriendam iuris disciplinam putas.*

17. *vir utique Siculus*] i. e. quem Siculum fuisse inter omnes convenit.

in litteras dedit] i. e. litteris mandavit.

18. *In Sicilia Symaethus fluvius est*] Cf. Strab. VI, 2. § 4. p. 272. *Κεῖνται δ' ὑπὲρ Κατάνης τὰ Κεντόριπα συνάπτοντα τοῖς Αἰτναίοις ὄρεσι καὶ τῷ Συμαίθῳ ποταμῷ ῥέοντι εἰς τὴν Καταναίαν*, Thuc. VI, 65. Plin. N. H. III, 8, 14, § 89. et quos praeterea citavit Forbiger. Handb. d. alt. Geogr. III, p. 783.

nympha Thalia conpressu Iovis gravida] Cf. Stephan. Byz. s. v. *Παλική: Οὗς (Παλικοὺς) Αἴσχυλος ἐν Αἰτναίοις γενεαλογεῖ Διὸς καὶ Θαλείας τῆς Ἡφαίστου, Σιληνὸς δὲ ἐν δευτέρῳ Αἴτνης τῆς Ὠκεανοῦ καὶ Ἡφαίστου.* Similia leguntur etiam in commentar. Serv. ad Virg. Aen. IX, 584. In Real-Enc. V, p. 1080. citantur etiam Mythogr. Vat. I, 190. II, 45. Denique conf. Creuzer. Symb. III, p. 815 sqq. Preller. Polemonis fragm. p. 129. — *Conpressu* est vox comicorum; cf. Plaut. Amphitr. prol. 109., Epid. IV, 1, 18, Truc. II, 6, 17; Terent. Andr. III, 4, 29.

metu Iunonis optavit ut terra sibi dehisceret] Aliter Servius l. c.: *Iuppiter .. timens Iunonem secundum alios ipsam puellam terrae commendavit, et illic enixa est: secundum alios partum eius, ..: alii dicunt Iovem hunc Palicum propter Iunonis iracundiam in aquilam commutasse.*

gestaverat] Vid. not. ad I, 20, 12.

appellatique sunt Palici ἀπὸ τοῦ πάλιν ἱκέσθαι] Cf. Stephan. Byz. l. c. e Sileno: *Κληθῆναι δὲ αὐτοὺς Παλικοὺς διὰ τὸ ἀποθανόντας πάλιν εἰς ἀνθρώπους ἱκέσθαι.* Serv. l. c.: *Palici dicti sunt, quasi iterum venientes. Nam πάλιν ἵκειν est iterum venire.*

19. *lacus breves*] i. e. parvi. Cf. Comm. I, 15, 6; 17, 16; 21, 5. Stephanus Byzant. l. c. Aristote-

profundi, aquarum scaturigine semper ebullientes, quos incolae crateras vocant et nomine *Dellos* appellant, fratresque eos Palico-[137]rum aestimant: et habentur in cultu maximo, praecipueque circa exigendum iuxta eos iusiurandum praesens et efficax numen ostenditur. Nam cum furti negati vel eiuscemodi rei fides quaeritur et iusiurandum a suspecto petitur, uterque ab omni contagione mundi ad crateras accedunt, accepto prius fideiussore a

[Mss. P (AS om. Graec.).
mant v-g. 20. *cuiuscemodi* PN. — *aspecto* N. — *a persona* om.

lem Mirab. ausc. c. 57. sequens dicit: *Κρήνη τις ... ὡς δεκάκλινος*, Diodorus Sic. XI, 89. *Κρατῆρες τῷ μεγέθει μὲν οὐ κατὰ πᾶν μεγάλοι.*

in inmensum profundi] Praepositio in hac dictione saepe abiecta est. Vid. not. Oudendorp. ad Apul. Met. IV, 29., ubi quidem, ut Dogm. Plat. II, 26., legitur: *in immensum procedere*, apud Lactant. VII, 16, 12. *exercitibus in immensum auctis*, apud Liv. XXI, 33, 7. *in inmensum altitudinis deiecit*, et apud ipsum Macrobium I, 24, 3. *omnia sua in immensum tollunt.*

aquarum scaturigine semper ebullientes] Cf. Stephan. Byz. ex Aristotele l. c.: *Αὕτη δ᾽ ἀναῤῥίπτει ὕδωρ εἰς ὕψος ἓξ πήχεις.* Diodorus l. c.: *Ἐξ ἀμυθήτου δὲ βυθοῦ .. τὸ ὕδωρ διάπυρον ἀναβάλλουσι* cet. Strab. VI, 2. § 9. p. 275. *Οἱ Παλικοὶ δὲ κρατῆρας ἔχουσιν ἀναβάλλοντας ὕδωρ εἰς θολοειδὲς ἀναφύσημα καὶ πάλιν εἰς τὸν αὐτὸν δεχομένους μυχόν.* Ovid. Met. V, 405. *Perque lacus altos et olentia sulfure fertur Stagna Palicorum rupta furentia terra.*

Dellos] Hoc nomen cognitum est ex uno Calliae loco (infra § 25.). Barbarum esse censet Prellerus in Polemonis fragm. p. 129. G. Hermannus Opusc. VII, p. 325: „Unde derivatum dicam, inquit, nomen Dellorum non habeo. Nam nec *δέλω*, ex quo Etymologus *δέλεαρ* et *δόλος* facta ait, huc videtur trahi posse, et Hesychii *δέλλει καλεῖ* corruptum esse iudicant critici. Nisi abiecta una littera sic dicti sunt pro *Βδέλλοι*. Welckero quidem Aeolica lingua, qui *δειλοὶ* sint, malos significari placuit.“ An forte corruptum est ex *ἀδελφοί?*

fratresque eos Palicorum aestimant] Prellerus l. c. p. 128 sq.: „Erant, inquit, hi duo lacus, qui propter originem quasi gemellum *Fratres* appellabantur, unde vulgo accipiebantur pro fratribus Palicorum... Enimvero revera ipsi illi crateres Palici esse videntur,“ et contulit praeter Strabonis verba quae modo attulimus, quae ex Aristotele l. c. excerpsit Stephanus Byz.: *Ὥστε ὑπὸ τῶν θεωρούντων νομίζεσθαι κατακλυσθήσεσθαι τὸ πεδίον, καὶ πάλιν εἰς ταὐτὸ καθίσταται.* Cf. §§ 25. et 26.

circa exigendum iuxta eos iusiurandum] Cf. Steph. Byz. ex Aristotele l. c. *Ἔστι δὲ καὶ ὅρκος ἅγιος αὐτόθι· ὅσα γὰρ ὀμνύει τις εἰς πινάκιον γράψας βάλλει αὐτὸ εἰς τὸ ὕδωρ· ἐὰν μὲν οὖν εὐορκῇ, ἐπιπολάζει, ἐὰν δὲ μὴ εὐορκῇ, τὸ μὲν πινάκιον ἀφανίζεται, αὐτὸς δὲ πίμπραται.* Diodorus l. c. *Οἱ μέγιστοι τῶν ὅρκων ἐνταῦθα συντελοῦνται, καὶ τοῖς ἐπιορκήσασι σύντομος ἡ τοῦ διαμονίου κόλασις ἀκολουθεῖ· τινὲς γὰρ τῆς ὁράσεως στερηθέντες τὴν ἐκ τοῦ τεμένους ἄφοδον ποιοῦνται.*

20. *eiuscemodi*] Miro modo sic particula demonstrativa iungitur cum pronomine indeterminativo: sed legitur idem in quibusdam certe exemplaribus apud Gell. XVI, 8, 10. Tertull. Apol. 10. med. Apul. Met. X, 13. p. 242., ubi alii legunt *eiusdemmodi* vel *cuiuscemodi*; cf. c. 21. § 2.

uterque .. accedunt] i. e. et suspectus et is qui ab eo petivit iusiurandum. De plurali numero vid. Krueger. Gramm. § 289. Not.

ab omni contagione mundi] i. e. purgati. Comm. I, 6, 9. *Anima aliena a silvestris contagione materiae;* 11, 11. *animae beatae ab omni cuiuscumque contagione corporis liberae;* 12, 17. *ubi meruerit contagione vitiorum penitus elimata purgari*, et § 26., ubi legitur *ἁγιστεύοντες .. ἀπό τε παντὸς ἄγους* cet.

accepto prius fideiussore] Dicendum erat *dato*, nam is non nomi-

persona quae iuratura est de solvendo eo quod peteretur, si addixisset eventus. Illic invocato loci numine testatum faciebat esse 21 iurator de quo iuraret. Quod si fideliter faceret, discedebat inlaesus: si vero subesset iuriiurando mala conscientia, mox in lacu amittebat vitam falsus iurator. Haec res ita religionem fratrum commendabat, ut crateres quidem inplacabiles, Palici autem *placabiles* vocarentur. Nec sine divinatione est Palicorum templum. 22 Nam cum Siciliam sterilis annus arefecisset, divino Palicorum responso admoniti Siculi heroi cuidam certum sacrificium celebraverunt, et revertit ubertas. Qua gratia Siculi omne genus frugum congesserunt in aram Palicorum: ex qua ubertate ara ipsa *pinguis* vocata est. Haec est omnis historia quae de Palicis 23 eorumque fratribus in Graecis tantummodo litteris invenitur, quas Maro non minus quam Latinas hausit. Sed haec quae diximus auctoritatibus adprobanda sunt. Aeschyli tragoedia est quae in- 24 scribitur *Aetna*. In hac cum de Palicis loqueretur, sic ait:

Τί δῆτ' ἐπ' αὐτοῖς ὄνομα θήσονται βροτοί;

Edd. vicabgspdzb.] PN. — *sed si adduxisset* S. 21. *Illic* om. P. *ille* S puncto non praeposito; vl „B“. — *discebat* N. — *iureiurando* hg. — *crateres* Av-g M123N. *cratheres* S. *craterae* s-bP. — *Palici autem placabiles est* om. ASv-gM123. 22. *est* om. PN. — *revertit* (om. *et*) S. — *in arcam* N. 23. *historia palicorum quae de palicis* P. *historia quae scribitur de palicis* A. — *quos* N. 24. *etnam* A. *aeterna* „BC“. — *Τί δῆτ' ... φάος* om. v-a. Cf. Schuetz. Aesch. fragm. 6. G. Hermann. Opusc. VII. p. 323 sqq. Schneidewin. Rhein. Mus. f Philol. N. F. III, p. 70–76., quem sequitur Bothe Aeschyl. fragm. p. 11 sqq. — v. 1. *Τί δῆτ' ἐπ'* P Schneidew. Both. *Τί δῆθεν* h-b Schuez. *τί δῆθ' ἓν* coni. G. Hermannus Opusc. VII, p. 323. statuens antea separatim de utroque fratre fuisse sermonem. — *θήσονται* PN. Schuetz. Both. Schneidew.

natur qui eum acceperit. Vocabulum *fideiussor* proprium est Institutionum et Digestorum.

quod peteretur] Praesens mutatur in praeteritum tempus: idque manet etiam in sententiis primariis *faciebat discedebat* cet.

si addixisset eventus] i. e. si eventus eum damnavisset. Cf. Fest. ap. Paul. lib. I. p. 13. *Alias addicere damnare est.*

21. *testatum faciebat esse*] Haud commode Macrobius videtur imitatus esse verba Ciceronis ad Attic. VIII, 9, 1. *Ut testatum esse velim de pace quid senserim.*

iurator] Hoc vocabulum ipsum infimae est latinitatis, mirum vero est id quod paulo infra sequitur, *falsus iurator* pro *qui falsum iuravit.*

amittebat vitam] Vid. not. ad § 19. Praeterea conf. Sil. Ital. XIV, 219. *Qui praesenti domitant periura Palici Pectora supplicio.*

Palici autem placabiles] Haec verba minus firma nituntur codicum auctoritate. Nolui autem ea delere, quia ea flagitare videtur particula *quidem*, quamquam haec potest etiam indicare sensum restrictivum, quem dicunt, particulae *ita*, et facile ea poterant excidere ita ut librarius a voce *inplacabiles* aberraret ad *placabiles*, et in Virgilii verbis adiectivum *placabiles* eget interpretatione.

2. *cum Siciliam sterilis annus arefecisset*] immo aridus annus sterilem reddidisset.

24. *quae inscribitur Aetna*] Hunc titulum defendit Schneidewin. Rhein. Mus. N. F. III, p. 70 sq. Alias haec tragoedia dicitur inscripta fuisse *Αἰτναῖοι*, vid. G. Hermann. de Aeschyli Aetnaeis, Lips. 1837. et Opusc. VII. p. 315 sqq., vel *Αἰτναῖαι*, ut in uno codice Stephani Byz. l. c. et apud Hesych. s. vv. *Λιμοί* et *Ἀναξίαν*.

Τί δῆτ' ἐπ' αὐτοῖς ὄνομα θήσονται βροτοί] Verba *Τί δῆτ'*, et *ἐπ'*,

Σεμνοὺς Παλικοὺς Ζεὺς ἐφίεται καλεῖν.
Ἦ καὶ Παλικῶν εὐλόγως μενεῖ φάτις;
[138] *Πάλιν γὰρ ἥκουσ᾽ ἐκ σκότους τόδ᾽ εἰς φάος.*

25 Haec Aeschylus. Callias autem in septima historia de rebus Siculis ita scribit: *Ἡ δὲ Ἐρύκη τῆς μὲν Γελῴας ὅσον ἐνενήκοντα*

[Mss. P (AS om. Graec.).

„Ms. Thuaneus, quemadmodum ex scedis paternis disco, habet *θήσονται*, quod verius puto, ut cui magis conveniat, quod respondetur sequenti versu." Gron. *τίθενται* h-b. *τιθέαται* coni. Herm. l. c. Vid. not. — *βροτοῖς* g. — v. 2. *Παλίκους* Schuetz. Both. (h-b etiam infra). *ΝΔΛΙΚΟΥC* N. — *ΖΕΥ* N. — *ΕΦΥΕΤΑΙ* P. *ΦΥΕΤΑΙ* N. — v. 3. *Ἦ* Schneidew. Both. *Ἡ* h-b Schuetz. — *Παλικῶν* Schneidew. *Παλίκων* h-b Schuetz. Both. — *ΕΥΑC ΓΩC* N. — *μενεῖ* Schneidew. *μένει* h-b Schuetz. Both. — *φάτις;* Schneidew. *φάτις,* h-b Schuetz. Both. *ΦΔΠΟ* N. — v. 4. *ΗΚΟΥC* PN. *ἵκουσ᾽* h-b Schneidew. Schuetz. Both. Vid. not. — *ΕΚCΤΟΥC* P. *ἐκ σκότου* Herm. et Schneidew. — *τό γ᾽* h. *τοῦ γ᾽* g. — *ἐς* h-b Herm. Schneidew. Schuetz. Both. 25. *Gallias* N. — *Siculis* om. v-a (S om. etiam *ita*). *sicilus* N. *singulis* P. — *Ἡ δὲ .. ἔχουσιν* om. v-a. Cf. G. Hermann. Opusc. VII, p. 319., Schneidewin. l. c. p. 80-83. — *ΗΔCΕΡΥΚΗ* P.

quod coniungendum est cum *θήσονται*, non est quod defendamus. Sed futurum tempus admitti non posse censuit G. Hermannus, quum ex versibus 3. et 4. appareat non de imponendo sed de dudum imposito nomine esse quaesitum, quamobrem, quum Aechylus in Sicilia Siculum et priscum sermonem diligere coepisset, scripsit *τιθέαται*. Contra Schneidewinus et formam et metrum reprehendens docuit praesens tempus *ἐφίεται* (v. 3.) flagitare h. l. tempus futurum, et v. 4. scribendum esse non *μένει*, sed *μενεῖ*.

v. 2. *Παλικοὺς*] In Macrobii editionibus hoc nomen ubique est *παροξύτονον*. Hanc scripturam in Call. et Pol. fragm. admisit Schneidewinus, qui tamen ad hoc fragm. p. 81. attulit Theognost. in Cramer. anecdot. II. p. 60. *Τὸ Παλικός ὀξύτονον*, et Arcad. p. 52, 2. *Σεσημείωται τὸ καμικὸς ὀξύτονον, ... ὡς τὸ Παλικός.*

v. 3. *Ἦ*] Schneidewinus cum superioribus Aeschyli fragmentorum editoribus (vid. Schuetz. p. 22.) statuit recte totum locum e stichomythia esse sumptum, ideoque recte quod in codicibus legitur *H* statuit esse particulam interrogativam, hunc versum sic vertens: *Num et Palicorum appellatio rei rationi congruenter manebit?*

εὐλόγως] significat nomen a re esse datum. Schneidew. contulit Suppl. 255 sqq. *Ἐμοῦ δ᾽ ἄνακτος (Πελασγοῦ) εὐλόγως ἐπώνυμον Γένος Πελασγῶν τήνδε καρποῦται χθόνα*, et 46 sqq. *Ἔφαψιν ἐπωνυμίᾳ δ᾽ ἐπεκραίνετο μόρσιμος αἰὼν Εὐλόγως, Ἔπαφόν τ᾽ ἐγέννασε.*

v. 4. *ἥκουσ᾽*] scripsi cum codicibus, quamquam epica forma *ἵκουσ᾽*, quae quidem alias, quod sciam, non legitur posita pro perfecto tempore, propius accedit ad nomen *Παλικοί*, quare Aeschylum sic scripsisse haud negaverim.

σκότους] Hanc formam Macrobio, etiamsi non Aeschylo, esse vindicandam vidit Schneidewinus. Idem valet de forma praepositionis *εἰς*, quae legitur in utroque codice.

25. *Ἡ δὲ Ἐρύκη*] Cf. Stephan. Byz. s. h. v. *Ἐρύκη Σικελικὴ πόλις.*

τῆς μὲν Γελῴας] Adiectivum pro substantivo positum esse videtur. Nam idem Stephanus: *Γέλα*, inquit, *πόλις Σικελίας... Τὸ ἐθνικὸν Γελαῖος, οὐ Γελῶος*, ubi Cluverius legi voluit *Γελῶος, οὐ Γελαῖος*. De scriptura *Γελῴας* vid. not. ad c. 18. § 5. Schneidew. p. 82 sq. statuit verba *τῆς μὲν Γελῴας* necessario requirere alterum nomen quod respondeat, *τῆς δὲ ...*, hoc autem excidisse, quod ego viro egregio concedere non possum, nam particula *μὲν* non ad verba *τῆς Γελῴας* tantum pertinet, sed ad totam sententiam *τῆς μὲν Γελῴας ... διέστηκεν*, ut commode huic *μὲν* opponatur *δὲ* in *ἐπιεικῶς δὲ ἐχυρός ἐστιν ὁ τόπος* cet., nam in priore sententia sermo est de urbis situ, in altera de natura re-

στάδια διέστηκεν, ἐπιεικῶς δὲ ἐχυρός ἐστιν ὁ τόπος καὶ τὸ παλαιὸν Σικελῶν γεγενημένη [ἡ] πόλις· ὑφ' ᾗ καὶ τοὺς Δέλλους καλουμένους εἶναι συμβέβηκεν. Οὗτοι δὲ κρατῆρες δύο εἰσὶν οὓς ἀδελφοὺς τῶν Παλικῶν οἱ Σικελιῶται νομίζουσιν, τὰς δὲ ἀναφορὰς τῶν πομφολύγων παραπλησίας βραζούσαις ἔχουσιν. Hactenus Callias. Polemon vero in libro qui inscribitur *περὶ τῶν* 26
ἐν Σικελίᾳ θαυμαζομένων ποταμῶν sic ait: *Οἱ δὲ Παλικοὶ προσαγορευόμενοι παρὰ τοῖς ἐγχωρίοις αὐτόχθονες θεοὶ νομίζονται. ὑπάρχουσιν δὲ τούτων *ἕδη οἱ δύο Ἀδελφοί, κρατῆρες*

Edd. vicahgspdzb.] — *τεαο.ας* N. *τεαοας* P. *Γελῶας* h-b. — *ἐνενήκοντα* h-b. — *δὲ ἐχυρός ἐστιν ὁ τόπος* Schneidew. *Δεεχυτος εςτιν ο τοροc* P (N *εχιτοc*). *δὲ χεῤῥός ἐστιν τό τ' ὄρος* h-b. — *το ραλαιον* P. *το ραλατον* N. *τὸ Παλικὸν* Herm. e coni. Valckenarii. *ἡ Παλικὴ τὸ παλαιόν* coni. Schneidew. — *Γετεμενηνε* N. — *ροlic* PN. — *υφε* N. — *Δεαλλουc* PN. *Δείλλους* s-b. — *cυνβεβηκεν* P. *cυνβεβηκην* N. — *ουτου. Δε* N. — *κρατερεc* N. *κρατηραc* (sup. ε) P. — *αυοευcιν* N. — *ιμηπαλικων οιcικεαιμται* P. *τνμ παλικον ουcυκεαυμταυ* N. — *νομίζουσι* hg. — *ταcΔη* N. — *πομφολιΓον* P. *πομφολιτων* N. — *βραcουcαιc* N. — *ἔχουσι* h-g Schneidew. — *Gallias* N. 26. *sic ait in libro* (infra om. *περὶ τῶν ... sic ait*) Sv-aM12. — *Οἱ δὲ Παλικοὶ ... Παλικεινήν* om. v-a. Cf. G. Hermann. l. c. p. 319 sqq. Polemonis fragm. ed. Preller. p. 126 sqq. Schneidewin. l. c. p. 76-79. — *οΔεπαλικοι νροcατορευομενι* N. — *τουc* et *χωριουc* N. — *αυθονεc* P (N in ras.). — *ὑπάρχουσι* hg. — *Δη* N. — *τούτων *ἕδη οἱ δύο Ἀδελφοὶ* scripsi e coniectura. Vid. not.

gionis, et, ut videtur quidem, de eius incolis. Vid. not. seq.

καὶ τὸ παλαιὸν Σικελῶν γεγενημένη [ἡ] πόλις] Addidi articulum *ἡ*, qui praecedente eadem littera facillime potuit excidere. Sic inter se opponuntur *ὁ τόπος* et *ἡ πόλις*, i. e. *natura regionis* et *oppidum arte munitum* ut Ammonius p. 115.: *Πόλις καὶ ἄστυ*, inquit, *διαφέρει· πόλις μὲν γὰρ καὶ ὁ τόπος καὶ οἱ κατοικοῦντες, ἤγουν συναμφότερον. ἄστυ δὲ μόνον ὁ τόπος*, nisi forte mavis deleto *καὶ* verba *τὸ παλαιὸν .. πόλις* tamquam appositionem referre ad *ἡ Ἐρύκη*. De Palice urbe Theognost. l. c. ad § 24. scripsit: *Πόλις Σικελικὴ ἐφ' ᾗ οἱ ἀπυθμένες κρατῆρες.* Schneidewinus haec ab antecedentibus dirimenda esse putavit, et addendum esse ante *τὸ παλαιὸν* nomen *τὴν Παλικήν*, quod propter ipsam illam vocem simillimam a librario esset omissum. Sed mea ratio cum simplicior est, tum nihil incerti relinquit, nam cur dicere non potuerit Callias sub Eryce urbe sitos esse Dellos illos?

βραζούσαις] Apud Hesychium et in Etymol. M. hoc verbum explicatur verbo *ζέω*, scribitur autem *βράσσω*, quae forma fortasse latet in codicis N. scriptura *βρασούσαις*. Sed quaeritur, quo hoc participium referatur, ad *ἀναφορὰς* an ad *τῶν πομφολύγων?* Nam utrumque minus bene se habet, quum ferveant neque bullae neque earum eiectiones, sed aquae quae bullas eiiciant, ut *βραζούσαις* positum esse videatur pro *βράζουσι*, quod ad ipsos crateres referretur, ut ait Diodorus Sic. XI, 89. *Καὶ παραπλήσιον ἔχοντες τὴν φύσιν τοῖς λέβησι τοῖς ὑπὸ πυρὸς πολλοῦ καιομένοις καὶ τὸ ὕδωρ διάπυρον ἀναβάλλουσιν*, et § 27. Polemo: *Οἷαί εἰσιν αἱ δῖναι τῶν ζεόντων ἀναβολάδην ὑδάτων.*

26. *αὐτόχθονες θεοὶ νομίζονται*] Prellerus l. c.: „Autochthones, inquit, Palici nominabantur eodem modo quo Tityus, ad cuius fabulae imitationem Palicorum historia ex parte ficta videtur." Cf. Apollodor. Bibl. I, 4, 1, 4. *Ὃς (Τιτυὸς) ἦν Διὸς υἱὸς καὶ τῆς Ὀρχομενοῦ θυγατρὸς Ἐλάρης, ἣν Ζεύς, ἐπειδὴ συνῆλθε, δείσας Ἥραν ὑπὸ γῆν ἔκρυψε, καὶ τὸν κυοφορηθέντα παῖδα .. εἰς φῶς ἀνήγαγεν.*

*τούτων *ἕδη οἱ δύο Ἀδελφοί*] Haec elicui e codicum ductibus litterarum, *ἕδη*, i. e. *ΕΔΗ*, ex *ΘΔΗ*, quod est in cod. N., *οἱ*, i. e.

χαμαίζηλοι. προσιέναι δὲ ἁγιστεύοντας χρὴ πρὸς αὐτοὺς ἀπό τε παντὸς ἄγους καὶ συνουσίας ἔτι τε καί τινων ἐδεσμάτων.
27 *φέρεται δὲ ἀπ' αὐτῶν ὀσμὴ βαρεῖα θείου, καὶ τοῖς πλησίον ἱσταμένοις καρηβάρησιν ἐμποιοῦσα δεινήν· τὸ δὲ ὕδωρ ἐστὶ θολερὸν αὐτῶν, καὶ τὴν χρόαν ὁμοιότατον χαλαιρύπῳ λευκῷ. φέ-*

[Mss. P (AS om. Graec.).
τοιτωνΘΔη cμαρω λεΔφοιc N. *τογΓον* (sup. ω) *οΔεcμαρω αΔεΔφοι* P. *τούτων. Ἀδελφοὶ* (sic cum lacuna) h. *τούτων ἀδελφοὶ* g-b (g *τούτυν*, Preller. interposito asterisco). *τούτων δύο ἀδελφοὶ* G. Herm. *τούτων οὐ* (vel *οὐ πάνυ, οὐ μάλα*) *πόρρω οἱ Δέλλοι* coni. Schneidew. *τούτων οἱ λεγόμενοι ἀδελφοὶ δύο* coni. H. Sauppius Rhein. Mus. f. Philol. N. F. IV, p. 152 sq. — *κραΘηρηc χαμαγzεΔοι* N. — *Δηε* N. — *ΔΓιcτεογνιαc* N. *απιετεγονιαc* P. *ἁγιστεύοντες* h. — *αγcτογ. cανοτενανΘηc* N. — *ατογc και cγνγοcιαο* P. *αΓοιc καγcινγcιαο* N. — *ἔτι δὲ καί τινων ἐδεσμάτων*. „Sic Thuaneus (P *εΔεεcματων*), quod plane sequor.“ Gron. *ηνθε και τινων εΔεεcματων* N. *ἔν τε καινῶν ἐνδυμάτων* h-b. *ἔν τε καινῷ ἐνδύματι* Herm. 27. *βαρεγαττγογ* N. — *πα ηcιον ιcτα νενοιc* P. *πα ηcιον ιcΓανενογc* N. — *εν· ποιογcα* PN. — *θολερὸν, καὶ* (om. *αὐτῶν*) hg. — *τηκιχροαν* PN. — *χαλαιρύπῳ* scripsi e coniectura. *χαμαιρύπῳ* g Herm. *χαμαὶ ῥύπῳ* s-b Prell. (h *ΟΙ*, ex *CM*, et *δύο*, i. e. *ΔΥΟ*, ex *ΛΡω*. Efficitur autem sic is sensus, ut crateres illi dicantur fratres tantummodo, non fratres Palicorum, quorum potius illi fuerint sedes. Vid. not. ad § 19. et Strab. VI. l. c. ad § 19. *Οἱ Παλικοὶ δὲ κρατῆρας ἔχουσιν*, et Hesych. *Οἱ νῦν τῆς Συρακουσίας εἰσὶ κρατῆρες οἱ καλούμενοι Παλικοὶ, οἱ καὶ κατοικήσαντες αὐτῇ.* Dellorum nomen, quod quidem ascivit Macrobius, profertur a solo Callia, reliqui auctores Graeci, quos supra citavimus, crateres illos vel fontem, quem dicunt, referunt ad ipsos Palicos, per quos iuratum esse dicunt. Vocem *ἕδη* non est quod defendamus, quum templa saepissime dicantur *θεῶν ἕδη*. Hermanni coniectura: *ὑπάρχουσιν δὲ τούτων δύο ἀδελφοὶ*, magnam partem eorum quae in codicibus leguntur omittit, Schneidewinus quae proposuit, *τούτων οὐ πάνυ* vel *οὐ μάλα πόρρω*, vel *οὐ πόρρω οἱ Δέλλοι*, ea minus esse comprobanda ipse intellexit, in eo autem inprimis laborant, quod sic *τούτων* refertur ad locum, quum nullus locus sit memoratus. Ceterum idem vir doctus suspicatus est hunc locum esse corruptum librario ad similes litteras aberrante. Propius ad verum accedit id quod legendum esse coniecit H. Sauppius. Vid. app.

κρατῆρες χαμαίζηλοι] Hoc Prellerus interpretatur: „humiles, non alte se extollentes.“ Ego potius dixerim in ipsa planitie sitos, non in monte, ut crater Aetnae aliorumque montium ignes vomentium.

ἁγιστεύοντας] Conf. iusiurandum in Demosthenis orat. in Neaer. § 78., p. 1371.: *Ἁγιστεύω καὶ εἰμὶ καθαρὰ καὶ ἁγνὴ ἀπὸ τῶν ἄλλων τῶν οὐ καθαρευόντων καὶ ἀπ' ἀνδρὸς συνουσίας.*

ἄγους] i. e. *μιάσματος* vel *μύσους*.

ἔτι τε καί τινων ἐδεσμάτων] Non erat quod de his verbis, quae leguntur in codicibus et commode pendent a praepositione *ἀπὸ*, dubitaret G. Hermannus. Conf. quae de Thesmophoriis prodidit C. F. Hermannus, Lehrb. d. gottesdienstl. Alterth. § 56. not. 17.

27. *ὄσμη βαρεῖα θείου*] Cf. Diodor. l. c. *Τὸ μὲν οὖν ὕδωρ θείου κατάκορον τὴν ὄσφρησιν ἔχει.*

χαλαιρύπῳ] Vulgo scribitur duobus vocabulis *χαμαὶ ῥύπῳ*. Sed sic quid velit illud *χαμαὶ*, ego fateor me non magis intelligere quam G. Hermannus, qui scripsit *χαμαιρύπῳ*, statuens hoc esse nomen floris, quod vitiosum esse dixit Prellerus. Mihi videtur verum esse *χαλαιρύπῳ*, quod nomen, quia significat „quod solvat sordes“, videtur reponendum esse in additamentis ad Dioscoridem II, 192, ubi nunc legitur: *Στρούθιον .. οἱ δὲ κάθαρσις, ... οἱ δὲ χαμαίρυτον, προφῆται χαλίρυτον, Ῥωμαῖοι ῥάδιξ λανάρια* (i. e. *λανάρια*), *οἱ δὲ ἕρβα λάρια, .. γνώριμόν ἐστι,*

ρεται δὲ κολπούμενόν τε καὶ παφλάζον, οἷαί εἰσιν αἱ δῖναι τῶν ζεόντων ἀναβολάδην ὑδάτων. φασὶν δὲ εἶναι καὶ τὸ βάθος ἀπέραντον τῶν κρατήρων τούτων, ὥστε καὶ βοῦς εἰσπεσόντας ἠφανίσθαι, καὶ ζεῦγος ὀρικὸν ἐσελαυνόμενον, ἔτι δὲ φορβάδας ἐναλαμένας. Ὅρκος δὲ ἔστιν τοῖς Σικελιώταις μέγιστος καθη- 28
ραμένων τῶν προκληθέντων. οἱ δὲ ὁρκωταὶ γραμμάτιον ἔχοντες ἀγορεύουσιν τοῖς ὁρκουμένοις περὶ ὧν ἂν χρήζωσιν τοὺς

Edd. vicahgspdzb.] χάμαι). χαμαιυ. πω P. cλμαιριπω N. — φετεται P. φετηταυ N. — οια (sup. add. ι) P. ιιαι N. — αιΔειναι PN. — Δε ειναι PN. δ' εἶναι h-b. — βαΘος ατειcιναιΔεινα (et seqq. usque ad βαΘος) α. περαντω N. — των καπιρῶ. τοντων ωcρεκαι βυc P. των κραΘηρομτων των ocρε και βyc N. — ειcπεcωνΘαc N. — ἠφανίσθαι h-b. — ζευπος PN. — ὀρικὸν h. — ἐσελαυνόμενον scripsi e coniectura Schneidewini. ελαυνομεν..ον P. ἐλαυνόμενον vulgo. ελαυνομενων N. — εναλαμενας P (non, ut affert Schneidew., ἐναλομένας). εναΔομηνας N. ἐναλλομένας vulgo. 28. Δε εcτῖ P. δέ ἐστιν spdb (h ἐστι, g ἐστὶ, z ἐστὶν). Δη εcε εcτιμ N. — μειcτος P. μεριcτωc N. — πρωκανΘηντων N. — ορκοταιτραμ.ματον P. ορκοται Γραμματον N. — ἀγορεύουσιν s-bN. ἀγορεύουσι hg. αΓερουcουcι P. — του. cορκου. μηνωυc

ᾧ οἱ ἐριοπλύται χρῶνται πρὸς κάθαρσιν τῶν ἐρίων. Cf. Hesych. Χαλαίρυπος ὁ τῶν πλυνομένων ἱματίων ῥύπος, et Χαλέρυπον, τὸ ῥύμμα τὸ ἀπὸ τοῦ νίτρου γενόμενον, ὅ τινες νίτρωμα λέγουσι. Haec si vera est ratio, sensus est: „dem Seifenwafser ähnlich." Α in Μ facile poterat mutari, vel propter antecedens χαμαίζηλοι.

κολπούμενον] i. e. quod dicit Diodorus l. c.: Κίνησιν δὲ καὶ βίαν ῥεύματος εἰς ὕψος ἐξαιρομένην ἔχει θαυμάσιον, et Strabo l. c.: Ἀναβάλλοντας τὸ ὕδωρ εἰς θολοειδὲς ἀναφύσημα. Cf. Mosch. II, 125. Κολπώθη δ' ἀνέμοισι πέπλος βαθύς, Ovid. Metam. XIV, 51. *Parvus erat gurges, curvos sinuatus in arcus.*

παφλάζον] Cf. §§ 19. et 25 extr., et Hom. Il. ν', 798.: Κύματα παφλάζοντα πολυφλοίσβοιο θαλάσσης, et Hesych. Παφλάζει, βράζει, ἀναζεῖ, et Παφλάζοντα, ἠχοῦντα, καχλάζοντα ἀναβράζοντα.

ἀπέραντον] Cf. § 19. *in inmensum profundi*, ibique not.

ζεῦγος ὀρικὸν] Cf. Moeris p. 273. Ὀρικὸν ζεῦγος Ἀττικοί, ἡμιονικὸν Ἕλληνες, et Plato Lys. p. 208. B. τοῦ ὀρικοῦ ζεύγους.

ἐσελαυνόμενον] Simplex verbum, quod est in codicibus, ferri nequit. Nolui autem scribere ἐνελαυνόμενον, quamvis sequatur ἐναλαμένας et facilius ἐν excidere potuerit quam ἐς, quum antecedat ὀρικόν: quia apud Dion. Cass. XLIX, 30., ubi de Romanorum testudine agens dicit: Οὕτω γάρ τοι δεινῶς ἰσχυρίζεται, ὥστε καὶ βαδίζειν τινὰς ἐπάνω αὐτῆς, καὶ προσέτι καὶ ἵππους καὶ ὀχήματα ... ἐνελαύνεσθαι, currus dicuntur agi supra rem, non in rem.

φορβάδας] i. e. equas pascentes.

ἐναλαμένας] Bene se habet aoristus. Cf. Soph. Oed. Tyr. 264. Νῦν δ' ἐς τὸ κείνου κρᾶτ' ἐνήλαθ' ἡ τύχη.

28. Ὅρκος δὲ ἔστιν μέγιστος] Cf. § 20., ubi vid. not. Scripsi δὲ ἔστιν, non δέ ἐστιν, quia sensus est „iusiurandum fieri solet", ut legitur apud Aristotelem l. c. ἔστι δὲ καὶ ὅρκος.

καθηραμένων τῶν προκληθέντων] Prellerus adnotavit: „De προκλήσει ceterisque qui in iureiurando obtinebant ritibus v. Meier. et Schoemann. Att. Process. p. 686 sqq. Antequam iurarent lustrari eos oportebat, ut qui ad sanctissimum Palicorum fanum accessuri erant." Cf. Plat. Phaed. p. 114. Steph. Οἱ φιλοσοφίᾳ ἱκανῶς καθηράμενοι, et Demosth. adv. Boeot. 10. p. 1011. Αὐτὴ δὲ, ἂν πρὸς τῷ διαιτητῇ προκαλῆται αὐτὴν ὁ πατήρ μου ὀμόσαι, .. μὴ δέξεσθαι τὴν πρόκλησιν.

οἱ δὲ ὁρκωταὶ] sunt ii qui exigunt iusiurandum. Cf. Hesych. Ὁρκωτής, ὁ ὁρκίζων.

ἀγορεύουσιν] Hoc verbum Prellerus docuit de iis qui sacramenti formulam praeirent cum excellen-

ὅρκους· ὁ δὲ ὀρκούμενος, θαλλὸν κραδαίνων, ἐστεμμένος ἄζωστος καὶ μονοχίτων, ἐφαπτόμενος τοῦ κρατῆρος ἐξ ὑποβολῆς
29 δίεισιν τὸν ὅρκον. καὶ ἂν μὲν ἐμπεδώσῃ τοὺς ῥηθέντας ὅρκους, ἀσινὴς ἄπεισιν οἴκαδε· παραβάτης δὲ γενόμενος τῶν θεῶν ἐμποδὼν τελευτᾷ. Τούτων δὲ γινομένων ἐγγυητὰς ὑπισχνοῦν-

[Mss. P (AS om. Graec.).
N. — ἂν χρήζωσιν scripsi e coni. C. F. Hermanni suadente Schneid. l. c. ΑΝΔΡΗΖΥΟΙΝ PN. ἀπαιτήσουσι h-b G. Herm. Prell. — ΤΟΥϹ ΟΡΚΟΥϹ P. ΤΟΥϹΟ. ϹΟΡΚΟΥϹ N. τὸν ὅρκον g-b. τὴν ὅρκην mendo typ. h. — ὀρκούμενον h. — ΘΑΛΛΩΝ N. — ΚΡΑΔΑΙΝΩΝ P a sec. m., N. — ΑΖΜϹΤΩϹ N. ΑΖΜΕϹΤΟϹ P. — ΕΦΑΓΙΤΟΜΕΝΟϹ PN. — δίεισι h-b. ΜΕΙϹΙΝ N. ΜΕΙϹΙΜ P.
29. ἐμπεδώσῃ Preller. suffragante Schneidew. ΕΜΠΕΔΟϹΙΝ PN. ἐμπεδῶσι hg Herm. ἐμπεδῶσιν s-b. — ΡΗΕΕΝΡΑϹ N. ΡΗΕΕΝΡΟϹ P. — ΑϹΙΝΗΚ P. — ΑΝΗΙϹΙΝ N. — ΠΡΑΒΑΤΗϹ P. ΠΡΑΒΑΤΕϹ N. — ΤΟΥΤΩΝΑ Δε-

tia dictum esse, ut ὁ νόμος ἀγορεύει.

χρήζωσιν] Hoc verbum prope quidem accedit ad id quod legitur in codicibus, *ΔΡΗΖΥΟΙΝ*, id tamen monendum est, litteras *Δ* et *Χ* in codicibus nostris alias non esse confusas. Quod vulgo legitur, ἀπαιτῶσιν, id sensum quidem refert, sed non potest illinc derivari.

θαλλὸν] Cf. Hesych. Θαλλὸς, κλάδος ἐλαίας, et paulo infra Θαλλοφόρος ὁ πομπεύων Ἀθήνῃσι καὶ ἐλαίας κλάδον φέρων. Consentit Pollux Onom. VII, 32, 147. Tales ramusculos, inprimis olivae, in supplicationibus in manibus gestari solitos esse demonstravit Prellerus coll. Corp. inscr. N. 2715. v. 8 sq. Addo Eurip. Suppl. 10. Ἱκτῆρι θαλλῷ προσπιτνοῦσ' ἐμὸν γόνυ. Illud „manibus gestare" exprimitur verbo κραδαίνων, quod proprie est *vibrans*.

ἄζωστος καὶ μονοχίτων] Cf. Plat. de leg. XII, p. 954. Φωρᾶν δὲ ἂν ἐθέλῃ τίς τι παρ' ὁτῳοῦν, γυμνὸς ἢ χιτωνίσκον ἔχων, ἄζωστος, … οὕτω φωρᾶν, et Plutarch. Coriol. 14. Ἄζωστον ἐβούλοντο προσιέναι καὶ ἀχίτωνα τοῖς πολίταις τὸν δεόμενον αὐτῶν.

ἐφαπτόμενος τοῦ κρατῆρος] Cf. I, 10, 21. et III, 9, 12. Prellerus confert Aristoph. Lysistr. v. 212. Λάζυσθε πᾶσαι τῆς κύλικος et Alciphr. ep. III, 69. τοῦ Καλλιχόρου ἁπτομένη. Vid. E. v. Lasaulx Ueber den Eid bei den Griechen p. 19. C. F. Hermann. Lehrb. d. gottesd. Alterth. d. G. § 22, 11.

ἐξ ὑποβολῆς δίεισιν τὸν ὅρκον] i. e. altero formulam suggerente, vel voce praeeunte. Prellerus confert Aristoph. l. c. Λεγέτω δ' ὑπὲρ ὑμῶν μί' ἅπερ ἂν κἀγὼ λέγω. Ὑμεῖς δ' ἐπομεῖσθε ταῦτα κἀμπεδώσετε, et nos delegat ad ea quae post Boeckhium et Hermannum de his dictionibus disputavit Nitzschius de histor. Hom. II, p. 133 sq.

29. ἂν μὲν ἐμπεδώσῃ τοὺς ὅρκους] i. e. si firmum ratumque praestiterit iusiurandum. Cf. Aristoph. l. c., Xenoph. Cyrop. VIII, 8, 2. Εἴτε ὅρκους ὀμόσαιεν ἠμπέδουν, al. Quod vulgo legitur, ἐμπεδῶσιν, id natum est *HI* mutato in *IN*. Singularis numerus commendatur et antecedenti ὀρκούμενος et sequenti δίεισιν, et aoristus sequenti participio γενόμενος ipsoque sensu.

παραβάτης δὲ γενόμενος τῶν θεῶν] i. e. si peieraverit. Cf. Heliodor. lib. VI. extr. Ἐμοὶ μελήσει ταῦτα καὶ ὅρκοις καὶ θεοῖς τοῖς παραβαθεῖσι, Herodot. IV, 12. Τίνα δαιμόνων παραβάντες, Dionys. A. R. I, 23. Τίνα θεῶν ἢ δαιμόνων παραβάντες τάδε πάσχουσι.

ἐμποδὼν] Prellerus interpretatur ἐν μέσῳ, in conspectu omnium, coll. Aristot. Eth. Nic. V, 8. Χαρίτων ἱερὸν ἐμποδὼν ποιοῦνται, i. e. in media urbe, loco patenti. Sed inesse videtur: „ita ut abire non possit", nam contrarium est ἐκποδὼν ἀπαλλάσσεσθαι, ut ait Herodot. VIII, 75. Est ergo „e vestigio" vel „illico".

τελευτᾷ] Aristoteles l. c., quem sequitur Stephanus Byz. (vid. not. ad § 19.]: Τὸ μὲν πινακίδιον, inquit, βαρὺ γενόμενον ἀφανίζεσθαι, τὸν δ' ἄνθρωπον πίμπρασθαι, nam omnino aliam oraculi tradidit rationem. Diodorus l. c. dicit peierantem visu privari.

ται καταστήσειν τοῖς ἱερεῦσιν, ἐπὴν ἐπάρατόν τι γένηται, κάθαρσιν ὀφλισκάνουσιν τοῦ τε μένους. Περὶ δὲ τὸν τόπον τοῦτον ᾤκησαν Παλικηνοὶ πόλιν ἐπώνυμον τούτων τῶν δαιμόνων [139] *Παλικήν.* Haec Polemon. Sed et Xenagoras in tertia historia sua de loci divinatione ita scribit: *Καὶ οἱ Σικελοὶ τῆς γῆς ἀφο-*

Edd. vicahgspdzb.] ΤΙΝΟΜΕΝΩΝ εΓΓΥΗΤΑC ΥΝΙC . ΕΧΕΝΟΥΝΤΑΙ P. ΤΟΥΤΩΝ α ΔΕΠΝΟΜ ΗΝΟΝ εΓΓΥ ΕΤΑC ΥΝΙC. Χ ΕΝΟΥΝΤΑΙ N. — *ἐπὴν ἐπάρατόν τι* scripsi e coni. ΕΠΗΝΕ. ΑΡΑΟΠ P (non, ut Schneid. affert, ΑΡΟΠ). ΕΠΝΝΕ ΑΡΑ ΟΠ N. *ἐάν τι νεαρόν* h-b G. Herm. Prell. *εἴ τι νεαρὸν* coni. Schneid. — ΤΗΝΕΤΑΙ (om. τι) N. — ΚΑΘΑΒCΙΝ ΟΦΜΕΚΑΝΟΥCΙΝ P. ΚΑΤΑΒCΙΝ οφ. ΜC ΚΑΝΩΥCΙΝ N. — *τοῦ τεμένους* coni. C. F. Hermannus referente Schneidew. l. c. ΤΟΥΡΕ. ΜΕΝΟΥC P. ΤΟΙΡΕΜΕΝΟΥC N. *τοὺς περιγινομένους* vulgo. Totum locum H. Sauppius l. c. sic constituit: *τῶν δὲ κρινομένων* (earum rerum, de quibus disceptatur) *ἐγγυηταὶ γίνονται οἳ ὑπισχνοῦνται καταστήσειν* (sc. *τὰ κρινόμενα*) *τοῖς ἱερεῦσιν, ἐπὴν δ'* (vel *καὶ ἐπὴν*) *ἄρα τι γένηται, κάθαρσιν ὀφλισκάνουσι τοῦ τεμένους.* — CON N. — *τούτων* h. ΤΟΥΡΟΝ PN. — ΜΚΕΙCΑΝ (o add. sup. m) PN. — *Παλικηνοὶ* emendavit G. Hermannus suffragante Schneidewino. *Παλικῖνοι* Preller. Vid. not. *Παλικεινοὶ* Nh-b. ΠΑΛΙΚΕΙΝΟ P. — *Παλικήν* Cluver. G. Herm. Prell. Schneidew. *Παλικεινήν* PNh-b. — *palemon* S. 30. *Sed et anaxagoras* Av-aM123 „BC". *Sed anaxagoras* S. — *interna* N. — *delico* N. — *divinitate* v. — *Καὶ οἱ ... ἐνέπλησαν* om. v-a. Cf. G. Hermann. l. c. p. 321. et Schneidew. l. c. p. 79 sqq. — *Καὶ Σικελῶν* hg. — *Θεγ-*

Τούτων δὲ γινομένων] Prellerus interpretatur haec verba: „antequam iuratur". Equidem ea malim interpretari: „ubi haec fiunt", ut sit idem ac: „quotiescunque Palicorum oraculum consulitur."

ἐγγυητὰς ὑπισχνοῦνται καταστήσειν] Videtur dicendum fuisse *καθιστᾶσι*, nam fideiussores non promittendi tantum, sed dandi erant, ut ait Macrobius § 20. *accepto prius fideiussore.* Idem addit: *de solvendo eo quod peteretur*, sed Aristoteles l. c.: *Διὸ δή*, inquit, *λαμβάνειν τὸν ἱερέα παρ' αὐτοῦ ἐγγύας ὑπὲρ τοῦ καθαίρειν τινὰ τὸ ἱερόν*, et ita sane intelligi possunt Polemonis verba, si *ὀφλισκάνουσι* statuitur esse participium referendum ad *ἱερεῦσι*, hoc sensu: „quibus curae est, ut lustretur fanum." Per se quidem verbum *ὀφλισκάνουσι* commodius ad ipsum iurantem refertur: sed si pro verbo finito habetur, requiritur particula *δέ*, quam adiecit Sauppius, in cuius ratione (vid. app.) id quidem comprobo, quod addito pronomine relativo verba *ὑπισχοῦνται* et *ὀφλισκάνουσιν* retulit ad *ἐγγυητὰς*, sed dubito et inserere duo verba *γίνονται οἵ*, et tollere formulam solemnem *ἐγγυητὰς .. καταστήσειν.*

ἐπὴν ἐπάρατόν τι γένηται] Haec erui ex iis quae leguntur in cod. P., in quo pro *ΕΠΑΡΑΤΟΤΙ* scriptum est *Ε. ΑΡΑΟΠ.* Cf. Polem. fragm. 86. pag. 136. *ἐπὴν δὲ κοπίσωσι*, et Thucyd. II, 17. *Τό τε Πελασγικὸν καλούμενον τὸ ὑπὸ τὴν ἀκρόπολιν, ὃ καὶ ἐπάρατον ἦν μὴ οἰκεῖν*, et paulo infra *διὰ τὴν παράνομον ἐνοίκησιν*, et VIII, 97. *Καὶ μισθὸν μηδένα φέρειν μηδεμιᾷ ἀρχῇ· εἰ δὲ μή, ἐπάρατον ἐποιήσαντο.*

τοῦ τεμένους] Sic optime coniecit legendum esse C. F. Hermannus littera *P*, quae legitur in codicibus, mutata in *T*. Schneidewinus contulit ea quae modo protulimus ex Aristotele, *τὸ καθαίρειν τὸ ἱερόν.* Adde quod *τέμενος* ter legitur apud Diodorum l. c.

Παλικηνοί] scripsit G. Hermannus pro *ΠΑΛΙΚΕΙΝΟΙ* eodem iure ac paulo supra omnes *ᾤκησαν* pro *ΜΚΕΙCΑΝ.* Prellerus e Steph. Byz. protulit *ὁ πολίτης Παλικῖνος*, ideoque sic censuit esse scribendum, sed Schneidewinus monuit apud Stephanum l. c. in cod. Rehdiger. legi *Παλικηνοί*, et paulo supra *Παλικηνὴ κρήνη.* — Infra *Παλικείνην* e vitiosa repetitione ultimae syllabae nominis *Παλικὴν* videtur esse ortum.

30. *loci*] ad fanum vel ad ipsos crateres est referendum.

ρούσης ἔθυσαν Πεδιοκράτει τινὶ ἥρωϊ, προστάξαντος αὐτοῖς τοῦ ἐκ Παλικῶν χρηστηρίου, καὶ μετὰ τὴν ἐπάνοδον τῆς εὐφο-
31 ρίας πολλοῖς δώροις τὸν βωμὸν τῶν Παλικῶν ἐνέπλησαν. Absoluta est, aestimo, et auctoribus idoneis adserta explanatio Virgiliani loci, quem litteratores vestri nec obscurum putant, contenti vel ipsi scire vel insinuare discipulis Palicum dei esse cuiusdam nomen. Quis sit autem deus iste, vel unde sit dictus, tam nesciunt quam scire nolunt, quia nec ubi quaerant suspicantur, quasi Graecae lectionis expertes.

XX. Nec illos versus relinquemus intactos qui sunt in primo Georgicon:

Humida solstitia atque hiemes orate serenas,
Agricolae: hiberno laetissima pulvere farra,
Laetus ager: nullo tantum se Mysia cultu
Iactat, et ipsa suas mirantur Gargara messes.

2 Sensus hic cum videatur obscurior pauloque perplexius quam

[Mss. P (AS om. Graec.).
σαν πεΔειοκρα τειτινι P (N *πεΔειοκρτηι*). *ἔθυσαν τινι* (sic cum lacuna) h. *ἔθυσάν τινι* g-b. *ἔθυσαν Ἀδρανῷ τινι* G. Hermann. l. c. suadente Welckero Annali dell' Inst. arch. Vol. II. p. 254. Nomen *Πεδιοκράτει* revocavit Schneidewin. — *πωολλοις . ροιςτων βομων των παλιςων* N. — *ενεπανςαν* PN. 31. *existimo* Sb. *extimo* v-g. — *nostri* Edd. P. — *contempti* N. — *vel insinuare* om. P. — *Quid* As-bP. — *volunt* S.
XX. *Caput XX. De Gargaris et Mysia ex primo Georgicon.* ch-b. 1. *quae sunt* h. — *γεοργικῶν* v-g. — *Humida*] Georg. I, 100. — v. 4. *laetat* P. 2. *obscurior* (sup. *us*) S. — *perplexior* (sup. *us*) S.

Πεδιοκράτει] Welckerus (vid. app.), quem secutus est G. Hermannus, scribendum esse censuit *Ἀδρανῷ*, qui dicitur a Plutarcho Timol. 12. *θεός τις τιμώμενος διαφερόντως ἐν ὅλῃ Σικελίᾳ* et a Nymphodoro apud Aelianum H. Anim. XI, 20. *ἐπιχώριος δαίμων*. Schneidewinus negavit hunc posse intelligi, quum sequerentur verba *τινὶ ἥρωϊ*, Hadranus autem ille ab Hesychio s. v. *Παλικοὶ* diceretur Palicorum pater: id quod ideo minus me movet, quia et vulgo Palici non dicuntur eius filii, et quia haec verba non ipsis tribuuntur Palicis: sed maximum momentum afferunt codices, in quibus nihil est eiusmodi, sed *πεΔειοκρατει*, ut Schneidewinus scribens *Πεδιοκράτει* nihil fere mutaverit. Hoc nomen Sauppius l. c. docuit non omnino novum esse, sed a Diodor. commendari, qui de Hercule Siciliam peragrante loquens diceret (IV, 23.) haecce: *Ἐνίκησεν ἐπιφανεῖ παρατάξει, καὶ πολλοὺς ἀπέκτεινεν, ἐν οἷς μυθολογοῦσί τινες καὶ στρατηγοὺς ἐπιφανεῖς γεγενῆσθαι τοὺς μέχρι τοῦ νῦν ἡρωϊκῆς τιμῆς τυγχάνοντας, Λεύκασπιν καὶ Πεδιακράτην κτλ.*, quam nominis formam vere Siculam esse statuit coll. Ahrens. dial. Dor. p. 135 sq. et Lobeck. ad Phryn. p. 649 sqq.

31. *litteratores vestri*] Vid. nott. ad I, 24, 20. et V, 1, 4 et 2, 17.

nec .. putant] i. e. ne putant quidem, ut paulo infra *nec .. suspicantur* ne suspicantur quidem. Vid. prolegg. p. XLI.

insinuare] Vid. prolegg. p. XLIV.

ubi quaerant] i. e. ubi quaerendum sit.

quasi .. expertes] i. e. ut expertes esse videantur, nisi forte *quasi* positum est pro *ut*.

XX, 2. *cum videatur obscurior, ... tum habet in se*] Quod vulgo legitur, *tamen*, id ferri non potest, nam haec inter se non opponuntur, sed afferuntur causae cur hi versus egeant interpretatione, una latius patens, quod sensus sit obscurior minusque dilucide expressus, altera peculiaris, quod insit quaestio ad Graecam antiquitatem pertinens. De coniunctivo *videatur*

poetae huius mos est pronuntiatus, tum habet in se animadvertendam quaestionem ex Graeca antiquitate venientem, quae sint ista *Gargara* quae Virgilius esse voluit fertilitatis exemplar. 3 Gargara haec igitur sunt in Mysia, quae est Hellesponti provincia. Sed significatio nominis et loci duplex est. Nam et cacumen [140] montis Idae et oppidum sub eodem monte hoc nomine vocantur. Homerus significationem cacuminis ita ponit: 4

Ἴδην δ' ἵκανεν πολυπίδακα, μητέρα θηρῶν,
Γάργαρον.

Hic Gargarum pro excelsissimo montis loco accipi convenire et ipse sensus indicium facit: nam de Iove loquitur. Sed et alibi 5 eodem Homero teste manifestius exprimitur:

Ὣς ὁ μὲν ἀτρέμας εὗδε πατὴρ ἀνὰ Γαργάρῳ ἄκρῳ,

et Epicharmus vetustissimus poeta in fabula quae inscribitur *Troes* ita posuit: — *Ζεὺς ἄναξ*
Ἀν' Ἴδαν ναίων Γάργαρ' ἀγάννιφα.

Edd. vicahgspdzb.] — *tum* PS. *tam* A. *tamen* Edd. — *quae sunt* A. 4. *posuit* Sv-g. — *Ἴδην*] Il. θ', 47. Pro his Homeri verbis legitur in v1 *γάργαρον ἄκρον*, in v3 *γάργαρον κᾶρὸν*, in i *γάργαρον κᾶρον*, in ca *Ἥρη δὲ κραιπνῶς προσεβήσετο γάργαρον ἄκρον Ἴδης ὑψηλῆς* (Il. ξ', 292; c in mg.: „locus restitutus ex Ilia. 14.). — v. 2. *ΤΑΡΟΝ* P. — *excellentissimo* A. — „Forte *convenit*." Zeun. 5. *Ὣς*] Il. ξ', 352. *Ὣς .. ἄκρῳ* om. v-a. — *ΓαρΓαρακω* (*ω* add. sup. *α*) P. — *epicarnus* A. — *Ζεὺς .. ἀγάννιφα* om. v-a. *Ζεὺς ἄναξ ἀν' Ἴδαν ναίων Γάργαρ' ἀγάννιφα* (uno versu) Schneidewinus Zeitschr. f d. Alt. Wiss. 1843. p. 470. *Ζεὺς ἄναξ, ναίων ἀν' Ἴδαν Γάργαρ' ἔνθ' ἀγάννιφα* id. ibid. 1844. p. 158. *Ζεὺς ἄνα ναίων Γάργαρ' ἀγάννιφα* hg probante Ahrensio de dial. Dor. Addend. p. 576. (s-b *ἄναξ*). *ΖΕΥΕ ΑΝΑΞ ΑΝΑ* (sup. add. *α*) *ΔΑΝΝΑΙΩΝ ΓαρΓαρα αΓαΝΝΙφα* P (N *ΑΝΑΑΔΑΝ*). *Ζεὺς ἄναξ ναίων κάρανα Γαργάρων ἀγάννιφα* Meinekius ibid. 1843. p. 295. (*Ζεὺς ἄναξ κάρανα ναίων* id. ibid. 1844. vid. F. Haasii not. 471. ad Reisig. Vorles. ueb. lat. Sprachwiss.

3. *in Mysia, quae est Hellesponti provincia*] Dicendum erat, *quae est Hellesponti provinciae pars*, nam Troas et Mysia Macrobii aetate efficiebant Hellesponti provinciam consularem (*τὴν ἐπαρχίαν Ἑλλησπόντου*). Cf. Mannert. Geogr. d. Gr. u. R. VI, 3, p. 407., ubi citatur Hierocles p. 658 cet.; et Real-Enc. III, p. 1114., ubi praeter hunc locum citantur Sext. Ruf. Brev. 10., et Orell. Corp. inscr. N. 3651.

cacumen montis Idae cet.] Cf. Strab. XIII, 1, § 5., p. 583. *Τούτων* (*τοῦ Λεκτοῦ καὶ τῆς Ζελείας*) *καὶ τὴν ἀκρώρειαν ἀφορίζει* (*ὁ ποιητής*) *Γάργαρον, ἄκρον ἕτερον· καὶ γὰρ νῦν Γάργαρον ἐν τοῖς ἄνω μέρεσι τῆς Ἴδης δείκνυται τόπος, ἀφ' οὗ τὰ νῦν Γάργαρα πόλις Αἰολική*. Plinius N. H. V, 30. s. 32. § 122. *Intus mons Gargara eodemque nomine oppidum.* Mannert. l. c. p. 419.

4. *significationem cacuminis*] Haec non insunt in verbis Homericis quae posuit Macrobius, sed in proxime antecedentibus (Il. θ', 45 sq.): *Τὼ δ' οὐκ ἄκοντε πετέσθην Μεσσηγὺς γαίης τε καὶ οὐρανοῦ ἀστερόεντος*, et in sequentibus (v. 51.): *Αὐτὸς δ' ἐν κορυφῇσι καθέζετο*: e quibus tamen et ipsis non elucet id quod infra dixit Macrobius, *Gargarum pro excelsissimo montis loco accipi convenire*, sed potius Homerum Gargarum habuisse pro parte montis in planitiem procurrente.

5. *quae inscribitur Troes*] Cf. Bode Gesch. d. Hell. Dichtkunst III, 2, p. 72.

Ζεὺς ... ἀγάννιφα] Schneidewini coniecturam *ἀν' Ἴδαν*, ut quae proxime accederet ad codicum lectionem, recepi, sed versus mihi videntur esse dochmiaci, quamob-

6 Ex his liquido claret Gargara cacumen Idae montis appellitari.
7 Pro oppido autem Gargara qui dixerint enumerabo. Ephorus, notissimus historiarum scriptor, in libro quinto sic ait: *Μετὰ δὲ τὴν Ἄσσον ἐστὶ τὰ Γάργαρα πλησίον πόλις.* Nec Ephorus solus, sed etiam Phileas vetus scriptor in eo libro qui inscribitur *Asia* ita meminit: *Μετὰ Ἄσσον πόλις ἐστὶν ὄνομα Γάργαρα·*
8 *ταύτης ἔχεται Ἄντανδρος.* Arati etiam liber Elegion fertur, in quo de Diotimo quodam poeta sic ait:

Αἰάζω Διότιμον, ὃς ἐν πέτραισι κάθηται
Γαργαρέων παισὶν βῆτα καὶ ἄλφα λέγων.

Ex his versibus etiam civium nomen innotuit, quia *Gargares* vo-
9 cantur. Cum igitur constet Gargara nunc pro montis cacumine nunc pro oppido sub eodem monte posito accipienda, Virgilius
[141] non de summo monte sed de oppido loquitur. Cur tamen Gar-
10 gara posuerit ut locum frugum feracem, requiramus. Et omnem quidem illam Mysiam opimis segetibus habitam satis constat, scilicet ob humorem soli. Unde et Virgilius in supra dictis versibus cum dixisset: *Humida solstitia*, intulit: *Nullo tantum se Mysia*

[Mss. P (AS om. Graec.).
p. 11.). 6. *Ex his* om. A. 7. *Μετὰ ... πόλις* om. v-a. — *ΤΗΝ ΝΑCCON* P. *ΤΗΝ ΝΑCCωΝ* N. — *ἐστὶ τὰ Γάργαρα* coni. Schneidewin. l. c. 1843. p. 471. *ΕCΤΙΝΑΓΑΡΓΑΡΑ* P. *ΗCΤΙΝΓΑΡΓΑΡΑ* N. *ἔστι γάργαρα* hg. *ἐστὶν γάργαρα* s-b. — *ΤΑΝCΙΑΝ* P. — *Nc Ephorus* S. — *Μετὰ .. Ἄντανδρος* om. v-a. 8. *eligion fertur* AS. *fertur eligion* s-bP. — *Αἰάζω*] Cf. Brunck. Anall. I, p. 253., et Stephan. Byz. s. v. *Γάργαρα*. *Αἰάζω .. λέγων* om. vic. (Zeun. ex Edit. vet. affert *Αἰάζω ὅτι μοῦνος ἐνὶ*). *ΔΙΑΖω* P. — *πέτρῃσι* Edd. — *παισὶ* a. *παῖσι* hg. 9. *posuit* (sup. add. *er*) A. 10. *segetis* S. — *constet* S. — *solis* S. — *unde* (om. *et*) v-g. — *supra dictis*] § 1. — *culta* h. — *quo diceret* scripsi e coni. *atque*

rem distinxi post *ἄναξ*, ut *Ζεὺς ἄναξ* pro clausula versus habenda essent, reliqua autem pro duobus dochmiis. Sic ea quae in codicibus leguntur, non egent emendatione: sed haud scio an hoc metrum huic poetae recte tribuatur. Schneidewinus transpositis verbis effecit tetrametrum trochaicum.

6. *claret*] Cf. I, 19, 16.

7. *Μετὰ δὲ τὴν Ἄσσον* cet.] Cf. Strab. XIII, 1, § 51. p. 606. *Μετὰ γὰρ τὸ Λεκτὸν τὸ Πολυμήδιόν ἐστι χωρίον τι ἐν τετταράκοντα σταδίοις· εἶτ' ἐν ὀγδοήκοντα Ἄσσος, μικρὸν ὑπὲρ τῆς θαλάσσης· εἶτ' ἐν ἑκατὸν καὶ τετταράκοντα τὰ Γάργαρα· κεῖται δὲ τὰ Γάργαρα ἐπ' ἄκρας ποιούσης τὸν ἰδίως Ἀδραμυττηνὸν καλούμενον κόλπον... Ἐντὸς δὲ ἡ Ἄντανδρός ἐστιν.*

8. *Elegion*] Rectius fortasse Graece scribitur *Ἐλεγείων*.

de Diotimo quodam] Stephanus idem epigramma affert s. v. *Γάργαρα*, adiiciens: *ἐκεῖ δὲ Διότιμος ὁ Ἀδραμυττηνὸς ἐδίδασκε γράμματα.*

Gargares] immo *Γαργαρεῖς*, quod potius vertas *Gargarenses*.

9. *Gargara ... accipienda*] Stephanus l. c.: *Ἐπαφρόδιτος δέ φησιν, ὅτι ἡ μὲν πόλις θηλυκῶς λέγεται, τὸ δ' ἀκρωτήριον οὐδετέρως*, sed Macrobius, ut Virgilius l. c. et Epicharmus (cf. § 5.), *Gargara* statuit esse nomen generis neutrius numeri pluralis.

10. *opimis segetibus habitam*] Participium *habitam* videtur positum esse pro *praeditam*, ut *haberi* dicitur pro esse, non plane abiecta possidendi notione, cf. Kritz. ad Salust. Catil. I, § 4. et Hildebrand. ad Apul. de mundo 12.

ob humorem soli] Cf. schol. Venet. ad Hom. Il. θ', 48. *Γάργαρον, τὸ ἀκρωτήριον τῆς Ἴδης, ἤτοι ἀπὸ τοῦ γαργαρίζειν καὶ ἀναδιδόναι τὰ ὕδατα.*

cultu iactat, quo diceret: *Omnis regio quae oportunos habuerit humores aequiparabit fecunditates arvorum Mysiae.* Sed Homerus 11
cum ait: Ἴδην πολυπίδακα, humidum designat subiacentem monti agrum. Nam πολυπίδακα significat fontibus abundantem. Unde haec Gargara tanta frugum copia erant, ut qui magnum cuiusque rei numerum vellet exprimere pro multitudine inmensa Gargara nominaret. Testis Alcaeus, qui in Comoedotragoedia sic ait: 12

Ἐτύγχανον μὲν ἀγρόϑεν πλείστους φέρων
εἰς τὴν ἑορτὴν ὅσσον οἷον εἴκοσι.

Edd. vicahgspdzb.] *diceret* Mss. et Edd. (g in mg. *atque si diceret*). — *habuit* v. 11. Ἴδην πολυπίδακα om. vi. ιΔΗΝ ΠΟΛΙ ΠΙΑΔΑΚΑ P. Ἴδην δ' ἵκανεν πολυπίδακα h-b. Ἴδην δ' ἵκανεν πολυπίδακα μητέρα ϑηρῶν (c ϑυρῶν) Γάργαρον ca (c in mg.: „Locus restitutus ex Iliad. 8.“). — ποδιπια-Δακα P. *polit idiaca* A. *polipidaca* S. *polypidata* vi. *polypidaca* c-g. — *frondibus* P. — *Unde* om. P. *Inde* A. — *compuderant* (in mg. *copia erant*) A. 12. *in Comoedotragoedia* scripsi e coniectura Fabricii. Vid. not. *in coedo tragoedia* P (A „B“ *caedo*; „C“ *cedo*; N *caeda* (vel *caecla*) *truediae*). *in Coelo tragoedia* Edd. — Ἐτύγχανον ... κύκλῳ om. v-a. Cf Meinek fragm. comic. Graec II, 2, p. 830. Schneidewin. l. c. 1843. p. 471. — v. 1. αΘΡΟΘΑΝ N. — „πλείστους corruptum videtur.“ Mein. — φερω P. φερο N. — v. 2. οccoΝ P. ωccoΝ N. ὅσον Edd.

quo diceret] Quia non liquet, unde in iis quae vulgo leguntur, *atque diceret*, pendeat coniunctivus modus, sic scripsi. Nam *iactat quo*, iterata syllaba *at* facile poterat abire in *iactat atque*.

fecunditates] Hic unus est locus quo hoc vocabulum numero plurali me legere memini.

11. *πολυπίδακα significat fontibus abundantem*] Hoc ἐπίϑετον cur datum sit Idae, exponit Strabo XIII, 1. § 43. p. 602.

ut ... pro multitudine inmensa Gargara nominaret] Haec notio in ipso nomine inesse putatur. Cf, Suid. s. v. Ψαμμακοσιογάργαρα: Τὸ δὲ γάργαρα καὶ αὐτὸ ἐπὶ πλήϑους λαμβάνεται, cet. Hesych. Γαργαίρειν, πληϑύνειν et Γάργαλα, πλῆϑος, πολλά, Varro L. L. I, 11, § 76. e coni. Scaligeri: *ut quidam Graeci greges γάργαρα*, ubi in codicibus legitur *gergera*. O. Muellerus Etrusk. I, p. 13. statuit hos quosdam Graecos esse Siculos (coll. schol. ad Arist. Acharn. 3), indeque hoc vocabulum pervenisse ad poetas comicos Atticos, *GREG* et *ΓΑΡΓ* ex eadem origine esse repetita. Verbum γαργαίρειν bene confertur cum nostro „*wimmeln*“. Doederlein. Reden u. Aufs. II. p. 113. statuit vocem γάργαρα a verbo ἀγείρειν esse derivatum.

12. *Alcaeus .. in Comoedotragoedia*] In omnibus editionibus legitur *in Coelo tragoedia*, sed Fabricius in Bibl. Gr. lib. II, c. 19. p. 665. ed. 1708. (II, p. 283.): „An legendum, inquit, Κωμῳδοτραγῳδίᾳ ex Harpocratione in ἀδδηφάγους, Suida in ἀδηφαγία et Apostolio Centur. I. proverb. 51.?“ Consentit Meinekius. Vid. Hist. crit. comic. Graec. p. 247. Schneidewinus l. c. scripsit: „*in Coelo tragoedia* (*Comodotragodia*).“ Corruptelae codicum ortae sunt e compendio scripturae c̄o*oedotragoedia*. Verba Harpocrationis haec sunt: Ἀλκαῖος δὲ ἐν τῇ κωμῳδοτραγῳδίᾳ τοὺς πότας λύχνους ἀδδηφάγους εἶπεν. Eadem leguntur apud Suidam, nisi quod habet ἐν τῷ κωμῳδοτραγῳδῷ. F. Gu. Wagnerus in poetarum trag. Graec. fragmm. III, p. 181. citavit etiam Photium. De poeta ipso Suidas: Ἀλκαῖος, Μυτιληναῖος, εἶτα Ἀϑηναῖος, inquit, κωμικὸς τῆς ἀρχαίας κωμῳδίας [πέμπτος]· υἱὸς δὲ Μίκκου· ἔγραψε δράματα δέκα. Quae idem praemittit: Ἀλκαῖος, Ἀϑηναῖος, τραγικὸς, ὅν τινες ϑέλουσι πρῶτον τραγικὸν γεγονέναι, ea Wagnerus l. c. statuit inde esse profecta, quod in fonte ex quo lexicographus hauserit, fuerit commemoratum Alcaeum primum tragoediam cum comoedia commiscuisse. Cf. Bode Gesch. d. hell. Dichtk. III, 2. p. 386.

ὁρῶ δ' ἄνωθεν Γάργαρ' ἀνθρώπων κύκλῳ.

Gargara, ut videtis, manifeste posuit pro multitudine. Nec aliter Aristomenes *ἐν Βοηθοῖς:*

Ἔνδον γὰρ ἡμῖν ἐστιν ἀνδρῶν Γάργαρα.

13 Aristophanes autem comicus conposito nomine ex arena et Gargaris innumerabilem, ut eius lepos est, numerum conatur exprimere. In fabula enim *Ἀχαρνεῦσιν* ait:

Ἅδ' ὠδυνήθην ψαμμακοσιογάργαρα.

[142] *Ψαμμακόσια* autem seorsum pro multis Varro saepe in Menippeis suis posuit, sed Aristophanes adiecit *γάργαρα* ad significationem
14 numerositatis innumerae. Est ergo secundum haec sensus horum versuum talis: *Cum ea sit anni temperies, ut hiems serena sit, solstitium vero imbricum, fructus optime proveniunt.* Haec autem

[Mss. P (AS om. Graec.).

Mein., qui adnotavit: „Toupius Emend. III, p. 19. tentat *ὥς ἂν*, quod non sufficit.“ Hoc recepit Schneidew. — *ωιον* N. *οἷομ'* coni. Schneidew. — v. 3. *ανοτιιν* N. — *ΓαρΓαρα* P. — *ανΘρωΓιον* N. — *Non aliter* A. — *ἐν Βοηθοῖς* ca (c in mg.: „Locus restitutus“). Sic legendum esse perspexit Fabricius. Vid. not. om cum versu Graeco vi. *ἐν μύθοις* h-bP. — *Ἔνδον*] Cf. Meinek. fragm. comic. Graec. II, 2. p. 730. *εν ιδ* P. — *ἐστιν ἀνδρῶν* om. ca (c in mg. Locus restitutus). — *Ἀχαρνεῦσιν*] v. 3. *Acharneusin* PSviM123 „CB“. *acharcusin* A. *achaneusin* c. *achanensium* a. *Acharneusium* h. *Acharnensin* spl. *Acharnensium* gp2-b. — *Ἅδ' .. γάργαρα* om. vi. In c-g leguntur Acharn. vv. 1–4. *Ὅσα δὴ .. χαιρηδόνος.* — *ψαμμοκοσιογάργαρα* c-b (ut vulgo apud Aristoph.). — *ψιμμακοισια* P. *ψαμμακόσια* spl. *ψαμμοκόσια* p2-b. om. vi. *Arenam* c-g (hg in mg. *ψαμμακόσια*). 14. *horum versuum*]

v. 2. *ὅσσον οἷον εἴκοσι*] Recepi id quod in codd. mss. legitur, quum nulla satis certa sit emendatio, et illud *ὥς ἂν*, quod ex emendatione Toupii Schneidewinus ascivit minus commode coniungatur cum numero *εἴκοσι*. Huic magis accommodatum est *οἷον*, ut ait Thucydides IV, 90.: *Τὸ μὲν στρατόπεδον προαπεχώρησεν ἀπὸ τοῦ Δηλίου οἷον δέκα σταδίους*, i. e. circiter decem stadia: *ὅσσον* autem videtur additum ut dicitur *ὅσον ὀλίγον* et similia, ubi videtur idem esse ac *μόνον*, cf. Zeun. ad Viger. p. 130., Devar. de Gr. l. part. p. 260. Denique haec coniungenda esse videntur cum voce *πλείστους*, ut sensus sit: „non plures quam circiter viginti.“

ἐν Βοηθοῖς] Quod inde a Camerario legitur, *ἐν μύθοις*, id nititur quidem codice P (nam ex cod. N. nihil de hoc loco est enotatum), sed tamen mihi temperare non potui quin scriberem *Βοηθοῖς*, quum hoc unice verum sit comoediae nomen et *BOH* facile abire potuerit in *MY*. Fabricius B. Gr. lib. II. c. 22. p. 748. *ἐν Βοηθοῖς* affert e schol. ad Aristoph. Acharn. (v. 3.) Priscian. XVIII, 26. et Suid. l. c. ad § 11., qui hunc ipsum attulit versum. Consentit Meinek. Vid. Histor. crit. comic. Graec. p. 212. Bod. l. c. p. 480. censet ad belli Peloponnesiaci tempora pertinere hanc fabulam.

13. *conposito nomine ex arena et Gargaris*] Hanc rem fusius tractavit Suidas l. c.

in fabula .. Ἀχαρνεῦσιν] Cf. c. 21. § 3. *in fabula Amphitryone* et c. 22. § 7. *in fabula Troadibus.*

Varro saepe in Menippeis suis posuit] Cf. LXXXVI. *Τάφ. Μενίππου* fr. 12. p. 221. Oehl. *Romani ψαμμακόσιοι, non qui in urbe inter nundinum calumniarentur*, ubi *ψαμμακόσιοι* e coniectura restitutum est. Praeterea inter illa fragmenta non invenitur haec vox.

14. *solstitium*] Huc pertinet quod Heynius adnotavit ad hunc Virgilii locum: „*Solstitium* proprie de aestivo latine dicitur, hiemale *bruma* vocatur.“

imbricum] est vox Plautina. Cf. Merc. V, 2, 35. *auster imbricus.* Fest. ap. Paul. lib. IX. p. 109.

adeo agris necessaria sunt, ut sine his nec illi natura fecundissimi Mysiae agri responsuri sint opinioni fertilitatis quae de his habetur. Addit Mysiae nominatim Gargara, quod ea urbs posita in 15 imis radicibus Idae montis defluentibus inde humoribus inrigetur, possitque videri solstitiales imbres non magnopere desiderare. Hoc in loco ad fidem sensui faciendam quod uliginosa sint non 16 sola Gargara pro vicinia montis, sed et universae Mysiae arva, adhiberi potest testis Aeschylus:

Ἰὼ Κάϊκε Μύσιαί τ' ἐπιῤῥοαί.

Quid de Graecis in hoc loco traxerit diximus. Addemus prae- 17 terea hoc iocunditatis gratia, et ut liqueat Virgilium vestrum undique veterum sibi ornamenta traxisse, unde hoc dixerit:

Hiberno laetissima pulvere farra.

In libro enim vetustissimorum carminum, qui ante omnia quae a 18 Latinis scripta sunt conpositus ferebatur, invenitur hoc rusticum vetus canticum:

Hiberno pulvere verno luto grandia farra, camille, metes.

XXI. Nomina poculorum Virgilius plerumque Graeca ponit, [143] ut *carchesia*, ut *cymbia*, ut *cantharos*, ut *scyphos*. De carchesiis ita:

— Cape Maeonii carchesia Bacchi:
Oceano libemus, ait,

et alibi: *Hic duo rite mero libans carchesia Baccho;*
de cymbiis: *Inferimus tepido spumantia cymbia lacte;*

Edd. vicahgspdzb.] Cf. § 1. — *sine iis* v-g. 15. *Addidit* S. 16. *Hic in loco* A. — *provincia* vi. *provinciae* c-g. — *Ἰὼ .. ἐπιῤῥοαί* om. Sv-a. *Μύσι ἐπιῤῥοαί* hg. *ΙΟ ΚΙΚΕ ΜΙΚΙ ΕΠΙΡΡΟΑΙ* P. *ΙΩ ΚΙΚΕ ΜΙΚΙΕΝ ΙΡΡΟΑΙ* A. *Ιω κικε μυσι ἐπιῤῥοαι* in cod. se legisse ait Canterus, qui Var. lect. I, 21. coniecit legendum: *Ἰὼ κάϊκε μυσιαί τ' ἐπίῤῥοαι.* Cf. Aesch. fragm. 134. Dind., *Μυρμιδόν.* 3 (p. 54.) et *Μυσ.* 2 (p. 62.) Both., Strabo XIII, 1 extr., scholiastes Hephaestionis p. 84 (163 ed. Gaisf.). 17. *cum iucunditatis* (v *ioc.*) *gratia* v-g. — *Hiberno*] Cf. § 1. — *nostrum* v-g.

XXI. *Caput XXI. De poculorum generibus.* 1. *posuit* P6. — *chascesia* P. *chatesia* P6. — *et cimbia* S. — *scyphos* (om. *ut*) v-g. — *De carchesis* A. *de carchasiis* h. — *Cape*] Georg. IV, 380. *Carpo* S. — *Hic*] Aen. V, 77. — *rite* om. A. — *Inferimus*] Aen. III, 66. — *trepido* S.

Muell. *Imbrica tempestate pluviam videtur significare.* Salmasius Exercc. Plin. p. 72. b. F. docuit et *imbricus* et *imbridus* dici, ut *albicus* et *albidus*.

15. *quod ... inrigetur*] Cf. § 11.

16. *Ἰὼ .. ἐπιῤῥοαί*] Hunc versum Strabo XIII, 1. extr. ait legi *κατὰ τὴν εἰσβολὴν τοῦ ἐν Μυρμιδόσι προλόγου*, sed Bothius in Aesch. fragm. p. 62. ad fabulam potius quae inscribitur *Μυσοί* eum referendum esse statuit.

17. *vestrum*] Vid. not. ad c. 1. § 4. et c. 2. § 17.

Hiberno laetissima pulvere farra] Plinius non omnino consentit cum Virgilio: nam ille N. H. XVII, 2. § 13 sq.: *Ergo*, inquit, *qui dixit hiemes serenas optandas, non pro arboribus vota fecit: nec per solstitia imbres vitibus conducunt. Hiberno quidem pulvere laetiores fieri messes luxuriantis ingenii fertilitate dictum est.*

18. *In libro .. vetustissimorum carminum*] Festus ap. Paul. lib. VI. p. 93. huic versui praemisit haec: *Sicut habetur in antiquo carmine, quum pater filio de agricultura praeciperet.*

camille] Vid. not. ad III, 8, 6.

de cantharo: *Et gravis adtrita pendebat cantharus ansa.*
De scyphis: *Et sacer inplevit dextram scyphus.*
2 Ea autem cuius figurae sint quisve eorum fecerit mentionem
nemo quaerit, contenti scire cuiuscemodi esse pocula. Et scyphos
quidem cantharosque, consueta vulgi nomina, ferendum si trans-
eant, sed de carchesiis cymbiisque quae apud Latinos haud scio
an umquam reperias, apud Graecos autem sunt rarissima, non
video cur non cogantur inquirere quid sibi nova et peregrina no-
3 mina velint. Est autem *carchesium* poculum Graecis tantummodo
notum. Meminit eius Pherecydes in libris historiarum, aitque
Iovem Alcmenae pretium concubitus carchesium aureum dono
dedisse. Sed Plautus insuetum nomen reliquit, aitque in fabula
[144] Amphitryone *pateram* datam, cum longe utriusque poculi figura
4 diversa sit. Patera enim, ut et ipsum nomen indicio est, planum
ac patens est, carchesium vero procerum et circa mediam partem

|Mss. P (AS om. Graec.).
— *Et gravis*] Ecl. VI, 17. — *Et sacer attrita* P. — *Et sacer*] Aen. VIII, 278. 2. *eiusmodi* S. *huiuscemodi* v-g. — *si crauscant* A. *si nausiant* „B". — *an nunquam* vl. — *sint* S. — *peregrina graeca* v-g. — *velint nomina* S. 3. *feredes* A. — *atque* S. — *Alcumenae* Edd. P. — *etque in* P. — *Amphitryone*] I, 3, 36. 4. *etiam ipsum* P. — *et patens* S. — *compressum mediocriter*, *ansatum* Casaubonus, qui adnotavit: „Neque enim *ansatum mediocriter* potest dici, cuius ansae ad infimum pertingunt a summo," et Zeunius, qui adnotavit: „Cum *ansatum mediocriter* sequentibus plane repugnet, transfer *mediocriter* ad *compressum;* atque nisi *ansatum* omnino delere malueris, quod durum esse videtur, in locum τοῦ *mediocriter* translati substitue *utrimque*." *compressum*, *ancatum mediocriter* coni. Pontanus, qui adnotavit: „Fuit hoc poculum, ut Graeca verba sunt, *ἱκανῶς ἐπίμηκες*, et ideo compressum quidem circa meditullium sed protuberans leviter.... *Ancatum* autem ab *ancus* formatum est. Festus [p. 19. Muell.] *Ancus appellatur qui aduncum habet brachium, ut exporrigi non possit.* Glossae: *Ancus*, *λοϱδός*." Vid. not. —

XXI, 2. *nemo quaerit*, *contenti scire*] i. e. quum omnes litteratores satis habeant scire, cf. c. 19. § 31.

cuiuscemodi] Macrobio tribuere hanc formam non dubitavi, quae in nonnullis exemplaribus legitur vel apud Ciceronem de invent. II, 45, 134. Rectior forma est *cuiusquemodi*, cf. Duker. ad Flor. III, 4, 2., Davis. ad bell. African. 19., Oudendorp. et Hildebrand. ad Apul. Met. VIII, 17. p. 554. *Eiuscemodi* legitur c. 19, 20.

consueta vulgi nomina] Genitivus ponitur pro dativo, ut Comm. I, 18, 5. *Orionis proximam regionem* et 8. *mundanae volubilitatis consona accessione*, ubi vid. not.

3. *Meminit eius Pherecydes cet.*] Cf. Athen. XI, 49. p. 474 f. *Ἀρχαιότατον δ᾽ ἐστὶ ποτήριον τὸ καρχήσιον, εἴ γε ὁ Ζεὺς ὁμιλήσας Ἀλκμήνῃ ἔδωκε δῶρον αὐτὸ τῆς μίξεως, ὡς Φερεκύδης ἐν τῇ δευτέρᾳ ἱστορεῖ καὶ Ἡρόδωρος ὁ Ἡρακλεώτης*, et p. 475. c. *Χάρων δ᾽ ὁ Λαμψακηνὸς ἐν τοῖς Ὥροις παρὰ Λακεδαιμονίοις, φησὶν, ἔτι καὶ εἰς αὐτὸν δείκνυσθαι τὸ δέπας τὸ δοθὲν Ἀλκμήνῃ ὑπὸ Διὸς, ὅτι Ἀμφιτρύωνι εἰκάσθη.*

aureum] Hoc *ἐπίθετον* non agnoscit Athenaeus.

4. *patera .. planum ac patens est*] Cf. Varr. L. L. V, 26, § 122. *Praeterea in poculis erant paterae ab eo quod latum Latini dicunt dictae.*

et circa mediam partem conpressum, ansatum mediocriter] Ab Athenaeo haec esse desumpta vidit iam Casaubonus et ipsa eius verba attulit Zeunius, quae (XI, 49. p. 474. e.) sunt haecce: *Καρχήσιον Καλλίξεινος ὁ Ῥόδιος ἐν τοῖς περὶ Ἀλεξανδρείας φησὶν ὅτι ποτήριόν ἐστιν ἐπίμηκες, συνηγμένον εἰς*

conpressum, ansatum mediocriter, ansis a summo ad infimum pertingentibus. Asclepiades autem, vir inter Graecos adprime doctus 5
ac diligens, carchesia a navali re existimat dicta. Ait enim navalis veli partem inferiorem *πτέρναν* vocari, at circa mediam ferme partem *τράχηλον* dici; summam vero partem carchesium nominari, et inde diffundi in utrumque veli latus ea quae cornua vocantur. Nec solus Asclepiades meminit huius poculi, sed et alii 6
inlustres poetae, ut Sappho, quae ait:

— *Κῆνοι δ' ἄρα πάντες*

Edd. vicahgspdzb.] *pertingentibus* ASv-gM123P6 „CB". *pertinentibus* s-bP. 5. *Asclephiades* A. — *pternam* Sh. *ternam* A. *paternam* v1. *pateram* v3-ag. — *trachelon* A. — *et inde ... vocantur* om. P. — *veli* om. S. — *eaque* v-g. 6. *Κῆνοι*] Cf. Athenaeus XI, 7, 49. p. 475, a. Sapph. fragm. 70. Neue, 46. Schneidew. Delect., Ahrens Dial Aeol. fragm. 32, Rhein. Mus. 1844, p. 394. *Κῆνοι .. καρχήσιον* om. via. In ch-b adduntur sequentia: *Ἀράσαντο δὲ πάμπαν ἐσθλὰ τῷ γαμβρῷ*, (in chg tres sunt versus, quorum primus finitur verbo *ἔχον*, alter verbo *πάμπαν*; in iisdem legitur *ἐσλά*). *Κοινῇ* chg. *κοινῇ* s-b. „Cod. Thuan. ΚΗΝΟΙ pro *κοινῇ*,

μέσον ἐπιεικῶς, ὦτα ἔχον μέχρι τοῦ πυθμένος καθήκοντα. Haec si cum Macrobii verbis comparaveris, concedes scribendum fuisse: *et circa mediam partem conpressum mediocriter* omisso participio *ansatum*, quod ut eiiceretur suasi in Symbol. p. 8 sq., statuens Italum quendam, qui pro *compressum* legisset *compresum*, quum ei in mentem venisset vox *presa*, illud interpretatum esse voce *ansatum*. Nunc vero statuo Macrobium ipsum erravisse, adverbium *ἐπιεικῶς* coniungentem cum verbis *ὦτα ἔχον*, idque quum fecisset, ad interpretandum verbum *καθήκοντα* notionem iam prolatam in participio *ansatum* iterum posuisse additis verbis: *ansis ... pertingentibus. Conpressum* est Graecum *συνηγμένον*, quod proprie valet idem ac *contractum*. De carchesii forma vid. Mueller. Handbuch d. Arch. § 299. a. et Letronne Journ. des Sav. 1833. p. 606., quem citat C. B. Hasius in Stephani Thes. Gr. l. s. h. v. Infra § 6. inter apparatum Bacchicum commemoratur *καρχήσιον*, et in duobus Virgilii versibus qui citantur § 1. carchesia Baccho tribuuntur: recte ergo videtur pro carchesiis habere Viscontius Mus. Pio-Clement. V. p. 280 pocula quae in ultima eius voluminis tabula tenent Bacchus et Semele.

pertingentibus] Nullo loco hoc verbum legitur quin aliqui certe homines docti iusserint scribi *pertinere.* Vid. quae congessit Forcellin. s. h. v. et inprimis interpretes Livii ad XXV, 24, 6. Sed re non satis explorata codicibus obsequendum esse putavi.

5. *Asclepiades autem* cet.] Cf. Athen. l. c.: *Ἀσκληπιάδης δ' ὁ Μυρλεανὸς κεκλῆσθαί φησιν αὐτὸ ἀπό τινος τῶν ἐν τῇ νηὶ κατασκευασμάτων. τοῦ γὰρ ἱστοῦ τὸ μὲν κατωτάτω πτέρνα καλεῖται, ἣ ἐμπίπτει εἰς τὸν ληνόν· τὸ δ' οἷον εἰς μέσον τράχηλος· τὸ δὲ πρὸς τῷ τέλει καρχήσιον· ἔχει δὲ τοῦτο κεραίας ἄνω συννευούσας ἐφ' ἑκάτερα τὰ μέρη.*

navalis veli partem] „Miror interpretes nondum vitium hic deprehendisse, quod cum ex loco laudato Athenaei tum e rei natura facile potest intelligi. Pro *veli* hic et mox legendum est *mali*, h. e. *ἱστοῦ*, non *veli*, h. e. *ἱστίον*, quod a re et libris Athenaei est alienum." Zeun. — Nihil mutavi, quoniam non dubito quin ab ipso Macrobio hic error sit commissus.

inde diffundi in utrumque veli latus ea quae cornua vocantur] Intelligendum esse *utrumque mali latus* ex iis quae supra adnotavimus apparet. *Diffundi* minus accurate vertuntur verba Graeca *ἔχει .. ἄνω συννευούσας*, quae magis exprimunt formam ansarum poculi, ut cogitandum non sit de antennis, sed de fulcris quibusdam corbis, *τοῦ θωρακίου:* nam sequitur apud

καρχήσι᾽ εἶχον καὶ ἔλειβον.

Cratinus in *Διονυσαλεξάνδρῳ:*

Στολὴν δὲ δὴ τίν᾽ εἶχεν; τοῦτό μοι φράσον·
Θύρσον κροκωτὸν ποικίλον καρχήσιον.

Sophocles in fabula quae inscribitur Tyro:

[Mss. P (AS om. Graec.).

forte *κεῖνοι.*“ Gron. — *εἶχον* s-b. „Cod. Thuan. εcxoɴ.“ Gron. *ἔχον* chg. — κρατεινος εν διονυcαλεξανδρωι P. *Κρατῖνος ἐν Διον.* s-d. — *Cratinus* ... *καρχήσιον* om. c. — *in Διονυσ.* ... *φράσον* om. hg. — *Στολὴν*] Cf. Meinek. fragm. comic. Graec. II, 1. p. 37, Schneidew. l. c. ad c. 20. § 12. *Στολὴν* .. *φράσον* om. sp. substitutis septem asteriscis. „Cratino hunc versum restitui e cod. Thuan. suppeditantibus scedis paternis et epistola Theodori Ryqnii.“ Gron. — δητιναειχεν P. *δή τινα εἶχεν* s-b. — *τοῦτό μοι φράσον* Mein. et Schneidew. ex emend. Porsoni. τουδομοιφραcοɴ P. *τοῦ δ᾽ ὁμόχροον* dzb. „In Ms. erat τουδομοιφραcοɴ pro quo id quod edidi ad marginem scripserat pater, nec video melius.“ Gron. — *Θύρσον, κροκωτὸν ποικίλον καρχήσι* hg. *Θύρσον κροκωτὸν, ποικίλον καρχήσιον* sp. *Θύρσον, κροκωτὸν, ποικίλον καρχήσιον* dzb. „versus Cratini in ultima editione male distinctus erat.“ Gron. — *Tyro* om. cum Graecis ASvia.

Athenaeum: *καὶ ἐπίκειται τὸ λεγόμενον αὐτῷ θωράκιον.*

6. *εἶχον καὶ ἔλειβον*] Sic scripsi, quamvis in codice P. legatur εcxoɴ καὶ ελεβοɴ, quo vitaretur immutatio temporis. Versus ita distinxi, ut essent pherecratei, quorum priori debat in initio una sylla esse et alter duplicem haberet basin.

Cratinus in Διονυσαλεξάνδρῳ] G. H. Bodius Gesch. d. hell. Dichtk. III, 2, p. 135. Cratino minori tribuit hanc comoediam, cuius argumentum fuerit aut Alexander Magnus Dionysi instar in Indiam profectus, aut Alexander Pheraeus Dionysi cultor, coll. schol. in Hom. Il. ω, 428: *Καὶ Θεόπομπός φησιν Ἀλέξανδρον Φεραῖον Διόνυσον τὸν ἐν Παγασαῖς .. εὐσεβεῖν διαφόρως· καταποντωθέντος δὲ Ἀλεξάνδρου Διόνυσος ὄναρ ἐπιστάς τινι τῶν ἁλιέων ἐκέλευσεν ἀναλαβεῖν τὸν φορμὸν τῶν ὀστῶν· ὁ δὲ ἀπελθὼν ἐς Κράννωνα τοῖς οἰκείοις ἀπέδωκεν, οἱ δὲ ἔθαψαν.* Sed hoc fragmentum apud Athenaeum l. c. non legitur.

v. 1. *τοῦτό μοι φράσον*] Meinek. adnotavit: „Porsonus ad Eurip. Hec. 782. Cleanthes apud Galenum Hipp. et Plat. V. p. 292: *τί ποτ᾽ ἔσθ᾽ ὃ βούλει θυμέ; τοῦτό μοι φράσον.*“

v. 2. *Θύρσον κρόκωτον ποικίλον καρχήσιον*] Cf. Athen. V, 28. p. 198. c. *Ἐπὶ δὲ ταύτης (τῆς τετρακύκλου) ἐπῆν ἄγαλμα Διονύσου .. σπένδον ἐκ καρχησίου χρυσοῦ, χιτῶνα πορφυροῦν ἔχον διάπεζον καὶ ἐπ᾽ αὐτοῦ κροκωτὸν διαφανῆ· περιεβέβλητο δε ἱμάτιον πορφυροῦν χρυσοποίκιλον·...προσήρτηντο δὲ καὶ στέφανοι καὶ ταινίαι καὶ θύρσοι καὶ τύμπανα κτλ.* Poll. IV, 18, 117. *Ὁ δὲ κροκωτὸς ἱμάτιον· Διόνυσος δὲ αὐτῷ ἐχρῆτο καὶ μασχαλιστῆρι ἀνθεινῷ καὶ θύρσῳ.* De carchesio vid. not. ad § 4. Quid sit *ποικίλον* docet etiam Auct. ad Herenn. qui IV, 47, 60: *Uti citharoedus*, inquit, *quum prodierit optime vestitus, palla aurata indutus, cum chlamyde purpurea coloribus variis intexta,* non recte ergo vulgo commata ponuntur post *Θύρσον* et post *κροκωτὸν*, ut iungantur verba *ποικίλον καρχήσιον.* Meinek. ad loc. cit. adnotavit: „De *ποικίλῳ* veste Dionysiaca plura attuli Hist. crit. p. 57. Dicitur deinde de qualibet veste variegata, ut apud Eubulum Bekkeri Anecd. p. 1189. Theocritum Idyll. XV, 78. Fuisse autem *τὸ ποικίλον* interiorem vestem sive tunicam ex addito *κροκωτῷ* apertum est.“ De crocota, qua uti solebant mulieres, Baccho tributa vid. Ruhnk. ad Vellei. Pat. p. 346. Philostrat. p. 159. Polyaen. V, 3, 3.

in fabula quae inscribitur Tyro] Fundus fabulae est Homer. Odyss. λ', 235–259. Cf. Apollodor. I, 9, 8., ubi legitur: *Τυρὼ δὲ ἡ Σαλμωνέως θυγάτηρ καὶ Ἀλκιδίκης .. ἔρωτα ἴσχει Ἐνιπέως τοῦ ποταμοῦ· ... Ποσειδῶν δὲ εἰκασθεὶς Ἐνιπεῖ συγκατεκλίθη αὐτῇ· ἡ δὲ γεννήσασα κρύφα διδύμους παῖδας ἐκτίθησιν· ... ὁ δὲ ἱπποφορβός ἀμφοτέρους τοὺς παῖδας*

Πρὸς τήνδε μοι
τράπεζαν ἀμφὶ σῖτα καὶ καρχήσια.

Haec de carchesiis ignoratis Latinitati et a sola Graecia celebratis. Sed nec *cymbia* in nostro sermone reperies: est enim a Graecorum paucis relatum. Philemon, notissimus comicus, in Fantasmate ait: 7

Ἔπιεν ἡ Ῥόδη κυμβίον ἀκράτου,

Anaxandrides etiam comicus in fabula *Ἀγροίκοις:* 8

Προπινόμενα καὶ μέστ' ἀκράτου κυμβία

Edd. vicahgspdzb.] — *Πρὸς τήνδε*] Cf. Athen. XI, 7, 49. p. 475 a Both. Soph. fragm. XXX, 10., p. 95. *προc. ΓΗΝΔΕΙΜΙΤΡΑΠΕΖΑΑΜΦΙCΙΤΑ ΚΑΙ ΚΑΡΧΗCΙΑ* P (a quo haec omnino abesse non recte refert Schneidew. l. c.). *Πρὸς τήνδε μοι* scripsi e coni. *Προστῆναι μέσην Τράπεζαν ἀμφὶσιτία τε καὶ καρχήσια* Athen., quae in unum versum contracta leguntur in s-b. (Both. *Προσστῆναι* et *σῖτα*). *Πρὸς τὴν τράπεζαν φάσκων Προςεληλυθέναι τοὺς δράκοντας καὶ Γενέσθαι περὶ τὰ σιτία καὶ τὰ Καρχήσια* (quae explicandi causa adduntur apud Athen.) chg. „Sic videtur auctor scripsisse. Nam Athenaeus cum statim suis verbis mentionem faciat serpentum, nihil nisi quod ad consilium suum pertineret, scripsit: verum secus est hic apud nostrum.“ Zeun. — 7. *in vestro* coni. Zeunius. Vid. not. — *fantasmate* APSv1. *phantasmate* v3aP6. *phasmate* ch-b. Vid. not. — *Ἔπιεν*] Cf. Athenaeum XI, 9. p. 481. d. Meinek. fragm. comic. Graec. IV. p. 29. Schneidewin. l. c. *Ἔπιεν ... ἀκράτου* om. via. *Ἐπεὶ ἡ ῥόδη* ch-b addito post *ἀκράτου* versu qui sequitur apud Athenaeum l. c.: *Κατεσέσεικεν ὑμῖν ἄνω.* *Ἔπιεν* ex P restituit Schneidewin. l. c. p. 473. Apud Athenaeum pro *ἐπεὶ δὲ ἡ Ῥόδη* Bentleius coniecit *ἐπειδὴ δ' ἡ Ῥόδη*, alii *ἔπειτα δ' ἡ Ῥ.*, Mein. *ἐπεὶ δὲ δὴ Ῥ.* 8. *Anaxandrides* A. — *ἐν ἀγροίκοις* hg. *ἐν ἀγρίκοις* c. *agrecis* AP. *a graecis* SviaP6. — *Προπινόμενα ... ὑμᾶς* om. via. Cf. Athenaeus XI. p. 481 sq. Meinek. fragm. Comic. Gr. III, p. 162. Schneidewin. l. c. *ωο ΚΥΜΒΙΑ ΠΡΟΠΙΝΟΜΕΝΑ ΚΑΙ ΜΕΤΤΑ ΑΚΡΑ ΕΚΑΚΩCΕΜ ΥΜΑC* P. *Μεγάλ' ἴσως ποτήρια, προπινόμενα Καὶ μετ' ἀκράτου Κυμβί' ἐκάρωσεν ὑμᾶς, Ἀνακεχαίτικεν μὲν οὖν* ex Athenaeo c (hg om. *Ἀνακεχαίτ. ... οὖν*, et *Κυμβί'** et in mg. *ἐκάκωσεν*; g *ἀράτου*). „Sic plane extat apud Athenaeum

ἀνελόμενος ἔθρεψε καὶ τὸν μὲν .. Πελίαν ἐκάλεσε, τὸν δὲ ἕτερον Νηλέα· τελειωθέντες δὲ ἀνεγνώρισαν τὴν μητέρα, καὶ τὴν μητρυιὰν ἀπέκτειναν Σιδηρώ κτλ. Scholiastes Eurip. sub finem. Orestis propter felicem exitum confert hanc fabulam cum Euripidis Oreste et Alcestide. Vid. etiam Aristot. poet. c. 16., Both. fragm. Soph. p. 92 sqq. et Bode l. c. III, 1. p. 443 sq.

Πρὸς τήνδε μοι τράπεζαν] Sic scripsi, ut quam minime a codicis vestigiis recedens efficeretur trimetri clausula. Quid velint hi versus docent ea quae explicandi causa adiecit Athenaeus. Vid. app.

7. *in nostro sermone*] „Si *nostrum sermonem* interpreteris sermonem quo nunc hic utimur, bene est. Verum si linguam vernaculam, quam dicunt, intelligis, falleris, quia Eustathius, qui loquitur, fuit Graecus, uti ex antecedentibus fit satis clarum. Forte tamen melius est si *nostro* correxeris.“ Zeun. — Equidem putaverim errorem admisisse Macrobium. Cf. § 9. et nott. ad c. 2. § 17., et ad c. 22. § 15.

notissimus comicus] Menandri aemulus.

in Fantasmate] Sic scripsi ex auctoritate omnium meorum codicum, quamvis verum fabulae nomen sit *Φάσμα*, quod quidem legitur apud Athenaeum et apud Meinekium ll. cc. Ibidem plenius legitur hoc fragmentum, de quo vid. Schneidewin. l. c.

8. *Προπινόμενα ... κυμβία*] Quae in cod. P leguntur, ea sic orta esse videntur, ut librarius ab ΑΚΡΑ ad ΚΥΜΒΙΑ aberrans omiserit ΤΟΥ ΚΥΜΒΙΑ, eaque adscripserit in margine, unde ab alio paululum mutata translata sint ad totius fragmenti principium.

ἐκάκωσεν ὑμᾶς.

[145] Meminit eius et Demosthenes in oratione quae est in Midiam: *Ἐπ' ἀστράβης δὲ ὀχούμενος ἐξ Ἀργούρας τῆς Εὐβοίας, χλανίδας δὲ καὶ κυμβία καὶ κάδους ἔχων, ὧν ἐπελαμβάνοντο οἱ πεντηκο-*
9 *στολόγοι.* *Cymbia* autem haec, ut ipsius nominis figura indicat, diminutive a *cymba* dicta: quod et apud Graecos et apud nos ab illis trahentes navigii genus est. Ac sane animadverti ego apud Graecos multa poculorum genera a re navali cognominata, ut

[Mss. P (AS om. Graec.).

XI, 9, unde omnino noster hausit quicquid hic de poculis scripsit." Zeun.; Meinek. *μέστ'* e codicibus. *Μεγάλ' ἴσως κυμβία προπινόμενα Καὶ μετ' ἀκράτου ἐκάκωσεν ὑμᾶς* s-b. — *Demosthenes* (om. *et*) h. — *qua esse* A. — *in Midiam*] § 133 Bekk. (p. 558 Reisk.) — *ἐπ' ἀστράβης ... πεντηκοστολόγοι* om. v-a. — *δ' ὀχούμενος* s-b. — *ΕΖΑΡΠΟΥΡΑC* P. — *ΘΗC* (sup. Τ) *ΘΥΒΟΥΛC* P. „Male Stoeriana (et g) *Ἀργούρας Εὐβοίας*, ineptius cum Stephano Pontanus (sp) *Ἀργούρας καὶ ἐξ Εὐβοίας*. Recte solus Camerarius." Gron. (*τῆς Εὐβοίας* hdzb). Vid. not. — *ΧΛΛΝΙΔΑC Δε ΟΧΟ* P, unde Schneidewin. coni. *χλανίδας δ' ἐπ' ὄχου*. Vid. not. — *ΚΑΙ ΚΥΜΒΙΛ ΟCΙΕΧΩΝ* P, unde Schneidewin. restituit id quod est in edd. Demosth., *καὶ κυμβία καὶ κάδους*. — *ΕΠΛΛΛΜΒΑΝΟΝ Ο ΠΕΝΤΗΚΟCΤΟΛΟΤΟΙ* P. *ἐπελ. οἱ πεντικοστολόγοι* hg. 9. *Cybia* vi. — *haec* om. h. — *apud vos*

ἐκάκωσεν] Non dubito quin verum sit id quod legitur apud Athenaeum, *ἐκάρωσεν*, quum Hesychius participium *καρωθεὶς* interpretetur: *τὴν κεφαλὴν σεισθείς, μεθυσθείς*. Sed tamen secutus sum codicem P., quia potuit fieri ut ipse Macrobius substitueret hoc verbum, quod quidem est magis vulgatum.

Ἐπ' ἀστράβης δὲ ὀχούμενος ἐξ Ἀργούρας τῆς Εὐβοίας] Alterum *τῆς* delendum esse censet Schneidewinus, sed defendit Westermannus Zeitschr. f. A. W. 1845. N. 87. Apud Demosthenem legendum esse *ἐπ' ἀστράβης .. τῆς ἀργυρᾶς τῆς ἐξ Εὐβοίας* evicit Buttmannus Excursu VII., sed in eo erravit vir doctissimus quod censuit Camerarium nullius codicis auctoritate nisum haec Demosthenis verba inseruisse. Sed iam antiquitus *ἐξ Ἀργούρας* in plerisque Demosthenis exemplaribus fuisse docet Ulpianus qui totum hunc locum interpretatus est his verbis: *Εἶδος καθέδρας ἀστράβη, παρὰ τὸ μὴ στροβεῖσθαι μηδὲ στρέφεσθαι. Ἔστι δὲ ἐπὶ πλεῖστον εἰς ὕψος ἀνῆκον, ὥστε τῶν καθεζομένων ἀνέχειν τὰ νῶτα· χρῶνται δὲ αὐτῷ μάλιστα αἱ γυναῖκες. Ἐπισκώπτει δὲ διὰ τοῦτο εἰς μαλακίαν καὶ ἀσθένειαν τὸν Μειδίαν· εἶθ', ἵνα μὴ ἀντιπέσῃ, τί οὖν, εἰ κακωθεὶς ἐχρήσατο ταύτῃ τῇ καθέδρᾳ; προσέθηκεν ἐξ (τῆς?) ἀργυρᾶς· τὸ γὰρ ἠργυρῶσθαι τὴν καθέδραν δεῖγμα ἦν τοῦ ἐπιτηδεύοντος καὶ ἐντρυφῶντος τούτῳ τῷ εἴδει· τὸ δὲ καὶ ἐξ Εὐβοίας, ὅτι μὴ εἰωθότων τῶν Ἀθήνησι τοιαύτας ἐργάζεσθαι αὐτὸς ἐξ Εὐβοίας ὠνήσατο· ἡ δὲ δημώδης ἐξ Ἀργούρας ἔχει ἀπὸ τόπου τῆς Εὐβοίας· ἀλλὰ τὰ ἑξῆς δηλοῖ, ὅτι μαλακίαν αὐτῷ καὶ τρυφὴν ὀνειδίζει, χλανίδας λέγων καὶ ἱμάτια τρυφερὰ καὶ σκεύη πρὸς ἀνειμένον βίον.*

χλανίδας δὲ καὶ κυμβία καὶ κάδους] Schneidewinus, quia post *χλανίδας* in codice legitur *Δε οχο*, suspicatus est scribendum esse *δ' ἐπ' ὄχου*, sed haec orta sunt e vitiosa repetitione verborum *δὲ ὀχούμενος*. Contra eidem viro doctissimo concedo verba *καὶ κάδους* esse restituenda, quamvis in codice legatur tantum ΟCΙ: videtur enim librarius a ΚΥΜΒΙΑ aberrasse ad ΚΑΔ. Apud Athenaeum p. 481. e. legitur tantum: *Τοῦ κυμβίου μνημονεύει καὶ Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Μειδίου, ἀκολουθεῖν αὐτῷ φάσκων ῥυτὰ καὶ κυμβία*, respiciens, ut videtur, ad § 158.: *κυμβία καὶ ῥυτὰ καὶ φιάλας ὀνομάζων*.

οἱ πεντηκοστολόγοι] Cf. Suid. *Πεντηκοστὴ μὲν τὸ τέλος ὃ τελοῦσι, πεντηκοστολόγοι δὲ οἱ τοῦτο ἐκλέγοντες.*

9. *apud nos*] Non sine causa Zeunius statuit legendum esse *apud vos*. Vid. not. ad § 7.

carchesia supra docui, ut haec cymbia, pocula procera ac navibus similia. Meminit huius poculi Eratosthenes, vir longe doctissi- 10
mus, in epistola ad Hagetorem Lacedaemonium his verbis: *Κρατῆρα γὰρ ἔστησαν τοῖς θεοῖς, οὐκ ἀργύρεον οὐδὲ λιθοκόλλητον, ἀλλὰ τῆς κωλιάδος· τοῦτον δὲ ὁσάκις εἰςπληρώσαιεν, ἀποσπείσαντες τοῖς θεοῖς, ᾠνοχόουν ἐφεξῆς βαπτιστῷ κυμβίῳ.* Fue- 11
runt qui *cymbium* a *cissybio* per syncopam dictum existimarent. *Cissybii* autem, ut de Homero taceam qui hoc poculum Cyclopi ab Ulixe datum memorat, multi faciunt mentionem: voluntque nonnulli proprie *cissybium* ligneum esse poculum ex hedera, id est *κισσοῦ*. Et Nicander quidem Colophonius in primo *Αἰτωλικῶν* 12

Edd. vicabgspdzb.] reponendum esse censuit Zeunius. Vid. not. ad § 7. 10. *Agetorem* v-g. — *Κρατῆρα*] Cf. Athen. XI, 9. p. 482. b. et Bernhardy Eratosthen. p. 201. *Κρατῆρα ... κυμβίῳ* om. via. Pro his verbis in chg leguntur ex Athen. l. c. p. 482. a. haecce: *Θαυμάζουσι δὲ οἱ αὐτοὶ καὶ πῶς κύαθον μὴ κεκτημένος, ἀλλὰ κυμβίον, μόνην φιάλην προσεκέκτητο, δοκεῖ δή μοι τὸ μὲν τῆς τῶν ἀνθρώπων χρείας ἕνεκα, τὸ δὲ τῆς τῶν θεῶν τιμῆς εἰς τὴν κτῆσιν παρειληφέναι* (hg in mg.: „In antiquo sequentia citantur in hunc modum: *κρατῆρα παρέστησαν ... βάπτοντες τῷ κυμβίῳ.* Est autem totus locus expositus ab Athenaeo in 11."). — *ἔστασαν* Athen. l. c. — ΟΥΔΕΑΙΕΟΚΟΛΛΗΤΟΝΑΛΛΑ P. — ΤΗϹ ΚΩΙΑΔΟϹ (sup. ωι add Δ) P. *τῆς κωλιάδος γῆς* hg in mg. Athen. l. c; Schneidewin. l. c. suspicatur *γῆς* latere in iis quae sequuntur in P.: ΤΟΙϹΘΝΑΔΕ (i. e. ΤΟΥΤΟΝ ΔΕ). — *δ'* s-b. — ΕΙΟΠΛΗΡΑϹΑΙΕΝ P (i. e. εις). *ἐπιπληρώσαιεν* s-b (hg in mg.) Athen. l. c. — *τοῖς θεοῖς ἐκ τῆς φιάλης* s-b Athen. — ΒΑΠΤΙΟΤΩΚΥΜΒΙΩΙ P. *βάπτοντες τῷ κυμβίῳ* s-b. Athen. 11. *a cissimbio* viP6. *a cissymbio* c-g. — *existimaverunt* viP6. *extimaverunt* c-g. — *Cissimbii* viP6. *cissymbii* c-g. — *de Homero*] „Od. *ι*, 346. cf. Athen. XI, 2, 7 (p. 477. b.)." Zeun. — *Ulyxe* Svi. *Ulysse* c-bP. — *cissimbium* viP6. *cissymbium* c-g. — *edera* s-bP. — *cissu* AS. *κυσσοῦ* hg. 12. *quidam* APSv-gP6. — *Aetolicon* ch-b.

pocula procera ac navibus similia] Cf. Athen. p. 481. f. *Φησὶ δὲ Δίδυμος ὁ γραμματικὸς ἐπίμηκες εἶναι τὸ ποτήριον καὶ στενὸν τῷ σχήματι, παρόμοιον πλοίῳ*, quibus similia habet Suidas. Ibid. d. Dorothei verbis legitur: *Γένος ποτηρίων βαθέων τὰ κυμβία καὶ ὀρθῶν, πυθμένα μὴ ἐχόντων μηδὲ ὦτα.*

10. *λιθοκόλλητον*] Cf. Plin. N. H. XXXVII, 2 s. 6 § 17. *gemmata potoria.*

τῆς κωλιάδος] Malim additam vocem *γῆς*, quare erat quum coniicerem legendum esse *γῆς κωλιάδος*, sed retinui id quod inde a Stephano legitur ex auctoritate codicis P, et, ut refert Schneidewinus, probatur Bernhardyo Eratosth. p. 302., et praeterea Valckenario, ad Herodot. IV, 88., refragante Schweighaeusero, quia apud Plutarchum de rect. rat. aud. 160. p. 42 D. legitur: *Ὅμοιός ἐστι μὴ βουλομένῳ πιεῖν ἀντίδοτον, ἂν μὴ τὸ ἀγγεῖον ἐκ τῆς Ἀττικῆς κωλιάδος ᾖ κεκεραμευμένον.*

εἰσπληρώσαιεν] pro magis usitato verbo *ἐπιπληρώσαιεν* scripsi e cod. P., quem paullo infra secutus omisi *ἐκ τῆς φιάλης*, quoniam Eratosthenis verba decurtata esse etiam ex iis quae sequuntur elucet.

βαπτιστῷ κυμβίῳ] Nihil aliud legitur in cod. P. Nam o saepissime ponitur pro c: est autem *βαπτιστὸν κυμβίον* cymbium hauriendi causa immersum vel ad immergendum aptum. Vulgo legitur *βάπτοντες τῷ κυμβίῳ*, quod est ex Athenaeo desumptum, qui quidem praemittit *τὸν νεοκρᾶτα.* Ea constructione qua *βάπτειν* usurpatum est apud Athenaeum, verbo *βαπτίζειν* usus est Plutarchus Alex. c. 67. *φιάλαις καὶ ῥυτοῖς .. βαπτίζοντες ἐκ πίθων μεγάλων καὶ κρατήρων ἀλλήλους προέπινον.*

12. *in primo Αἰτωλικῶν*] Poema hoc fuisse statuit Bachrius Real-

sic ait: Ἐν τῇ ἱεροποιΐῃ τοῦ *Διδυμαίου* [*Διὸς*] κισσῷ σπονδοποιέονται· ὅθεν τὰ ἀρχαῖα ἐκπώματα κισσύβια φωνέεται. Sed et Callimachus meminit huius poculi:

> *Καὶ γὰρ ὁ Θρηΐκίην μὲν ἀνήνατο χανδὸν ἄμυστιν*
> *ζωροποτεῖν, ὀλίγῳ δ' ἥδετο κισσυβίῳ.*

13 Qui autem cissybium ex hedera factum poculum οἱονεὶ κίσσινον

[Mss. P (AS om. Graec.).

italicon ASP6. *icalicon* P. *hialicon* vi. *hyalicon* a (g in mg). — Ἐν τῇ] Cf. Athen. XI, 7. p. 477. b. Ἐν τῇ ... φωνέεται om. via. In versus distinguuntur haec post *Διδυμαίου*, post *πετάλοισιν*, post *κισσύβια* in ch. — *ιεροποιηcει* P. — τοῦ Διδυμαίου Διὸς ch-b ex Athenaeo. — *κιccωι cπενΔοποιεονται* P. κισσοῦ σπονδοποιέονται (c ὀπονδ.; s-b σπονδοποιέοντα) πετάλοισιν ch-b, ut Athen. — *Οτεν* hg. — φωνέεται, ut Athen., c. φωνέαται Ph-b. — *Καὶ γὰρ*] Cf. Athen. XI, 7. p. 477. c. (et X, 12. p. 442. f., ubi pro ἀνηνατο legitur ἀπέστυγε, et pro ζωροποτεῖν οἰνοποτεῖν). Schneidewin. l. c. „Vid. Fragmenta Callimachi a Bentleio coll. 109.“ Zeun. — *Καὶ γὰρ ... κισσυβίῳ* om. via. In chg adduntur ea quae sequuntur apud Athen. XI, 7. p. 477. c. Τῷ μὲν ἐγὼ τόδ' ἔλεξα περιστείχοντος ἀλείσου Τὸ τρίτον. — *κιcαρ ο ορηκιην* P. — *ανηνατο* P., quod apud Athen. p. 477. probaverunt Bentlei. Ernest. Valckenar. ἀπήνατο, ut vulgo ap. Athen., ch-b. — *ζηροποτειν* P, unde Schneidew. suspicatus est Macrobium scripsisse ξηροποτεῖν. 13. *edera* Edd. P. — οἱονεὶ κισσινὸν (sed infra κίσσινον) h-b. *οιονει κιccινon* A *non* (om. οἱονεὶ κίσσινον) SP6. οἷον ἐκ κισσοῦ *non* via. οἷορ ἐκ κισσῦ

Encycl. V. p. 613., et Arnoldus Vesaliensis, quem secutus est Camerarius, verba quae inde proferuntur scripsit tanquam essent versus, sed, ut mihi quidem videtur, nullo metro: in edd. Gryphianis eae voces a quibus apud illos incipiunt singuli versus tantummodo scriptae sunt ab initio litteris maioribus. At ne argumentum quidem est poeticum. Quam ob causam equidem censeo illos libros prosa oratione fuisse scriptos, sed dialecto Ionica, quae viris doctis imposuerit. Titulus *Αἰτωλικῶν*, qui in omnibus codicibus est corruptus, invenitur apud Athenaeum praeter locum citatum etiam VII, 48. p. 296. f.

ἱεροποιΐῃ] Quod in cod. P. legitur, ιεροποιηcει, id fortasse natum est ex ιεροποιηιηι, quam lectionem apud Athenaeum affert Schweighaeuserus. Nam illa vox nulla, quod sciam, nititur auctoritate. Contra etiam Hesychius s. v. *Δάλιον* habet: ἐν ταῖς ἱεροποιΐαις.

τοῦ Διδυμαίου [*Διὸς*]] Uncis inclusum retinui *Διὸς*, quia hoc nomen, quod abest a cod. P. et ab uno cod. Athenaei, qui habet τῷ *Διδυμαίῳ*, legitur etiam apud Eustathium ad Od. *ι*, p. 359, 12., et post ..αιου facile potuit excidere Διος. De Iove Didymaeo vid. not. ad I, 17, 64. Adde fragmentum Callimachi quod est in Etym. M. s. v. *Διδυμαῖος*. Omisso nomine *Διὸς* est *Διδυμαῖον* fanum Didymaeum quod hoc nomine appellatur apud Plutarchum in vita Pomp. c. 24. et Curtium VII, 5, 28.

φωνέεται] Et Schweighaeuserus et Schneidewinus pronuntiaverunt admitti non posse *φωνέαται*, quod legitur in codice P, nec possunt sane huc referri formae *κέαται* et *δυνέαται* quas ex Herodoto attulit Matthiaeus Gr. Gramm. § 204. 7. c. Est ergo scribendum aut *φωνέεται* aut *πεφωνέαται*: illud autem commendat Athenaeus.

Θρηΐκίην .. ἄμυστιν] Cf. Athen. X, 60., quod caput totum versatur in Thracum incontinentia, et Platon. de leg. I, p. 637 extr. *Σκύθαι δὲ καὶ Θρᾷκες ἀκράτῳ παντάπασι χρώμενοι*, Horat. Od. I, 27, 1 sq. *Natis in usum laetitiae scyphis Pugnare Thracum est.* Satyrus ap. Athen. XII, 47, p. 534. d. de Alcibiade: Ὑπερῆρε δὲ, inquit, *καὶ τὴν τῶν Θρᾳκῶν ἀκρατοποσίαν*, et de eodem Corn. Nep. VII, 11, 5.: *Fuisse apud Thracas, homines vinolentos.*

13. *cissybium ex hedera factum poculum*] Hanc etymologiam refutat

dici arbitrantur Euripidis auctoritate niti videntur, qui in Andromeda sic ait:

— *Πᾶς δὲ ποιμένων ἔῤῥει λεώς,* [146]
ὁ μὲν γάλακτος κίσσινον φέρων σκύφον
πόνων ἀναψυκτῆρ', ὁ δ' ἀμπέλων γάνος.

14 Haec de cymbio. Sequitur ut, quando *cantharum* et poculi et navigii genus esse supra diximus, probetur exemplis. Et pro poculo quidem nota res est vel ex ipso Virgilio, qui aptissime proprium Liberi patris poculum adsignat Sileno: sed id, ut supra polliciti sumus, etiam pro navigio poni solitum debemus ostendere.

15 Menander in Nauclero:

Ἥκει λιπὼν Αἰγαῖον ἁλμυρὸν βάθος
θεόφιλος ἡμῖν, ὦ Στράτων, ὡς εἰς καλόν·
τὸν υἱὸν εὐτυχοῦντα καὶ σεσωσμένον
πρῶτος λέγω σοι τόν τε χρυσοῦν κάνθαρον.

Edd. vicabgspdzb.]

non v3i. *οἷορ ἐκ κισσοῦ non* c. — *andrometa* A. *drometa* „Ms.“ *andromacha* via (g in mg.) P6. — *Πᾶς*] Cf. Athenaeus XI, 7. p. 477. a., Eustath. ad Odyss. *ί*, p. 1632, 9. Both. fragm. Eurip. Androm. 39. (p. 56.). Wagner. Androm. 29. (137.). Schneidewin. l. c. p. 475. — *Πᾶς ... γάνος* om. via. c in mg. „Locus restitutus.“ — *ποιμεν μ περρει λεωc* P. — v. 2. *σκύφος*, ut Athen. et Eust., chg. — v. 3. *ανα . ψυκτηρα* P. *ἀμπέλον* dzb. 14. *supra*] Vid. not. — *ex ipso Virgilio*] l. c. ad § 1. 15. *Ἥκει*] Cf. Athen. XI, 6. p. 474. b. Mein. fragm. Com. Graec. IV. p. 174. *Ἥκει ... ἄθλιε* om. via. c in mg.: „Locus restitutus.“ — v. 1. *λιπωνα ιγαιονα αμυρον βατοc* P. — *αἰγαῖων* ch. *αἰγαίων* g. — v. 2. ο (sup. add. ω) P. — *εις καλον* P. *ἐς καλὸν* s-b. *ἐγκαλὸν* bg. — v. 3. *τὸν ... σεσωσμένον* om. P. Macrobium ipsum omisisse hunc versum censet Schneidewin. l. c. — v. 4. *λέγω* P Athen. *δ' ἐγὼ* ch-b. — *τόν τε χρυσοῦν κάνθαρον* scripsi cum Athenaeo (ex quo etiam emendavi interpunctionem, cum in s-b sit punctum post *σεσωσμένον*, et in b *κάν-*

Doederlinus Glossar. Homer. s. v. *κισσύβιον*.

σκύφον] Haec huius nominis forma legitur apud Euripidem Cycl. 256 et 556. Alcest. 798. Electr. 499., sed *τὸ σκύφος*, ut apud Athen. et in hg. h. l., Cycl. 390., ubi est: *Σκύφος δὲ κίσσου παρέθετο.* Utramque formam in usu fuisse docet Athen. p. 498. a. Quod ad rem attinet, Wagnerus praeterea citavit Alc. 756. *ποτῆρα κίσσινον* et Valckenar. ad Theocr. I, 27. Victor. Var. lectt. XVI, 23.

14. *supra diximus*] Haec et quae leguntur paulo infra, *ut supra polliciti sumus*, non habent quo referantur: namque § 9., ubi de poculorum generibus a re navali cognominatis agitur, cantharus non est nominatus, ut aliquid ibi videatur excidisse.

proprium Liberi patris poculum] Cf. Plin. N. H. XXXIII, 11. s. 53 extr. *C. Marius post victoriam Cimbricam cantharis potasse Liberi patris exemplo traditur*, Valer. Max. III, 6, 6. *Cantharo semper potavit* (Marius), *quod Liber pater inclytum ex Asia ducens triumphum hoc usus poculi genere ferebatur.* Arnob. VI, 25. *In Liberi dextera pendens potorius cantharus*, ubi vid. not. Hildebrandi, et quae idem adnotavit ad Apul. Met. IX, 10. p. 774. Gruter. Inscript. p. 67, 2. Mueller. Handb. d. Archaeol. § 299, b.

15. *Ἥκει λιπὼν*] „Primus versus in Euripid. Troad. quoque ab initio reperitur.“ Zeun.

v. 4. *τόν τε χρυσοῦν κάνθαρον*] Sic scripsi, non *τὸν δὲ*, ut intelligeretur *σεσωσμένον λέγω*. Nam sequitur apud Athenaeum: *καὶ μετ' ὀλίγα· Τὴν ναῦν σεσῶσθαί μοι λέγεις; Ἔγωγε μήν.* De forma canthari vid. Mueller. Handb. d. Arch. § 299. b.

ποῖον; τὸ πλοῖον· οὐδὲ μ' οἶσθας ἄθλιε.

16 *Et sacer inplevit dextram scyphus.*
Scyphus Herculis poculum est ita ut Liberi patris *cantharus*. Herculem vero fictores veteres non sine causa cum populo fecerunt, et nonnumquam cassabundum et ebrium, non solum quod is heros bibax fuisse perhibetur, sed etiam quod antiqua historia est Herculem poculo tamquam navigio ventis inmensa maria transisse.

17 Sed de utraque re pauca ex Graecis antiquitatibus dicam. Et multibibum heroa istum fuisse, ut taceam quae vulgo nota sunt, illud non obscurum argumentum est, quod Ephippus in Busiride inducit Herculem sic loquentem:

Οὐκ οἶσθά μ' ὄντα, πρὸς θεῶν, Τιρύνθιον
'Αργεῖον; οἱ μεθύοντες ἀεὶ τὰς μάχας

[Mss. P (AS om. Graec.).
θαρον Ποῖον, τὸ πλοῖον). ΤΟΝΔΕΧΡΥCΟΥΝΘΑΡΟ P. *τὸν δ' ἐχρύσουν κάνθαρον* ch-b. — v. 5. ΠΛΟΙΟΝ P. — *οὐδὲ μ' οἶσθας* scripsi cum Meinekio. ΟΥΔΕ ΜΟΙCΘΑC P. *οὐδὲ μ' οἶσθά σ'* ch-b. (Apud Athenaeum haec non leguntur.). — ΑΘΛΙΕ P. 16. *Et sacer*] Cf. § 1. — *cassabundum* ASvi. *quassabundum* c-g. *casabundum* s-bP. — *historia* (om. *est*) S. — *pocula* S. — *navigio vectum* M2. Idem coni. Bentleius Opusc. p. 213. Lennep. ad Phalarid. epist. II, p. 62. Vid. not. 17. *Οὐκ οἶσθα*] Cf. Athen. X, 12, p. 442. d, Meineke Com. Gr. III, p. 322. — *Οὐκ ... ἀεὶ* om. v-a. In hg versus non distinguuntur, et omittuntur verba *τοιγαροῦν φεύγουσ' ἀεί.* — v. 1. *οἶσθα μ'* h-b. — v. 2. *οἱ* h-b. — ΑΕΠΑC P. *αἰεὶ τὰς*

v. 5. *οἶσθας*] De hac forma vid. Pierson. ad Moer. et Suid. s. v. *οἶσθα*, Eustath. ad Od. p. 1773, 27, Photii Lex. p. 323, 19. Choeroboscum in Bekk. Anecd. p. 1295. Meinek. in ed. maiore; Buttmann. Ausf. gr. Sprachl. § 109. Not. 10. Matthiae § 231, 2. Sensus interruptus est, quamobrem haec verba apud Athenaeum sunt omissa, quod quidem videtur indicare Macrobium haec non ex ipso Athenaeo hausisse, sed ex eodem fonte.

16. *cassabundum et ebrium*] Cf. Varro L. L. VII, 3, § 53. *Apud Naevium: Risi egomet mecum cassabundum ire ebrium; cassabundus a cadendo.* Haec etymologia si vera est, non est probandum duplex *s*. De re conf. Mueller. Handb. d. Arch. § 411, 2. De scyphi forma vid. ibid. § 299, d.

quod is heros bibax fuisse perhibetur] Cf. Athen. XI, 38. p. 469. d. *Μή ποτε δὲ, ἐπεὶ μεγάλοις ἔχαιρε ποτηρίοις ὁ ἥρως, διὰ τὸ μέγεθος παίζοντες οἱ ποιηταὶ καὶ συγγραφεῖς πλεῖν αὐτὸν ἐν ποτηρίῳ ἐμυθολόγησαν;* et *ὅτι δὲ εἷς ἦν Ἡρακλῆς τῶν πλεῖστον πινόντων προείπομεν.* Cf. ibid. 41. p. 470. c. et Eurip. Alcest. 756 sqq.

Herculem poculo tamquam navigio ventis inmensa maria transisse] Pro *ventis* viri docti coniecerunt esse legendum *vectum*, ut infra § 18. Vide ne illa voce Macrobius voluerit significare eum fuisse ventis agitatum. Vid. apud Athen. XI, 39. p. 470. c. verba Pherecydis: *ὅτι δὲ ἦν ἐν πελάγει, 'Ωκεανὸς πειρώμενος αὐτοῦ κυμαίνει τὸ δέπας φανταζόμενος*, et Hildebrand. ad Arnob. I, 30. Quamquam constructio verborum laborat duplici ablativo, *poculo* et *ventis*, cum verbo *transisse* coniuncto. Quid ergo, si pro *ventis* scribamus *utentem?*

17. *multibibum*] Vox est Plautina, cf. Cistell. I, 3, 1. et Curcul. I, 1, 77. De re vid. not. ad § 16.

Οὐκ οἶσθα cet.] His versibus apud Athenaeum l. c. praemittuntur haecce: *Κωμῳδοῦνται δὲ ὡς μέθυσοι 'Αργεῖοι μὲν καὶ Τιρύνθιοι ὑπὸ 'Εφίππου ἐν Βουσίριδι. ποιεῖ δὲ τὸν Ἡρακλέα λέγοντα*, et verbis *Τοιγαροῦν φεύγουσ' ἀεί*, quae non leguntur in edd. bg, praemissum est B; tribuenda enim sunt Busiridi.

Τιρύνθιον 'Αργεῖον] i. e. Tirynthe urbe Argiva natus. Ad haec *κατὰ σύνεσιν* refertur id quod sequitur, *οἵ*.

πάσας μάχονται. Τοιγαροῦν φεύγουσ' ἀεί. [147]

Est etiam historia non adeo notissima nationem quandam homi- 18
num fuisse prope Heracleam ab Hercule constitutam Cylicrano-
rum, conposito nomine *ἀπὸ τῆς κύλικος*, quod poculi genus nos
una littera inmutata *calicem* dicimus. Poculo autem Herculem 19
vectum ad *Ἐρύθειαν*, id est Hispaniae insulam, navigasse et Panyasis, egregius scriptor Graecorum, dicit et Pherecydes auctor est, quorum verba subdere supersedi, quia propiora sunt fabulae quam historiae. Ego tamen arbitror non poculo Herculem maria transvectum, sed navigio cui scypho nomen fuit, ita ut supra cantharum et carchesium, et a cymbis derivata cymbia, omnia haec adseruimus esse navigiorum vocabula.

Edd. vicahgspdzb.]

Athen. — v. 3. ΠΟΥΤΑΡΟΥ P. 18. *Est autem* S. — *propter* A. — *ἀπὸ τῆς κύλικος* om. Sv. ΑΠΟ ΤΗϹ ΚΙΑΚΟϹ A. *ἀπὸ* ΤΗϹ ΚΥΛΙΚΡΟϹ P. *ἀπὸ τοῦ κύλικος* s-b. 19. *ductum* v-aM3P6 „B". *dictum* ASM2. — *ad Ἐρύθειαν* emendavit Camerarius. ΑΔΕΤΥΤΗΡΑ M12. ΑΑΗΤΥΤΗΡΑ M3. ΑΑΕΤΥΤΗΡΑ A. *ad* ΕΤΥΤΒΑ „B". *ad Ετηρα* „C". ΑΔΕΤΠΗΡΑ P. *ad ἐγήτηρα* v-a. om. S. — *id est* om. v3-b. *idem* „C". — *Paniastis* APM123. *Pamastis* SP6. *piniastis* v. *pimastis* ica (g in mg). — *ferecides* A. — *scribere supersedi* S. — *supra* cf. §§ 5, 9, 14. — *a cymbiis* vl. — *dirivata* A.

18. *prope Heracleam ab Hercule constitutam*] Hanc apud Athenaeum XI, 5. p. 462. a. Scythinus Teius dicit *Ἡράκλειαν τὴν Τρηχινίαν καλεομένην*, et Polemo *τὴν ὑπὸ τὴν Οἴτην καὶ Τραχῖνα*, praeterea Thucydides III, 92. *τὴν ἐν Τραχινίαις*.

Cylicranorum, conposito nomine ἀπὸ τῆς κύλικος*] Athenaeus l. c. p. 461. e.: *Ἡρακλεῶται δ' εἰσὶν*, inquit, *οὗτοι οἱ ὑπὸ τῇ Οἴτῃ κατοικοῦντες, ὥς φησι Νίκανδρος ὁ Θυατειρηνός· ὀνομασθῆναι φάσκων αὐτοὺς ἀπό τινος Κύλικος, γενὸς Λυδοῦ ἑνὸς τῶν Ἡρακλεῖ συστρατευσαμένων*, sed idem ibid. affert verba Pratinae: *Κυλικηγορήσων ἔρχομαι, οὐ τῶν Κυλικράνων εἷς ὑπάρχων* (conf. c. 60. p. 480. b. *Τὸ κυλικηγορεῖν, ὅταν ἐπὶ τῇ κύλικί τις ἀγορεύῃ*), et Polemonis ibid. p. 462. a.: *Μεθ' Ἡρακλέους τινὲς ἀφικόμενοι ἐκ Λυδίας Κυλικρᾶνες· .. Κυλικρᾶνες δὲ λέγονται ὅτι τοὺς ὤμους κεχαραγμένοι κύλικας ἦσαν.

19. *Poculo ... Pherecydes auctor est*] Cf. Athen. XI, 38. p. 469. d. *Πανύασις δὲ ἐν πρώτῳ Ἡρακλείας παρὰ Νηρέως, φησί, τὴν τοῦ ἡλίου φιάλην κομίσασθαι τὸν Ἡρακλέα καὶ διαπλεῦσαι εἰς Ἐρύθειαν*, ubi fere eadem aliorum quoque verbis narrantur, et c. 39. p. 470. c. *Φερεκύδης δ' ἐν τῇ τρίτῃ τῶν Ἱστοριῶν προειπὼν περὶ τοῦ ὠκεανοῦ ἐπιφέρει· ...Ἥλιος δὲ δίδωσιν αὐτῷ (τῷ Ἡρακλεῖ) τὸ δέπας τὸ χρύσεον ὃ αὐτὸν ἐφόρει σὺν τοῖς ἵπποις, ἐπὴν δύνῃ, διὰ τοῦ ὠκεανοῦ τὴν νύκτα πρὸς ἕω, ἵνα ἀνίσχει ὁ ἥλιος. ἔπειτα πορεύεται ὁ Ἡρακλῆς ἐν τῷ δέπαϊ τούτῳ ἐς τὴν Ἐρύθειαν.* Idem ib. c. 16. p. 781. d. hanc rem refert commemorasse Stesichorum. Adde Apollodor. Bibl. II, 5, 10. § 6. cum not. Heyn. Creuzer. Symb. II, pp. 631, 634, 642, 697. Idem ib. tab. VI, 35. e patera Volcentina prodidit effigiem Herculis poculo vecti. Real-Enc. III. p. 1166 sq. Insulae nomen in codicibus mirum in modum est corruptum. Forsitan quis putaverit legendum esse *Γάδειρα* coll. Strabone III, 2. p. 148. *Ἐοίκασι δ' οἱ παλαιοὶ καλεῖν τὰ Γάδειρα καὶ τὰς πρὸς αὐτὴν νήσους Ἐρύθειαν*, et Herodot. IV, 8. *Ἐρύθειαν νῆσον τὴν πρὸς Γηδείροισι*, et Stephan. Byz. *Γάδειρα πόλις καὶ νῆσος ἐν τῷ ὠκεανῷ*, sed ΕΤΥΤΗΡΑ videtur ortum esse e vitiosa scriptura ΕΡΥΘΙᾹ.

sed navigio*] Cf. Serv. ad Virg. Aen. VII, 662. *Hunc Hercules vicit, qui ideo fingitur ad eum olla aerea transvectus, quod habuit navem fortem et aere munitam.

XXII. Nomina quoque Virgilius nonnumquam ex antiquissimis Graecorum historiis mutuatur. Scitis apud illum unam ex comitibus Dianae Opin vocari: quod nomen vulgo fortasse temere inpositum vel etiam fictum putatur ab ignorantibus insidiosum poetam cognomen quod a veteribus Graecis scriptoribus ipsi
2 Dianae fuerat inpositum comiti eius adsignare voluisse. Sed Virgilius sic ait:

Velocem interea superis in sedibus Opin,
Unam ex virginibus sociis sacraque caterva,
Conpellabat et has tristis Latonia voces
Ore dabat,

[148]et infra: *At Trivia custos iamdudum in montibus Opis.*
3 Opin inquit comitem et sociam Dianae. Sed audite unde Virgilius hoc nomen acceperit, qui, ut dixi, quod epitheton ipsiusce
4 legerat sociae eius inposuit. Alexander Aetolus, poeta egregius, in libro qui inscribitur *Musae* refert quanto studio populus Ephesius dedicato templo Dianae curaverit praemiis propositis ut qui tunc erant poetae ingeniosissimi in deam carmina diversa conponerent. In his versibus Opis non comes Dianae sed Diana ipsa
5 vocata est. Loquitur autem, uti dixi, de populo Ephesio:

Ἀλλ' ὅγε πευθόμενος πάγχυ Γραικοῖσι μέλεσθαι

[Mss. P (AS om. Graec.).
XXII. *Caput XXII. De aliis quibusdam locis Vergilii.* ch-b. 1. *ingeniosum* i-bS. 2. *Velocem*] Aen. XI, 532. — *At*] ib. 836. 3. *ut dixi vobis* S. — *huiusce* S. *ipsius esse* „B". 4. *vocitata* A. 5. *Ἀλλ' ὅγε*] Cf. Brunck. Anall. I, p. 419. Salmas. Plin. Exercc. p. 572. b. D. Meinekii Analecta Alexandr. Berol. 1843. p. 225 sqq., Schneidewin. Zeitschr. f. A. Wiss. 1843. p. 925. — *Ἀλλ' ὅγε .. ἄκλεα ἔργα* om. v-a. — v. 1. *πευθόμενος* h. — *πάγχυ* P. Sic scribendum esse primus vi-

XXII, 1. *insidiosum poetam*] Nolui discedere ab optimorum codicum vestigiis, quamvis difficile sit explicatu hoc adiectivum. Videtur autem Macrobius significare voluisse Virgilium nimia sua doctrina (cf. § 6.) abusum esse ad imponendum minus doctis. De eadem re legitur in Comm. Serv. ad Virg. Aen. XI, 532: *Quod* (nomen) *hoc loco peritissimus antiquitatis poeta sociae eius imposuit.*

quod a veteribus Graeciae scriptoribus ipsi Dianae fuerit inpositum] Hoc factum esse etiam a Callimacho in Dian. 204 et 240. adnotavit Heynius ad hunc Virgilii locum; sed adiecit idem Opin esse inter puellas Hyperboreas quae frugum primitias olim Delum apportavissent et cum Diana ibi mansissent apud eund. in Del. 292. et apud Apollodor. I, 4, 4, 5. Zeunius nos delegat ad Spanhemii adnotat. ad Callimach. H. in Dian. 204. Jacobs. praeter Callimachum citavit Palaephatum 32, 6., ubi Lacedaemonii Dianam dicuntur nominare *Οὖπιν.*

3. *ipsiusce*] Particulam *ce* pronomini *ipse* demonstrandi causa additam esse refert Forcellinus hoc uno exemplo allato.

4. *Alexander Aetolus*] Idem citatur in Comm. Serv. l. c.

dedicato templo Dianae] Alexandri Aetoli versibus Meinekius l. c. p. 229. hanc statuit subesse sententiam: „Ephesius populus decrevit ut Timotheus in solennitate qua Artemisii ante mille annos conditi memoriam celebrarent aureorum siglorum praemio proposito carmen in Dianae laudem componeret"; cui assentitur Schneidewinus, et in hunc modum hoc fragmentum Germanice vertit Hertzberg. Zeitschr. f. A. W. 1847. N. 4. p. 28. Sed Macrobius videtur sane cogitasse de dedicatione anti-

Τιμόθεον κιθάρης ἴδμονα καὶ μελέων,
υἱὸν Θερσάνδρου κλυτὸν ἤνεσεν ἀνέρα σίγλων
χρυσείων ἱερὴν δὴ τότε χιλιάδα

Edd. vicahgspdzb.] dit Brunckius. — ΜΕΝΛΕCΘΑΙ P. — v. 3. *Θερσάνδρου* Psp. *Θερσάνδροιο* hgdzb omnes quorum coniecturas attuli praeter Iacobsium (2). — *κλυτὸν ἤνεσεν* scripsi e coni. Schneidewini. ΤΟΝ ΗΝΕCΕΝ P. *τὸν ἤνεσεν* h-b. „Salmasius ad Solin. legebat *ποτήνεσεν* (*ἀνέρι*). Sed adhaereo Ms. et vulgatis. Suspicari tamen licet pro *σιγλῶν* scribendum *σίκλων*, qui statores sunt. Quemadmodum Choerilus quoque ob singulos versus simile nomisma accepit. Imo forte sequentia sic corrigenda: *χρυσείων ἱερῇ δή τοτε χιλιάδι.*“ Gron. Brunckius scripsit: *τὸν ἤνυσεν ἀνέρα σίκλων χρυσείων ἱερῇ δὴ τότε χιλιάδι ὑμνῆσαι*, Lobeck. ad Soph. Aiac. v. 381. ed. I. *τῷ ἤνεσαν ἀνέρι σίκλων χρυσείων ἱερὴν* cet. Meinekius l. c. comprobat *ἱερῇ .. χιλιάδι*, deinde proponit, id quod recepi, *ἱερὴν .. χιλιάδα ... ταχέων τ' Ὦπιν.* Iacobsius coniecit *Θερσάνδρου, ἀνέπεισε τὸν* vel *Θερσάνδροιο, ἐπῆρε τὸν* (*ἀνέρα*). *μετήϊσαν* (om. *τὸν*) coni. Bergk. Jen. Lit. Zeit. 1844. p. 1206. — v. 4. ΧΡΥCΕΙΩΝΕΡΗΝ P. *χρυσείνω ἱερῶν* h. — *πάντοτε* h-p. *δή τοτε* dzb. „Salmasius l. c. voluit *τῶν τότε.* Verum est *δή τοτε*, quod ex Ms. huc reponere sustinui.“ Gron. — ΧΕΙΛΙΑΔΑ

quioris templi Dianae. Vid. Salmas. l. c., Iacobs. ad Anthol. I, 2. Meinek. p. 226.

5. v. 1. *ὅγε*] *ὁ δῆμος.*

πάγχυ Γραικοῖσι μέλεσθαι] i. e. a Graecis in summo honore haberi, ut vertit Iacobsius qui adnotavit (ad Anthol. I, 2. p. 238): „*Γραικοῖσι* pro *Ἕλλησιν*, et Callimach. Fragm. CIV et CLX. Vid. Stephan. Byz. et Hesych. s. v. *Γραικός.*“

v. 2. *Τιμόθεον κιθάρης ἴδμονα*] Iacobs. contulit Epigr. *ἀδέσπ.* DXXXVIII. *Πάτρα Μίλητος τίκτει τὸν Μούσαισι πόθεινον Τιμόθεον, κιθάρας δεξιὸν ἡνίοχον.* Pausan. III, 12, 8. *Ἐνταῦθα ἐκρέμασαν οἱ Λακεδαιμόνιοι τὴν Τιμοθέου τοῦ Μιλησίου κιθάραν, καταγνόντες ὅτι χορδαῖς ἑπτὰ ταῖς ἀρχαίαις ἐφεῦρεν ἐν τῇ κιθαρῳδίᾳ τέσσαρας χορδάς*, et Athen. XIV, 40. p. 636., ubi Artemoni fere eadem verba tribuuntur, et quae collegit Fabricius in Bibl. Gr. II, p. 158. ed. Harl. Meinekius affert qui Timothei *Ἄρτεμιν* commemorat.

v. 3. *υἱὸν Θερσάνδρου*] Suidas: *Τιμόθεος Θερσάνδρου ἢ Νεομύσου, ἢ Φιλοπόλιδος, Μιλήσιος, λυρικός.*

κλυτὸν] Non dubitavi sic scribere praeeunte Schneidewino, nam litterae *κλυ* facile poterant excidere librario a. — ΔΡΟΥ aberrante ad ΚΛΥ, ut saepe fit in cod. P, ubi eadem littera sequitur brevi intervallo.

ἤνεσεν] i. e. hortatus est vel iussit. Cf. Stephan. thes. Gr. l. s. v. *αἰνέω:* „Cum infinitivo Aesch. Choeph. 550. *Αἰνῶ δὲ κρύπτειν τάςδε συνθήκας*, ibid. 710. et Suppl. 182. Epigr. incert. 268. *Κασιγνήτῳ δέ με μήτηρ Ἤινεσε τόξα φέρειν.* Cfr. Toup. Emendd. I, 435. not. Hesych.: *Αἰνέσαιμι, ἀναπείσαιμι.*“

v. 3. 4. *σίγλων χρυσείων*] Meinekius p. 228.: „Genitivis illis, inquit, apertum est indicari pretium quo remunerari voluerunt carmen Ephesii: accuratius mercedis summam indicari non necessarium erat. De sigli vel sicli valore dixere interpp. Hesychii vol. II. p. 1180. et Boeckius Metrol. p. 49.“ Nam vulgo hi genitivi putantur pendere a voce *χιλιάδα.* Hesychius habet: *Σίγλον, νόμιμα Περσικὸν δυνάμενον ὀκτὼ ὀβολοὺς Ἀττικούς*, et paulo infra *δύναται δὲ ὁ σίγλος δύω δραχμὰς Ἀττικάς.*

4. 4. *δὴ τότε*] Cum infinitivo *ὑμνῆσαι* coniunctae hae particulae idem valent ac *δὴ νῦν* cum imperativo, ut *ἄκουε δὴ νῦν* apud Sophocl. Elect. v. 935 et Eurip. Iph. Aul. v. 1009 et Herc. fur. v. 1246. Aristoph. Equ. v. 1014. Vid. Klotz. ad Devar. II. p. 417.

χιλιάδα] Meinekius vidit idem esse ac *χιλιετηρίδα.* Sic bene se habet adiectivum *ἱερὴν*, quod sensu caret, si intelligitur *σίγλων χιλιάς.* Idem Diodorum ait Timothei florem referre ad Olymp. XCV, 3. ut, si illo tempore Artemisii ante mille annos conditi memoria celebrata esset, efficeretur Ephe-

ὑμνῆσαι ταχέων [τ'] Ὦπιν βλήτειραν ὀϊστῶν,
ἥ τ' ἐπὶ Κεγχρείῳ τίμιον οἶκον ἔχει,
et mox: *Μηδὲ θεῆς προλίπῃ Λητωΐδος ἄκλεα ἔργα.*

6 Apparuit, ni fallor, Opin Dianam dictam, et Virgilium de nimia doctrina hoc nomen in eius comitem transtulisse.

7 *Excessere omnes adytis arisque relictis*
Di.

[Mss. P (AS om. Graec.).

P. — v. 5. *ταχέων* [*τ'*] scripsi e coni. Meinekii quam comprobat Schneidewin. *ταχέων* (om. *τ'*) g-b. *ΤΑΧΕΙΩΝ* P. *ταχαίων* h. — *βλητῆραν* h-p. — v. 6. *Ἥ τ' ἐπὶ … ἔργα* om. hg. In sp post quattuor asteriscos leguntur verba: *et mox*, quae rursus sequuntur octo asterisci. „Hunc cum sequente versiculo primi producimus ex iisdem chartis (cod. Thuan.), nisi quod in Ms. erat *ὄκον* pro *οἶκον*." Gron. — *ἥ τ'* coniecit Meinek. *ΗΔ* P. *ἣ δ'* dzb. — *Κεγχρείῳ* coniecit Meinek. *Κεγχρειῶν* Brunckius, quod probaverunt Iacobsius et Weberus Eleg. poet. p. 698. Vid. not. *Κεγχριῶν* dzb. *ΚΕΤΧΡΙΩΝ* P. — *ΤΙΜΙ..ΟΝ ΟΚΟΝ* P. — *ΛΗΤΩΝΙΔΟC ΑΚΛΕΑ* P. „Brunckius pro *ἄκλεα* scripsit *ἀγλαά*, quod recentiores secuti sunt omnes. Revocavi librorum lectionem. … Si quid mutandum, probabilius sane scribi possit *Λητωΐδος εὔκλεα* (*εὐκλέα*)." Meinek. *Λητῷδος ἀγάκλεα* coni. Schneidewin. 7. *Excessere*] Aen. II, 351. — *omnis* pdz. — *Apollinem* (in mg. *Neptunum*) chg. — *Λείπω*] Eusios credidisse Artemisium circiter MCCCC. anno a. Chr. n. conditum fuisse.

v. 5. *ταχέων* [*τ'*] .. *ὀϊστῶν*] Meinekii, quem secutus sum, interpretatio flagitat ut addatur particula *τέ*. Sed quum ad Macrobii interpretationem ea minus apta sit, uncis eam inclusi.

βλήτειραν] est *ἅπαξ εἰρημένον* quod defenditur analogia vocis *σώτειρα*. Quod legitur in edd. hgsp, *βλητῆραν*, id admitti non potest. Tib. Hemsterhusius ad Lucian. Tom. II. p. 341. ed. Bip., maluit legi *βλητῆρα*, provocans ad Scaligerum in Manil. V, 632.

v. 6. *ἥ τ' ἐπὶ Κεγχρείῳ*] Sic scripsi suadente Meinekio. Nam relativo *ἥ τε* opus esse videtur. *Κεγχρειῶν* vel *Κεγχριῶν*, quod vulgo legitur, Iacobs. refert ad Cenchreas Corinthias, quoniam apud Pausan. II, 2, 3. legitur: *τὴν δὲ ἐς Κεγχρείας ἰόντων ἐξ ἰσθμοῦ ναὸς Ἀρτέμιδος καὶ ξόανον ἀρχαῖον.* Meinekius statuit paulo speciosius de Cenchreis Troicis cogitari potuisse. Ipse *Κεγχρείῳ* scripsit respiciens ad Cenchreum amnem allatis his locis: Strab. XIV, p. 639. *Εἶτα λιμὴν Πάνορμος καλούμενος ἔχων ἱερὸν τῆς Ἐφεσίας Ἀρτέμιδος· εἶθ' ἡ πόλις. Ἐν δὲ τῇ αὐτῇ παραλίᾳ .. ἐστὶ καὶ ἡ Ὀρτυγία, διαπρεπὲς ἄλσος, … Διαῤῥεῖ δὲ Κέγχριος ποταμὸς, οὗ φασιν νίψασθαι τὴν Λητὼ μετὰ τὰς ὠδῖνας.* Pausan. VII, 5, 5. *Ἡ δέ γε Ἐφεσία (παρέχεται ἐς συγγραφὴν) τὸν Κέγχριον ποταμόν.* Tacit. Annal. III, 61. *Primo omnium Ephesii adiere, memorantes non .. Dianam atque Apollinem Delo genitos: esse apud se Cenchrium amnem, lucum Ortygiam, ubi Latonam … edidisse ea numina.* Hanc emendationem vel praepositio flagitare videtur: nec tanta est corruptela, ut non librariis Macrobii possit deberi.

v. 7. *Λητωΐδος ἄκλεα ἔργα*] Haec Meinekius recte videtur interpretari his verbis: „Neque inornata Dianae facta praetermittat", coll. Horat. Carm. IV, 9, 31. *Non ego te meis chartis inornatum silebo.* Quod idem vir doctissimus, si quid esset mutandum, proposuit, *εὔκλεα* vel *εὐκλέα*, id Schneidewinus docuit minus verisimile esse, quum Graeca apud Macrobium uncialibus litteris scripta fuerint. Sed quod adiicit, sensum postulare aut *λίπῃ ἄκλεα* aut *προλίπῃ εὔκλεα*, vel, quod ipse maluit, *ἀγάκλεα*, id minus comprobaverim, quoniam *ἄκλεα* post verbum *προλίπῃ* certe per *πρόληψιν* poni potuit. Quamquam clarissimi viri emendatio iis quae ad v. 3. adnotavimus commendatur.

6. *Virgilium … transtulisse*] Cf. § 1.

Hoc unde Virgilius dixerit, nullus inquirit: sed constat illum de Euripide traxisse, qui in fabula Troadibus inducit Apollinem, cum Troia capienda esset, ista dicentem:

Λείπω τὸ κλεινὸν Ἴλιον, [βωμούς τ' ἐμούς· [149]
ἐρημία γὰρ πόλιν ὅταν λάβῃ κακὴ,
νοσεῖ τὰ τῶν θεῶν, οὐδὲ τιμᾶσθαι θέλει.]

Qui versus docent unde Virgilius usurpaverit discessisse deos a civitate iam capta.

Nec non sine auctoritate Graecae vetustatis est quod ait: 8

Ipsa Iovis rapidum iaculata e nubibus ignem.

Euripides enim inducit Minervam ventos contra Graecorum classem a Neptuno petentem dicentemque debere illum facere quod Iuppiter fecerit, a quo in Graecos fulmen acceperit.

Apud Virgilium Pan *niveo lanae munere* Lunam inlexisse 9
perhibetur *in nemora alta vocans:*

Edd. vicahgspdzb.]
rip. Troad. 25. *Λείπω .. θέλει* om. vi. In P leguntur tantum verba *ΛΕΙΠΟΤΩΚΛΕΙΝΟΝΙΛΙΟΝ*; in c-b praemittuntur tribus his versibus duo versus apud Euripidem proxime antecedentes: *Ἐγὼ δὲ (νικῶμαι γὰρ Ἀργείας θεοῦ Ἥρας, Ἀθάνας θ', αἳ συνεξεῖλον Φρύγας)* (c in mg.: „Locus restitutus. Inducitur autem Neptunus, non Apollo.“; hg in mg.: „In antiq. citatur initium modo tertii versus *λείπω τὸ κλεινὸν ἴλιον*, quae sunt Neptuni verba apud poetam.“ 8. *Ipsa*] Aen. I, 42. — *igne* A. — *contra* ASv-gM123. *contrarios* s-bP. — *clas-*

7. *unde .. dixerit*] i. e. unde sumpserit.

in fabula Troadibus] Vid. not. ad c. 20. § 13.

Apollinem] immo Neptunum, id quod et Camerarius vidit et Petrus Victorius, qui in notis quas adscripsit editionis Aldinae exemplari quod nunc est Monachii attulit Aesch. Sept. 202 sq. *Ἀλλ' οὖν θεοὺς Αὐτοὺς ἁλούσης πόλεος ἐκλείπειν λόγος*, et v. 289 sq. *Ποῖον δ' ἀμείψεσθε γαίας πέδον Τᾶσδ' Ἄρειον ἐχθροῖς ἀφέντες Τὰν βαθύχθον' αἶαν*, cum schol.: *Ἀντὶ τοῦ Ποῖον οἰκήσετε δάπεδον ἐντεῦθεν μεταστάντες. Εἴρηται δὲ καὶ ἐν Ξοανοφόροις Σοφοκλέους, ὡς οἱ θεοὶ ἀπὸ τῆς Ἰλίου φέρουσιν ἐπὶ τῶν ὤμων τὰ ἑαυτῶν ξόανα, εἰδότες ὅτι ἁλίσκεται.* Poterat etiam addere scholion ad v. 202: *Οὐκ ἀλόγως λέγει τοὺς τῆς πόλεως θεοὺς φεύγειν πορθηθείσης αὐτῆς· λέγεται γὰρ ὅτι, ὅτε ἔμελλε πορθηθῆναι ἡ Τροία, ἐφάνησαν οἱ θεοὶ τοῖς Τρωσὶν ἀνελόμενοι ἐκ τῶν ναῶν τὰ ἀγάλματα αὐτῶν.* Ceterum conf. quae de eodem hoc Virgilii loco leguntur lib. III, c. 9.

βωμοὺς .. θέλει] Haud scio an haec Euripidis verba recte absint a cod. P.: propterea ea addidi uncis inclusa.

8. *Euripides*] Zeunius recte docuit respicere Macrobium ad Troad. 77 sqq. *Ὅταν πρὸς οἴκους ναυστολῶσ' ἀπ' Ἰλίου, Καὶ Ζεὺς μὲν ὄμβρον καὶ χάλαζαν ἄσπετον Πέμψει γνοφώδη τ' αἰθέρος φυσήματα, Ἐμοὶ δὲ δώσειν φησὶ πῦρ κεραύνιον Βάλλειν Ἀχαιοὺς ναῦς τε πιμπράναι πυρί. Σὺ δ' αὖ τὸ σὸν παράσχες Αἰγαῖον πόρον Τρικυμίαις βρέμοντα καὶ δίναις ἁλός.* Conf. etiam Homer. Iliad. λ', 45.

9. *niveo lanae munere*] Cf. Philargyr. ad hunc Virg. loc.: *Fabula sic est: Pan cum Lunae amore flagraret, ut illi formosus videretur, niveis velleribus se circumdedit, atque ita eam ad rem veneream allexit. Huius opinionis auctor est Nicander. Nec poterat esse nisi Graecus.* Quae Probo falso tribuit Heynius: nam hic, ut dicit Macrobius, nullum certum nominavit auctorem. Verba eius feruntur haec: *Pan, Mercurii filius, cum Lunam concupisset, poscente ea partem pecoris pro concubitu dicitur pollicitus [esse] et duas partes fecisse gregum, quarum alteram candidiorem, sed lanae crassioris: Lunam decep-*

Munere sic niveo lanae, sic credere dignum est, et reliqua, In hoc loco Valerius Probus, vir perfectissimus, notat nescire se
10 hanc historiam sive fabulam quo referat auctore. Quod tantum virum fugisse miror. Nam Nicander huius est auctor historiae, poeta quem Didymus, grammaticorum omnium quique sint quique fuerint instructissimus, fabulosum vocat. Quod sciens Virgilius adiecit: *Si credere dignum est:* adeo se fabuloso usum fatetur auctore.

11 In tertio libro cursim legitur, neque unde translatum sit quaeritur:

Quae Phoebo pater omnipotens, mihi Phoebus Apollo
Praedixit, etc.

12 In talibus locis grammatici excusantes inperitiam suam inventiones has ingenio magis quam doctrinae Maronis adsignant, nec di-
[150] cunt eum ab aliis mutuatum, ne nominare cogantur auctores. Sed adfirmo doctissimum vatem etiam in hoc Aeschylum, eminen-
13 tissimum tragoediarum scriptorem, secutum, qui in fabula quae Latina lingua *Sacerdotes* inscribitur sic ait:

Στέλλειν ὅπως τάχιστα· ταῦτα γὰρ πατὴρ

[Mss. P (AS om. Graec.).

sem APSv-gM123. *classi* s-b. 9. *Munere*] Georg. III, 391. — *peritissimus* S. 10. *Quo* A. — *dignum* (om. *est*) via. — *auctore* (v3ch *aut.* a *auth.*) *fatetur* v-g. 11. *Quae*] Aen. III, 251. 12. *dicant* vl. — *auctores* (v3ch *aut*; a *auth.*) *cogantur* v-g. 13. *sacerdotis* AS. — *Στέλλειν*] Cf. Schuetz. Aeschyl. fragm. 74. Both. Fragm. Aesch. XXV, α, 1. p. 33.; Dindorf. *Ἱέρειαι* fr. 79.; Schol. Soph. Oed. Colon. 789, ubi om. *θεσπίσματα*. *Στέλλειν* ... *Διὸς* om. v-a. — v. 1. CΤΕΜΕΙΝ P. *Στέλλον* hg. — *οποc* (sup. ω) P. — *πατὴρ* om. hg et Petr. Victorius qui hos versus adscripsit exemplari suo ed. Ald. ΠΑΓΕΡ P. — v. 2.

tam candore deterius pecus abduxisse, ut poeta significat.

10. *Didymus, grammaticorum omnium .. instructissimus*] Cf. Suidas: *Δίδυμος .. χαλκέντερος κληθεὶς διὰ τὴν περὶ τὰ βιβλία ἐπιμονήν· φασὶ γὰρ αὐτὸν συγγεγραφέναι ὑπὲρ τὰ τρισχίλια πεντακόσια βιβλία*, et Athen. IV, 17. p. 139. c. *Καλεῖ δὲ τοῦτον Δημήτριος ὁ Τροιζήνιος βιβλωλάθαν, διὰ τὸ πλῆθος ὧν ἐκδέδωκε συγγραμμάτων· ἔστι γὰρ τρισχίλια πρὸς τοῖς πεντακοσίοις.* Hoc cognomen sic interpretatur Quintilianus I, 8, 20.: *Didymo, quo nemo plura scripsit, accidisse compertum est ut, cum historiae cuidam tamquam vanae repugnaret, ipsius proferretur liber qui eam continebat.* Seneca ep. 88, 32. quattuor milia librorum eum scripsisse refert.

fabulosum] i. e. *μυθολόγον*. Cf. Platon. de rep. III. p. 392. *Ἆρ' οὐ πάντα ὅσα ὑπὸ μυθολόγων ἢ ποιητῶν λέγεται διήγησις οὖσα τυγχάνει ἢ γεγονότων ἢ ὄντων ἢ μελλόντων;*

adeo .. fatetur] Vid. not. ad c. I, 18, 11.

12. *ingenio magis quam doctrinae Maronis*] „Utrumque desideravit in eo Caligulae livor. Exstat apud Tranquillum [Cal. 34.]: *Sed et Virgilii et Titi Livii scripta et imagines paulum abfuit quin ex omnibus bibliothecis amoverit: quorum alterum ut nullius ingenii minimaeque doctrinae, alterum ut verbosum in historia neglegentemque carpebat.*" Pont.

13. *quae .. Sacerdotes inscribitur*] Scholiastes qui ad Sophocl. Oed. Col. v. 789. haec protulit, habet *Αἰσχύλος ἐν Ἱερείαις*, quod legitur etiam apud Hesychium s. v. *Κασωλάβα*, et apud Eustrat. ad Aristot. Ethic. Nicom. III, 2. p. 40., Welckerus Aeschyl. Trilog. p. 408. intelligit Dianae sacerdotes virgines Iphigeniae adventum exspectantes Aulide, e quibus cho-

Ζεὺς ἐγκαθίει Λοξίᾳ θεσπίσματα,

et alibi:

Πατρὸς προφήτης ἐστὶ Λοξίας Διός.

Ecquid clarum factum est inde sumpsisse Virgilium quod Apollo 14
ea vaticinetur quae sibi Iuppiter fatur? Probatumne vobis est Virgilium, ut ab eo intellegi non potest qui sonum Latinae vocis ignorat, ita nec ab eo posse qui Graecam non hauserit extrema satietate doctrinam? Nam si fastidium facere non timerem, in- 15
gentia poteram volumina de his quae a penitissima Graecorum doctrina transtulisset inplere: sed ad fidem rei propositae relata sufficient.

Edd. vicahgspdzb.]

εν ΘΑΚΑΘΙΕΙ P. — *ΛΟΞΙΑ* P. *λοξία* hg. — *ΘΕCΠΙCΑΙΑΤΑ* P. — *alibi*] Eumenid. v. 19., ubi vulgo *Διὸς* in principio et *πατρὸς* in fine versus legitur, ut hunc versum adscripsit P. Vict. — *ΠΑCΡΟC ΠΡΟΦΗΘΗC ΕCΤΙΜΟΞΙΑC ΔΙΟC* P. 14. *Ecquid clarum* om. A. *Et quidem haec quid* S. *Et quid* sp. „*Ecquid* Ms. et editiones, ut reor, omnes ad Stephanum, qui pro libidine solita fecit *Et quid*, sequutusque eum Isaacius in duabus recensionibus, pessime et sine causa. Quare nos reponendam putavimus veterem lectionem, accedente praesertim monitu nobilis et politissimi viri Thomae Stanleii in notis ad Aeschylum.“ Gron. — *factum* (om. *est*) v-g. — *probatum de vobis* A. — *ut habeo* A. — *nec habeo* A. — *his* (om. *de*) v-g.

Finit de his que Virgilius a grecis traxit. AM3P6N. *Finis libri quinti* chg.

rus fabulae constiterit. Vid. Both. l. c.

Πατρὸς .. Διός] Sophocles l. c. *Ὅσωπερ*, inquit, *κἀκ σαφεστέρων κλύω, Φοίβου τε κἀυτοῦ Ζηνὸς ὃς κείνου πατήρ*, ad quae scholiastes adnotavit: *Δοκεῖ γὰρ ὁ Ἀπόλλων παρὰ Διὸς λαμβάνειν τοὺς χρησμούς.* Rem tangit etiam Servius ad Virgil. l. c. De cognomine *Λοξίας* vid. I, 17, 31.

14. *Ecquid*] ponitur ubi quis aliorum exspectat assensum. Cf. Hand. Tursell. II, p. 352.

nec ab eo posse] i. e. ne ab eo quidem posse intelligi, cf. prolegg. p. XLI.

extrema satietate] Dicendum erat: *usque ad extremam satietatem*, i. e. summo studio.

15. *si fastidium facere non timerem*] Rectius dixeris: *nisi vererer ne taedium parerem.*

ingentia poteram volumina .. explere] Hoc quoque loco dixeris Macrobium fuisse immemorem disputationis quam habentem fecit Eustathium. Vid. not. ad c. 21. § 7.

MACROBII AMBROSII THEODOSII

V. C. ET INL.

CONVIVIORUM TERTII DIEI

SATURNALIORUM

LIBER SEXTUS.

[Ed. Bip. vol. II. p. 151.]

I. Hic Praetextatus: Mirum, inquit, in modum digessit Eustathius quae de Graeca antiquitate carmini suo Virgilius inseruit. Sed meminimus viros inter omnes nostra aetate longe doctissimos, Furium Caecinamque Albinos, promisisse se prodituros quid idem Maro de antiquis Romanis scriptoribus traxerit: quod nunc
2 ut fiat tempus ammonet. Cumque omnibus idem placeret, tum Furius Albinus: Etsi vereor ne, dum ostendere cupio quantum Virgilius noster ex antiquiorum lectione profecerit et quos ex

[Mss. APSM.

De his quae a veteribus latinis maro transtulit. AM3N. *Quae sunt quae sumsit virgilius ab antiquis latinorum poetis.* P. *Nunc de his quae a veteribus latinis maro transtulit et incipit liber sextus* P6. In SM12 ne nova quidem linea signatur libri principium. *Macrobii Aurelii Theodosii viri consularis et illustris Saturnaliorum liber sextus.* vichg. *Liber VI.* a. *Aurelii Macrobii Ambrosii Theodosii viri clarissimi et illustris Saturnaliorum liber sextus.* s (p–b *V. C. et inlustris*).

1. *Caput I. Quos vel ex dimidio sui vel solidos etiam versus ab antiquis Latinis poetis sit mutuatus Vergilius.* ch–b. *De his quae a latinis Maro transtulit* vi (v1 add. *Cap.*) 1. *Sic* M13. — *inquit* om. M3. — *meminimus*] Cf. I, 24, 19. — *Albinum* v-g. — *promississe* zb. — *Romanis* om. v3. 2. *necdum* A. — *antiquorum* ASv3. — *levaverit* Av.

I, 1. *carmini suo*] immo *carminibus suis*, nam respiciuntur, quamvis raro, et Georgica et Bucolica. Cf. § 5. *in opus suum.*

Furium Caecinamque Albinos] Vid. prolegg. p. XXVII sq.

traxerit] Cf. § 7. et not. ad I, 3, 15.

2. *Etsi vereor*] Requiritur apodosis quae, si ad sensum spectamus, est in § 7. Sed referuntur haec potius ad ea quae praecedunt: *Quod nunc ut fiat tempus admonet.* Vid. Hand. Tursell. II, p. 603.

dum cupio] Cf. c. 8. § 10.; lib. VII. c. 13. § 20. et prolegg. p. XLI. Sic historicos et poetas indicativo modo post particulam *dum* vel in oratione obliqua usos esse, sed Ciceronem coniunctivo, docet G. T. A. Kruegerus Gramm. d. lat. Spr. § 652, 2.

omnibus flores vel quae in carminis sui decorem ex diversis or- [152]
namenta libaverit, occasionem reprehendendi vel inperitis vel malignis ministrem, exprobrantibus tanto viro alieni usurpationem, nec considerantibus hunc esse fructum legendi, aemulari ea quae in aliis probes et quae maxime inter aliorum dicta mireris in aliquem usum tuum oportuna derivatione convertere, quod et nostri tam inter se quam a Graecis et Graecorum excellentes inter se saepe fecerunt. Et, ut de alienigenis taceam, possem pluribus 3
edocere quantum se mutuo conpilarint bibliothecae veteris auctores: quod tamen oportune alias, si volentibus vobis erit, probabo. Unum nunc exemplum proferam, quod ad probanda quae adsero paene sufficiet. Afranius enim togatarum scriptor in ea togata 4
quae *Compitalia* inscribitur non inverecunde respondens arguentibus, quod plura sumpsisset a Menandro:

— *Fateor*, inquit, *sumpsi, non ab illo modo,*
Sed ut quisque habuit conveniret quod mihi
Quodque me non posse melius facere credidi,
Etiam a Latino.

Quod si haec societas et rerum communio poetis scriptoribusque 5
omnibus inter se exercenda concessa est, quis fraudi Virgilio vortat, si ad excolendum se quaedam ab antiquioribus mutuatus sit? Cui etiam gratia hoc nomine est habenda, quod nonnulla ab illis

Edd. vicahgspdzb.] „Animo meo germanissime. Vult enim dicere Macrobius, subtraxisse plena manu. Dixerat libro ante (V, 20, 18.) *Virgilium nostrum undique veterum sibi ornamenta traxisse.*" Pont. — *exprobantibus* Svi. — *usurpatione* P. 3. *compilarent* M. a p. m. — *veteres* M. 4. *togatorum* M. — *Fateor*] Cf. Both. Poet. fcen. fragm. II, p. 162. Neukirch. de fab. tog. p. 185. In Edd. non diftinguuntur versus. — v. 1. *non ab illo* ASv-gM123. *non ab illo solo* s-bP. Neuk. *non ab solo illo* Both. Totum versum Munk. de Pomp. Bon. sic ordinavit: *Sumsi, fateor, ab illo non solo modo.* — v. 2. *ut quisquis* Mss. viM23. — *quod conveniret* Mss. et Edd. 5. *gratiam* A. — *hoc nomine* om. Ps-z. „Melius Ed. vet. *hoc nomine est hab.*" Zeun. — *habenda est* AS „2 Angl.". — *veterum*

3. *de alienigenis*] i. e. Graecis.
bibliothecae veteris auctores] i. e. veteres Latini. Cf. c. 9. § 9. et c. 4. § 1. *memor et veteris et novae auctorum copiae.*
si volentibus vobis erit] Vid. not. ad I, 7, 9.
4. *quae Compitalia inscribitur*] Sic etiam Laberium unum e suis mimis inscripsisse docet Gellius N. A. XVI, 7, 7. et 9, 4.
quod plura sumpsisset a Menandro] Cf. Horat. Epist. II, 1, 57. *Dicitur Afrani toga convenisse Menandro.* Cic. de fin. I, 3, 7. *Locos quidem quosdam si videbitur, transferam, et maxime ab iis quos non nominavi, quum inciderit ut id apte fieri possit, ut ab Homero Ennius, Afranius a Menandro solet.*
sumpsi non ab illo modo] Versus laborat. Quid ergo, si scribamus: *ab illo non sumpsi modo.* Pleonasmum *non ab illo solo modo* tantum non omnibus meis codicibus refragantibus nolui admittere; sed in secundo versu viris doctis magis quam codicibus obtemperandum esse putavi.
5. *inter se exercenda*] Haec verba si abessent facilius flueret oratio.
fraudi Virgilio vortat] Plautus Capt. II, 2, 9; Epid. I, 2, 5. et III, 4, 20. habet *vitio vortere*, etiam Cicero ad fam. VII, 6. *vitio vertere;* idem p. Mur. 35, 73., p. Cluent. 33, 91., ad Att. V, 21, 12. al. *fraudi esse*, sed *fraudi vortere* nusquam me legere memini.
ad excolendum se] i. e. ad poemata sua exornanda.

in opus suum, quod aeterno mansurum est, transferendo fecit ne omnino memoria veterum deleretur: quos, sicut praesens sensus ostendit, non solum neglectui verum etiam risui habere iam coe-
6 pimus. Denique et iudicio transferendi et modo imitandi conse-
[153]cutus est ut quod apud illum legerimus alienum aut illius esse malimus aut melius hic quam ubi natum est sonare miremur.
7 Dicam itaque primum quos ab aliis traxit vel ex dimidio sui versus vel paene solidos: post hoc locos integros cum parva quadam immutatione translatos sensusve ita transcriptos, ut unde essent eluceret, immutatos alios, ut tamen origo eorum non ignoraretur: post haec quaedam de his quae ab Homero sumpta sunt ostendam non ipsum ab Homero tulisse, sed prius alios inde sumpsisse, et hunc ab illis, quos sine dubio legerat, transtulisse.

8 *Vertitur interea caelum, et ruit oceano nox.*

Ennius in libro sexto:

Vertitur interea caelum cum ingentibus signis.

9 *Axem humero torquet stellis ardentibus aptum.*

Ennius in primo:

Qui caelum versat stellis fulgentibus aptum,

et in tertio:

Caelum prospexit stellis fulgentibus aptum,

et in decimo:

Hinc nox processit stellis ardentibus apta.

10 *Conciliumque vocat divum pater atque hominum rex.*

Ennius in sexto:

Tum cum corde suo divum pater atque hominum rex
Effatur.

[Mss. APSM.

memoria A. — *praesens tempus* v-g „Bar.“ (hg in mg. *sensus*; M *praesens tempus sensus*, del. *tempus*). — *neglectui* c-bP. *n' lectui* A. *non lectui* SiM123. *lectui* v „Ms. et editio Veneta, quae Ms. vicem est, habent *lectui*. Forte editores non adverterunt *non solum* hic dici ἀντὶ *non solum non*. Etiam substantivum non potuit illis placere, tanquam novum et inauditum. Sic tamen et Statius.“ Gron. 6. *aut illius* A*Sv-gbM123. „Placet, sententia diserte vera.“ Pont. *aut aliud* Ps-z. — *ut melius* S. 7. *quod* A. — *immutatione* AM „Angl.“ *mutatione* Edd. PS. — *sunt sumpta* S. — *Homero tulisse* (om. *ab*) AP. 8. *Vertitur*] Aen. II, 250. *GR. Vertitur* A. *Ennius libro sexto. Vertitur* v1. *Virgilius* (c-gb *Verg.*): *Vertitur* v3-gb. Sic usque ad capitis finem ibid. Virgilii versibus eius nomen praemittitur. — *in libro sexto*] v. 18. apud Merulam. *libro VI°* (om. *in*) AS. *sexto* (om. *in libro*) vichg. *in sexto* (om. *libro*) a. 9. *Axem*] Aen. IV, 482. — *in primo*] v. 140 apud Merulam, qui scripsit *versas*. *libro VI°* S. — *et in tertio*] v. 26. Mer. *in III°* (om. *et*) S. *et in tertio ... aptum* om. P. — *et in decimo*] v. 30. Mer. *Idem in X°* S. *in decimo* (om. *et*) v1. *et in nono* chg (g in mg. *decimo*). — *Hinc* s-bAPM23. *Hic* v-gM1. *Haec* SMer. — *processit* APSs-bM13. *praecessit* v-gM2 Mer. 10. *Conciliumque*] Aen. X, 2. — *Ennius* om. v1. Sic etiam in seqq. usque ad § 16. — *in sexto*]

fecit ne .. deleretur] Vid. not. ad Comm. I, 17, 8.

non solum neglectui verum etiam risui] Vid. not. ad I, praef. 10. (ubi addendi sunt numeri VI, 1, 5.) et, quod ad rem attinet, infra c. 3, § 9. et I, 4, 17.

7. *ex dimidio sui*] Vid. prolegg. p. xxxix.

versus] Cf. I, 24, 19.

Est locus, Hesperiam Grai cognomine dicunt. 11

Ennius in primo: [154]

Est locus, Hesperiam quam mortales perhibebant.

Tuque o Thybri tuo genitor cum flumine sancto. 12

Ennius in primo:

Teque, pater Thyberine, tuo cum flumine sancto.

Accipe, daque fidem: sunt nobis fortia bello 13
Pectora.

Ennius in primo:

Accipe, daque fidem, foedusque feri bene firmum.

Et lunam in nimbo nox intempesta tenebat. 14

Ennius in primo:

Cum superum lumen nox intempesta teneret.

Tu tamen interea calido mihi sanguine poenas 15
Persolves.

Ennius in primo:

Non pol homo quisquam faciet inpune animatus
Hoc, nisi tu: nam mi calido das sanguine poenas.

— Concurrunt undique telis 16
Indomiti agricolae.

Ennius in tertio:

Postquam defessi sunt, stant, et spargere sese
Hastis: ansatis concurrunt undique telis.

— Summa nituntur opum vi. 17

Ennius in quarto:

Romani scalis summa nituntur opum vi,

et in sexto decimo:

Reges per regnum statuasque sepulchraque quaerunt; [155]
Aedificant nomen: summa nituntur opum vi.

Edd. vicahgspdzb.] v. 19. Mer. — *Tunc* N. — *Effatur* om. v. 11. *Est*] Aen. I, 530. — *Ennius ... genitor in flumine sancto* (§ 12.) om. P. — *in primo*] v. 36. Mer. 12. *Tuque*] Aen. VIII, 72. — *Thybri* Avi. *Tybri* Msh-z. *Tyberi* a. *Tibri* SbP. — *flumine Xanto* S. — *in primo*] v. 20. Mer. — *Thyberine* vi. *Tyberine* AMc-g. *Tiberine* s-bPS. — *flumine Xanto* S. 13. *Accipe*] Aen. VIII, 150. — *in primo*] v. 154. Merula, qui scripsit: *fidusque fieri.* — *ferusque feri* N. 14. *Et lunam*] Aen. III, 587. — *in primo*] v. 137. Mer. — *tenebat* N. 15. *Tu*] Aen. IX, 422. — *persolvas* N. — *in primo*] v. 122. Mer. — *Nec* Av-gMP23NMer. *Non* s-bPS. — *nam calido* (om. *mi*) S. *nam mihi calido* v1. *mihi nam calido* v3-a. — *dabi'* Mer. „In ora Scriveriani codicis erat *dabi*, *sanguine* more Enniano: praecedit enim *faciet.*" Pont. 16. *Concurrunt*] Aen. VII, 520. Praemittitur *Vergilius* etiam in p-z. — *in tertio*] v. 11. Mer. — *defessi stertunt* „Ms. in mg." „Coniectabam: *Postquam defessi sunt stando, et spargere.* Et apte ita applicabitur statim *ansatis concurrunt undique telis.* Blanditur tamen magis quod admonuit postea Scriverius: *defessi sunt stantes spargere.*" Pont. — *hostis* M. 17. *Summa*] Aen. XII, 552. — *in quarto*] v. 23. Mer. *quarto* om. spatio relicto P. — *Romanis* PN. — *opumve* P. — *in sexto decimo*] v. 17. Mer. *in decimo sexto* v1. *in XVI* v3icag. *in 16* h. *XVI°* (om. *in*) S. — *qurent* N. 18. *Et me-*

18 *Et mecum ingentes oras evolvite belli.*
Ennius in sexto:
Quis potis ingentes oras evolvere belli?

19 *Ne qua meis dictis esto mora: Iuppiter hac stat.*
Ennius in septimo:
Non semper vestra evertit: nunc Iuppiter hac stat.

20 *Invadunt urbem somno vinoque sepultam.*
Ennius in octavo:
Nunc hostes vino domiti somnoque sepulti.

21 *Tollitur in caelum clamor, cunctique Latini.*
Ennius in septimo decimo:
Tollitur in caelum clamor exortus utrisque.

22 *Quadripedante putrem sonitu quatit ungula campum.*
Ennius in sexto:
Explorant Numidae: totum quatit ungula terram,
idem in octavo:
Consequitur, summo sonitu quatit ungula terram,
idem in septimo decimo:
It eques, et plausu cava concutit ungula terram.

23 *Unus qui nobis cunctando restituit rem.*
Ennius in duodecimo:
[156] *Unus homo nobis cunctando restituit rem.*

24 *Conruit in vulnus: sonitum super arma dederunt.*
Ennius in sexto decimo:
Concidit, et sonitum simul insuper arma dederunt.

25 *Et iam prima novo spargebat lumine terras.*
Lucretius in secundo:

[Mss. APSM.

cum] Aen. IX, 528. — *ingentis* v3-g (etiam infra). — *in sexto*] v. 49. Mer. — *Quis potis .. belli* legitur post *Ne qua .. hac stat* in A. — *Qui* SvMer. 19. *Ne qua*] Aen. XII, 565. — *in septimo*] v. 58. Mer. — *nostra* S. 20. *Invadunt*] Aen. II, 265. — *in octavo*] v. 56. Mer. — *hostis* N. 21. *Tollitur*] Aen. XI, 745. — *in septimo decimo*] v. 13. Mer. — *exortusque* M. — *utrimque* Mer. „Malim *utrimque*. Idem Ennius in decimoquarto (v. 13): *Horrescit telis exercitus asper utrimque.* Nec editum aliter Merulae." Pont. — *in VII°* S. 22. *Quadripedante*] Aen. VIII, 596. *Quadrupedante* Edd. P. — *in sexto*] v. 12. Mer. S hunc versum positum post sequentem: *Cum sequitur .. terram*, tribuit cum versu: *It eques ... terram*, libro XVII. (*Id. in XVII°. Explorant ... terram. It eques*). — *umidae* M3. *humide* APM12N. — *et in* v-g. — *in octavo*] v. 43. Mer. — *Cum sequitur* Sv-gM12. — *somno* M. *summam* Mer. — *idem ... terram* om. N. — *et in* v-g. — *in septimo decimo*] v. 12. Mer. *in decimo septimo* v1. *in XVII* v3-g (h 17) M3. *in sexto decimo* M3 (M2 *XVI*). — *plosu* Mer. 23. *Unus*] Aen. VI, 847. — *restituis* Virg. vulgo. — *Ennius ... rem* om. M3. — *in duodecimo*] apud Merulam, qui numerum dicit esse corruptum, VIII, 27. *in VII°* S. 24. *Conruit*] Aen. X, 488. — *dedere* (ut Virg. vulgo) s-bP. — *Ennius .. dederunt* om. N. — *in sexto decimo*] v. 8. Mer. — *simul* om. P. 25. *Et iam*] Aen. IV, 584; IX, 459. — *in secundo*] v. 143. (144. Lachm.), ubi legitur: *Primum Aurora novo cum spargit lumine terras.* Gifanius adnotavit: „Macrob. VI, 1. *Cum primum aurora respergit*, male, ut puto, contra omnes libros." — *respar-*

Cum primum aurora respergit lumine terras.

Flammarum longos a tergo involvere tractus. 26

Lucretius in secundo:

Nonne vides longos flammarum ducere tractus?

— *Ingeminant abruptis nubibus ignes.* 27

Lucretius in secundo:

Nunc hinc, nunc illinc abruptis nubibus ignes.

— *Belli simulachra ciebat.* 28

Lucretius in secundo:

Conponunt, conplent; belli simulachra cientur.

— *Simulachraque luce carentum.* 29

Lucretius in quarto:

— *Cum saepe figuras*
Contuimur miras, simulachraque luce carentum.

Asper acerba tuens retro redit. 30

Lucretius in quinto:

Asper acerba tuens inmani corpore serpens.

Tithoni croceum linquens Aurora cubile. 31

Furius in primo annali:

Interea Oceani linquens Aurora cubile. [157]

Quod genus hoc hominum, quaeve hunc tam barbara morem? 32

Furius in sexto:

Quod genus hoc hominum Saturno sancte create?

Rumoresque serit varios, ac talia fatur. 33

Furius in decimo:

Rumoresque serunt varios, et multa requirunt.

Nomine quemque vocans, reficitque ad praelia pulsos. 34

Furius in undecimo:

Nomine quemque ciet: dictorum tempus adesse
Commemorat,

deinde infra:

Confirmat dictis, simul atque exuscitat acris
Ad bellandum animos, reficitque ad praelia mentes.

Edd. vicahgspdzb.]

git v. 26. *Flammarum*] Georg. I, 367., ubi legitur *albescere tractus.* — *in secundo*] v. 207. — *longo* M. 27. *Ingeminant*] Aen. III, 199. — *in secundo*] v. 214. 28. *Belli*] Aen. V, 674. — *ciebant* s-bP. *vehebat* A. *videbant* „Ms.“. — *in secundo*] v. 324, ubi legitur: *Camporum complent, belli simulacra cientes.* 29. *Simulachraque*] Georg. IV, 472. — *in quarto*] v. 39. (35. L.) — *figuras Contuimur miras* Av-gM13. Lucr. vulgo. *figuras Contuimus miras* M2. *contuimus Figuras miras* S. *figuras Contuitur mirans* s-bP. — *simulachra* (om. *que*) M2. 30. *Asper*] Aen. IX, 794. — *in quinto*] v. 34. (33. L.) 31. *Tithoni*] Aen. IV, 585. — *annalium* chg. — *liquens* N. *liqueus* A. 32. *Quod genus*] Aen. I, 539. 33. *Rumoresque*] Aen. XII, 228. — *ac multa* v-g. 34. *Nomine*] Aen. XI, 731. — *in praelia pulsos* v-g. *ad praelia pulsat* SM1. — *in X.* v-g (a *in decimo*). — *Nomine quoque* hg (g in mg. *quemque*). — *acreis* chg. *acres* p2-bP. 35. *Dicite*] Ecl. VIII, 63. — *Lucilius* ...

35 *Dicite, Pierides, non omnia possumus omnes.*
Lucilius in quinto:
Maior erat natu: non omnia possumus omnes.

36 *Diversi circumspiciunt: hoc acrior idem.*
Pacubius in Medea:
Diversi circumspicimus, horror percipit.

37 *Ergo iter inceptum peragunt rumore secundo.*
Suevius in libro quinto:
— Redeunt, referunt petita rumore secundo.

38 *Numquam hodie effugies, veniam quocumque vocaris.*
Naevius in Equo Troiano:
[158] *Numquam hodie effugies, quin mea manu moriare.*

39 *Vendidit hic auro patriam, dominumque potentem*
Inposuit: fixit leges pretio atque refixit.
Varius de Morte:
Vendidit hic Latium populis, agrosque Quiritum
Eripuit: fixit leges pretio atque refixit.

40 *Ut gemma bibat et Sarrano dormiat ostro.*
Varius de Morte:
Incubet et Tyriis, atque ex solido bibat auro.

41 *Talia secla suis dixerunt currite fusis.*

[Mss. APSM.
omnes om. A. — *Lucretius* Sv-gM123 (hg in mg. *Lucilius*). — *in quinto*] fragm. 21. ap. Gerl. 36. *Diversi*] Aen. IX, 416. — *Pacuvius* Sv3-bP. Vid. I, 12, 35. — *in media* (sup. *e*) A. „Monet margo Scriverii legendum *Medo.*“ Pont. Cf. ap. Scriver. p. 64., ap. Both. p. 131. Medi fragm. 5. — *precipit* S. 37. *Ergo*] Aen. VIII, 90. — *celerant* Virg. vulgo. — *Sucius* AN. — *referunt* APSs-zM123N. *referuntque* v-gb. „Vel ob versus legem legendum *referuntque*, et ita Camerarii liber.“ Pont. „Lege cum ed. vet. *referuntque*.“ Zeun. 38. *Numquam*] Eclog. III, 49. — *in Equo Troiano*] Both. p. 85. Scriverius p. 41. *moriare* tribuit alii versui.
39. *Vendidit*] Aen. VI, 622. — *latum* N. — *Quiritum* APSv-gM123N. *viritim* s-b. 40. *Ut*] Georg. II, 506. — *gemina* P. — *sarano* v-g. — *ut tyriis* ASM „Ms.“. 41. *Talia*] Ecl. IV, 46. — *Catullus*] Epithal. Pel. et

36. *in Medea*] Medeam in Pacuvii fabularum numero refert Baehr. Gesch. d. r. Lit. I, p. 122.; sed Medum (qui ut Medeae filius) praeter Ciceronem de off. I, 31, 114. tuentur Varro Nonius al. conpluribus locis.

horror percipit] Pontanus confert Plaut. Menaechm. V, 5, 21 sq. *Quid cessas dare Potionis aliquid, priusquam percipit insania*, ubi in ed. Weis. legitur *percitust insania.* Ipse Stich. II, 3, 17. pro: *quoi misero medullam ventris percepit fames* propter antecedens *quoi medullam lassitudo perbibit* vult legi: *peredit fames.* Poterat afferre etiam Truc. II, 5, 20. *eius cam cito odium percipit*, et, quod est simillimum, Amphitr. V, 1, 69. *Nam mihi horror membra misero percipit dictis tuis.*

37. *Redeunt referunt*] Codices mss. secutus sum, quamquam sic tertius hexametri pes est trochaeus.

40. *de Morte*] Caesaris, quod Varii carmen epicum commemoratur etiam infra c. 2. §§ 19 et 20. Vid. Baehr. Gesch. d. roem. Lit. I, p. 214. Bernh. Grundr. p. 408.

Incubet et Tyriis] Pontanus adnotavit coll. Petron. c. 30. intelligi vestimenta quae prisci dixissent cubitoria. Recte, dummodo ne cogites de synthesi, sed de stragula veste.

Catullus:

Currite ducenti subtegmine, currite fusi.

Felix heu, nimium felix, si litora tantum 42
Numquam Dardaniae tetigissent nostra carinae.

Catullus:

Iuppiter omnipotens, utinam non tempore primo
Gnosia Cecropiae tetigissent litora puppes.

— *Magna ossa lacertosque* 43
Extulit.

Lucilius in septimo decimo: — *Magna ossa lacertique*
Adparent homini.

— *Placidam per membra quietem* 44
Inrigat.

Furius in primo: — *Mitemque rigat per pectora somnum.*
et Lucretius in quarto:

Nunc quibus ille modis somnus per membra quietem |159|
Inrigat.

— *Camposque liquentes.* 45

Lucretius in sexto [simile de mari]:

Et liquidam molem, camposque natantes.

— *Et geminos, duo fulmina belli,* 46
Scipiadas.

Lucretius in tertio:

Scipiadas, belli fulmen, Carthaginis horror.

— *Et ora* 47
Tristia tentantum sensu torquebit amaro.

Edd. vicabgspdzb.] Thet. v. 327. — *ducenti subtegmine* ASM1. *ducenti subtemine* s-bP (M3 *sub temine*). *ducendo subtegmine* M2. *ducentes subtegmina* v-g. Catull. ed. Lachm. (a *sub tegmina*; Catull. vulgo *subtemina*). 42. *Felix*] Aen. IV, 657. — *si littera* A. *ni littora* chg (g in mg. *si*). — *Catullus*] l. c. v. 171. — *ne* Catull. vulgo. — *Cnosia* N. 43. *Magna*] Aen. V, 422. — *exuit* v. Virg. vulgo. — *Lucilius* s-bP (hg in mg.). *Lucius* N. *Lucretius* ASv1M123. *Ennius* v-g. Merula haec verba posuit Enn. Annal. lib. XVII, v. 26. — *in septimo decimo*] fragm. 7. ap. Gerlach. — *Magna hos sale cestique* N. — *hominis* legendum esse censuit F. Dousa. 44. *Placidam*] Aen. I, 691. — *Miteque* S. — *summum* M. — *Lucretius* (om. *et*) Sv-g. — *in quarto*] v. 905. (907. L.) — *Inriget* Lucr. 45. *Camposque*] Aen. VI, 724. — *linquentes* M. — *in sexto*] v. 404. (405. L.) — *de mari simile* Sv-g. 46. *Et geminos*] Aen. VI, 843., ubi legitur *aut*. — *fulgura* S. — *in tertio*] v. 1047. (36. L.) 47. *Et ora*] Georg. II, 246. *Et hora* A. *ora* (om. *et*) S. — *amaror* (ut vulgo apud

43. *magna ossa lacertique*] Pontanus confert Priapea v. 37. *Phoebus comosus, Hercules lacertosus.*

45. *simile de mari*] Nolui haec omnino delere, quia in omnibus exemplaribus leguntur, sed uncis inclusi ut e glossemate nata. Macrobius, si tale quid addere voluisset, ut infra § 60., id profecto aut posuisset ante nomen *Lucretius*, ut ad Virgilii verba referrentur, aut scripsisset *similiter*.

47. *sensu .. amaro*] Sic scripsi e codicibus, quo melius haec opponerentur iis quae sequuntur *foedo .. sapore.*

Lucretius in secundo: — *Foedo pertorquent ora sapore.*

48 *Morte obita quales fama est volitare figuras.*

Lucretius in primo:

Cernere uti videamur eos, audireque coram,
Morte obita quorum tellus amplectitur ossa.

Hinc est et illud Virgilii:

Et patris Anchisae gremio conplectitur ossa.

49 — *Ora modis adtollens pallida miris.*

Lucretius in primo:

Sed quaedam simulachra modis pallentia miris.

50 *Tum gelidus toto manabat corpore sudor.*

Ennius in sexto decimo:

Tunc timido manat ex omni corpore sudor.

51 *Labitur uncta vadis abies.*

Ennius in quarto decimo:

[160] *Labitur uncta carina, volat super impetus undas.*

52 — *Ac ferreus ingruit imber.*

Ennius in octavo:

Hastati spargunt hastas, fit ferreus imber.

53 — *Apicem tamen incita summum*
Hasta tulit.

Ennius in sexto decimo:

— *Tamen induvolans secum abstulit hasta*
Insigne.

54 *Pulverulentus eques furit: omnes arma requirunt.*

Ennius in sexto:

Balantum pecudes quatit: omnes arma requirunt.

55 *Nec visu facilis, nec dictu adfabilis ulli.*

[Mss. APSM. Virg.) Edd. — *in secundo*] v. 401. — *Fero* S. — *pertorquet ora* v. *pertorpent ore* N. 48. *Morte*] Aen. X, 641. — *qualis* v. Virg. vulgo. — *in primo*] v. 135. (134. L.) — *eas* APSv-g. — *est illud* (om. *et*) S. est et (sup. add. *illud*) A. — *Et patris*] Aen. V, 31. 49. *Ora*] Aen. I, 354. — *in primo*] v. 124. (123. L.) 50. *Tum*] Aen. III, 175. — *in sexto decimo*] v. 21. Mer. *in decimo sexto* hg. — *Tum* M2. Mer. — *timido* ASv-p1M123 Mer. *tumido* p2-bP. — *ex toto* Mer. 51. *Labitur*] Aen. VIII, 91. — *unda* (sup. *iuncta*) P. — *in quarto decimo*] v. 7. Mer. *in decimo quarto* g (h 14). 52. *Ac ferreus*] Aen. XII, 284. — *in octavo*] v. 46. Mer. — *hastatis pergunt.* M a p. m. 53. *Apicem*] Aen. XII, 493. — *in sexto decimo*] v. 9. Mer. *in decimo sexto* hg. — *indu volans* s-bP (M1 a p. m.) M3 Mer. *inde volans* ASv-g (M1 a sec. m.) M2. „Ms. *inde volans.* Alter *inducvolans.*“ 54. *Pulverulentus*] Aen. VII, 625., ubi legitur *equis.* — *in sexto*] apud Merulam legitur v. 14. *Barritu pecudum titubantes arma requirunt*, cum adnotatione: „Citat Macrob. Sat. VI, 1. mondose sic: *Balatum* cet. *Balatum* ASv-gN. 55. *Nec visu*]

50. *toto manabat corpore sudor*] „Huc pertinet locus Lucretii VI, 944. *Manat item nobis e toto corpore sudor.*“ Zeun.

53. *induvolans*] Cf. c. 2. § 28. et Hand. Tursell. III, p. 373.

Accius in Philoctete:

Quem neque tueri contra nec adfari queas.

Aut spoliis ego iam raptis laudabor opimis, 56
Aut leto insigni.

Accius in Armorum iudicio:

— Nam tropaeum ferre me a forti viro
Pulchrum est: si autem vincar, vinci a tali nullum est probrum.

— Nec, si miserum fortuna Sinonem 57
Finxit, vanum etiam mendacemque inproba finget.

Accius in Telepho:

— Nam si a me regnum fortuna atque opes
Eripere quivit, at virtutem nequiit. [161]

Disce, puer, virtutem ex me verumque laborem. 58

Accius in Armorum iudicio:

Virtuti sis par, dispar fortunis patris.

— Iamiam nec maxima Iuno, 59
Nec Saturnius haec oculis pater adspicit aequis.

Accius in Antigona: — *Iamiam neque di regunt,*
Neque profecto deum summus rex omnibus curat.

Num capti potuere capi? num incensa cremavit 60
Troia viros?

Ennius in undecimo, cum de Pergamis loqueretur:

Edd. vicahgspdzb.] Aen. III, 621. — *Actius* (etiam infra) Av. — *in Philoctete*] Scriver. p. 138. Both. fr. 15. p. 234. — *Quod neque* N. — *neque adfari* Both.

56. *Aut*] Aen. X, 449. — *laudabat* v3. — *in Armorum iudicio*] Scriver. p. 100. Both. fragm. 7. p. 178. Hos secutus sum in distribuendis versibus; in Edd. alter versus incipit a verbis: *Si autem.* — *tropaeum* Sv-g Scriv. — *Sin* Scriv. — *nullum est a tali* scripsit Bothius quo emendaretur versus. — *est obprobrium* P. *e probum* N.

57. *Nec si*] Aen. II, 79. — *in Telepho*] Scriver. p. 144. Both. fr. 2. p. 241. *in Telephoe* h. — *ad virtutem* N. *et virtutem* v-g (M1 a sec. m.). — *nequit* AM123N. *nequivit* Sv-g. *non quiit* s-bP Scriv. Both.

58. *Disce*] Aen. XII, 435. — *in Armorum iudicio*] Scriver. p. 100. Both. fr. 15. p. 179. — *Virtuti sis*] Scriv. et Both. *Virtutis is* APS M13. *virtutis iis* M2. *Virtuti is* Edd. „Rescribo: *Virtute sis par, dispar fortunis patri.* Clarum ex Maroniana imitatione. Et addo Lucam Fruterium in Verisimilium olim libris idem incurrisse.“ Pont.

59. *Iamiam*] Aen. IV, 371. — *ut max.* M a p. m. — *in Antigona*] Scriverius p. 98. *curat* tribuit tertio versui; Bothius fr. 5. p. 175. praeter *Iamiam* omnia sic ordinavit in tetram. troch.: *Neque regunt di neque profecto deum rex summus omnibu' curat.* — *ut diregunt* MN. *ut dirigunt* A. — *supremus rex* N.

60. *Num*] Aen. VII, 295. — *non incensa* A. — *in undecimo*] apud Merulam lib. XIV, v. 12. *in decimo* Av-g. — *cremare* N.

58. *Virtuti sis par*] In codicibus mss. voces male distinguuntur. Bothius commode adnotavit: „Soph. Aiac. 550. Ὦ παῖ γένοιο πατρὸς εὐτυχέστερος, Τὰ δ' ἄλλ' ὅμοιος, καὶ γένοι' ἂν οὐ κακός. Sic Eurysacem filium adhortatur Aiax.“

59. *Iamiam .. curat*] Sic haec pro senariis iambicis sunt habenda, sed vid. app. Bothius statuit esse verba Antigonae deprehensae a custodibus et ad Creontem ductae.

Quae neque Dardaniis campis potuere perire;
Nec, cum capta, capi nec, cùm combusta, cremari.

61 *Multi praeterea, quos fama obscura recondit.*

Ennius in Alexandro:

Multi alii adventant, paupertas quorum obscurat nomina.

62 *Audentes fortuna iuvat.*

Ennius in septimo:

Fortibus est fortuna viris data.

63 *— Recoquunt patrios fornacibus enses;*
Et curvae rigidum falces conflantur in ensem.

Lucretius in quinto:

Inde minutatim processit ferreus ensis;
[162] *Versaque in obscenum species est falcis aenae.*

64 *Pocula sunt fontes liquidi atque exercita cursu*
Flumina.

Lucretius in quinto:

Ad sedare sitim fluvii fontesque vocabant.

65 *Quos rami fructus, quos ipsa volentia rura*
Sponte tulere sua, carpit.

Lucretius in quinto:

Quod sol atque imbres dederant, quod terra crearat
Sponte sua, satis id placabat pectora donum.

II. Post versus ab aliis vel ex integro vel ex parte translatos vel quaedam immutando verba tamquam fuco alio tinctos nunc locos locis conponere sedet animo, ut unde formati sint quasi de speculo cognoscas.

[Mss. APSM.

61. *Multi*] Aen. V, 302. — *in Alexandro*] Scriver. p. 10. Both. fr. 5. p. 34. — *Multi adventant* (om. *alii*) S. — *Nomina* Heynius ad Virg. l. c. tribuit novo versui. 62. *Audentes*] Aen. X, 284. — *in septimo*] v. 59. Mer. — *data nomina* N. 63. *Recoquunt*] Aen. VII, 636. — *Et*] Georg. I, 508. — *curvae rigidos* S. *cura erigidam* M. — *in quinto*] v. 1292. (93. L.) — *in obscurum* v-g (hg in mg. *obscoenum*). „Sed in libris Lucretii hodie extat *in opprobrium*.“ Zeun. — *falces* P. *facilis* v3. — *aeneae* ANv3. 64. *Pocula*] Georg. III, 529. — *liquida* A. — *in quinto*] v. 943. (945. L.) — *Ad sedare* Edd. P. „Quod qui aut librariorum peccatum esse dixerunt, ut Wakefieldius, aut cum Gerh. Ioh. Vossio infinitivum cum *ad* praepositione coniunctum ferendum iudicarunt, orthographiae antiquae turpiter imperiti fuerunt.“ Lachm. *ad sedera* N. *ad sedere* AM. *at sedare* Lucret vulgo. *Assedere* S. 65. *Quos*] Georg. III, 529. — *carpsit* v-gb. „Recte.“ Zeun. — *in quinto*] v. 935. (937. L.) — *dederat* v. — *placarat* v-g.

II. *Caput II. Quos locos aut integros aut paucis admodum immutatis ex antiquis Latinis scriptoribus Vergilius transtulerit: quosque ita mutaverit, ut origo eorum facile deprehendatur.* ch-b. 1. *suco* M23. *succo* Sv-gM1. — *sed animo* M. — *unde* (om. *ut*) c-g. — *formata* M. — *quasi*

61. *in Alexandro*] Aut intelligendus est Paris qui Philoctetae vulnere ab Oenone repulsus periit, aut scribendum est *Alexandra*, i. e. Cassandra, id quod coniecit Scriverius et post cum Delrio, quem citavit Bothius.

II, 1. *sedet animo*] Cf. Virg. Aen. IV, 15 sq. *Si mihi non animo fixum inmotumque sederet, Ne cui me vinclo vellem sociare iugali.*

Nec sum animi dubius, verbis ea vincere magnum 2
Quam sit, et angustis hunc addere rebus honorem.
Sed me Parnasi deserta per ardua dulcis
Raptat amor: iuvat ire iugis qua nulla priorum
Castaliam molli devertitur orbita clivo.

Lucretius in primo: 3

Nec me animi fallit, quam sint obscura, sed acri
Percussit thyrso laudis spes magna meum cor,
Et simul incussit suavem mi in pectus amorem [163]
Musarum: quo nunc instinctus mente vigenti,
Avia Pieridum peragro loca nullius ante
Trita solo.

Accipe et alterum locum Maronis illi unde traxerat conparandum, 4
ut eundem colorem ac paene similem sonum loci utriusque repperias. Virgilius:

Si non ingentem foribus domus alta superbis
Mane salutantum totis vomit aedibus undam;
Nec varios inhiant pulchra testudine postes.

et mox: *At secura quies, et nescia fallere vita,*
Dives opum variarum: at latis otia fundis,
Speluncae vivique lacus: at frigida Tempe
Mugitusque boum mollesque sub arbore somni
Non absunt: illic saltus ac lustra ferarum,
Et patiens operum exiguoque adsueta iuventus.

Lucretius in libro secundo: 5

Si non aurea sunt iuvenum simulachra per aedes,
Lampadas igniferas manibus retinentia dextris,
Lumina nocturnis epulis ut subpeditentur,
Nec domus argento fulgens auroque renidens,
Nec citharam reboant laqueata aurataque templa:

Edd. vicahgspdzb.]

... *cognoscas* om. P. 2. *Nec sum*] Georg. III, 289. 3. *in primo* v. 921. (922. L.) — *Nec mea* A. — v. 3. *mi* om. v1. *mihi* SM. *michi* A. — *in spectus* PSMN. — *instrnatus* N. 4. *Accipite* Shs-zA. „Melius Ed. vet. *Accipe* (v-agbPM). Nam sequitur *reperias*.“ Zeun. — *Virgilius* om. s-bS. — *Si non*] Georg. II, 461. — *totis vomat* (sic) *aedibus undam*, altera pars versus 2, in P legitur ante versum 1. — *testitudine* A. — *At*] ib. v. 467. — v. 1. *vitam* A. — v. 2. *letis* M. — v. 3. *vinique* S. — v. 5. *et lustra* A. — v. 6. *parvoque* Av-g (ut multi codd. et edd. Virg.).
5. *in libro secundo*] v. 24. — *in secundo* va. *in II* i-g. — v. 4. *fulget* (L. *fulgenti*) ... *renidet* edd. Lucr. — v. 5. *citharis* Lucr. vulgo. *citharae* Lachm. Vid. not. — *templa* v3-gb. vulgo Lucr. *Tempe* Mss. v1s-zN.

4. *unde traxerat*] De plusquamperfecto vid. not. ad I, 20, 12.
Virgilius] Addidi e tribus codicibus et edd. vett. nomen quod iisdem iubentibus et suffragante uno, qui reliquus est, codice S § 1 et §§ 15—29., ubi vulgo additur, delevi. Videtur Macrobius Virgilii nomen addidisse, ubi verba quae praemisit ad certum quendam referuntur locum. Cf. §§ 8-14.
5. v. 5. *citharam reboant*] Sic scripsi cum codicibus, quum *reboare* sit verbum et activum et neutrum, et *citharam* dici possit pro *citharae sonum*. Nec me movet quod c. 4. § 21. legitur *cithara*: nam hic versus ibi a Ma-

Cum tamen inter se prostrati in gramine molli
Propter aquae rivum sub ramis arboris altae,
Non magnis opibus iucunde corpora curant:
Praesertim cum tempestas adridet et anni
Tempora conspergunt viridantes floribus herbas.

6 *Non umbrae altorum nemorum, non mollia possunt*
Prata movere animum: non qui per saxa volutus
[164] *Purior electro campum petit amnis.*

Lucretius in secundo:

Nec tenerae salices atque herbae rore virentes
Fluminaque ulla queunt summis labentia ripis
Oblectare animum subitamque avertere curam.

7 Ipsius vero pestilentiae, quae est in tertio Georgicorum, color totus et liniamenta paene omnia tracta sunt de descriptione pestilentiae quae est in sexto Lucretii. Nam Virgiliana incipit:

Hic quondam morbo caeli miseranda coorta est
Tempestas totoque auctumni incanduit aestu,
Et genus omne neci pecudum dedit, omne ferarum.

Lucretii vero sic incipit:

Haec ratio quondam morborum et mortifer aestus
Finibus in Cecropis funestos reddidit agros,
Vastavitque vias, exhausit civibus urbem.

8 Sed, quatenus totum locum utriusque ponere satis longum est, excerpam aliqua ex quibus similitudo geminae descriptionis adpareat.

Virgilius ait:

Tum vero ardentes oculi atque adtractus ab alto
Spiritus, interdum gemitu gravis, imaque longo

[Mss. APSM.

„Rectius in Ed. vet. *templa;* alii (hg in mg. et Lachm.) male *tecta.*“ Zeun. Vid. not. — v. 6. *Quin tamen* Lucr. ed. Haverc. *Attamen* ed. Creech. — v. 8. *iocunde* AS. *incunde* N. — v. 10. *conspargunt* v3chN. *cum pergunt* (sup. add. s) A. — *viridantis* viag. *viridanteis* ch. 6. *Non*] Georg. III, 520. *Virgilius. Non* v3i. *Vergilius in Georgicis. Non* chgb. — v. 2. *vomere* P. — *in secundo*] v. 361. — v. 1. *Nec temere* SM. — *vigentes* v-g Lucr. — v. 2. *illa* Lachm. — *lambentia* v3. 7. *Georgi.* v. *grorg.* i. *Georgicon* a-g. — *lineamenta* s-bP. — *Hic*] Georg. III, 478. — v. 2. *totaque* zb. — v. 3. *nec in* M. — *Lucretii*] VI, 1136. (38. L.) *Lucretii .. incipit* om. s-z. „Ante haec verba in Ed. vet. recte sunt haec: *Lucretii vero sic incipit.*“ Zeun. — v. 1. *Nec* S. — v. 2. *Finibus Cecropiis* edd. Lucr. ante Lachm. — v. 3. *viam* S. 8. *est longum* S. — *apparet* hg. — *Tum*] Georg. III, 505. — v. 2. *gravius* A. — *iamque*

crobio aliter ac hoc loco videtur citatus esse e memoria. Vid. not. seq.

laqueata aurataque templa] Quod in codicibus mss. legitur, *Tempe,* id ferri omnino non potest, cum propter totius loci sensum, tum propter haec epitheta: et potuit facillime huc transferri e Virgilii loco qui antecedit. Neque tamen censui scribendum esse *tecta*, ut legitur c. 4. § 21. et Lucan. Pharsal. X, 113., quia hoc nimis distat a voce *Tempe,* quae multo facilius poterat nasci e voce *templa*, quae legebatur ante Lachmannum in omnibus exemplaribus Lucretianis.

8. *quatenus*] Vid. not. ad I, 4, 8.
ponere] Vid. not. ad V, 4, 4.

Ilia singultu tendunt: it naribus ater
Sanguis, et oppressas fauces premit aspera lingua.

Lucretius ait: 9

Principio caput incensum fervore gerebant,
Et duplices oculos suffusa luce rubentes:
Sudabant etiam fauces intrinsecus artae
Sanguine, et ulceribus via saepta coibat:
Atque animi interpres manabat lingua cruore,
Debilitata malis, motu gravis, aspera tactu.

Virgilius ait: 10

Haec ante exitium primis dant signa diebus. [165]

et quae darent signa supra retulit idem:

— Demissae aures, incertus ibidem
Sudor, et ille quidem morituris frigidus; aret
Pellis et adtactu tractanti dura resistit.

Lucretius ait: 11

Multaque praeterea mortis tunc signa dabantur:
Perturbati animi, mens in maerore metuque,
Triste supercilium, furiosus vultus et acer,
Sollicitae porro plenaeque sonoribus aures,
Creber spiritus aut ingens raroque coortus,
Sudorisque madens per collum splendidus humor,
Tenuia sputa, minuta, croci contacta colore,
Salsaque per fauces raucas vix edita tussis.

Virgilius ait: 12

Profuit inserto latices infundere cornu
Lenaeos: ea visa salus morientibus una.
Mox erat hoc ipsum exitio.

Lucretius ait:

Nec ratio remedi communis certa dabatur.
Nam quod alis dederat vitalis aeris auras

Edd. vicahgspdzb.] v3. — v. 3. *id* M. — v. 4. *obsessas* Virg. vulgo. 9. *Lucretius*] VI, 1143. (45. L.) *Lucretius ait* om. Ss-z. „Ed. vet. recte praemittit *Lucr. ait.*“ Zeun. — v. 1. *gerebat* v1. — v. 3. *artae* APM3P6. *arte* SN. *aree* M1. *arent* M2. *atrae* v1. Lachm. *atro* v3-b. Lucr. vulgo. — v. 4. *quoibat* N. *cohibat* v. *cohibant* S. — v. 5. *manebat* (supp. add. *a*) M. — v. 6. *molis* SMv1. 10. *Virgilius ait* APM123. om. Ss-g. „Praepone cum Ed. vet. (v-gb). *Vergilius sic ait.*“ Zeun. — *Haec*] Georg. III, 503. — *primus* A. — *signa* om. Ps-z. — *rettulit: id est* Av. — *Demissae*] ib. 500. — v. 1. *Dimissae* A. — *insertus* ag. *sincerus* vi. *syncerus* ch. — v. 3. *ad tactum* S Virg. vulgo. 11. *Lucretius*] VI, 1180. (82. L.) *Lucretius ait* om. s-z. „Recte Ed. vet. (APSv-g) praeponit *Lucr. ait.*“ Zeun. — v. 2. *Perturbati* AS (M1 in mg.) M23N. *perturbata* (ut ap. Lucr. vulgo) v3-bP. *Probati* M1 a p. m. — v. 4. *Sollicitet* S. — *porro* om. P. — v. 5. *et ingens* 𝔖 — v. 7. *croci* om. M3. — *contacta* As-b (g in mg.) PM3. Lachm. *contracta* SvichgM12. *contincta* Lucr. vulgo. — *colore* ASv-gM123N Lucr. *cruore* s-bP. 12. *Virgilius* (om. *ait*) ASvia. *Vergilius in Georg.* chg. — *Profuit*] Georg. III, 509. — *Lucretius*] VI, 1224. (26. L.) — v. 1. *remedii* P. — v. 2. *aliis* Edd. P. *ali* Lachm. — v. 3.

10. *dant signa*] sc. pecudes.

Volvere in ore licere et caeli templa tueri,
Hoc aliis erat exitio letumque parabat.

13 Virgilius ait:

Praeterea nec mutari iam pabula refert:
Quaesitaeque nocent artes, cessere magistri.

Lucretius ait:

Nec requies erat ulla mali: defessa iacebant
Corpora, mussabat tacito medicina timore.

14 Virgilius ait:

[166] *Ipsis est aer avibus non aequus, et illae*
Praecipites alta vitam sub nube relinquunt.

Lucretius ait:

Nec tamen omnino temere illis sedibus ulla
Conparebat avis: nec tristia secla ferarum
**Exuperant silvis: languebant pleraque morbo,*
Et moriebantur.

Nonne vobis videntur membra huius descriptionis ex uno fonte
15 manasse? Sed rursus locos alios conparemus:

— Gaudent perfusi sanguine fratrum,
Exilioque domos et dulcia limina mutant.

Lucretius in tertio:

Sanguine civili rem conflant, divitiasque
Conduplicant avidi, caedem caede adcumulantes,
Crudeles gaudent in tristi funere fratris.

16 *Multa dies variusque labor mutabilis aevi*
Retulit in melius: multos alterna revisens
Lusit et in solido rursus fortuna locavit.

Ennius in octavo:

— Multa dies in bello conficit unus:
Et rursus multae fortunae forte recumbunt.
Haudquaquam quemquam semper fortuna secuta est.

[Mss. APSM.

volvere more A. — *liceret et* APMN. *licet et* S. 13. *Virgilius* (om. *ait*) AS. — *Praeterea*] Georg. III, 548. — *iam mutari* v-g. — *arces* M. — *Lucretius*] VI, 1176. (78. L.) *Lucretius dixit* A. — *missabat* v1M13. *missibat* M2. 14. *Virgilius* (om. *ait*) A. — *Ipsis*] Georg. III, 546. — *Lucretius*] VI, 1217. (19. L.) *Lucretius ait* om. S. — v. 1. *solibus* ap. Lucr. vulgo. Lambinus confert Pers. V, 41. *longos consumere soles.* — v. 2. *Conparabat* PSMN. — v. 3. *Exuperant* Mss. v1M23P6N. *exibant* (ut ap. Lucr. vulgo) v3-b. — *videntur vobis* S. *videntur nobis* v-g (g in mg.: *vobis haec membra*). — *uno fonte* (om. *ex*) P. — *comparamus* ASP6. 15. *Gaudent*] Georg. II, 510. *Vergilius: Gaudent* (vi *Virg.*) chgb. (ubi idem nomen additur etiam in sequentibus usque ad § 28.) — v. 2. *lumina* A. — *in tertio*] v. 70. — v. 2. *Cum duplicant* A. — v. 3. *funere* om. P. 16. *Multa*] Aen. XI, 425. — *variique* edd. Virg. — *in solio* g

14. **Exuperant silvis*] Nec constructio verborum (nam dicendum erat *exsuperant silvas*) nec tempus hoc verbum commendat, quod non sua vi hic est positum, ut possit videri huc translatum esse e § 17. At codicum mss. consensus nos vetat sequi exemplaria Lucretiana. Nisi obstaret metrum, scriberem *Eruperant*.

O praestans animi iuvenis, quantum ipse feroci 17
Virtute exuperas, tanto me inpensius aequum est
Consulere atque omnes metuentem expendere causas.

Accius in Antigona:

— Quanto magis te istiusmodi esse intellego,
Tanto, Antigona, magis me par est tibi consulere [*et*] *parcere.* [167]

O lux Dardaniae, spes o fidissima Teucrum, 18

et reliqua.

Ennius in Alexandro:

O lux Troiae, germane Hector, quid ita cum tuo lacerato
Corpore miser? aut qui te sic respectantibus tractavere
Nobis?

Frena Pelethronii Lapithae gyrosque dedere 19
Inpositi dorso atque equitem docuere sub armis
Insultare solo et gressus glomerare superbos.

Varius de Morte:

Quem non ille sinit lentae moderator habenae
Qua velit ire sed angusto prius ore coercens
Insultare docet campis, fingitque morando.

Talis amor Daphnin, qualis cum fessa iuvencum 20
Per nemora atque altos quaerendo bucula lucos
Propter aquae rivum viridi procumbit in ulva
Perdita, nec serae meminit decedere nocti.

Varius de Morte:

Edd. vicahgspdzb.]

in mg. — *in octavo*] v. 76. Mer. — v. 3. *quemquam* om. APMN. 17. *O praestans*] Aen. XII, 19. — v. 3. *casus* (ut ap. Virg. vulgo) v-gbPN. — *Actius* AviP6. — *in Antigona*] Scriver. p. 98. Both. fr. 6. p. 175. Ille, ut edd. Macrobii, verba *Consulere et parcere* tribuit tertio versui. Bothius scripsit bis *mage* et delevit *et*. Vid. not. 18. *O lux*] Aen. II, 281. — *et reliqua* om. S. — *in Alexandro*] Scriver. p. 10. Both. fr. 8. p. 34. Ille, ut edd. Macrob., versus sic divisit, ut secundus inciperet a *Quid*, tertius ab *Aut qui*. — v. 2. *Quo ita* g in mg. 19. *Frena*] Georg. III, 115. — *pelethonii* M. *pelectronii* vi. *pelecthoniis* (del. *s*) S. — v. 1. *sinit ille* P. — v. 2. *venit* P. — *orbe* coni. Bentleius ad Hor. Carm. III, 6, 22. — v. 3. *campis* om. P. 20. *Talis*] Eclog. VIII, 85. — v. 1. *Daphnim* Sv-g. — *confessa* SM. — v. 2. *bacula* M. — *Idem de morte* P6. — v. 1. *Seu* P

17. *Quanto ... parcere*] Vulgo haec habentur pro versibus iambicis senariis, sed secundus, *Tanto .. tibi*, uno pede caret. Quamobrem ego in re summa secutus sum Bothium, qui pro trochaicis tetrametris catalecticis haec habet, sed ad metrum emendandum bis scripsit *mage*, et delevit *et*, quod ego uncis inclusi, quum sane verisimile sit verbum *parcere* pendere a verbo *consulere* (ut haec sint verba Ismenes suadentis ut parcat Antigona, i. e. ut desistat incepto, ut vult Bothius) nec nisi deleta particula constet versus.

18. *O lux .. nobis*] In versibus distribuendis secutus sum Bothium, ut sint tetrametri trochaici acatalecti. De fabulae nomine vid. quae adnotavi ad c. 1. § 61.

19. *equitem docuere .. insultare solo*] Cf. c. 9. § 8 sqq. Gellius N. A. XVIII, 5, 7. cum his Virgilii verbis confert versus Ennii: *Denique vi magna quadrupes eques atque elephanti Proiiciunt sese.*

de Morte] Vid. not. ad c. 1. § 40.

Ceu canis umbrosam lustrans Gortynia vallem,
Si veteris potuit cervae conprendere lustra,
Saevit in absentem, et circum vestigia lustrans,
Aethera per nitidum tenues sectatur odores.
Non amnes illam medii, non ardua tardant;
Perdita nec serae meminit decedere nocti.

21 — *Nec te tua funera mater*
Produxi pressive oculos aut vulnera lavi.

[168]Ennius in Cresphonte:

Neque terram inicere neque cruenta convestire corpora
Mihi licuit, neque miserae lavere lacrimae salsum sanguinem.

22 *Namque canebat uti magnum per inane coacta*
Semina terrarumque animaeque marisque fuissent,
Et liquidi simul ignis, ut his exordia primis
Omnia et ipse tener mundi concreverit orbis:
Tum durare solum, et discludere Nerea ponto
Coeperit, et rerum paulatim sumere formas,
Iamque novum terrae stupeant lucescere solem.

23 Lucretius in quinto, ubi de confusione orbis ante hunc statum loquitur:

His neque tum solis rota cerni lumine claro
Altivolans poterat, neque magni sidera mundi;
Nec mare nec caelum, nec denique terra nec aer,
Nec similis nostris rebus res ulla videri.
Sed nova tempestas quaedam molesque coorta.
Diffugere inde loci partes coepere, paresque
Cum paribus iungi res et discludere mundum,
Membraque dividere et magnas disponere partes.

24 et infra: *Hoc est a terris magnum secernere caelum,*

[Mss. APSM.

(N a p. m.). — *gortinia* AM. *Cortynia* c-g. — v. 2. *comprehendere* S. *conpendere* N. — v. 4. *sectator* v3. 21. *Nec te*] Aen. IX, 486. *Nec tua* (om. *te*) v1. *Nea tua* v3. *Nocte tua* S (M a p. m.). — v. 2. *aut funera* P (cf. v. 1.). — *in Cresphonte*] Scriver. p. 13. Both. fr. 6. p. 39. *Cressiphonte* ASM. *Ctesiphonte* Edd. P. „Faciendum *in Cresiphonte*. Et monuit in Ennianis reliquiis Hieronymus Columna." Pont. — *Neque ... sanginem*] Apud Scriver. et in edd. Macrob. tres distinguuntur versus, quorum secundus incipit a verbo *Convestire*, tertius a particula *Neque*. — *convertere* A „B". — *corpora Mihi* scripsi cum Bothio. *mihi corpora* Edd. Mss. et Scriver. — v. 3. *salsum* om. P. *falsum* S. 22. *Namque*] Ecl. VI, 31. — v. 4. *cum creverit* A. — v. 5. *Nerea* om. P. — v. 6. *Coeperat* PM. *ceperat* AS. 23. *in quinto*] v. 433. (432. L.) — v. 1. *Hic* edd. Lucr. — *tam* SN. — *tota* vi. — *cernitur* P. — *largo* edd.

20. *canis Gortynia*] Cf. Virgil. Aen. XI, 773. *spicula .. Gortynia*, et Ovid. Metam. VII, 778. *Gortyniaco ab arcu.*

21. *Neque ... sanguinem*] Secutus sum Bothium, qui statuit esse versus iambicos tetrametros, et dixisse haec Moropen de trucidatis filiis.

22. v. 6. *Coeperit*] Quod est in omnibus codd. mss., *coeperat*, id admitti non potest, quia sequitur *stupeant*, quod docet etiam ad hoc verbum referendam esse particulam *ut*.

Et seorsum mare uti secreto humore pateret,
Seorsus item puri secretique aetheris ignes.

et infra: *Omnia enim magis haec ex levibus atque rotundis.*

Cum fatalis equus saltu super ardua venit 25
Pergama, et armatum peditem gravis attulit alvo. [169]

Ennius in Alexandro:

Nam maximo saltu superabit gravidus armatis equus,
Qui suo partu ardua perdat Pergama.

Tum pater omnipotens, rerum cui summa potestas, 26
Infit: eo dicente deum domus alta silescit,
Et tremefacta solo tellus, silet arduus aether.
Tum venti posuere, premit placida aequora pontus.

Ennius in Scipione:

— *Mundus caeli vastus constitit silentio,*
Et Neptunus saevus undis asperis pausam dedit.
Sol equis iter repressit ungulis volantibus:
Constitere amnes perennes, arbores vento vacant.

Itur in antiquam silvam, stabula alta ferarum. 27
Procumbunt piceae, sonat icta securibus ilex,
Fraxineaeque trabes, cuneis et fissile robur
Scinditur: advolvunt ingentes montibus ornos.

Ennius in sexto:

Incedunt arbusta per alta, securibus caedunt,
Percellunt magnas quercus, exciditur ilex,
Fraxinus frangitur, atque abies consternitur alta:
Pinus proceras pervortunt: omne sonabat
Arbustum fremitu silvai frondosai.

Edd. vicahgspdzb.] Lucr. — v. 5. *Sed hoc nova* N. — v. 8. *divideret et* A. 24. *infra*] v. 447. (446. L.) — v. 2. *mare tuti* P6. — v. 3. *Seorsum* v-gN. — *ignis* S. — *infra*] v. 456. (455. L.) — *rotundus* A. 25. *Cum*] Aen. VI, 515. — *in Alexandro*] Scriver. p. 10. Both. fr. 7. p. 34. Ille, ut edd. s-b, distinguit quattuor versus, quorum secundus incipit a *Gravidus*, tertius a *Qui*, quartus a *Pergama*. In v-g *Pergama* tribuitur tertio versui. In s-b spatium relictum est ante *Qui*. — *Nunc maximo* P. — *superabit* Bothius ex emendatione Vossii. *superavit* Edd. et Mss. Scriv. — *gravidus* as-b (g in mg). *gravibus* APvichgM123N. *gravis* S. — *armatus* S. — *Pergama* om. S. 26. *Tum*] Aen. X, 100. — v. 3. *telo tellus* P. — v. 4. *Tum Zephyri* Virg. — *in Scipione*] Scriver. p. 37. Both. fr. 3 p. 60. — v. 1. *silentia* vichg. — v. 3. *itiner* scripsit Bothius ut versum emendaret. Scriverius coniecit: *Sol equos quater.* — v. 4. *Constitere* a Scriv. Both. „Vossius pag. 11. de Hist. Lat.“ Pont. *Constatere* „Ms.“ *Consistere* vich-b Mss. — *vocant* M. 27. *Itur*] Aen. VI, 179. — v. 4. *ac volvunt* v3. — *in sexto*] VII, 28. Mer., ubi legitur *Incidunt arbusta praealta.* — v. 2. *Procellunt* P6. *percellant* N. — v. 4. *proceres* AMP6N. *proceros* P. — *pervortunt* AN. *pervertunt* (ut Merula) Edd. PSM. — v. 5. *in fremitu* hg.

25. *Nam .. Pergama*] Secutus sum Bothium, qui statuit esse versus iambicos tetrametros. Videtur haec dixisse Alexandra. Vid. not. ad c. 1. § 61.

26. v. 4. *Constitere*] Sic ut scri-

28 *Diversi magno ceu quondam turbine venti*
Confligunt, zephyrusque notusque et laetus Eois
Eurus equis.

Ennius in septimo decimo:

[170] *Concurrunt, veluti venti, cum spiritus austri*
Imbricitor, aquiloque suo cum flamine contra,
Indu mari magno fluctus extollere certant.

29 *Nec tamen, haec cum sint hominumque boumque labores*
Versando terram experti, nihil inprobus anser.

Lucretius in quinto:

Sed tamen interdum magno quaesita labore,
Cum iam per terras frondent, atque omnia florent,
Aut nimiis torrens fervoribus aethereus sol,
Aut subiti perimunt imbres gelidaeque pruinae,
Flabraque ventorum violento turbine vexant.

30 Sunt alii loci plurimorum versuum quos Maro in opus suum cum paucorum immutatione verborum a veteribus transtulit. Et quia longum est numerosos versus ex utroque transcribere, libros veteres notabo, ut qui volet illic legendo aequalitatem locorum
31 conferendo miretur. In principio Aeneidos tempestas describitur, et Venus apud Iovem queritur de periculis filii, et Iuppiter eam de futurorum prosperitate solatur. Hic locus totus sumptus a Naevio est ex primo libro belli Punici. Illic enim aeque Venus Troianis tempestate laborantibus cum Iove queritur, et secuntur
32 verba Iovis filiam consolantis spe futurorum. Item de Pandaro et Bitia aperientibus portas locus acceptus est ex libro quinto decimo Ennii, qui induxit Histros duos in obsidione erupisse
33 porta et stragem de obsidente hoste fecisse. Nec Tullio conpi-
[171] lando, dummodo undique ornamenta sibi conferret, abstinuit:

— *O fama ingens, ingentior armis,*

[Mss. APSM.

28. *Diversi*] Aen. II, 416., ubi legitur *Adversi rupto*. — *in septimo decimo*] v. 14. Mer. *in decimo septimo* vel *in XVII.* v-g. — v. 3. *Indu* s-z. Mer. „Corrige duce Edit. vet. *Inde.*“ Pont. *Inde* ASv-gbPM123. Gifanius Conlect. ad Lucret. s. v. *Endo* flagitat *endo*. — *magno* ASv-g. Mer. *magnos* s-bP. 29. *Nec tamen*] Georg. I, 118. (213. L.), ubi legitur *Et tamen* et v. 3. *torret*. — *in quinto*] v. 214. — v. 3. *aetherius* A. — v. 5. *versant* v3. 30. *universos versus* Edd. P. 31. *In primo* Av-g. — *Aeneidos* om. S. — *tempestas*] Cf. Aen. I, 81 sqq. — *Venus*] Cf. ib. 229 sqq. — *Iuppiter*] Cf. ib. 254 sqq. 32. *Idem* Sv. — *de Pandaro*] Cf. Aen. IX, 672 sqq. — *bicia* S. — *portam* Edd. 33. *O fama*] Aen.

batur flagitat et sensus (cf. v. 1.) et versus.

29. *nihil inprobus anser*] Supplendum est ex iis quae sequuntur apud Virgilium *officit*.

30. *transcribere*] Vid. notas ad V, 4, 4. et 22, 15.

legendo] illos versus, ut paulo infra *conferendo miretur*, pertinet ad eos locos quibus Macrobius gerundium posuit pro participio. Vid. prolegg. p. XL.

32. *induxit*] iungitur cum infinitivo, ut saepe verbum *faciendi*, ubi eodem modo usurpatur. Vid. prolegg. p. XL.

de obsidente hoste] positum est pro genitivo.

33. *dummodo*] Pro hac particula poterat h. l. poni *ut*.

Vir Troiane.

Nempe hoc ait, Aeneam famam suam factis fortibus supergressum, cum plerumque fama sit maior rebus. Sensus hic in Catone Ciceronis est his verbis: *Contingebat in eo, quod plerisque contra solet, ut maiora omnia re quam fama viderentur: id quod non saepe evenit, ut expectatio cognitione, aures ab oculis vincerentur.*

Item: *Proximus huic longo, sed proximus, intervallo.* 34
Cicero in Bruto: *Duobus igitur summis, Crasso et Antonio, L. Philippus proximus accedebat, sed longo intervallo tamen proximus.*

III. Sunt quaedam apud Virgilium quae ab Homero creditur transtulisse: sed ea docebo a nostris auctoribus sumpta, qui priores haec ab Homero in carmina sua traxerant: quod quidem summus Homericae laudis cumulus est, quod, cum ita a plurimis adversus eum vigilatum sit, coactaeque omnium vires manum contra fecerint, 1

Ille velut pelagi rupes inmota resistit.

Homerus de Aiacis forti pugna ait: 2

Αἴας δ' οὐκέτ' ἔμιμνε· βιάζετο γὰρ βελέεσσι·
δάμνα μιν Ζηνός τε νόος, καὶ Τρῶες ἀγαυοὶ,
βάλλοντες· δεινὴν δὲ περὶ κροτάφοισι φαεινὴ [172]
πήληξ βαλλομένη καναχὴν ἔχε· βάλλετο δ' αἰεὶ
κὰπ φάλαρ' εὐποίηθ'· ὁ δ' ἀριστερὸν ὦμον ἔκαμνεν,
ἔμπεδον αἰὲν ἔχων σάκος αἰόλον· οὐδ' ἐδύναντο

Edd. vicabgspdzb.]

XI, 124. — *maior sit* S. — *in Catone Ciceronis*] „Est fragmentum libri Catonis qui inscriptus esse videtur M. Cato, seu Laus M. Catonis. Cf. Gell. XIII, 18.“ Zeun. — *est* om. v-g. — *maior* A. — *id quod saepe* (om. *non*) z. „Lege cum Ed. vet. et sensu poscente *id quod non saepe*.“ Zeun. *Nam saepe* v. — *vinceretur* v3. 34. *Proximus*] Aen. V, 320. — *in Bruto*] 47, 173.

III. *Caput III. Quos locos primum alii ex Homero transtulerint, inde Vergilius operi suo asciverit.* ch-b. 1. *transtulerant* s-zP. „Ed. vet. (ASv-gbM123) *traxerant*. Recte: nam cum modo eodem verbo *transferre* usus esset auctor, ab eius studio commutate dicendi abhorret idem statim repetere. Caeterum *trahere* alibi [Cf. c. 1. § 1.] eodem sensu occurrit [§ 8.], *Ennius hinc traxit*.“ Zeun. — *quod primum summus* v. — *Ille*] Aen. VII, 586. 2. *Αἴας*] Il. π', 102. *Αἴας ... ἐστήρικτο* om. ASMvi. — v. 1. ΑΙΑΔ P. — *βελέεσσι* c-gb. ΤΕΛΕΕCCΙΝ P. — v. 4. ΚΝΑΚΗΝ ΕΧΕ P. — v. 5. ΚΑΦ ΦΑΛΡ P. — ΕΚΑΛΝΕ P. — v. 6. ΕΜΡΕΔΟΝ P. — ΚΑΚΟC P. — *οὐδὲ δύναντο* c-b. — v. 7. ΑΜΦΑΙΤΟ (sup. ω) P.

in Catone Ciceronis*] Poterat addi p. Arch. 3, 4. *Ut famam ingenii exspectatio hominis, exspectationem ipsius adventus admiratioque superaret.

34. *longo, sed proximus, intervallo*] Cf. Hor. Od. I, 12, 18 sq. *Nec viget quidquam simile aut secundum; Proximos illi tamen occupavit Pallas honores*, et Quintil. X, 1, 53. *Quamvis ei secundas fere grammaticorum consensus deferat, .. omnino arte deficitur, ut plane manifesto appareat quanto sit aliud proximum esse aliud secundum.*

III, 1. *manum contra fecerint*] Cf. Cic. p. Caec. 12, 33. *Qui in pace et otio, cum manum fecerit, copias pararit, .. homines inermes .. armis viris terrore periculoque mortis reppulerit fugarit*, ubi Iordanus confert Ulpian. Digest. XLVIII, 13, 6. *Qui manu facta templa effregerunt.* De re conf. V, 3, 16.

ἀμφ' αὐτῷ πελεμίξαι, ἐρείδοντες βελέεσσιν·
αἰεὶ δ' ἀργαλέῳ ἔχετ' ἄσθματι· κὰδ δέ οἱ ἱδρὼς
πάντοθεν ἐκ μελέων ῥέεν ἄσπετος, οὐδέ πῃ εἶχεν
ἀμπνεῦσαι, πάντῃ δὲ κακὸν κακῷ ἐστήρικτο.

3 Hunc locum Ennius in quinto decimo ad pugnam C. Aelii tribuni his versibus transfert:

Undique conveniunt, velut imber, tela tribuno:
Configunt parmam, tinnit hastilibus umbo,
Aerato sonitu galeae: sed nec pote quisquam
Undique nitendo corpus discerpere ferro.
Semper abundantes hastas frangitque quatitque.
Totum sudor habet corpus, multumque laborat,
Nec respirandi fit copia: praepete ferro
Histri tela manu iacientes sollicitabant.

4 Hinc Virgilius eundem locum de incluso Turno gratia elegantiore conposuit:

Ergo nec clypeo iuvenis subsistere tantum,
Nec dextra valet, obiectis sic undique telis
Obruitur: strepit adsiduo cava tempora circum
Tinnitu galea et saxis solida aera fatiscunt:
Discussaeque iubae capiti, nec sufficit umbo

[Mss. APSM.

— ΡΕΑΜΙΞΑΙ P. *πελεμίζαι* c. *πολεμίξαι* dzb. — v. 8. *δ' ἀργελάῳ ἔχετ' ἄσθμαθι* hg. (om. *δ'*) ΑΒΤΑΛΕΩ ΕΧΕΑCΕΜΑΤΙ P. — ΟΠΑΡΩC P. — v. 9. ΜΕΛΕΝΟ (sup. ω) P. — ΡΕΕΝ ΑCΠΕΤΟC P. *πολὺς* (p1 *πολυς*; p2-b *πόλυς*) *ἔῤῥεεν* (ut vulgo ap. Hom.) c-b. — ΡΗ P. — v. 10. *πάντη* b. — ΚΑΚΟΝ ΚΑΩΙC ΕCΤΗΡΙΚΤΟ P. 3. *in quinto decimo*] ap. Merulam lib. XVII, v. 17 sqq. *in XV.* ASviM123. *in decimo quinto* c-gP6. *in duodecimo* s-bP. — *celii* SNvM. *celi* A. *Coelii* Edd. P. „*C. Aelii* substituit ex historia Merula. Causas habes ad fragmenta ipsa.“ Pont. — v. 2. *timuit* v. — *astilibus* S. — v. 4. *intendo* v3. — v. 5. *habundantes* N. „Displicet hic *abundantes.* Velim *obundantes.* Metaphoram enim a re navali seu littoribus monstrant vel illa: *frangitque quatitque.* Papinius [Theb. II, v. 43 sq.]: *Interiore sinu frangentia littora curvat Taenarus,* ubi addit interpres vetus Lutatius: *Frangentia, quia in littoribus solent fluctus frangi.* Et ipse Virgilius sic videtur legisse. Nam, ubi exprimere voluit, dixit: *obiectis .. telis* [Immo vulgo *iniectis*]. Nec absimile est quod Maro Arcades *inundare armis* fecit Aen. XII. [v. 280 sq.]. Laudante Merula placuit Castricomio *adundantes hastas.* Sed illud fortius est.“ Pont. (Vid. not.) — v. 8. *Histrici ait* N (vid. § 6.). 4. *Ergo*] Aen. IX, 806. — v. 1. *clypeus* S (M *clip.*). — v. 5. *sufficiat* A. — v. 7. *cum*

3. *C. Aelii*] Sic recte scripsisse Merulam docet Livius, qui XLI, 4, 3 sq.: *T. et C. Aelii,* inquit, *tribuni militum tertiae legionis cum equitatu adveniunt. Confestim et quos binos oneraria in iumenta inposuerant secuti, et consul cum toto agmine. At Istrorum pauci, qui modice vinosi erant, memores fuerunt fugae, aliis somno mors continuata est: integraque sua omnia Romani, praeterquam quod vini cibique absumptum erat, receperunt.* Neque improbanda esse videtur eiusdem coniectura ex qua paulo supra scripsit: *in XVII. libro.* Ceterum Ennius videtur retulisse aliquantisper Istros acriter restitisse Aelio tribuno.

v. 5. *abundantes hastas*] Non est quod mutemus. Freundius in lexico confert Lucret. V, 918. *Quae de terris nunc quoque abundant Herbarum genera in fruges.*

Ictibus: ingeminant hastis et Troes et ipse
Fulmineus Mnestheus: tum toto corpore sudor
Liquitur, et piceum (nec respirare potestas)
Fulmen agit, fessos quatit aeger anhelitus artus.

Homerus ait: 5

Ἀσπὶς ἄρ' ἀσπίδ' ἔρειδε, κόρυς κόρυν, ἀνέρα δ' ἀνήρ. [173]

Furius in quarto annali:

Pressatur pede pes, mucro mucrone, viro vir.

Hinc Virgilius ait:

— *Haeret pede pes, densusque viro vir.*

Homeri est: 6

Οὐδ' εἴ μοι δέκα μὲν γλῶσσαι, δέκα δὲ στόματ' εἶεν.

Hunc secutus Hostius poeta in libro secundo belli Histrici ait:

— *Non si mihi linguae*
Centum, atque ora sient totidem, vocesque liquatae.

Hinc Virgilius ait:

Non mihi si linguae centum sint, oraque centum.

Homerica descriptio est equi fugientis in haec verba: 7

Ὡς δ' ὅτε τις στατὸς ἵππος, ἀκοστήσας ἐπὶ φάτνῃ,
δεσμὸν ἀποῤῥήξας θείῃ πεδίοιο κροαίνων,
εἰωθὼς λούεσθαι ἐϋῤῥεῖος ποταμοῖο,
κυδιόων· ὑψοῦ δὲ κάρη ἔχει, ἀμφὶ δὲ χαῖται
ὤμοις ἀΐσσονται· ὁ δ' ἀγλαΐηφι πεποιθώς,
ῥίμφα ἑ γοῦνα φέρει μετά τ' ἤθεα καὶ νομὸν ἵππων.

Ennius hinc traxit: 8

Et tum sicut equus qui de praesepibus fartus

Edd. vicahgspdzb.]

toto A. 5. Ἀσπὶς] Il. ν', 131. — Ἀσπὶς ... ἀνήρ om. ASMvi. In c-g praemittitur versus apud Homerum antecedens: Φράξαντες δόρυ δουρί, σάκος σάκεϊ προθελύμνῳ (c in mg.: „Restitutus locus ex Iliad. 12.“). — ΚΟΡΥC ΡΥΝ P. — *Haeret*] Aen. X, 361. 6. Οὐδ' εἴ] Il. β', 489. — Οὐδ' ... εἶεν om. ASMvi. In c-g praemittitur versus apud Homerum antecedens: Πληθὺν δ' οὐκ ἂν ἐγὼ μυθήσομαι οὐδ' ὀνομήνω, et subiungitur sequens: Φωνὴ δ' ἄῤῥηκτος χάλκεον δέ μοι ἦτορ ἐνείη. — *historici* P6. — *Non ... liquatae* om. P. — *non nisi* P6. — *atque ora si etiam* P6. *atque sint ora* vi. — *Non mihi*] Aen. VI, 625. — *oraque centum Ferrea vox* S. 7. Ὡς δ' ὅτε] Il. ζ', 506. — Ὡς ... ἵππων (v. 6.) om. ASMvi. In c legitur in mg.: „Locus restitutus ex Iliad. 6.“ — v. 1. CΔΑΤΟCCΙΝπΟC P. — ΦΑπΝΗ P. — v. 2. Δεσμὸν ... κροαίνων om. P. — θείει c-b. — v. 4. ΚΑΔΙΟωΝ P. — v. 6. Ῥίμφα ... ἵππων om. c-g. — ΡΥΜΦΑ ΕΤΟΥΝΑ P. — ΜΕΤΑ (om. τ') P. 8. *Ennius*] ap. Merul. V, 8 sqq., ubi legitur *Se tum*. — v. 1. *Et cum* P6. — *qui* om. zb. — *fartus* Ps-b (h in mg.) M3. *fartur* N. *farcus* M1. *farctus*

5. Ἀσπὶς ... ἀνήρ] „Nubem similium locorum coegit Klotzius ad Tyrtaeum pag. 59.“ Zeun.

6. *linguae centum*] dixit uterque poeta Romanus ex usu Romanorum, qui numerum indefinitum si exprimere volunt, non tam numerum decem quam centum usurpare consuerunt, ut ait Weichertus Poet. Lat. reliqu. p. 15 sq. Zeunius adnotavit: „His locis adde Claudian. Cons. Prob. et Olyb. 55. *Non mihi centenis resonent si vocibus ora.* Hinc Persius Sat. V, 1. *Vatibus hic mos est, centum sibi poscere voces Centum ora et*

Vincla suis magnis animis abrupit, et inde
Fert sese campi per caerula laetaque prata
Celso pectore, saepe iubam quassat simul altam,
Spiritus ex anima calida spumas agit albas.

Virgilius:

Qualis ubi abruptis fugit praesepia vinclis etc.

9 Nemo ex hoc viles putet veteres poetas, quod versus eorum sca- [174] bri nobis videntur. Ille enim stilus Enniani seculi auribus solus placebat: et diu laboravit aetas secuta, ut magis huic molliori filo adquiesceretur. Sed ulterius non moror Caecinam, quin et ipse prodat quae meminit Maronem ex antiquitate transtulisse.

IV. Tum Caecina: In versibus vel in locis quantum sibi Maro ex antiquitate quaesiverit, Furius ut memor et veteris et novae auctorum copiae disseruit. Ego conabor ostendere hunc studiosissimum vatem et de singulis verbis veterum aptissime iudicasse, et inseruisse lecta operi suo verba, quae nobis nova vi-
2 deri facit incuria vetustatis: ut ecce *addita* pro inimica et infesta quis non aestimet poetam arbitrio suo novum verbum sibi voluisse fabricari? Sed non ita: nam quod ait:

— *Nec Teucris addita Iuno*
Usquam aberit,

id est adfixa et per hoc infesta, hoc iam dixerat Lucilius in libro quarto decimo his versibus:

Si mihi non praetor siet additus atque agitet me:
Non male sic ille, ut dico, me extenderat unus.

3 *Mane salutantum totis vomit aedibus undam.*

Pulchre *vomit undam*, et antique, nam Ennius ait:

[Mss. APSM.

SM2. *fatus* g. in mg. *hactus* A. *actus* v-g Mer. — v. 2. *factis animis* A. *magnis* (om. *animis*) P. — *abrumpit et indu* Mer. — v. 3. *campis* Mer. — *Qualis*] Aen. XI, 492. 9. *vobis* P6. — *Ennii* P. — *filo* PMs-bM23 (A cum ras. inter *l* et *o*). *stilo* SviP6 (M1 in mg). *stylo* c-g. IV. *Caput IV. De vocabulis Latinis, Graecis barbarisque, quibus Vergilius primus usus esse videri possit, cum tamen ante et veteres iisdem usi sint.* ch-b. 1. *quaesierit* cah. — *indicasse* A. — *inseruisse* (om. *et*) v3. — *electa* s-bP. 2. *qui* s-b. — *extimet* viohg. *existimet* Sab. — *fabricare* SgbP. — *Sed non .. id est* om. v3. — *non ita est* M. — *Nec*] Aen. VI, 90. — *quarto decimo*] fr. 6. Gerl. — *in quarto decimo* (om. *libro*) v1. *in novo* v2. *in nono* v3. — „*Si mihi nunc* ex monitu Franc. Douzae, et statim *extenderet*.“ Pont. — *fict* A. — *sit ille* S. 3. *Mane*] Georg. II, 462. *Vergilius* (via *Virg.*). *Mane* v-gb. — *ait En-*

linguas optare in carmina centum.“

9. *scabri*] Haec huius adiectivi usurpatio huius loci est propria.

Enniani seculi auribus] Vid. c. 1, § 5. et I, 4, 17.

huic molliori filo] i. e. huic molliori rationi. Cf. VII, 4, 2.

ulterius] Cf. VII, 3, 22.

IV, 1. *verba*] Cf. I, 24, 19.

videri facit] Vid. prolegg. p. XL.

2. *ecce*] ibid. p. XLI.

addita] Conf. etiam Horat. Od. III, 4, 78 sq. *Nequitiae additus Custos*, cum not. Orell. Pontanus e Statio affert: *Et quamvis gravior mortalibus addita cura.* In altero, quem ille praemisit, loco, Cic. ad Att. III, 8, 2., *addita cura* idem valet ac *cura adiecta*.

3. *undam*] „Allusit Iuvenalis Sat. IV. [immo III, 243 sq.]: *Nobis pro-*

— Et Tiberis flumen vomit in mare salsum, [175]

unde et nunc *vomitoria* in spectaculis dicimus, unde homines glomeratim ingredientes in sedilia se fundunt. *Agmen* pro actu et 4
ductu quodam ponere non inelegans est, ut:

— Leni fluit agmine Thybris.

Immo et antiquum est: Ennius enim in quinto ait:

Quod per amoenam urbem leni fluit agmine flumen.

Quod ait: 5

— Crepitantibus urere flammis,

non novum usurpavit verbum, sed prior Lucretius in sexto posuit:

Nec res ulla magis quam Phoebi Delphica laurus
Terribili sonitu flamma crepitante crematur.

— Tum ferreus hastis 6
Horret ager.

Horret mire se habet. Sed et Ennius in quarto decimo:

Horrescit telis exercitus asper utrimque,

et in Erechtheo:

Arma arrigunt: horrescunt tela.

Et in Scipione:

Sparsis hastis longis campus splendet et horret.

Sed et ante omnes Homerus:

Ἔφριξεν δὲ μάχη φθισίμβροτος ἐγχείῃσι.

— Splendet tremulo sub lumine pontus. 7

Tremulum lumen de imagine rei ipsius expressum est. Sed prior Ennius in Melanippe:

Edd. vicahgspdzb.] *nius* v-g. — *Ennius*] Annal. fragm. lib. II, v. 47. ap. Mer. — *saxum* v3. 4. *Leni*] Aen. II, 782. *Levi* v3b. — *Thybris* scripsi ut c. 1, § 12. *tybris* viaM. *tibris* ch-bAPS. — *in quinto*] v. 19. Mer. *quinto* (om. *in*) SMs-bAP. — *fluit agmine fluit* S (M a p. m.). 5. *Crepitantibus*] Georg. I, 85. — *in sexto*] v. 153. (154. L.) 6. *Tum*] Aen. XI, 601. — *in quarto decimo*] v. 13. Mer. *in decimo quarto* vel *in XIV.* i-g. *in IX.* v3. — *Horrescet* h. — *utrunque* Sv1. *utrūque* v3. — *in Erechtheo*] Scriver. p. 15. Both. fr. 2. p. 41. — *arrigunt* Svis-bPM123. *horrigunt* N. *argunt* A. *rigent* c-g, Scriv. in mg., Both. — *in Scipione*] Scriver. p. 37. Both. fr. 2. p. 60. — *Spassis* P. *Spasis* N. — *Ἔφριξεν*] Il. ν', 339. *Ἔφριξεν ... ταμεσίχροας* om. ASMvi. In c-b subiungitur versus apud Homerum sequens: *Μακρῇς, ἃς εἶχον ταμεσίχροας.* (c in mg.: „Locus restitutus ex 13 Iliad.“). 7. *Splendet*] Aen. VII, 9. — *in Melanippe*] Scriver. p. 25. Both. fr. 5. p. 57. *menalippe* A a p. m.;

perantibus obstat Unda prior.“ Pont. — Adde Sil. IV, 158 sq. *Spissaeque ruunt conferta per arma Undae Boiorum.*

vomitoria] Nomen ex hoc uno loco notum. *Ἅπαξ λεγόμενον* est etiam *glomeratim.*

4. *fluit agmine*] Conf. etiam Lucret. V, 272. et VI, 638. *Inde super terras fluit (redit) agmine dulci.* Gifanius confert Ennii epigr. p. 301. [ap. Non. p. 211, 9.]: *Tanto sublatae sunt agmine tunc lapides.*

6. *arrigunt*] Vide ne verum sit *arriguntur*, nisi forte *arma arrigunt* est clausula versus.

Sparsis .. horret] Bothius statuit esse versum asynartetum qui constet ex duobus ithyphallicis.

7. *Melanippe*] Haec quin sit unice vera scriptura, dubitandum non est; nam haec Chironis filia

Lumine sic tremulo terra, et cava caerula candent,

et Lucretius in sexto:

[176] *Praeterea solis radiis iactatur aquai*
Humor, et in lucem tremulo rarescit ab aestu.

8 — *Hic candida populus antro*
Imminet et lentae texunt umbracula vites.

Sunt qui aestiment hoc verbum *umbracula* Virgilio auctore compositum, cum Varro Rerum divinarum libro decimo dixerit: *Nonnullis magistratibus in oppido id genus umbraculi concessum,* et Cicero in quinto de legibus: *Visne igitur (quoniam sol paululum a meridie iam devexus videtur, nequedum satis ab his novellis arboribus omnis hic locus opacatur) descendatur ad Lirim, eaque quae restant in illis alnorum umbraculis persequamur?* Similiter in Bruto: *Sed ut et Theophrasti doctissimi hominis umbraculis.*

9 *Transmittunt cursu campos, atque agmina cervi*
Pulverulenta fuga glomerant.

Quod ait speciose *transmittunt* pro *transeunt*, sic et Lucretius in secundo:

Et circumvolitant equites, mediosque repente
Transmittunt valido quatientes impete campos.

Sed et *Paestanus Vibonensis sic ait: *Pedibus equos transmisimus,* quod est *transivimus.*

[Mss. APSM.
Edd. PSN. — *in sexto*] v. 874. — *aqua* (sup. add. *e*) M. *aque* S. — *luce* N. 8. *Hic*] Ecl. IX, 41. — *existiment* Sab. *extiment* vichg. *aestimant* P. — *hic locus hoc pacatur* A. — *ea quae* (om. *que*) A. — *prosequamur* s-bP. — *in Bruto*] 9, 37. — *umbraculis etc.* c-gb. 9. *Transmittunt*] Aen. IV, 154. — *in secundo*] v. 325. (329. L.) — *patientes* N. — *** *sed et Paestanus Vibonensis sic ait* (quasi nonnulla excidissent) s-b. „Haec iam olim lectio omnibus hucusque exemplaribus constantissime inolevit, adeo ut *Pestanus Vibonensis* inter auctores legatur in Indice qui est ad calcem editionis H. Stephani et, quae eam proxime excepit, nostrae etiam Euripideae tragoediae dederat nomen; quamquam etiam apud Gellium N. A. V, 11, 12. vulgo legitur *a Q. Ennio in Menalippa.*

8. *cum .. dixerit*] idem valet ac *quum tamen .. dixerit* vel *sed .. dixit.*

Rerum divinarum libro decimo] In hoc Varro videtur egisse de ludis scenicis; vid. R. Merkelii prolegomm. ad Ovid. Fast., ubi p. CLXII. leguntur haecce: „Verba a Macrobio servata fortassis ad ipsum scenae nomen explicandum illustrandumve pertinuerunt, quem ad modum apud Servium est ad Aen. I, 164: *Et dicta scena ἀπὸ τῆς σκιᾶς: apud antiquos enim theatralis scena parietem non habebat, sed de frondibus umbracula quaerebant.*“

Similiter in Bruto] Immo longe alia est vis vocis *umbracula* illo loco, c. 9. § 37., ubi legitur: *Processerat enim in solem et pulverem, non ut e militari tabernaculo, sed ut e Theophrasti doctissimi hominis umbraculis.* Conf. de legg. III, 6, 14. *Post a Theophrasto Phalereus ille Demetrius .. mirabiliter doctrinam ex umbraculis eruditorum otioque non modo in solem atque in pulverem, sed in ipsum discrimen aciemque produxit.* Cum Virgiliano non nisi alter ille locus Ciceronianus commode comparatur.

9. *Sed et * Paestanus Vibonensis sic ait: Pedibus equos transmisimus*] Nolui haec verba corrigere, quia etiam nunc idem sentio quod scripsi in Symbol. p. 11.: „Usque dum in-

— Quam tota cohors imitata relictis 10
Ad terram defluxit equis.

Sic Furius in primo:

Ille gravi subito devinctus vulnere habenas
Misit equi, lapsusque in humum defluxit et armis
Reddidit aeratis sonitum.

Tum durare solum et discludere Nerea ponto 11
Coeperit.

Ferit aures nostras hoc verbum *discludere*, ut novum, sed prior[177]
Lucretius in quinto:

Diffugere inde loci partes coepere, paresque
Cum paribus iungi res et discludere mundum.

— Pastorem, Tityre, pingues 12

Edd. vicahgspdzb.] primae, cum nihil tale sit, et sinus uterque maris sit, quod indicant verba Ciceronis in epist. ad Atticum XVI, 6. [§ 1.] ista: *Duo sinus fuerunt, quos transmitti oportet, Pestanus et Vibonensis; utrumque pedibus equis transmisimus.* Unde nunc facilis est emendatio verborum apud Macrobium, ut scilicet legatur: *Sed et Pestanum et Vibonensem, Cicero ait, pedibus equis transmisimus.* („*Pedibus equis*, id est pro equis pedes fuerunt, quomodo et Belgice vulgo *ruyters te voet.*" add. in dz.). Paulo aliter ordinant Popma et Carrio. Quos, si libet, vide: illum in Castigationibus librorum ad Atticum: hunc Emendat. lib. I. cap. 15." Pont. „Sic etiam Vossius Histor. Latin. lib. III., nisi quod cum aliis *pedibus, equis* addita distinctione legat, et explicet πεζῇ καὶ σὺν ἵππῳ, hoc est terrestri itinere. Sed his omnibus verior mihi et doctior, ut solet, Salmasius, qui *pedibus aequis* scribit, interpretans *aequis velis*, in Plinian. Exercc. p. 567. Nam existimare ad adventum Ciceronis in duobus sinibus tantum recessum maris evenisse, divinare est." Gron. (Vid. not.) — *iubonensis* v-aM2. *in bonensis* P. — *transilivimus* a. 10. *Quam*] Aen. XI, 500. — *Sic Furius in primo* om. sp. „Furii eos versus esse loquuntur editiones priscae." Pont. — *devictus* coni. Gifanius in ind. ad Lucret. s. v. *victus*, coll. Aen. X, 842. et XII, 640. *Ingenti volnere victum.* — *in unum* SN. *in imum* M. — *sonum* SM. 11. *Tum*] Ecl. VI, 35. *Tunc* S. — *in quinto*] v. 438. (437. L.) — v. 2. *et res* S. 12.

venta fuerint alia vetusta exemplaria, ex quibus Macrobium aliud quid scripsisse appareat, equidem putaverim eum haec verba non apud Ciceronem ipsum lecta sed a grammatico quodam surrepta praveque intellecta in librum suum transtulisse." Quid pro his fuerit scribendum bene perspexit Pontanus (vid. app. crit.), nisi quod scripsit *pedibus equis.* Gronovius recte assentitur Salmasio, qui in Exercc. Plinian. p. 400. b. B. ed. Paris.: „*Pedibus aequis*, inquit, id est aequis velis, vel aequaliter tensis. Catullus [IV, 20 sq.]: *Sive utrumque Iuppiter Simul secundus incidisset in pedem.* Pedes aequi sunt et pares, cum utrumque simul secundus flatus incidit. Virgilius [Aen. V, 830 sqq.]: *Una omnes fecere pedem, pariterque sinistros Nunc dextros solvere sinus.* Ibi Servius: *id est podium, hoc est funem quo tenditur velum.*" Adde Isidor. Orig. XIX, 3, 4. *Pes extremus angulus veli, quem sic nautae loquuntur.* Macrobium, ut in codd. mss. legitur, scripsisse *pedibus equos transmisimus*, quasi sensus esset: „pedibus equos cursu superavimus", putaverim, quia verbum *transmisimus* interpretatur: *quod est transivimus*, non, ut ei scribendum erat, si de navigatione cogitabat, *traiecimus.* Ceterum dictioni *aequis pedibus* opponitur id quod legitur apud Plinium N. H. II, 47. s. 48. § 128. *Iisdem ventis in contrarium navigatur prolatis pedibus.*

Pascere oportet oves, deductum dicere carmen.

Deductum pro tenui et subtili eleganter positum est. Sic autem et Afranius in Virgine:

Verbis pauculis respondit, tristis, voce
Deducta, malleque se non quiesse dixit.

Item apud Cornificium:

— *Deducta mihi voce garrienti.*

13 Sed haec ab illo fluxerunt quod Pomponius in Atellania quae *Kalendae Martiae* inscribitur ait:

Vocem deducas oportet, ut mulieris videantur
Verba. Iube modo adferatur munus: ego vocem reddam
Tenuem et tinnulam,

et infra: *Etiam nunc vocem deducam.*

14 — *Proiectaque saxa Pachyni*
Radimus.

Proiecta si secundum consuetudinem dicatur, intellegitur *abiecta:* si secundum veteres, *proiecta* porro iacta, ut alibi ait:

— *Proiecto dum pede laevo*
Aptat se pugnae.

15 Sed et Sisenna in secundo dixit: *Et Marsi propius succedunt: atque ita scutis proiectis tecti saxa certatim lenta manibus coniciunt*

[Mss. APSM.

Pastorem] Ecl. VI, 4. — *in Virgine*] Both. fr. 6. II, p. 192. Neukirch. fr. 6. p. 262. Ille statuit esse senarios iambicos, et addito post *deducta* pronomine *mihi*, versus clausulam esse vult *Verbis pauculis*, et tertium versum *Malleque .. quiesse dixit.* — *tristi* P6 „B". — *altequc* N. — *quiesse* ASM123 Both. *quievisse* Edd. PN Neukirch. — *Dixit item* ASviM123. — *Carnificium* P. *carnificum* N. — *garrianti* A. 13. *atellania* APMN. *athellania* P6. *atelania* vi. *Atellana* (vel *Attellana*) c-b. — *ait*] Cf. Both. II, p. 106., qui, ut efficeret duo tetram. troch. cat., scripsit *videantur mulieris* et *reddam ego tinnulam.* Continua haec leguntur in omnibus edd. — *iube ergo* S. — *afferatur unus* P6N. — *tinnulem* N. *tremulam* v. 14. *Proiectaque*] Aen. III, 699. — *Pachynni* vi. *parchini* N. *pachirii* A. — *porro iactata* Mv-g. — *ut* om. v-g. — *Proiecto*] Aen. X, 588. 15. *proiecti* S. *subiectis* N. — *tectis* Pv-gM. „Confusa et

12. *Verbis .. dixit*] Afranii verba vulgo non distributa sunt in versus. Ego secutus sum Neukirchium qui statuit hos versus esse Bacchaicos tetrametros, nisi quod ille scripsit *quievisse*, quod sane flagitat illud metrum; sed et maior codicum numerus, immo omnes e quibus aliquid est enotatum, et usus dicendi Macrobii, cui brevior haec forma fortasse debetur (vid. app. crit. ad I, 8, 1.), suadet ut scribatur *quiesse*.

voce deducta] „Propert. [II, 33, 38.] *Et meo deducta carmina voce legis.*" Pont. — Vid. Hertzberg. ad h. l. et Kopp. ad Martian. II, § 138.

13. *Atellania*] Hanc formam propter codicum mss. consensum recepi, quamvis iidem aliis locis exhibeant rectam *Atellana*.

14. *si secundum veteres*] Creechius ad Lucret. locum infra citatum adnotavit: „Frustra haec, nec ad veteres fugiendum; Livius XXII, 20. [§ 7.]. *Nec continentis modo proiectas oras praetervecta.*

15. *lenta*] quid velit, ego non perspicio. E coniecturis ab aliis prolatis equidem probaverim *lecta*. Nam haec vox bene convenit cum

in hostes, et in eodem: *Vetus atque ingens erat arbor ilex, quae circum proiectis ramis maiorem partem loci summi tegebat*, et Lucretius in tertio:

Quamlibet inmani proiectu corporis extet.

Et tempestivam silvis evertere pinum. 16

Hoc verbum de pino tempestiva a Catone sumpsit, qui ait: *Pi-*[178] *neam nuceam cum effodies, luna decrescente eximito post meridiem, sine vento austro: tum vero erit tempestiva, cum semen suum maturum erit.*

Inseruit operi suo et Graeca verba, sed non primus hoc 17 ausus: auctorum enim veterum audaciam secutus est.

Dependent lychni laquearibus aureis, 18

sicut Ennius in nono:

— *Lychnorum lumina bis sex,*

et Lucretius in quinto:

Quin etiam nocturna tibi terrestria quae sunt
Lumina, pendentes lychni,

Lucilius in primo:

— *Porro clinopodas lychnosque*

Edd. vicahgspdzb.] corrupta Sisennae haec verba. Scriptura non iuvat. Coniecto *tecti*.“ Pont. (Sic ASdzbN.). — *leta* (sup. add. *n*) M. *levia* coni. Pont. additis verbis: „Manibus enim, ut addit, haec proiecta. Pro *lenta levata* seu *lecta*, quod olim Gulielmus et Popma coniecere, non improbarem, nisi prius illud propius accedere videretur ad superstitem vocem *lenta*.“ Pont. — *proiecta ramis* S. — *in tertio*] v. 1002. (987. L.) — *Qualibet* P6. *quamlubet* M. 16. *Et tempestivam*] Georg. I, 256., ubi legitur *Aut tempestivum* (om. *et*) A. — *a Catone*] de re rust. 31, 2. — *nuceam* scripsi auctore Catone. Vid. not. *nucem* Mss. et Edd. — „*effodis* (*d'is?*) puto fuisse, quod erit *effoderis*.“ Pont. 18. *Dependent*] Aen. I, 726. — *in nono*] v. 12. Mer. — *in quinto*] v. 295. — *Quid* M. — *in primo*] Apud Gerlach. frustra quaeres. — *ΚΑΕΙΝΟΡΟΔΑC clinopodas* AM3. *Keinopodaclinopodas* N. *chacino podaclinopodas* M1. *cachinopodas* M2. *cachinopodo* (sup. *a*) *clinopodas* S. *chaenopoda chnopodos* v (ic *clinopodas*, a et *clinopodas*). *chaenopodas clinopedas* h (gdzb *clinopodas*). *chaenopadas*, *clinopodas* spl (p2 *clinopadas*). „Lucilii corruptissimos hos versus ita reformasse intelligo Douzam patrem: *Porro chenopodas, ut clinopodas lychnosque Dicimu' κοινῶς ἀντὶ pedes lecti atque lucernas.* Videndum tamen ne *Coenopodas* sit verior lectio, κοινόποδες enim Sophocli [El. 1104.] *οἱ ὁμοῦ ὁδοιπορήσαντες*, viae comites, socii.“ Pont. — *lichnos quos* M2. — *et diximus* Av-gM123N. *et dicimus* S. *ut* iis quae sequuntur, *manibus coniciunt*, et commode coniungitur cum adverbio *certatim*. Potest autem *saxa lecta* non minus dici quam *caesorum spolia legere* apud Liv. V, 39, 1, al.

16. *pineam nuceam*] Sic scripsi spreta codicum mss. auctoritate, quia quod hi exhibent, *pineam nucem*, sententiam omnino depravat, et sic facile id quod scripsisse videtur Macrobius poterat corrumpi. Verba Catonis, quae leguntur etiam apud Plinium N. H. XVI, 39. s. 75., integra haec sunt: *Prelum de carpino atra potissimum facito: ulmeam pineam nuceam, hanc atque aliam materiem omnem, cum effodies* cet.

18. *clinopodas*] Quod vulgo praemittitur, *chaenopodas*, id *διττογραφία* e corrupta scriptura Graeca ΚΑΙΝΟΠΟΔΑC natum esse codices aperte docent.

Diximus σεμνῶς ante pedes lecti atque lucernas.

19 Et quod dixit: — *Nec lucidus aethra*
Siderea polus,

Ennius prior dixerat in sexto decimo:

— *Interea fax*
Occidit, oceanumque rubra tractim obruit aethra,

et *Ilius in Teuthrante:

Flammeam per aethram alte fervidam ferri facem.

20 — *Daedala Circe,*

quia Lucretius dixerat: — *Daedala tellus.*

21 — *Reboant silvaeque et longus Olympus,*

quia est apud Lucretium:

[179] *Nec cithara reboant laqueata aurataque tecta.*

22 Sed hac licentia largius usi sunt veteres, parcius Maro: quippe illi dixerunt et *pausam* et *machaeram* et *asotiam* et *malacen* et alia

[Mss. APSM.

diximus s-bP. — *semnos* p-bN. *cemnoc* M13. *cemnos* ASviM. *cennos* c-g (h in mg. *semnos*). *somnos* s. 19. *Nec*] Aen. III, 585. — *in sexto decimo*] v. 22. Mer. — *faxo* S. — *tracti* v. — *obruit aumbra aera* N. — **Ilius*] „Poetae nomen insolens auribus Latinis et merito suspectum. De eo nihil equidem alibi legi.“ Scriver. p. 155. „Fortasse legendum *Iulius* pro *Ilius*, quod nomen Latio et auribus eruditis insolens. Apud Festum quoque [lib. XVI. p. 229. Muell.]: *Prophetas in Adrasto Iulius nominat antistites fanorum* hic fortassean intelligendus.“ Both. p. 255. not. *C. Iulius* scripsit idem p. 271. Consentit Weichert. Poet. Lat. rel. p. 127., quem vid. *illius* Sv. — *in Teuthrante*] Scriver. l. c. Both. p. 271. *Theutrante* Edd. et Mss. Scriv. l. c. et Both. p. 255. *tethrante* N. — *Flammineam* v-a. *flamineam* hg. — *late* Scriv. in mg.; Both., qui adnotavit: „Alii minus recte *alte*.“ 20. *Daedala*] Aen. VII, 282. — *Lucretius*] I, 7. et 229. (228. L.) 21. *Reboant*] Georg. III, 223. — *et magnus olympus* v-g; ap. Virgil. codd. praeter Med. omnes. — *apud Lucretium*] II, 28. 22. *sunt usi* v-g. — *pausam*] Cf. Lucr. III, 943. (930. L.) — *machaeram*] Cf. Plaut. Curc. III, 54. Mil. I, 1, 53. al.

Diximus σεμνῶς ante] Sic scripsi, ne discederem a codicibus mss., in quorum ἀρχετύπῳ scriptum erat CEMNOC. Est autem σεμνῶς idem quod *affectata gravitate.* Cf. Demosth. de cor. § 130. p. 270. *Τὴν δὲ μητέρα σεμνῶς πάνυ Γλαυκοθέαν ὠνόμασεν.* *Ante* est adverbium, ut in Lucil. lib. I fragm. 14. *ut diximus ante.* Particula *et*, quae postea mutata est in *ut*, addita esse videtur ab homine quodam qui putaverit novum hoc esse fragmentum.

19. **Ilius in Teuthrante*] Baehrius Gesch. d. r. Lit. I. p. 136. Teuthrantem tribuit C. Iulio Caesari Straboni, a quo Teuthrantis auctorem diversum esse statuit Bothius l. c., qui dicit C. Iulium Lucii fratrem, qui aedilitius occisus sit, Marii satellitem, inter primos temporis sui fuisse oratores et tragicum poetam bonum admodum habitum esse. — Teuthranti Mysiae regi nupsisse Augen Telephi matrem refert Apollodorus Bibl. II, 7, 2, 3.

Flammeam .. facem] Scribendum est ut constet metrum, aut *aethran*, aut cum Scriverio et Bothio *late.*

21. *longus Olympus*] Homeri verborum: ἐς μακρὸν Ὄλυμπον (Il. ά, 402 al.) immemores fuisse videntur ii qui scripserunt *magnus Olympus.*

Nec ... tecta] Memoriae lapsu putaverim ortam esse discrepantiam ab ea ratione qua attulit hunc versum Macrobius c. 2, § 5.

22. *pausam et machaeram*] Hae

similia. Nec non et Punicis Oscisque verbis usi sunt veteres; 23
quorum imitatione Virgilius peregrina verba non respuit, ut in illo:

Silvestres uri adsidue,

uri enim Gallica vox est, qua feri boves significantur,

— *Camuris hirtae sub cornibus aures.*

Camuris peregrinum verbum est, id est in se redeuntibus. Et forte nos quoque *camaram* hac ratione figuravimus.

Edd. vicahgspdzb.]
— *asotian* spd. *acotiam* v-gzb Mss. (M *acociam*; hg in mg. *acacian*). *Asotiam* se scripsisse ait H. Stephanus in lectoris admonitione quam indici praemisit. „*Asotian* reposuit Stephanus, *acaciam* tamen, quod in plerisque editionibus est, religio mihi sit pervertere. Reperio aliquoties id vocis apud Curopalatem ὃ *βλάτιον*, inquit, *ἔχει χῶμα ἐντὸς καὶ καλεῖται ἀκακία* etc. id est: *Aureum hoc textile habet aliquid aggestum intus, quod appellatur acacia.* Exstat quoque apud Tullium de fin. lib., ni fallor, quinto. Quare me arbitro revocandum." Pont. — *et malacem* v-g. 23. *Silvestres*] Georg. II, 374. — *Camuris*] Georg. III, 55. — *camaram hac ratione* P. *camera in hac ratione* (del. *in*) A. *cameram hac ratione* Ms-bS. *hac ratione cameram* v-g. — *figuramus* c-g.

voces fere omnibus praeter Ciceronianam aetatibus usurpatae sunt.

asotiam] Hac voce usus est Gellius N. A. X, 17, 3; XIX, 9, 8. Qui homines sint asoti, docet Cicero de fin. II, 7 sq. Ad quem locum respexerit Pontanus (vid. app.), equidem nescio.

23. *Punicis Oscisque verbis*] Haud leviter moveor horum adiectivorum coniunctione, quum lingua Osca contineat radices linguae Latinae, quae non sint deducendae ab origine Graeca (Vid. Niebuhr. Roem. Gesch. I, p. 70. Baehr. Gesch. d. roem. Lit. I, p. 4 sqq.). Quid ergo si scribamus: *Umbricis Oscisque?* C. R. Lepsius quidem uno volumine comprehendit inscriptiones Umbricas et Oscas: sed vix negaverim quin ipse Macrobius tam diversa coniunxerit, praesertim quum infra commemoret *peregrina verba.*

Uri enim Gallica vox est] Pontanus confert glossam: *Uror βοῦς Γερμανός*, quam mutat in *Urox βοῦς Γερμανῶς*, coll. Fest. ap. Paul. lib. IV. p. 75. Muell.: *Diox genus piscis frequens in Ponto.* Lindenbrog. Observatt. in Ammian. lib. XXII. p. 120. refert Philostratum [V. A. VI, 24. p. 265.] *βοάγρους* eos vocare, et auctorem martyrii B. Genevefae dicere *bubalum* eundem esse quem Germania *urum* vocet, sed Plinius N. H. VIII, 15. s. 15. illud nomen ait uris imponere imperitum vulgus. Vid. Herzog. ad Caes. B. G. VI, 28, 1., Serv. et Heyn. ad Virg. l. c.

Camuris .. camaram] Pontanus confert Fest. ap. Paul. lib. III, p. 43. *Camara et camuri boves a curvatione ex Graeco κάμπη dicuntur*, et glossam: *Camuris ἄγνος ταῦρος*, in eo haesitans, quomodo haec sit emendanda. Vide ne scribendum sit *ἄγριος ταῦρος*. Muellerus ad Fest. l. c. attulit Servium in Virgil. Georg. III, 55.: *Camuris .. curvis: unde et camerae appellantur*, Philargyrium ibid.: *Camuri boves sunt, qui conversa introrsus cornua habent.* Nonium p. 30. 8. M.: *Camerum* (scribe *Camurum*) *obtortum, unde et camerae tecta in curvitatem formata*, quos e Verrio Flacco hausisse censet, et Isidorum Orig. XII, 1, 35. de camelis: *sive quia curvus est dorso, camur enim Graeco verbo curvum significat*, et XV, 8, 5.: *Camerae sunt culmina introrsum respicientia, appellatae a curvo: καμουρ enim Graece curvum est*, adiiciens in Etymol. Magn. p. 488. 1., quod camelum dictum velit *παρὰ τὸ κάμπτειν, κάμηρόν τινα οὖσαν καὶ κάμηλον*, vocabulum etymologiae causa fictum esse, (qui locus etiam fons est eius quem addita Hori Apollinis nomine citavit Pontanus: *Ἐκείνη γὰρ μόνη τῶν ἄλλων ζώων τὸν μηρὸν κάμπτει, διὸ καὶ κάμηρος λέγεται*), denique Charis. I. p. 43. P. *Camara di-*

V. Multa quoque epitheta apud Virgilium sunt quae ab ipso ficta creduntur: sed et haec a veteribus tracta monstrabo. Sunt autem ex his alia simplicia, ut *Gradivus Mulciber:* alia conposita ut *Arquitenens Vitisator.* Sed prius de simplicibus dicam:

2 — *Et distinctos Mulciber Afros.*

Mulciber est Vulcanus, quod ignis sit et omnia mulceat ac domet. Accius in Philoctete:

— *Heu Mulciber*
Arma ignavo invicta fabricatus es manu,

[180] et Egnatius de rerum natura libro primo:

Denique Mulciber, et ipse ferens altissima caeli,
**Contingunt.*

3 — *Haedique petulci*
Floribus insultent.

[Mss. APSM.

V. *Caput V. Epitheta, quae apud Vergilium nova videntur, vetustioribus quoque in usu fuisse.* ch-b. 1. *facta* Sv-g. — *arcitenens* (ut vulgo ap. Virg.) v-g. *architenens* S. 2. *Et discinctos*] Aen. VIII, 724. *distinctos* v3. — *Actius* c-bP. — *in Philoctete*] Scriver. p. 138. Both. fr. 14. p. 233. — *invita* M. — *fabricatus es* scripsi ex emendatione G. I. Vossii. *es fabricatus* s-bP. Scriv. (Both. *es* posuit ante *invicta*). *es fabricatus et* ASv-gM123P6. — *et ipse* ASv-gM123P6. *ipse* (om. *et*) s-bP. — *Contigunt* M. „*Contigna* coniicere libet ex filo rei, modo id Latinum agnoscat. Nam *tignum* et *tignus* crebra. Vide itaque ne fuerit *Cum tigna.*“ Pont. 3. *Haedique*] Georg. IV, 10. — *insultant* S. —

cuntur, ut *Verrius Flaccus affirmat*, *non camera per e.* Denique non *camaram*, sed *camarae nomen* dicendum erat.

V, 1. *de simplicibus dicam*] Vide ne hoc loco aliquid exciderit, quum praetermissum sit epitheton *Gradivus*, quod supra commemoratum est, et legitur apud Virgil. Aen. III, 35. et X, 542.

2. *Mulciber*] Cf. Fest. ap. Paul. lib. XI, p. 144. Muell. *Mulciber Vulcanus a molliendo scilicet ferro dictus. Mulcere enim mollire sive lenire est. Mulciber* videtur Vulcanus dici a *mulcendo* ut *faber* a *faciendo.*

fabricatus es manu] Quod legitur in codd. mss. et edd. vett., *es fabricatus et manu*, id ferri non potest, nisi statuitur sermonem esse abruptum, quae ratio pari exemplo apud Macrobium vix potest comprobari: quod inde ab ed. Steph. legitur, *es fabricatus manu*, id versum conturbat: quod scripsit Bothius, *Arma ignavo es invicta fabricatus manu*, id nimis discedit a codicum vestigiis, quas ob causas cum comperissem G. I. Vossium proposuisse id quod mihi ipsi in mentem venerat, non dubitavi quin reciperem.

et ipse] scripsi e codd. mss. et edd. vett., quia hic locus etiam alioqui videtur esse corruptus, ut singula quaedam corrigere non liceat. Hoc si verum est, *Mulciber* per syncopen, ut fit in casibus obliquis, est legendum.

**Contingunt*] Numerus pluralis ita tantum potest defendi, ut statuas alia complura nomina praecessisse, ad quae hoc verbum fuerit referendum, quae ratio hoc quidem loco aliquantulum fulcitur particula *Denique.* Sed ego non intelligo, cur, si ita se habuisset res, Macrobius hoc verbum addidisset, quod omnino opus non erat, et sic nude positum nullam omnino habet vim. Si *contigna*, quod coniecit Pontanus, numero plurali, diceretur Latine pro eo quod est *contignatio*, in priori versu scribendum esset *serens.* Sed vide ne duce codice M sit legendum *contiguus*, ut significetur ignis aethereus, de quo vid. Comm. I, 21, 35.

Lucretius in secundo:

Praeterea teneri tremulis in vocibus haedi
Corniferas norunt matres agnique petulci.

Illud audaciae maximae videri possit quod ait in Bucolicis: 4

Et liquidi simul ignis,

pro puro vel lucido seu pro effuso et abundanti, nisi prior hoc epitheto Lucretius usus fuisset in sexto:

Hac etiam fit uti de causa mobilis ille
Devolet in terram liquidi calor aureus ignis.

Tristis pro amaro translatio decens est, ut: 5

— *Tristisque lupini.*

Et ita Ennius in libro Sabinarum quarto:

Neque triste quaeritat sinapi,
Neque cepe maestum.

Auritos lepores non Maro primus usurpat, sed Afranium sequitur qui in prologo ex persona Priapi ait: 6

— *Nam quod vulgo praedicant*
Aurito me parente natum, non ita est.

Edd. vicahgspdzb.] *in secundo*] v. 367., ubi legitur *cum vocibus.* 4. *in Bucolicis*] Ecl. VI, 33. — *in sexto*] v. 204. (205. L.), ubi vulgo legitur *color;* sed in utroque Vossiano *calor.* — *Haec* P. *Hanc* N. *Hoc* P6. 5. *Tristisque*] Georg. I, 75. *tristesque* M a sec. m.; v2-bPS. *utrisque* A. — „*Satyrarum quarto* Columna.“ Pont. Cf. Ennii fragm. ed. Hessel. p. 188. Refragatus est Ang. Maius ad Cic. de re p. II, 7. Vid. not. — *quaeritta* A. *queripat* N. — *cepae* s. — *mustum* z. „Corrige cum Edit. vet. *moestum.*“ Zeun. 6. *Auritos*] Georg. I, 308. — *Afranium*] Both. incert. fab. fr. 12. II, p. 199. Neukirch. incert. fab. fr. 15. p. 276. — *papi ait* P. *pria-*

5. *in libro Sabinarum quarto*] Ang. Maius ad Cic. de re p. II, 7. retulit apud se esse locum Ennii ex hoc eius deperdito opere: *Ut Sabinis Ennius dixit: cum spolia generi detraxeritis, quam inscriptionem dabitis*, et recte statuit esse haec Sabinarum orantium verba. Eo loco, quem attulit Macrobius, videtur unus e Romanis irridere lacrimas Sabinae a se raptae, dicens ei ad lacrimas ciendas nec sinapi nec cepe opus esse, quibus rebus lacrimas cieri notum est, sed vid. not. sequ. Hoc si ita est, in commentariis Servianis, ubi (ad Virgil. Georg. I, 75.) legitur: *Ennius: Neque ill .. triste quaeritat sinapi*, videtur fuisse: *Neque illa triste quaeritat sinapi*, et fortasse sic scripserat Ennius. Quod autem Baehrius Gesch. d. roem. Lit. I. p. 211. hos Ennii libros statuit prosa oratione scriptos fuisse, id vel sententia harum reliquiarum reprobatur. Equidem putaverim Ennium, a quo hexametrum heroicum metro Saturnio substitutum esse constat, priore aetate et in his quidem libris hoc metro esse usum, quod in illo fragmento apparet, dummodo scribamus: *Cum spólia Generis detráxitis*, *quam dábitis inscriptiónem*, ut sit diaeresis post *quam*. Cf. Munck. Metr. d. Gr. u. R. p. 130., Krueger. Gramm. d. lat. Sp. § 105, 6, a.

Neque .. cepe maestum] Cf. Columell. X, 122 sq. *Seque lacessenti fletum factura sinapis ... lacrimosaque cepa.* Lucil. lib. V. fragm. 15. *Flebile cepe simul lacrimosaeque ordine tallae.* Plin. N. H. XIX, 6. s. 32. *Omnibus* (cepae generibus) *odor lacrimosus.*

6. *praedicant aurito me parente natum*] i. e. satyro. Dicebatur autem Priapus genitus esse patre Dionyso vel Adoni. Quod Pontanus adnotavit nec omnino respuit

7 Et, ut conposita subiungam, quod ait Virgilius:

Vidit turicremis cum dona inponeret aris,

iam Lucretius in secundo dixerat:

Nam saepe ante deum vitulus delubra decora
Turicremas propter mactatus concidit aras.

8 *Quam pius Arquitenens.*

[181] Hoc epitheto usus est Naevius belli Punici libro secundo:

Deinde pollens sagittis inclytus arquitenens
Sanctusque Delphis prognatus Pythius Apollo.

Idem alibi: — *Cum tu arquitenens sagittis*
Pollens dea.

Sed et Hostius libro secundo belli Histrici:

Dia Minerva, simul autem invictus Apollo
Arquitenens Latonius.

9 *Silvicolae Fauni.*

Naevius belli Punici libro primo:

Silvicolae homines bellique inertes.

Accius in Bacchis:

[Mss. APSM.

piat A. — *praedicat* vi. — *natura* (sup. m) S. 7. *Vidit*] Aen. IV, 453. — *Vidi* ch-bP. *Vidic*(*turi cremis*) A. — *in secundo*] v. 352. — *condidit* S. 8. *Quam*] Aen. III, 75. *Quem* p2-b. — *arcitenens* (ut vulgo apud Virg.) Av-g (etiam infra). *architenens* S (etiam infra). — *libro secundo*] v. 19. ed. Spangenberg., ubi legitur: *Dein .. inclutus Arcitenens.* — *Dea Minerva* AS. — „*simul cunctis invictus Apollo* legit I. A. Fabricius in Bibl. med. et inf. Latin. lib. VIII. p. 827. nescio coniectura an ex Mstis.“ Weichert. Poet. Lat. rel. p. 16. 9. *Silvicolae*] Aen. X, 551. *Etiam Silvicolae* v-gb. — *libro primo belli Punici* Edd. — *libro primo*] lib. II, v. 17. Sp. „Restituit in Ennianis fragmentis Merula: *Silvicolae homones* (ed. Spangenb. *homoones*) *belli inertes.*“ Pont. — *Accius in Bacchis* om. M3. — *in Bacchis*] Scriver. p. 108. Both. f. 7. p. 188. — *Silvicolae* ASv-gM123. *Et nunc Silvicolae* s-bP Scriv. Both.

Neukirch. l. c.: „*aurito parente*, i. e. lepore“, id ridiculum est; nec quidquam huc faciunt ex quae ille adiecit. Macrobius vult tantummodo docere ante Virgilium voce *auritus* usum esse Afranium.

8. *Arquitenens*] Apud Virgilium etiam Wagnerus scripsit *Arcitenens.* Illa forma nititur in genitivo *arqui*, qui legitur in quibusdam codd. apud Ciceronem de nat. deor. III, 20, 51., ubi vid. Moser. Poterat Macrobius citare etiam Attium, cuius fragmentum legitur apud Nonium p. 341, 25, in quo Diana dicitur *arquitenens.*

Deinde .. Apollo] Hos versus, qui vulgo continui leguntur, distinxi, ut factum est in fragmentis Naevii a Spangenbergio editis. Pro *deinde* ibi scriptum est *dein*, qua ratione emendatur metrum.

Dia Minerva] Post haec verba duae syllabae videntur excidisse, nisi forte pro *simul autem* scribendum est *simulque.* Nam eam rationem, quam Fabricius iniit, haud comprobaverim.

9. *libro primo*] Haec verba videntur Naevianorum fragmentorum editori locum suum habuisse in lib. II., ubi describeretur Romanorum classis. At vide ne haec referenda sint ad priscos quosdam Italiae incolas.

Silvicolae . . . inertes] Versus turbatus est, nisi forte in *silvicolae* producitur penultima et a voce *inertes* novus inchoatur versus. Merula, qui delevit *que* et, ut sane

— Silvicolae ignota invisentes loca.

Despiciens mare velivolum. 10

Livius in Helena:

Tu qui permensus ponti maria alta velivola.

Ennius in quarto decimo:

Cum procul aspiciunt hostes accedere ventis
Navibus velivolis.

Idem in Andromache:

Rapit ex alto naves velivolas.

Vitisator curvam servans sub imagine falcem. 11

Accius in Bacchis:

— O Dionyse
Pater optime vitisator, Semela
**Genitus Euhia.*

— Almaque curru 12
Noctivago Phoebe.

Egnatius de rerum natura libro primo:

Roscida noctivagis astris labentibus Phoebe,
Pulsa loco cessit concedens lucibus altis.

— Tu nubigenas, invicte, bimembres. 13

Cornificius in Glauco:

Edd. vicahgspdzb.]

10. *Despiciens*] Aen. I, 224. — *in Helena*] Scriver. p. 3. Both. p. 11. — *in quarto decimo*] v. 1. Mer. *in decimo quarto* h. — *in Andromache*] Scriver. p. 11. Both. fr. 8. p. 36. *Andromacha* s-b. — *racapit ex* P. *Rapit et ex* v-g. 11. *Vitisator*] Aen. VII, 179. — *servans curvam* v-g. — *in Bacchis*] Scriverius p. 108., qui unum fecit versum; Both. fr. 17. p. 190., qui duos fecit versus, quorum primum: *O .. vitisator* adnotavit esse pentametrum eleg. *baccis* M. — *O dii o nyse* S. — *euhia* M13. *euhija* a. *euchia* Avichg. *evehia* P6. *eubia* SM2. *Euthyia* s-bP Scriv. Both., qui adnotavit: „Fortasse hoc dederat poëta: — *genitus. Bacchus: Eu Thyiae!* quibus verbis Bacchas se celebrantes carmine laudet deus. *Θυῖα* pro *Θυιάς* in usu fuit. Quamquam codd. Macrobii *Euthyus* vel *Euthyius*, de quo Vossius quidem: „Non magis inter Bacchi cognomina fuisse autumo quam *Euchias*, quod eruditi interpretis Horatiani commentum est.“ Sed fieri sane potest εὔθυος, quem quasi dicas cum ratione insanientem, qualis fuit Bacchus et quicunque eius orgia celebrat. Vide Eurip. Bacch. 683 sqq.“ 12. *Almaque*] Aen. X, 215. — *et gnatius* M. 13. *Tu*] Aen. VIII, 293. — *foedere* A. *fe-*

fit in reliquis fragmentis, scripsit *homones* (quod legitur in ed. S., *homoones*, id fortasse errori typographi debetur), videtur statuisse diaeresin in hoc versu esse neglectam.

Silvicolae .. loca] Bothius, qui habet ea quae vulgo praeponuntur, *Et nunc*, statuit esse senarium iambicum.

10. *Tu .. velivola*] Bothius adnotavit versum esse galliambum.

Rapit .. velivolas] E Bothii sententia hic versus est dimeter anapaesticus. Servius ad hunc Virgilii locum adnotavit: *Ennius: Naves velivolas.*

11. *O Dionyse .. *Genitus Euhia*] Haec sic distinxi, ut essent versus anapaestici. Pro *Genitus* vide ne legendum sit *Genite*. *Euhia* a Macrobio ipso scriptum esse videtur pro *Evia*, ut sit hoc cogno-

[182] — *Centauros foedare bimembres.*

14 *Caprigenumque pecus nullo custode per herbas.*

Pacubius in Paulo:

**Quamvis caprigeno pecori grandior gressio 'st.*

Accius in Philoctete:

Caprigenum trita ungulis.

Idem in Minotauro:

— *Taurigeno semine ortum fuisse an humano?*

15 Decenter et his epithetis Virgilius usus est, pro sagitta *volatile*

[Mss. APSM.
dere MP6. 14. *Caprigenumque*] Aen. III, 221. — *Pacuvius* Edd. Mss. Vid. not. — *in Paulo*] Scriverius p. 68. et hunc versum habet et eum qui legitur apud Priscianum lib. VI. initio. Bothius fr. 2. p. 137. Prisciani rationem sequitur. G. I. Vossius adnotavit: „Apud Priscianum initio libri sexti legitur: *Quae via caprigeno generi gradibilis gressio 'st.* Non dubium autem mihi quin melior sit Prisciani scriptura, quae tamen nec ipsa plane est sincera. Ita enim, quum in plerisque codd. legatur *Quia via*, legi debet: *Qua via Caprigeno generi gressio gradibilis est.*" Bothius: „Nec dubitandum quin scribendum sit, ut scribi iubet Vossius, *Qua via.* Infra praestat copulam inserere post *generi*, quod cave elidas, vel pone *generid.*" Neukirch. p. 75. scripsit: — *Quae via Caprigeno generi gradibilisque gressio est*, adiiciens: „Haec est via, inquit, et gradibilis gressio non hominibus sed capris." — *gressio sit* S. *gressio est* A. *egressio est* P6. — *in Philoctete*] Scriver. p. 138. Both. fr. 13. p. 233. — *trito* P. — *in Minotauro*] Scriver. p. 127., qui adnotavit: „Idem supra Ione, ex Prisciano. An legendum apud Macrobium *de Minotauro?*" Priscianus VI. p. 677. habet: *Attius in Ioe: Ex taurigeno semine ortam* (al. *ortum*) *fuisse an humano eam.* Hunc versum recepit Bothius Ion. fr. 2. p. 211., nisi quod in fine scripsit *cluam*, et adnotavit: „Vitiose libri *eam.* Saepius titubatum in verbo *cluo*. . . Macrobius vereor ne reliquerit: *Idem in Io taura* vel *in Ione taura.* Propert. II, 23, 19. *Ut est deperditus Io.* Cf. Fest. v. *Topper.* Varro de re rust. II, 5.: *Quae sterilis est vacca, taura appellatur.* Cf. Fest. v. *tauras.*" — *ortum fuisse* ASP6 „Angl." Scriv. *ortum* (om. *fuisse*) Edd.

men Semelae, nisi forte scribendum est *Evie.*

13. *in Glauco*] Fabula haec fuisse videtur, sed Cornificium tragicum poetam nusquam invenio memoratum.

foedare] idem valere videtur ac *obtrectare iis.* Nam re equestri excellere studuit Glaucus, Sisyphi filius, Bellerophontis pater, siquidem hic, non Minois filius, intelligitur. Cf. Plin. N. H. XXIX, 1. s. 7. *Spurcius nos . . appellatione foedant.* An forte legendum est *foede?*

14. *Pacubius*] Hanc scripturam, quam aliis locis plerique codices exhibent, (vid. app. crit. ad I, 12, 35.), etiam hoc loco recepi, ne in uno eodemque nomine admitteretur discrepantia.

**Quamvis . . gressio 'st*] Hic versus quin sit corruptus, non est dubitandum. Quid habeat Priscianus, quid voluerint viri docti, ex app. crit. apparet. Equidem putaverim sic fere scripsisse Pacuvium: *Qua vix caprigeno pecori gradibilis gressio 'st*, vel: *Qua via caprigeno pecori gravior gressio 'st.* De re Bothius: „Describi videtur, inquit, mons ille arduus ascensu, quem Milo et Histiaeus et Theagenes a Perseo missi cum V milibus Macedonum obtinebant, sed tanta negligentia, ut nemo adventare Romanos duce P. Scipione Nasica senserit. Vide Supplem. Liv. XLIV, 35."

in Minotauro] Vid. app. crit. Ego ut in re incerta nihil mutaverim. Versui, si Prisciano credimus, ab initio et in fine aliquid deest. Ut nunc est, si pro senario iambico habetur, claudicat.

ferrum, et pro Romanis *gentem togatam:* quorum altero Suevius altero Laberius usus erat. Nam Suevius in libro quinto ait:

— *Volucrumque volatile telum.*

Ac Laberius in Ephebo:

Licentiam ac libidinem ut tollam petis
Togatae stirpis.

Idem infra:

Idcirco ope nostra dilatatum est dominium
Togatae gentis.

VI. Figuras vero quas traxit de vetustate, si volentibus vo- 1
bis erit, cum repentina memoria suggesserit, enumerabo. Sed nunc dicat volo Servius quae in Virgilio notaverit ab ipso figurata, non a veteribus accepta, vel ausu poetico nove quidem sed decenter usurpata. Cotidie enim Romanae indoli enarrando eundem vatem necesse est habeat huius annotationis scientiam [183] promptiorem. Placuit universis electio in reliqua suffecti: et adhortati sunt Servium, ut quae in se refusa sunt annotaret. Ille 2
sic incipit: Vates iste venerabilis varie modo verba modo sensus figurando multum Latinitati leporis adiecit. Qualia sunt haec:

Subposita de matre nothos furata creavit,

ut ipsa creaverit quos creari fecit:

Edd. vicahgspdzb.]

PM. 15. *volatile*] Aen. IV, 71. — *gentem*] Aen. I, 282. *gentemque* MP6 Virg. — *quorum* om. SM123. — *Sueius* (etiam infra) AM123. — *usus erat* APSM133. *usus est* Edd. — *in libro VI.* v1. — *in Ephebo*] Both. II. p. 211., ubi duo haec fragmenta leguntur ut ego ea exhibui, nisi quod legitur *lubidinem. Epheso* hp2. *Ephaeso* sp1. „Utrumque non huius loci.“ Gron. — *petis* om. Psp. „Stephanus temere *petis* exclusit. Videtur et fuisse *Stirpis togatae.*“ Gron. — *opera* M.

VI. *Caput VI. De figuris illis, quae ita sunt peculiares Vergilio, ut apud alios aut raro aut nunquam reperiantur.* ch-b. *Modo incipiunt figurae Virgilianae.* P. 1. *Figuras quoque* S. — *Nam veteribus* A. — *vel ab usu* S. — Post *promptiorem* in vi inseritur inscriptio: *Figurae Virgilianae* (v1 add. *Cap.*). — *etiam adhortati* v-g. 2. *Subposita*] Aen. VII, 283. — *recreari* A. — *fecerit* Sv-g. 3. *Tepidaque*] Aen.

15. *usus erat*] Cf. § 7. et c. 4. §§ 19. et 20. *dixerat.*

Licentiam cet.] Laberii verba primus distribui in versus.

VI, 1. *si volentibus vobis erit*] Vid. not. ad I, 7, 9.

cum] positum est pro *si.*

indoli] miro modo dicitur pro adolescentibus, ut nos dicimus „*der Nachwuchs*“. Cf. Non. p. 456, 30. *Indolem adolescentium tantum consuetudo dicit, quasi nove suboles: indoles autem est crementum.*

enarrando eundem vatem] Cf. c. 7. § 2. et Quintil. I, 2, 14. *Grammaticus .. si .. poemata enarret, tot illa discent quot audient*, et Gell. N. A. XVIII, 9, 4. *Varronem quoque versum hunc Plauti .. sic enarrasse.*

in reliqua] i. e. ad reliquam disputationis partem.

quae in se refusa sunt] Haec videntur idem significare ac: „quae ei commissa essent.“ Cf. prolegg. p. xxxix.; et Cic. p. Rosc. Am. 2. § 6. *Hunc sibi ex animo scrupulum, qui se dies noctesque stimulat ac pungit, ut evellatis postulat;* praeterea VII, 14, 18. *Sensus rem visam rationi refundit*, et Spartian. Hadrian. 9. *Quorum quidem necem in Tatiani consilia refundebant.*

2. *nothos*] equos.

ipsa creaverit] i. e. creavisse dicatur Circe.

creari fecit] Vid. prolegg. p. xl.

3 — *Tepidaque recentem*
Caede locum,
cum locus *recens caede* nove dictus sit.
Et: *Haec ait, et socii cesserunt aequore iusso,*
pro eo quod *iussi* cesserunt.
Et: — *Caeso sparsurus sanguine flammas,*
qui ex caesis videlicet profunditur.
4 *Vota deum primo victor solvebat Eoo,*
pro *quae dis vota sunt.*
Et me consortem nati concede sepulchro.
Alius dixisset:
Et me consortem nato concede sepulchri.
Et: *Illa viam celerans per mille coloribus arcum,*
id est *per arcum mille colorum.*
5 Et: *Hic alii spolia occisis derepta Latinis*
Coniciunt igni,
pro *in ignem.*
Et: *Corpore tela modo atque oculis vigilantibus exit.*
Tela exit pro *vitat.*
Et: — *Senior leto canentia lumina solvit,*
pro *vetustate senilia.*
6 — *Exesaeque arboris antro,*
[184] pro *caverna.*
Et: — *Frontem obscoenam rugis arat.*
Arat non nimie sed pulchre dictum.
Ter secum aerato circumfert tegmine silvam,

[Mss. APSM.

IX, 455. — *Haec ait*] Aen. X, 444. — *iussu* h. — *et caeso* (quasi et pertineret ad Virgilii verba) Edd. — *Caeso*] Aen. XI, 82. — *sparserunt* s-hP. — *profundit* A. 4. *Vota*] Aen. XI, 4. — *folvebat* (om. *victor*) P. — *Et me*] Aen. X, 906 — *melius dixisset* A a sec. m. — *Illa*] Aen. V, 609. 5. *Hic*] Aen. XI, 193. *Hinc* e cod. Pal. vulgo legitur apud Virgil. — *aliis* S. — *direpta* S. — *Corpore*] Aen. V, 438. — *Senior*] Aen. X, 418. 6. *Exesaeque*] Georg. IV, 44. *Exesae* (om. *que*) v. — *Frontem*] Aen. VII, 417. — *Ter*] Aen. X, 887., ubi legitur: *Inmanem aerato*; sed v. 885. incipit a verbis *Ter circum.* — *Vir*] Ecl. VII, 7.

3. *cum locus recens caede nove dictus sit*] Cf. Commentar. Serv. in h. l.: *Hypallage est pro tepidum locum recenti caede.*

pro eo quod iussi cesserunt*] Haec quum referenda sint ad participium *iusso*, dicendum erat: *pro quo iussi cesserunt* ut § 4. *pro quae dis vota sunt.* In comment. Serv. legitur: *pro ipsi iussi.

qui .. profunditur*] Comment. Serv.: *pro Caesorum.

4. *primo .. Eoo*] pro *primo mane* dixit Virgilius etiam Aen. III, 588. In comm. Serv. additur: *Subaudimus tempore.*

id est .. mille colorum*] Comment. Serv.: *Aut subaudis factum aut antiptosis est mille colorum.

5. *Corpore*] Cf. Cic. in Catil. I, 6, 15. *Quot ego tuas petitiones ita coniectas, ut vitari posse non viderentur, parva quadam declinatione et, ut aiunt, corpore effugi!*

pro vitat*] In comment. Serv. legitur: *Exit, vitat declinat:* unde de *Venulo* [XI, 750.]: *Et vim viribus exit. Et hoc verbo bis usus est tantum.* Fortasse excidit *hoc modo.

pro vetustate senilia*] Aliter in comm. Serv.: *Aut hypallage est pro ipse canens, aut physicam rem

pro *iaculis*.
Et: *Vir gregis* pro *capro*.
Et illa quam pulchra sunt: *aquae mons, telorum seges, ferreus imber*, ut apud Homerum: 7

Λάϊνον ἕσσο χιτῶνα κακῶν ἕνεχ' ὅσσα ἔοργας,
et: *Dona laboratae Cereris,*
et: — *Oculisque aut pectore noctem*
Accipit,
et: *Vocisque offensa resultat imago,*
et: — *Pacemque per aras*
Exquirunt.
et: — *Paulatim abolere Sychaeum*
Incipit.

Saepe etiam verba pro verbis pulchre ponit: 8
Oraque corticibus sumunt horrenda cavatis,
ora pro *personis*,
et: *Discolor unde auri per ramos aura refulsit.*

Quid est enim aura auri, aut quemadmodum aura refulget? Sed tamen pulchre usurpavit.
Et: — *Simili frondescit virga metallo.*

Edd. vicabgspdzb.]

7. *aquae*] Aen. I, 105. — *telorum*] Aen. III, 46. — *ferreus*] Aen. XII, 284. — *apud Homerum*] Il. γ', 57. — *Λάϊνον ... ἔοργας* om. ASMv. — Pro hoc versu in ea leguntur Il. π', 66 sq. *Εἰ δὴ κυάνεον Τρώων νέφος ἀμφιβέβηκεν Νηυσὶν ἐπικρατέως* (c in mg.: „Locus restitutus ex 16 Iliad.) et Il. ρ', 424 sq. *Ὣς οἱ μὲν μάρναντο· σιδήρεος δ' ὀρυμαγδὸς. Χάλκεον οὐρανὸν ἷκε δι' αἰθέρος ἀτρυγέτοιο* (c in mg.: „ex 17 Iliad."). — *Dona*] Aen. VIII, 181. *Dona* (om. *et*) s-bP. — *Oculisque*] Aen. IV, 530., ubi legitur *oculisve*. — *Vocisque*] Georg. IV, 50. — *offensa* om. h. — *Pacemque*] Aen. IV, 56. — *Paulatim*] Aen. I, 720. — *sytheum* A.
8. *Oraque*] Georg. II, 387. — *Discolor*] Aen. VI, 204. — *refulxit* S. —

dicit. Dicuntur enim pupillae mortis tempore albescere.

6. *pro iaculis*] in Aeneae clypeum coniectis.

pro capro] Immo Virgilius dicit: *Vir gregis ipse caper deerraverat*, non ergo nomen alterum pro altero sed cum altero posuit. Erat ergo dicendum: *Vir gregis dicitur caper*. In comm. Serv. confertur Horat. Od. I, 17, 7. *Et olentis uxores mariti*, et Theocrit. VIII, 49. *Ὦ τράγε, τᾶν λευκᾶν αἰγῶν ἄνερ.*

7. *noctem*] i. e. somnum.

Sychaeum] i. e. memoriam Sychaei, qui fuerat Didonis maritus.

8. *ora pro personis*] „Martial. [III, 43, 4.] *Personam capiti detrahet ille tuo.* Plautus *ora* Poenulo [I, 2, 110.]: *Quae habent nocturna ora noctu sacrificatum ire occupant.* Porro Cornificius *oscillantes* hinc dictos credidit. Festus [lib. XIV. p. 194. Muell.]: *Oscillantes ait Cornificius ab eo quod os celare sint soliti personis propter verecundiam qui eo genere lusus utebantur.*" Pont. — Conferas potius Martial. XIV, 176. *Sum figuli lusus russi persona Batavi, Quae tu derides, haec timet ora puer.* Servius adnotavit: *Qui ea* (ludicra) *exercebant, propter verecundiam remedium hoc adhibuerunt, ne agnoscerentur, ut personas factas de arborum corticibus sumerent.*

Quid est enim aura auri?] Respondetur in comm. Serv.: *Auri aura, splendor auri. Horatius* [Od. II, 8, 23 sq.]: *Tua ne retardet Aura maritos;* i. e. splendor. *Hinc et aurum dicitur a splendore qui est in eo metallo.* Sed rectius dixeris splendorem auri haberi afflatum quendam eius, ut id quod ad visum pertineat ad tactum transferatur.

Quam bene usus est *frondescit metallo?*
9 Et: — *Nigri cum lacte veneni.*
** nigro inponere nomen lactis?
Et: *Haud aliter iustae quibus est Mezentius irae.*
Odio esse aliquem usitatum: *irae esse* inventum Maronis est.
10 Item de duobus incipit dicere et in unum desinit:
[185] *Interea reges, ingenti mole Latinus*
Quadriiugo vehitur curru,
ut est apud Homerum:
Οἱ δὲ δύω σκόπελοι, ὁ μὲν οὐρανὸν εὐρὺν ἱκάνει
ὀξείῃ κορυφῇ, νεφέλη δέ μιν ἀμφιβέβηκεν.
Et: *Protinus Orsilochum et Buten, duo maxima Teucrum*
Corpora, sed Buten aversum cuspide fixit, etc.
11 *Iuturnam, fateor, misero succurrere fratri*
Suasi,
cum solitum sit dici: *Iuturnae suasi.*
Et: — *Urbem quam statuo, vestra est.*
Et: *Tu modo quos in spem statues submittere gentis,*
Praecipuum iam inde a teneris inpende laborem,
pro *in eos inpende.*
12 Facit pulcherrimas repetitiones:
Nam neque Parnassi vobis iuga, nam neque Pindi

[Mss. APSM.
Simili] Aen. VI, 144. 9. *Nigri*] Aen. IV, 514. — *Haud*] Aen. X, 716. 10. *Interea*] Aen. XII, 161. — *invehitur* c-g. — *apud Homerum*] Od. μ', 73. — *Οἱ δὲ ... ἀμφιβέβηκεν* om. ASMvic. — ικανε P. ἵκανε hg. — *νεφέλη ... ἀμφιβέβηκεν* om. a. — ΑΜΦΟΒΕΒΙΚΕΝ P. ἀμφιβέβηκε hg. — *Protinus*] Aen. XI, 690. — *orchilocum* S. — *adversum* Sv-g. *aversa* P. 11. *Iuturnam*] Aen. XII, 813. — *misero fateor* (ut Virg. vulgo) Sv-g. — *Iuturnae suadeo* P. — *Urbem*] Aen. I, 573. *Urbem* (om. *Et*) s-bP. — *Tu*] Georg. III, 73. 12. *Nam*] Ecl. X, 11. — *Parnasi*

Quam bene usus est frondescit metallo?] Verba *frondescit metallo* posita sunt, ut alias post praepositionem *pro*, omisso ablativo *verbis*: quae quidem durior est ratio. Comm. Serv.: *Frondescit, in naturam redit; et honeste locutus est dicens: Habet frondes sui metalli.*

9. *** nigro inponere nomen lactis*] Excidisse aliquid sensus docet, quamquam vulgo non indicatur lacuna. Equidem putaverim Macrobium scripsisse: *Quo modo potuit veneno nigro inponere nomen lactis?* vel simile quid, et librarium aberrasse, ut saepe fit (cf. § 13.), a *veneni* ad *veneno*. Hanc ob causam posui signum interrogationis. In comm. Serv. legitur: *Nigri aut noxii, quia nigri fiunt homines post venenum: aut certe illud est, quia sunt herbae nigri lactis, i. e. succi. Dicunt autem per periphrasin agreste papaver significari.*

10. *et in unum desinit*] Immo post Latinum commemorantur Turnus Aeneas Ascanius, et post Buten Orsilochus. Priore loco (XII, 161.) Servius statuit esse hyperbaton et ordinem esse: *Interea reges .. procedunt castris* (v. 169.). Obloquitur Gossrau, qui confert XI, 887 sqq. *Exclusi .. pars .. pars*, et similia: quam rationem, ut statueret esse σχῆμα καθ' ὅλον καὶ μέρος, etiam Macrobium secutum esse docet exemplum quod affert Homericum.

11. *Iuturnam cet.*] Praemittendum erat aliquid, ut: *Novas etiam usurpat constructiones.*

Urbem] In comm. Serv. haud recte ex antecedenti versu huc trahitur verbum *vultis.*

12. *Parnassi*] Vide ne haec scriptura Macrobio fuerit tribuenda etiam I, 18, 3 et 5.

Ulla moram fecere.
Quae vobis, quae digna, viri, pro talibus ausis?
Vidisti quo Turnus equo, quibus ibat in armis.

Nec interpositiones eius otiosae sunt: 13

Si te nulla movet tantarum gloria rerum,
At ramum hunc (*aperit ramum, qui forte latebat*)
Agnoscis.
Ut sceptrum hoc (*dextra sceptrum nam forte gerebat*)
Numquam fronde levi.

Et illa mutatio elegantissima est, ut de quo loquebatur subito ad 14 ipsum verba converteret:

Ut bello egregias idem disiecerit urbes,
Troiamque Oechaliamque et duros mille labores
Rege sub Eurystheo, fatis Iunonis iniquae, [186]
Pertulerit: tu nubigenas, invicte, bimembres, et reliqua. 15

Illa vero intermissio:

Quos ego: — sed motos praestat conponere fluctus,

tracta est a Demosthene: *Ἀλλ' ἐμοὶ μέν· — οὐ βούλομαι δυσχερὲς οὐδὲν εἰπεῖν ἀρχόμενος τοῦ λόγου, οὗτος δ' ἐκ περιουσίας ἐμοῦ κατηγορεῖ.*

Haec vero quam poetica indignatio: 16

— Pro Iuppiter! ibit

Edd. vicahgspdzb.] Svi. — *ullam* A. — *fecere moram* S. — *Quae*] Aen. IX, 252. — *vos* S. — *videri* S. — *Vidisti*] Aen. IX, 269. *Vidistis* (ut codd aliquot Virg.) Edd. P. — *coturnus equo* M. 13. *Si te*] Aen. VI, 405., ubi legitur: *movet tantae pietatis imago.* — *qui veste latebat* (ut Virg. vulgo) v-a. *qui forte laboret* M a p. m. — *Agnoscas* (ut Virg. vulgo) Edd. S. — *Ut sceptrum*] Aen. XII, 206. — *hoc dextra sceptrum* om. ASM. 14. *convertens* v-g. — *Ut bello*] Aen. VIII, 290. — v. 3. *heristeo* P. — *factis* S. — v. 4. *bimembris* AMvia. *bimembreis* ch-bPS; sed cf. c. 5, § 13.
15. *Quos*] Aen. I, 135. — *a Demosthene*] de cor. § 3. — *Ἀλλ' ἐμοὶ ... κατηγορεῖ* om. ASMv-a. — *ΑΛΛΕΜΟΙΜΕΝΟΟΤΟΥΛΟΓΟΥΤΟϹΔΕϹΥΒΟΥΛΟΓΟΥΛΑΙ* P. — *ΔΥϹΧΕΡΕΧ ΟΞΔΕΝΟΙΠΕΙΝ* P. *δὲ δυσχερὲς εἰπεῖν οὐδὲν* (ut vulgo ap. Demosth.) h-b. — *οὗτος ... κατηγορεῖ* om. h-b. *ΟΥΤΟϹ ΔΕ ΠΕΡΙΟΥϹΙΑϹ ΕΜΟΥΚΑΓΗΓΟΡΕΙ* P (*μου* apud Demosth. vulgo). 16.

13. *interpositiones*] „i. e. *parentheses.* Et statim eodem hoc capite [§ 15.] *intermissio* ponitur pro quod vulgo rhetores *aposiopesin* dicunt.“ Pont. — Cf. IV, 6, 20 sq.

tantarum gloria rerum] Haec huc temere translata sunt ex lib. IV. vers. 272., qui versus ab iisdem verbis incipit ac quem citare voluit Macrobius.

qui forte latebat] Non dubito quin *forte* pro *veste*, quod legitur apud Virgilium, huc illatum sit ex iis quae proxime sequuntur, *sceptrum nam forte gerebat:* sed codicibus obtemperandum esse putavi.

14. *de quo loquebatur*] Haec referenda sunt ad verba *ad ipsum:* intelligenda est enim *ἀποστροφή.*

15. *Ἀλλ' ἐμοὶ μὲν ... κατηγορεῖ*] Haec in omnibus editionibus mutilata supplevi e cod. P, quem qui scripsit ab *ἐμοὶ μὲν οὐ* aberravit ad *ἀρχόμενος*, ideoque inseruit non suo loco ea quae infra sequuntur, *τοῦ λόγου οὗτος δὲ*, sed in *λόγου οὗτος* semel tantum scripsit *ου:* deinde a *βούλομαι* aberravit ad *τοῦ λόγου* ideoque *γου*, alteram syllabam vocis *λόγου*, alieno loco addidit scribens *ΒΟΥΛΟΓΟΥΛΑΙ.* Similiter excidere potuit particula *δὲ*, sed haec abest etiam a cod. *Σ.*

16. *Pro Iuppiter*] Hoc indigna-

Hic, ait,
haec miseratio:
O patria, o rapti nequicquam ex hoste Penates!
et illa trepidatio:
Ferte citi ferrum, date tela, et scandite muros:
Hostis adest,
et conquestio:
Mene igitur socium tantis adiungere rebus,
Nise, fugis?
17 Quid illa excogitatio novorum intellectum, ut,
— *Mentitaque tela,*
et: — *Ferrumque armare veneno,*
et: — *Cultusque feros mollire colendo,*
et: *Exuerint silvestrem animum,*
et: — *Virgineumque alte bibit acta cruorem,*
ut apud Homerum de hasta:
— *Λιλαιομένη χροὸς ἆσαι,*
18 et: *Pomaque degenerant sucos oblita priores,*
et: — *Glacie cursus frenaret aquarum,*
et: *Mixtaque ridenti colocasia fundit acantho,*
et: — *Est mollis flamma medullas*
Interea, et tacitum vivit sub pectore vulnus,
et: — *Duro sub robore vivit*
[187] *Stuppa vomens tardum fumum,*
19 et: — *Saevitque canum latratus in auras,*
et: *Caelataque amnem fundens pater Inachus urna,*
et: *Adfixae venis, animasque in vulnera ponunt,*
et quicquid de apibus dixit in virorum fortium similitudinem, ut

[Mss. APSM.
Pro] Aen. IV, 590. — *O patria*] Aen. V, 632. *O patria* om. P. *patria* (om. *o*) A. — *et rapti* Virg. vulgo. — *Ferte*] Aen. IX, 37. — *ascendite* (om. *et*) legitur apud Virgil. e cod. Med. — *Mene*] Aen. IX, 199. — *summis adiungere* v. Virg. vulgo. 17. *Quid et* P. — *novorum sensuum* P. — *Mentitaque*] Aen. II, 422. — *Ferrumque*] Aen. IX, 773. *Ferrum* (om. *que*) s-b. „Appone *Et* [immo *que*] quod reperitur in Edit. vet.“ Zeun. — *et:* om. s-z. — *Cultusque*] Georg. II, 36., ubi legitur *fructusque*. Solus schol. Cruqu. ad Horat. Sat. II, 2, 66. praeter Macrobium habet *cultusque*. — *et:* om. s-z. — *Exuerint*] Georg. II. 51. — *silvestres animos* P. — *Virgineumque*] Aen. XI, 804. — *apud Homerum*] Il. φ', 168. — *Λιλαιομένη χροὸς ἆσαι* om. ASMv-a. 18. *Pomaque*] Georg. II, 59. *poma* (om. *que*) v. — *Glacie*] Georg. IV, 136. — *Mixtaque*] Ecl. IV, 20. *Mistaque* v-g. — *fundit* ASM13. *fundet* (ut ap. Virg. vulgo) viaM2. *fundat* ch-bP. — *Est*] Aen. IV, 66. — *Duro*] Aen. V, 681. *Udo* P Virg. — *tardum ignem* P. 19. *Saevitque*] Aen. V, 257. — *ad auras* S. — *Caelataque*] Aen. VII, 792. *Celata atque* S. — *Adfixae*] Georg. IV, 238. — *in vulnere* (ut vulgo ap. Virg.) S. — *de apibus*] ib. v. 176 sqq. —

tionis exemplum allatum est etiam IV, 2, 2

17. *alte .. acta*] hasta.

18. *fundit*] tellus.

Duro sub robore] Sic legitur in omnibus a me vel mea causa inspectis exemplaribus Macrobianis praeter unum cod. P, in cuius archetypo hoc fortasse ex exemplari Virgiliano fuerat correctum. Quamobrem nolui abolere hanc Macrobianorum et Virgilianorum exemplarium discrepantiam.

adderet quoque mores et studia et populos et praelia, quid plura, ut et *Quirites* vocaret. Dies me deficiet, si omnia persequi 20 a Virgilio figurata velim: sed ex his quae dicta sunt omnia similia diligens lector annotabit.

VII. Cum Servius ista dissereret, Praetextatus Avienum Eu- 1 stathio insusurrantem videns: Quin age, inquit, Eustathi, verecundiam Avieni probi adolescentis iuva, et ipse publicato nobis quod inmurmurat. Eustathius: Iamdudum, inquit, multa de Vir- 2 gilio Servium gestit interrogare, quorum enarratio respicit officium litteratoris, et tempus indulgeri optat quo de obscuris ac dubiis sibi a doctiore fiat certior. Et Praetextatus: Probo, in- 3 quit, mi Aviene, quod ea de quibus ambigis clam te esse non pateris. Unde exoratus sit a nobis doctissimus doctor, ut te secum negotium habere patiatur, quia in commune proficient quae desideras audire, ne tu modo ultra cesses aperire Servio viam de Virgilio disserendi. Tunc Avienus, totus conversus in Servium: 4 Dicas volo, inquit, doctorum maxime, quid sit quod, cum Vir- [188] gilius anxie semper diligens fuerit in verbis pro causae merito vel atrocitate ponendis, incuriose et abiecte in his versibus verbum posuit:

Candida succinctam latrantibus inguina monstris
Dulichias vexasse rates.

Vexasse enim verbum est levis ac parvi incommodi, nec tam

Edd. vicahgspdzb.]

tudia: populos (om. *et*) v-g. — *Quirites*] ib. v. 201. 20. *lector diligens* v-g.

VII. *Caput VII. Vexare, Illaudatus, et Squalere, apud Vergilium quid significent.* ch-b. 1. *Eustachio* vic. Eadem scriptura invenitur in his edd. ubicunque hoc nomen legitur, etiamsi non est adnotatum, ut infra et I, 24, §§ 18 et 24. — *Quid age* P6. 2. *Eustachius iam inquit:* (om. *dudum*) v3. — *gestit interrogare Servium* s-bP. — *et doctior fiat et certior* P6. 3. *patereris exhortatus* S. — *nec tu* S. 4. *Tum* hg. — *cum* om. AP. — *fuerat* A. — *incuriose et abiecte . . . dici coeperit* (fin. cap.)] Cf. Gell. N. A. II, 6. — *in iis versibus* v1. — *Can-*

20. *lector*] Cf. V, 7, 4.

VII, 1. *Avienum Eustathio insusurrantem*] Vid. prolegg. p. XXVIII sq.

iuva et .. publicato] Observes duas imperativi formas nulla causa apparente coniunctas.

2. *enarratio*] Cf. c. 6. § 1.

officium litteratoris] Vid. not. ad I, 24, 20.

tempus indulgeri] Cf. Sueton. Octav. 41. *Usum eius* (pecuniae) *gratuitum .. ad certum tempus indulsit.*

3. *clam te esse*] Vid. not. ad I, praef. § 2.

exoratus sit] Cf. VII, 1, 8. *oratus sis.*

te secum negotium habere] i. e. se a te interrogari. Cf. Cic. ad fam. VIII, 8, 9. *His vocibus ut existimarent homines Pompeio cum Caesare esse negotium effecit.*

ne tu modo ultra cesses] Aliquantisper dubitavi an haec idem valerent ac *dummodo ne tu ultra cesses*, et referenda essent ad verba: *quia in commune proficient*, quam rationem poetarum esse dicit Handius Tursell. III, p. 636. Sed nunc censeo inesse adhortationem.

4. *totus conversus in Servium*] Cf. Caes. B. G. VI, 5, 1. *Totus et mente et animo in bellum .. insistit.*

merito] idem valere videtur ac *gravitate*, quia sequitur *atrocitate.*

abiecte] i. e. leviter. Alias, ut apud Cic. Tusc. II, 23, 25., idem est ac *humiliter.*

posuit] Indicativus modus vix

atroci casui congruens, cum repente homines a belua inmanissima
5 rapti laniatique sint. Sed et aliud huiuscemodi deprehendi:

— *Quis aut Eurysthea durum*
Aut inlaudati nescit Busiridis aras?

Hoc enim verbum, *inlaudati*, non est idoneum ad exprimendam sceleratissimi hominis detestationem, qui, quod homines omnium gentium immolare solitus fuit, non laude indignus sed detestatione
6 execrationeque totius generis humani dignus est. Sed nec hoc verbum ex diligentia Virgiliana venire mihi videtur:

Per tunicam squalentem auro.

Non enim convenit dicere *auro squalentem*, quoniam nitori splendorique auri contraria sit squaloris inluvies.

7 Et Servius: De verbo *vexasse* ita responderi posse arbitror. *Vexasse* grave verbum est, tractumque ab eo videtur quod est *vehere*, in quo inest iam vis quaedam alieni arbitrii, non enim sui potens est qui vehitur. *Vexare* autem, quod ex eo inclinatum
8 est, vi atque motu procul dubio vastiore est. Nam qui fertur et raptatur atque huc et illuc distrahitur, is vexari proprie dicitur:
[189] sicuti *taxare* pressius crebriusque est quam *tangere*, unde id procul dubio inclinatum est, et *iactare* multo fusius largiusque est quam *iacere*, unde id verbum traductum est, *quassare* etiam quam
9 *quatere* gravius violentiusque est. Non igitur, quia vulgo dici solet vexatum esse quem fumo aut vento aut pulvere, propterea debet vis vera atque natura verbi deperire, quae a veteribus, qui proprie atque signate locuti sunt, ita ut decuit conservata est.
10 M. Catonis verba sunt ex oratione quam de Achaeis scripsit: *Cumque Hannibal terram Italiam laceraret atque vexaret.* Vexatam Italiam dixit Cato ab Hannibale, quando nullum calamitatis aut

[Mss. APSM.

dida] Ecl. VI, 75. — *pravi* M. — *casu* A. 5. *Quis*] Georg. III, 4. — „*hospites omnium gentium* lego. Vide Agellium lib. II, c. 6.“ Meurs. — *indignus est* i-g. *dignus est* v. — *humani generis* s-bP. 6. *virgilia* M. — *Per*] Aen. X, 314. 7. *Vexasse autem* Av-g „Ben.“.
8. *ad raptatur* A „Bodl.“. — *huc atque illuc* v-gGell. — *procul dubio id* (ut Gell. vulgo) S. 9. *pulvere* Ss-zM123 Gell. *pulvere laborare videmus* Av-gbP „BCBodl.“. „Adde *lab. vid.*, quod Ed. vet. habet, et oratio postulat.“ Zeun. — *atque nativa* g in mg. Coni. I. Gron. ad Gell. l. c. — *et signate* v-g. — *observata* v-gbM. „Melius.“ Zeun. 10. *Vexatam Italiam dixit Cato ab Hannibale* A (v-g *ab Ann*) bM123 „Bodl. C. Ben.“ Gell. (S *dixit cato italiam*). *Vexatam italiam dixit hannibalem* (om. *Cato*) P. *Vexare Italiam Hannibalem* (om. *dixit Cato*) s-z. „Pro potest ferri post *quid sit quod*, sed vid. prolegg. p. XLI.

5. *Hoc enim verbum .. non est idoneum cet.*] „Clarkius ad Iliad. β', 269. Gellium errare hic multis demonstravit argumentis.“ Zeun.

7. *Et Servius:*] Omnino alia hic tribui Servio ac quae leguntur in commentariis Servianis non miretur qui consideraverit haec desumpta esse a Gellio (II, 6).

vexasse grave verbum est] „Nec latuit glossarium. *Vexat*, ὀχλεῖ, σκύλλει, χειμάζει.“ Pont.

9. *quem*] idem valet ac *aliquem*. Non recte ergo Zeunius suffragatur iis qui hoc esse pronomen relativum opinati post *pulvere* addiderunt *laborare videmus*, ubi infinitivus praesentis *laborare* haud commode respondit praeterito *vexatum esse*. Ceterum dicendum erat: *vexatus esse aliquis*.

saevitiae aut inmanitatis genus reperiri queat quod in eo tempore Italia non perpessa sit. M. Tullius quarto in Verrem: *Quae ab* 11
isto sic spoliata atque direpta est, ut non ab hoste aliquo, qui tamen in bello religionem et consuetudinis iura retineret, sed ut a barbaris praedonibus vexata esse videatur. De *inlaudato* autem 12
duo videntur responderi posse. Unum est eiusmodi: Nemo quisquam tam efflictis est moribus quin faciat aut dicat nonnumquam aliquid quod laudari queat. Unde hic antiquissimus versus vice proverbii celebratus est:

Πολλάκι γὰρ καὶ μωρὸς ἀνὴρ μάλα καίριον εἶπεν.

Sed enim qui omni in re atque omni tempore laude omni vacat 13
is inlaudatus est, isque omnium pessimus deterrimusque est: ac sicuti omnis culpae privatio inculpatum facit, inculpatus autem instar est absolutae virtutis, inlaudatus quoque igitur finis est [190] extremae malitiae. Itaque Homerus non virtutibus appellandis 14
sed vitiis detrahendis laudare ampliter solet. Hoc enim est:

Τὼ δ' οὐκ ἄκοντε πετέσθην,

et item illud:

Ἔνθ' οὐκ ἂν βρίζοντα ἴδοις Ἀγαμέμνονα δῖον,
Οὐδὲ καταπτώσσοντ', οὐδ' οὐκ ἐθέλοντα μάχεσθαι.

Epicurus quoque simili modo maximam voluptatem privationem 15
detractionemque omnis doloris definivit his verbis: *Ὅρος τοῦ μεγέθους τῶν ἡδονῶν παντὸς τοῦ ἀλγοῦντος ὑπεξαίρεσις.* Eadem ratione idem Virgilius *inamabilem* dixit Stygiam paludem. Nam

Edd. vicahgspdzb.] hac perturbata lectione recipe lectionem Ed. vet. *Vexatam It. dix. Cato ab Hann.* quae ipsa extat apud Gellium II, 6." Zeun. 11. *quarto in Verrem*] 55, 122., ubi vulgo legitur *non ut* et *religionum*. *quarto* ASv-gM „CB" Gell. *in quarto* s-bP. 12. *efflictis* Avis-bPM123. *afflictis* Sc-g. *efferis* ap. Gell. Longol. et Lion. cum edd. vett. — *qui faciat* c-g. — *vice* Sv-gbPM „Recte, ut supra lib. V. c. 16. [§ 6.]" Zeun. *vicem* s-zA. — *Πολλάκι*] Cf. Proverb. Bodl. 812. et Diogenian. VII, 81. *Πολλάκι ... εἶπεν* om. ASMvi — *καὶ κηπωρὸς* (om. *γὰρ*) chg (c in mg. *καὶ μωρὸς*, hg in mg. *γὰρ καὶ μωρὸς*) Gell. *τοὶ καὶ μωρὸς* a. „*Πολλάκι καὶ μωρὸς.* Lego *πολλάκι γὰρ καὶ μ.*" Meurs.
13. *in omni re atque in omni tempore* v-g. — *omni laude vacatus* (om. *is*) v1. *omni laude vacat: is* v3-g. — *At sicuti* vi. *Sicuti* (om. *ac*) c-g (g in mg. *Sic utique*). — *autem* om. v3. — *igitur quoque* „B".
14. *vitiis* om. z. — *laudare eam* (om. *ampliter*) S (M1 *an*, sup. add. *c*). *laudare* (om. *ampliter*) M2. *laudare ampliter eam* v-g. — *Τὼ δ'*] Il. έ, 366. *Τὼ δ' .. μάχεσθαι* om. ASMv. *Τῷ δ'* i. *Τόδ'* c-g. In hg, ut apud Gellium, praemittitur (Il. ά, 92.) *ηὔδα μάντις ἀμύμων. Et.* — *et item illud* om. c-g. — *Ἔνθ'*] Il. δ', 223. — *ἂν ὑβρίζοντα* ca. 15. *omnis doloris ... Sed quoniam* (c. 8. § 5.). Haec in P ita sunt oblitterata ut legi nequeant. — *iis verbis* vi. — *Ὅρος .. ὑπεξαίρεσις* om. ASMvi. —

10. *in eo tempore*] scripsit etiam Gellius, quamquam omittenda erat praepositio.

11. *quarto*] Rectius additur, quum de singulo libri loco agatur, praepositio: sed refragantur codices mss. Apud Gellium vulgo legitur *IV*.

Quae] Aedes Minervae.

12. *duo videntur responderi posse*] Sic etiam Gellius: sed erat dicendum: *duplici modo videtur responderi posse.*

efflictis] Codicum mss. auctoritate satis firmatur haec vox rarissima, cuius eodem hoc modo usurpatae nullum omnino afferre possum exemplum.

sicut *inlaudatum κατὰ στέρησιν* laudis, ita *inamabilem* per amo-
16 ris *στέρησιν* detestatus est. Altero modo *inlaudatus* ita defendi-
tur: *Laudare* significat prisca lingua nominare appellareque: sic
in actionibus civilibus auctor laudari dicitur, quod est nominari:
inlaudatus ergo est quasi *inlaudabilis*, id est *numquam nominan-
dus*, sicuti quondam a communi consilio Asiae decretum est uti
nomen eius qui templum Dianae Ephesiae incenderat ne quis
17 ullo in tempore nominaret. Tertium restat ex his quae repre-
hensa sunt, quod *tunicam squalentem auro* dixit. Id autem signi-
ficat copiam densitatemque auri in squamarum speciem intexti.
Squalere enim dictum est ab squamarum crebritate asperitateque,
18 quae in serpentum pisciumve coriis visuntur. Quam rem et alii
et hic idem poeta locis aliquot demonstrat:

— *Quem pellis*, inquit, *aenis*
In plumam squamis auro conserta tegebat,

[191] et alio loco: *Iamque adeo rutilum thoraca indutus aenis*
Horrebat squamis.

Accius in *Pelopidibus ita scribit:

Eius serpentis squamae squalido auro et purpura praetextae.

[Mss. ASM.

Virgilius] Georg. IV, 479. et Aen. VI, 438. 16. *consilio* ASv-gM „Bodl. Ben. C.“ Gell. edd. vett. et codd. quidam. *concilio* s-b. Gellii edd. recent. 17. *dictum* (om. *est*) v-g. — *a squamarum* S. — *celebritate* v3. 18. *et alius* A. — *hic quidem* Gell. — *aliquot locis* S. — *Quem*] Aen. XI, 770. — *Iamque*] Aen. XI, 487. — *in Pelopid.*] Scriver. p. 134., qui *praetextae* tribuit alteri versui; Both. fr. 5. p. 229. Non. p. 452, 28. *pelo pedibus* A. *Pelopidis* Gell. Non. — „*squalidae auro*, et

16. *quasi inlaudabilis*] Conf. Serv. ad Virg. Georg. III, 5.: *Illaudati participium est pro nomine, ut sit illaudabilis, non quia laudatus non sit, sed quia laudari non meruerit.* Vid. etiam III, 5, 9.

decretum est uti nomen eius ... ne quis ullo in tempore nominaret] Cf. Valer. Max. VIII, 14, Ext. 5. *Illa vero gloriae cupiditas sacrilega. Inventus est enim qui Dianae Ephesiae templum incendere vellet, ut opere pulcherrimo consumpto nomen eius per totum terrarum orbem disiiceretur. Quem quidem mentis furorem eculeo impositus detexit. At bene consuluerant Ephesii decreto memoriam teterrimi hominis abolendo: nisi Theopompi magnae facundiae ingenium in historiis eum suis comprehendisset.* Nomen ei fuisse Herostrato lib. XIV. c. 1. p. 640. (p. 175. Tauchn.) scriptum reliquit Strabo. Eadem nocte, qua Alexander natus est illud flagitium esse commissum retulerunt Plutarchus Alex. 3. et Cicero N. D. II, 27, 69.

17. *quod tunicam squalentem auro dixerit*] Servius videtur adnotavisse tantum: *splendentem loricam;* sed in eius commentarios inserta sunt ea quae leguntur apud Gellium, et h. l. usque ad extrem. § 18. Ceterum Doederlinus Synon. VI, p. 346. et Handb. d. Etymol. p. 177. non sine causa verbum *squalendi* contulit cum Graecis σκέλλειν et σκληρός. Vossius bene reddidit verbis: „*Der Rock der starrte von Gold.*“

18. *in Pelopidibus*] Apud Gellium rectius legitur *Pelopidis*, nam *Pelopidae* nomen erat fabulae: at verebar ipsum Macrobium corrigere.

Eius .. praetextae] Apud Macrobium haec ubique continua leguntur, apud Gellium unum efficiunt versum, quam rationem secutus sum, quamquam vel tetrametri trochaici modum, cuius generis hunc versum esse adnotavit Bothius, haec excedunt, nisi duae pronominis *eius* syllabae corripiuntur. Haec difficultas non tollitur, et prima syllaba vocis *squalido* corripienda est, si cum Scriverio statuimus versum

Quicquid igitur nimis inculcatum obsitumque aliqua re erat, ut 19
incuteret visentibus facie nova horrorem, id *squalere* dicebatur. Sic in corporibus incultis squamosisque alta congeries sordium *squalor* appellatur: cuius significationis multo adsiduoque usu totum id verbum ita contaminatum est, ut iam *squalor* de re alia nulla quam de solis inquinamentis dici coeperit.

VIII. Gratum mihi est, Avienus ait, correctum quod de 1
optimis dictis male opinabar. Sed in hoc versu videtur mihi desse aliquid:

Ipse Quirinali lituo parvaque sedebat
Succinctus trabea.

Si enim nihil deesse concedimus, restat ut fiat *lituo et trabea succinctus:* quod est absurdissimum, quippe cum *lituus* sit virga brevis in parte qua robustior est incurva, qua augures utuntur: nec video qualiter lituo possit succinctus videri. Respondit Servius 2
sic hoc dictum esse, ut pleraque dici per defectionem solent: veluti cum dicitur *M. Cicero homo magna eloquentia* et *Roscius histrio summa venustate,* non plenum hoc utrumque neque perfec- [192]
tum est, sed enim pro pleno ac perfecto auditur. Ut Virgilius 3
alio in loco:

Victorem Buten inmani corpore,

id est *corpus inmane habentem,* et item alibi:

In medium geminos inmani pondere cestus
Proiecit,

Edd. vicahgspdzb.] lego et interpungo.“ Meurs. *squalidae* scripsit Bothius ex emend. G. I. Vossii. — *textae* Non. 19. *Sicut in* v-g „B“.

VIII. *Caput VIII. Alii tres loci apud Vergilium explicati.* ch-b.

1. *Avienus inquit* v-g. — *correctum* ASv-gM123 „Bodl. C. Ben.“. *correptum* s-b. „Hoc omnino verum. Gloss.: *Corripies ἐπιτιμήσειας.*“ Pont. — *quod optimis* (om. *de*) SM. — *Sed in hoc versu ... obibat in hasta* (§ 6.)] Gell. N. A. V, 8. — *Ipse*] Aen. VII, 187. — *non video* c-gb. comprobante Zeunio. — *possit lituo* v-g. — *sic cinctos* A. 2. *veluti* om. v3. — *et Q. Roscius* Gellii edd. rec. (al. *atque R.*, *et quasi R.*). — *atque perfecto* S. 3. *Victorem*] Aen. V, 372. — *In medium*]

terminari voce *purpura*, ut sit senarius iambicus. Emendationem *squalidae* equidem haud inprobo, sed codices secutus sum.

VIII, 1. *correctum*] Cf. II, 4, 8. Quod inde ab edit. Stephan. legitur, *correptum*, id vehementiam significat quae huius loci non est. Cf. Quintil. Inst. XI, 1, 68. *Utitur hac moderatione Cicero pro Coelio contra Atratinum, ut eum non inimice corripere sed paene patrie monere videatur.* Ceterum dicendum erat: *quod a te correctum est.*

de optimis dictis] i. e. de iis quae optime dicta sunt.

videtur mihi] Apud Gellium l. c. haec Hygini dicitur esse sententia.

nec video qualiter lituo possit succinctus videri] Apud Gellium legitur interrogatio: *quonam modo succinctus lituo videri potest?* Ea quum contineat causam principem, et nitatur sententia *cum lituus ... utuntur*, arcte iungenda est cum particula *quippe*, sed Macrobius suam sententiam substituit in aequo positam iis quae antecedunt, *quod est absurdissimum* cet. Non est ergo quod obsequamur Zeunio iubenti pro *nec* legi *non*. *Qualiter* a Macrobio positum est pro *quonam modo*, quod legitur apud Gellium. Addendus est autem hic locus iis qui enumerati sunt prolegg. p. xxxv. Not.

2. *sed enim*] Vid. Hand. Tursell. II, p. 396.

ac similiter: — *Domus sanie dapibusque cruentis.*
4 Sic igitur id quoque dictum videri debet: *Ipse Quirinali lituo,* id est *lituum Quirinalem tenens.* Quod minime mirandum foret, si ita dictum fuisset: *Picus Quirinali lituo erat,* sicuti dicimus: *statua grandi capite erat.* Et *est* autem et *erat* et *fuit* plerumque
5 absunt cum elegantia sine detrimento sententiae. Sed quoniam facta litui mentio est, praetermittendum non est quod posse quaeri animadvertimus, utrum a tuba lituus auguralis appelletur an tuba a lituo augurum lituus dicta sit. Utrumque enim pari forma et
6 pariter in capite incurvum est. Sed si, ut quidam putant, tuba a sonitu *lituus* appellata est ex illo Homeri versu: *Λίγξε βιὸς*, necesse est ut virga auguralis a tubae similitudine lituus vocetur. Utitur autem vocabulo isto Virgilius et pro tuba, ut ibi:

Et lituo pugnas insignis obibat et hasta.

7 Subiecit Avienus: *Maturate fugam* quid sit, parum mihi liquet. Contraria enim videtur mihi fuga maturitati: unde, quid
8 de hoc verbo sentiendum sit, quaeso me doceas. Et Servius: Nigidius, homo omnium bonarum artium disciplinis egregius: *Ma-*
[193]*ture,* inquit, *est quod neque citius neque serius, sed medium quiddam et temperatum est.* Bene atque proprie Nigidius. Nam et in frugibus et in pomis matura dicuntur quae neque cruda et inmitia sunt neque caduca et nimium cocta, sed tempore suo tempe-
9 rate adulta. Hanc interpretationem Nigidianam divus Augustus duobus verbis Graecis eleganter exprimebat. Nam et dicere in sermonibus et scribere in epistolis solitum ferunt: *Σπεῦδε βραδέως*, per quod monebat, ut ad rem agendam simul adhiberetur

[Mss. APSM.

Aen. V, 401. — *Proiicit* chg. — *Domus*] Aen. III, 618. 4. *Fatua grandi* codd. aliquot Gellii, et ed. Lion. 5. *Et quoniam* Gell. — *litui facta* v-g. — *a tuba quae lituus appellatur* Gell. — *Utrumque* (om. *enim*) SM. — *in capite* om. Gell. 6. *sicut* P. — *Homerico verbo* Gell. — *Λίγξε*] Il. δ', 125. — *pro tuba* (om. *et*) v-g. — *Et lituo*] Aen. VI, 167. — *pugnans* PM. 7. *Maturate*] Aen. I, 137. — *pugnam* P. — *mihi videtur* Sv-g. — *maturati* A. 8. *Nigidius .. maturitas* (§ 9.)] Gell. N. A. X, 11. §§ 2, 3 et 5. — *P. Nigidius* Gell. — *Mature* s-bPGell. *maturate* A. *maturare* Sv-gM123. — *est* om. SM. — *cruda et* om. v. — *innucia* A. — *et decocta* (om. *nimium*) Gell. — *adolla* A. *adulta maturaque* (vel *maturataque*) Gell. 9. *scribens* M. — *Σπεῦδε*

4. *Picus Quirinali lituo erat*] Hoc latinum non esse nemo non videt: nec huc faciunt ablativi soli materiam indicantes quorum exempla congessit Gossrau ad Virgil. Aen. III, 618. Itaque aliquid est supplendum, sed non *est* vel *erat*, sed *ornatus* vel simile participium per quoddam *ζεῦγμα* participio *succinctus* comprehensum.

8. *Mature*] quod e Gellio et fortasse e cod. P receptum est in ed. Stephan. retinui, quia nec *maturate* nec *maturare* convenit cum interpretatione quae sequitur, et facile fieri potuit ut librarii hanc vocem accommodarent ad antecedentem *maturate*. Ad verbum *maturare*, postquam § 10. de suo adverbium *mature* inseruit, Gellio duce § 11. transit Macrobius, quem quidem hoc loco, quum omisisset Gellii verba: *Mature nunc significat propere et cito*, scribere oportebat *maturum*.

9. *dicere .. solitum ferunt: Σπεῦδε βραδέως*] Cf. Sueton. Octav. 25. *Nihil autem minus in perfecto duce*

et industriae celeritas et tarditas diligentiae, ex quibus duobus contrariis fit maturitas. Sic ergo et Virgilius inducit Neptunum 10
discessum ventis imperantem ut et tam cito discedant tamquam fugiant, et tamen flandi mediocritatem in regressu teneant tamquam *mature*, id est temperate, abeuntes. Veretur enim ne in ipso discessu classi noceant, dum raptu nimio tamquam per fugam redeunt. Idem Virgilius duo ista verba *maturare* et *prope-* 11
rare tamquam plane contraria scitissime separavit in his versibus:

Frigidus agricolas si quando continet imber,
Multa, forent quae mox caelo properanda sereno,
Maturare datur.

Bene et eleganter duo ista verba divisit. Namque in praeparatu 12
rei rusticae per tempestates pluvias, quoniam ex necessitate otium est, maturari potest: per serenas vero, quoniam tempus instat, properari necesse est. Sane cum significandum est coactius quid 13
et festinantius factum, rectius hoc dicitur *praemature* factum quam *mature:* sicuti Afranius dixit in togata, cui Titulus nomen est: [194]

Edd. vicahgspdzb.] βραδέως om. S. 10. *Sic et* (om. *ergo*) A „Bodl. Ben. C.". Sic *ergo* (om. *et*) v-g. — *Virgilius*] l. c., Aen. I, 137. — *redeant* s-bP. 11. *Idem Virgilius ... sed praecox*] Cf. Gell. l. c. §§ 6-9. — *duo ista verba* om. v. — *maturate et properate* S. — *plene* v-g. — *his* (om. *in*) v-g. — *Frigidus*] Georg. I, 259. — *agricolam* c-g. Virg. 12. *divisit* om. S. — *in properatu* vih (h in mg. *praeparatu*). *in praeparata* z. „Emenda ex Ed. vet. *praeparatu*." Zeun. — *et pluvias* v-gb suadente Zeunio. *pluviasque* ap. Gell. vulgo (sed ed. Gron. *pluvias*). — *ex necessitate* om Gell. *necessitate* (om. *ex*) A „Bodl. Ben. C.". *et necessitate* Sv-g. — *ocium* (om. *est*) S. — *properare* A. 13. *festinatius* Svich (M *festius*, sup. add. *nati*). — *rectius ... factum* om. P. — *in togata*] Both. II. p. 191. Neukirch. p. 259. — *titulus nomen* AchgsM123. *tituli nomen* via. *titulus nom'* S. *titulus νόμος* p-bP. Pontanus in p1 adnotavit: „Fecimus *νόμος est* ex Agellio. Afranius tamen an eiusmodi togatam scripserit, alibi non reperio laudatum. In glossario est: *Satura νόμος πολλὰ περιέχων*. In Festo [lib. XVIII. p. 314. Muell.] *Satura etiam lex multis aliis conferta legibus.* Laudat deinde Afranium *Homine* Nonius [p. 64, 23. al.], nisi quod Hadr. Iunius eius vicem *Omine* depromit ex scripto. Crepera haec et dubia in tanta nocte scriptorum veterum, et quis illustret?" Idem in p2 videtur voluisse scribere *νομός*. Nam illis verbis praemissa sunt haec: „Constantissima lectio est *νόμος* sive *Nomen*. Non reticebo quod venit in mentem mihi, scriptum videlicet *cui titulus Nomos est*, sive *Nomus* ex Agellio. *Nomus* praefectura, dominium seu territorium vulgo Plinius lib. V. cap. 9. [§ 49.] *Dividitur in praefecturas oppidorum, quas Nomos vocant.* Graeci, ut a *νόμος* discriminent, trahunt accentum in ultimam. Sed de voce eiusque notione non, puto, dubitabitur. Hic autem ea forma et mente requiri comprobaverit vel versus quem ex ea togata laudat

quam festinationem temeritatemque convenire arbitrabatur. Crebro itaque illa iactabat: Σπεῦδε βραδέως et [Eurip. Phoen. 599.]: *Ἀσφαλὴς γάρ ἐστ' ἀμείνων ἢ θρασὺς στρατηλάτης*, *et: Sat celeriter fieri quidquid fiat satis bene.*

10. *dum .. redeunt*] Cf. c. 1, § 2. et prolegg. p. XLI.

12. *per tempestates pluvias*] Cf. Cato R. R. 2. *Cum tempestates pluviae fuerint.*

13. *cui Titulus nomen est*] Corrupta haec esse videntur: sed quomodo emendanda sint, non liquet. Haud displicet mihi coniectura: *cui titulus Omen est.* At conf. Gell. N. A. III, 3, 3. *istam* (Plauti fa-

*Adpetis dominatum *petens praemature praecocem.*

In quo versu animadvertendum est quod *praecocem* inquit, non *praecoquem:* est enim casus eius rectus non *praecoquis* sed *praecox.*

14 Hic Avienus rursus interrogat: Cum Virgilius, inquit, Aenean suum tamquam omnia pium a contagione atrocis visus apud inferos vindicaverit, et magis eum fecerit audire reorum gemitus quam ipsa videre tormenta, in ipsos vero campos piorum licenter induxerit: cur hoc tamen versu ostendit illi partem locorum, quibus inpii cohibebantur:

[Mss. APSM.

Aurelius noster." — *petens* (A in ras.) SM123 (vi praeposita interpunctione). *veteris* P. *demens* c-b Gell. 14. *Aeneam* Sv-g. Vid. III, 1, 8. — *omnia* APis-b (h in mg.) M13. *omnium* SvM1 in mg.; M2. *hominem* c-g. „Sic lege, nisi malis graecismum statuere." Zeun. Vid. not. — *magis fecerit* (om. *cum*) S. — *eorum* v3. — *ea ipse* sp. *ea ipsa*

bulam) *cui est nomen Boeotia*, et XIII, 8, 3. *in togata cui Sellae nomen est.* Pontanus oblitus est vocem νομὸς ad solam Aegyptum pertinere. Thysius ad Gell. l. c. statuit nomen fabulae fuisse *Titulus* vel *Tutulus*, coll. Fest. ap. Paul. lib. XVIII. p. 366. *Tituli milites appellantur quasi tutuli, quod patriam tuerentur.* Neukirch. p. 17. monente I. Val. Franckio statuit *titulum* idem valere quod apud Ciceronem de leg. agrar. II, 25, 67. *tabula auctionis*, et esse hanc fabulam eandem ac quam *Auctionem* dicat Nonius pp. 76, 104, 111. ed. Merc. Esse autem argumentum eius auctionem absente marito a femina quadam institutam, ut *dominatus* significet secundum Donatum ad Terent. Andr. I, 1, 9. imperium servile.

**petens*] scripsi e plurimorum codicum auctoritate, sed, cum sic versus non constet, putaverim aut ipsum Macrobium aut librarium qui omnium quae nunc exstant exemplarium archetypum scripsit aberrasse ad *appetis* quod antecedit, ideoque *petens* scripsisse pro *demens*, quod legitur apud Gellium, nisi quid aliud latet.

14. *omnia pium*] „Dixit et Statius [Theb. II, 170.]: *Di bone, quod tales stirpemque animosque venitis;* idem Statius Achilleide [I, 660.]: *Non adeo parebimus omnia matri*, ubi *omnia* idem est quod *per omnia*, ut Graecis πάντα pro κατὰ πάντα." Pont. — Melius I. F. Gronovius ad Senec. Consol. ad Marc. 25, 3., ubi Lipsius in verbis: *Tramites omnia plani* legi voluit *omnium*, adnotavit: „Cur tollit suavissimum hellenismum Lipsius? Aurelius Victor [Caes. 9.] de Vespasiano: *Sanctus omnia.* Tertullianus [de pall. c. 4.]: *Ob cultum omnia candidatum.* Ita legendum apud Martian. Cap. lib. I. [§ 14.] *mitis omnia.* Sic enim mss. Vulgo *per omnia.* Quam praepositionem in istis intellectam puta." Salmasius ad Tertull. l. c. p. 350. addit: „In libro de poenitentia: *omnia sanctus;* apud Trebellium: *omnia felix;* in vet. inscript.: *viro clarissimo, omnia singulari;* Virgilius [Aen. IV, 557.] *Omnia Mercurio similis, vocemque coloremque.*"

a contagione atrocis visus] Cf. Comm. I, 6, 9. *Anima aliena a silvestris contagione materiae;* I, 11, 11. *Animae beatae ab omni cuiuscumque contagione corporis liberae;* I, 12, 17. *contagione vitiorum penitus elimata.* Virgilius Aen. VI, 563. *Nulli fas*, inquit, *casto sceleratum insistere limen.*

magis] positum est pro *potius.* Vid. prolegg. p. XLIV.

fecerit audire .. gemitus] Vid. prolegg. p. XL. et cf. Virgil. VI, 557. *Hinc exaudiri gemitus.*

in ipsos campos piorum] Cf. ibid. v. 638. *Devenere locos laetos.*

Vestibulum ante ipsum primisque in faucibus Orci?

Qui enim vestibulum et fauces videt intra ipsam aedem iam sine dubitatione successit: aut si quid aliud de *vestibuli* vocabulo intellegendum est, scire desidero. Ad haec Servius: Pleraque sunt 15
vocabula, quibus vulgo utimur, neque tamen liquido advertimus quid ea ex vera proprietate significent: sicuti est *vestibulum* in sermonibus celebre atque obvium verbum, non omnibus tamen qui illo facile utuntur liquido expectatum. Putant enim *vestibulum* esse partem domus priorem, quam *atrium* vocant. Sed *Cae- 16
cilius Gallus, vir doctissimus, in libro de significatione verborum quae ad ius civile pertinent secundo *vestibulum* dicit *esse non in ipsis aedibus neque aedium partem, sed locum ante ianuam domus vacuum, per quem de via aditus accessusque ad fores aedium sit.* Ipsa enim ianua procul a via fiebat area intersita quae vacaret. Quae porro huic vocabulo ratio sit, quaeri multum solet: sed 17
quae scripta apud idoneos auctores legi proferre in medium non [195]
pigebit. *Ve* particula, sicuti quaedam alia, tum intentionem signi- 18
ficat tum minutionem. Nam *vetus* et *vehemens*, alterum ab aetatis magnitudine conpositum elisumque est, alterum a nimio impetu et vi mentis instructum. *Vecors* autem et *vesanus* privationem significat sanitatis aut cordis. Diximus autem superius eos 19
qui amplas domus antiquitus faciebant locum ante ianuam vacuum relinquere solitos, qui inter fores domus et viam medius

Edd. vicahgspdzb.] dz. — *hoc tamen versu* SgbP. *hoc tantum versu* v-hs-zA. — *Vestibulum*] Aen. VI, 273. — *ipsum* om. P. — *intelligendum* (om. *est*) vichg.

15. *Pleraque ... in domum* (§ 21)] Gell. N. A. XVI, 5. — *non tamen* v-g. — *animadvertimus* Edd. *scimus* Gell. — *celebrare* S — *non omnibus* om. P. *non in omnibus* v-g. — *liquidum* A. *ad liquidum* v „Ben.“. „In antiquis sic legitur, quo offensus Stephanus non tenuit, quin id sive ex ingenio sive antiquo libro mutaret. Sed Livius XXXV, 8. *Donec ad liquidum veritas explorata esset.* Simili modo noster V, 13. [§ 33.] *in commune pensari.* Quidni et illic fecit *communiter?*“ Gron. — *expectatum* APSv-sM123. „Ita libri plerique omnes. At nos ex Agellio refinximus *spectatum.* Quod et glossis vetustis observatum: *Spectata, Δοκιμαζόμενα.*“ Pont. *spectatum* p-b „Ben.“. (Gell. *satis spectatum*). — *primorem* Gell. 16. *C. Aelius Gallus* apud Gellium legitur e coni. I. Gronovii. „Eiusmodi opusculum scripsisse Aelium Gallum legitur in legum libris [Dig. L, 16, 157.], et monuit me Petrus Scriverius. Certe coniectura inde probabilis sit fuisse *C. Aelius Gallus.* Servant tamen ad oram Gelliani aliquot codices *Aquilius Gallus.* Ille nisi sit, dispiciendum accuratius.“ Pont. 17. *fit* v3. 18. *intensionem* Se-g. — *significant* v1i-b. — *et* Edd. P. 19. *superius*] § 16.

15. *expectatum*] Secutus sum codices mss., quia alias certe simili sensu legitur verbum *exspectare.* Cf. Plaut. Aulul. IV, 8, 6 sq. *Me collocavi in arborem. Inde exspectabam ubi aurum abstrudebat senex.* Petron. 17. *Attoniti exspectavimus lacrimas ad ostentationem doloris paratas.* Stat. Silv. V, 2, 22 sq. *Cum pulcher visu .. Exspectatur equus.* Quamquam haec verba saepe confundi negari non potest. Vid. app. ad Cic. Somn. Scip. c. 6, § 1.

18. *vetus*] Doederlinus Handb. d. Etymol. p. 206. rectius componit cum Graeco vocabulo ἔτος.

vehemens] ad *vehendi* verbum est referendum. In posteriore huius vocis parte idem ib. p. 203., quamvis dubitanter, quaerit *mentis* vocabulum.

20 esset. In eo loco qui dominum eius domus salutatum venerant priusquam admitterentur consistebant: et neque in via stabant neque intra aedes erant. Ab illa ergo grandis loci consistione et quasi quadam stabulatione *vestibula* appellata sunt spatia in quibus multum staretur ab advenientibus priusquam intromitteren-
21 tur in domum. Alii consentientes vestibula eadem esse quae diximus in sensu tamen vocabuli dissentiunt: referunt enim non ad eos qui adveniunt, sed ad illos qui in domo commanent, quoniam illic numquam consistunt, sed solius transitus causa ad
22 hunc locum veniunt exeundo sive redeundo. Sive igitur secundum priores per augmentum sive per secundos per diminutionem intellegendum est, tamen *vestibulum* constat aream dici quae a via domum dividit. *Fauces* autem iter angustum est per quod ad
23 vestibulum de via flectitur. Ergo Aeneas cum videt *fauces* atque *vestibulum* domus inpiorum, non est intra domum, nec contactu
[196] aedium saevo execrabilique polluitur, sed de via videt loca inter viam et aedes locata.

IX. *Bidentes hostiae* quid essent, inquit Avienus, interrogavi quendam de grammaticorum cohorte: et ille *bidentes* oves esse respondit, idcircoque *lanigeras* adiectum, ut oves planius
2 demonstrarentur. Esto, inquam, oves *bidentes* dicantur. Sed quae ratio huius in ovibus epitheti, scire, inquam, volo. Atque

[Mss. APSM.

20. ***eiusdem domus*** **v3. —** ***assistebant*** **S. —** ***astabant*** **M. —** ***constitione*** **Gell. ex emend. I. Gron.; Non. p. 53, 15. —** ***in domos*** **„B".** **21.** ***non ad eos*** **om. P. —** ***transitu*** **S. —** ***vel redeundo*** **A „Bodl. Ben. C.".**
22. ***augumentum*** **v1a. —** ***vestibula*** **ASv-gM123. —** ***dici*** **om. v. —** ***Fauces .. flectitur*****] Cf. Gell. N. A. XVI, 5, 12., ubi legitur:** ***quod ad vestibulum adiretur.*** **—** ***vestibulum*** **(om.** ***ad*****) v.** **23.** ***execrabili saevoque*** **v-g.**
IX. ***Caput IX. Bidentes quid significet, et unde dictae. Deinde equitem id ipsum significare nonnunquam, quod significatur nomine equi.*** **ch-b. —** ***Bidentes*****] Cf. Aen. VII, 93. et V, 96; VI, 39; VIII, 544. —** ***bidentes oves esse ... reliqui*** **(§ 3.) et** ***Publius autem Nigidius*** **(§ 5.) ...** ***constaret acta-***

20. ***consistione*****] Haud recte Forcellinum dicere apud Macrobium non minus quam apud Gellium dubiam esse lectionem apparet ex appar. crit. Hic ergo hoc** ***ἅπαξ λεγόμενον*** **certe est retinendum.**
vestibula appellata sunt**] Mira est Gellii etymologia, in qua duae res omnino diversae,** ***grandis loci consistio,*** **et** ***multum stare*****, confunduntur. Gu. A. Beckerus in Gallo I. p. 74. ed. I. ut** ***prostibulum*** **a** ***prostando*** **sic** ***vestibulum*** **ait a** ***vestando*** **esse derivandum et** ***vestare*** **idem esse ac** ***foris stare.*** **Vocabula** ***patibulum*** **et** ***turibulum*** **si conferimus, etymon simplex, sive verbum sive nomen, esse videtur. Ovidius Fast. VI, 297 sqq. a** ***Vesta*** **derivat** ***vestibulum;*** **Isidorus Hispal. Orig. XV, 7, 2. aut a** ***vestiendo*** ***„quod vestiuntur eo fores"*****, aut a** ***stando.*** **Doederlinus Synon. VI. p. 400. Ovidium sequitur: eamque rationem quam Gellianae praemittit Nonius p. 53, equidem maxime probaverim.**
21. ***exeundo sive redeundo*****] Cf. prolegg. p. XL. med.**
22. ***per secundos*****] Dicendum erat:** ***secundum posteriores.***
Fauces**] quid essent, dubium reliquit Beckerus l. c. p. 88 sq.; Gellius ab ostio eas non videtur distinguere.**
IX, 1. ***quendam de grammaticorum cohorte*****] contemptim dicitur. Sic etiam I, 24, 8.** ***Quilibet ex plebeia grammaticorum cohorte*** **opponitur Servio. Gellius l. c. § 1.:** ***Quispiam linguae Latinae litterator.***
2. ***quae ratio*****] sc. sit. Gellius l.**

ille nihil cunctatus: Oves, inquit, *bidentes* dictae sunt, quod duos tantum dentes habeant. Ubi terrarum, quaeso te, inquam, duos solos per naturam dentes habere oves aliquando vidisti? Ostentum enim hoc est, et factis piaculis procurandum. Tum ille per- 3
motus mihi et irritatus: Quaere, inquit, ea potius quae a grammatico quaerenda sunt: nam de ovium dentibus opiliones percontator. Facetias nebulonis hominis risi et reliqui: sed te percontor, quasi ipsius verborum naturae conscium. Tum Servius: De 4
numero dentium, quem ille opinatus est, reprehendendus a me non est, cum ipse iam riseris: verum procurandum mihi est, ne illud obrepat quod *bidentes* epitheton sit ovium, cum Pomponius, [197]
egregius Atellanarum poeta, in Gallis Transalpinis hoc scripserit:

Mars, tibi voveo facturum, si unquam rediero,
Bidente verre.

Publius autem Nigidius in libro quem de extis conposuit *bidentes* 5
appellari ait non oves solas sed omnes hostias bimas. Neque tamen dixit cur ita appellentur. Sed in commentariis ad ius pon- 6
tificium pertinentibus legi *bidennes* primo dictas, *d* littera ex superfluo, ut saepe adsolet, interiecta. Sic pro *reire redire* dicitur, et pro *reamare redamare*, et *redarguere*, non *rearguere*. Ad hia-

Edd. vicahgspdzb.]

tem (§ 7.)] Cf. Gell. N. A. XVI, 6. 2. *eius* S (A sup. *huius*). — *duas tantum* A. — *Tunc ego: Ubi* Edd. S. — *duos solos* (sup. *a* . . *a*) A. 3. *Quaerere* A. — *potius* om. P. — *de ovium* (om. *dentibus*) S. — *percunctator* M. *percunctantur* v. *percontantur* Gell. — *Facetias ego nebulonis* Edd. 4. *mihi procurandum est* S. *procurandum est* (om. *mihi*) P. — *in Gallis Transalpinis*] Cf. Gell. l. c. § 7. Non. p. 53, 25. Both. II, p. 123. In v-g nullus, in s-b unus distinguitur versus. — *redierit* Gell. et Non. improbante Bothio. 5. *quem ab aetatis magnitudine de extis* P. — *hostias bimas* AMP6. *bimas hostias* Gell. *bestias bimas* Edd. PS. 6. *pontificum* v-g. — *bedennes* A. *bidentes* SM. — *interfecta* v3. — *sicut* v-g „Bodl. Ben.“ (A *sic*'). — *reire* (om. *pro*) a. — *redarguere pro rearguere* v-g. *pro rearguere redarguere* S.

c. § 8.: *Ego a te rogavi, ecquam scias esse huiusce vocabuli rationem.*

quod duos tantum dentes habeant] Veriorem rationem protulit Festus ap. Paul. lib. I. p. 4. Muell. *Ambidens sive bidens ovis appellabatur quae superioribus et inferioribus est dentibus.*

3. *nam* . . *percontator*] Recte, opinor, hoc exhibent codices Macrobii, non, quod apud Gellium legitur, *percontantur*. Nam opiliones hoc sciunt, non percontantur. Opponuntur autem haec verba iis quae proxime antecedunt: *quae a grammatico quaerenda sunt*, et sequitur apud Macrobium: *te percontor*. In hominem alterius verbis irritatum inprimis convenit imperativus cum particula *nam* coniunctus, cuius quidem constructionis exempla vel apud Ciceronem inveniuntur, ut ad fam. III, 11, 4. *Nam augurales libros ad commune utriusque nostrum otium serva.* Viri docti talibus in locis *nam* explicant per *autem* vel *sed*. Vid. Hand. Tursell. IV, p. 15.

reliqui] idem fere est quod *praetermisi, non amplius curavi.*

ipsius verborum naturae conscium] Vid. not. ad I, 7, 17.

4. *quod* . . *sit*] Dicendum erat: *ut* . . *putes esse.*

Mars . . *verre*] Sic hoc fragmentum dividitur apud Gellium, Nonium, Bothium. Ut trimeter iambicus constet, verbum *rediero* tribus syllabis legendum est, ut saepe *consilium* alia.

6. *d littera ex superfluo, ut saepe adsolet, interiecta*] Gellius brevius: *d littera immissa.* Hoc vero non magis concedere licet quam ultimae syllabae insertam esse litteram *t*. Nam si littera fuisset in-

tum enim duarum vocalium procurandum interponi solet *d* littera.
7 Ergo *bidennes* primum dictae sunt quasi *biennes*, et longo usu loquendi corrupta est vox ex *bidennibus* in *bidentes*. Hyginus tamen, qui ius pontificium non ignoravit, in quinto librorum quos de Virgilio fecit *bidentes* appellari scripsit hostias quae per aetatem duos dentes altiores haberent, per quos ex minore in maiorem transcendisse constaret aetatem.

8 Iterum quaerit Avienus in his versibus:

Frena Pelethronii Lapithae gyrosque dedere
Inpositi dorso, atque equitem docuere sub armis
Insultare solo et gressus glomerare superbos,

cur Virgilius equi officium equiti dederit? Nam *insultare solo* et
9 *glomerare gressus* equi constat esse, non equitis. Bene, inquit Servius: haec tibi quaestio nata est ex incuria veteris lectionis. Nam quia seculum nostrum ab Ennio et omni bibliotheca vetere
[198] descivit, multa ignoramus, quae non laterent, si veterum lectio nobis esset familiaris. Omnes enim antiqui scriptores ut hominem equo insidentem, ita et equum, cum portaret hominem, *equitem* vocaverunt, et *equitare* non hominem tantum sed equum
10 quoque dixerunt. Ennius libro Annalium septimo ait:

Denique vi magna quadrupes eques atque elephanti
Proiciunt sese.

Numquid dubium est quin *equitem* in hoc loco ipsum equum di-
11 xerit, cum addidisset illi epitheton *quadrupes?* Sic et *equitare*, quod verbum e vocabulo *equitis* inclinatum est, et homo utens equo et equus sub homine gradiens dicebatur. Lucilius namque, vir adprime linguae Latinae scius, equum equitare dicit hoc versu:

[Mss. APSM.

7. *bidentes* SM. — *ex bidennibus et bidentes* AM3 (SM1 *bidentibus*). *et ex bidennibus bidentes dictae* v-g. „Forte *factae* pro *dictae*. Sic certe apud Gellium l. l. legitur.“ Zeun. *ex bidennibus et bidentes dictae* „Ben.“. *et ex bientibus bidentes factae* M2. *et ex bidennibus bidentes factum* Gell. — *pontificum* Sv-g. — *quarto* Gell. 8. *Frena*] Georg. III, 115. — *Frena ... equitare videmus*] Cf. Gell. N. A. XVIII, 57 sqq. — *Prelethronii* P. — *deledit* P. 9. *nata* (om. *est*) v-g. — *discivit* A. — *quam non* P. 10. *septimo*] v. 82. Mer. — *in magna* A. — *quadrupes equus* legebatur improbante Gellio in multis Ennii exemplaribus. — *in hoc* (om. *loco*) v-g. — *ipsum et equum* v3. — *illi* ASv-gP6 „Bodl. Ben. C“. om. s-bP. 11. *Lucilius*] ap. Gerlach. ex libr. inc. 12. *Lucilius vero* (om. *namque vir*) S. — *sciens* Gell. — *equum equi-*

serenda, haec non esset *d*, sed *s*, propter adverbium *bis*.

ad hiatum procurandum] tamquam prodigium vel ostentum, vid. § 2. Gellius habet tantum: *quoniam id videbatur esse dictu facilius*.

7. *quae per aetatem duos dentes altiores haberent*] Similiter Festus ap. Paul. lib. II. p. 33. Muell. *Bidentes autem sunt oves duos dentes longiores ceteris habentes*.

9. *veteris lectionis*] dicitur pro eo quod legitur paulo infra, *veterum lectionis*.

bibliotheca vetere] Cf. c. 1, § 3.

11. *Lucilius namque*] Cf. Hand. Tursell. IV, p. 2 sq.

scius] cum genitivo iunctum legitur alioqui tantum apud Lactantium II, 14, 6. Nullo addito genitivo legitur apud eundem III, 24, 10. et apud Petronium 63, 9. et e Pacuvio desumptum apud Priscianum p. 634.

Nempe hunc currere equum nos atque equitare videmus.

Ergo et apud Maronem, qui antiquae Latinitatis diligens fuit, ita intellegendum est: 12

— atque equitem docuere sub armis,

id est, docuerunt equum portantem hominem

Insultare solo et gressus glomerare superbos.

Subiecit Avienus: 13

— Cum iam trabibus contextus acernis
Staret equus.

Scire vellem in equi fabrica casune an ex industria hoc genus ligni nominaverit? Nam licet unum pro quolibet ligno ponere poeticae licentiae sit, solet tamen Virgilius temeritatem licentiae non amare, sed ratione certa vim rerum vel nominum eligere.

* * *

Edd. vicahgspdzb.] *tare* AP. *equum et equitare* SM123. *equum et currere et equitare* v-gb P4. „Melius." Zeun. — *Quis hinc currere* Gell. *Queis hunc currere* Gerlach. — *atque ego equitare* P. 12. *et equum* v-g „Ben." — *portando* PS. 13. *Cum iam*] Aen. II, 112. — *temeritatem poeticae licentiae* S. — *ratione certa vim rerum vel nominum eligere* scripsi e coni. *rationis certae vim rerum vel nominum eligere* v. *rationi certe in rerum vel nominum eligere* M123. *rationi certae in rerum vel nominum eligere GR.* A. *rationi certae in rerum vel nomine ele.* s. *rationi certae rerum vel nominum eligere* P7. *rationem certam rerum vel nominum el.* „Ben. C". *rationis certae in rerum vel nominum* (om. *eligere*) P. *rationi certe in rerum vel hominum electione servare* S. *rationis certae vim in rerum vel nominum electione servare.* i-g. *rationis certae vim in rerum vel nominum positionibus servare* p-b. — Nulla subscriptio est in APSM13 *Macrobii Theodochii liber sextus explicit, sequitur liber septimus feliciter.* P6. *Macrobii Theodosii Saturnaliorum liber IIII explicit. Eiusdem incipit liber quintus et ultimus.* M2 *Explicit liber quartus, incipit quintus.* P7. In chg adduntur Arnoldi Vesaliensis verba: „Dolendum erat profecto, ne hunc quidem librum haberi integrum: si quae in prioribus libris desiderantur, non ita magni essent momenti. Nunc quemadmodum graviores nonnunquam morbi esse solent in causa, ut qui deinde morbi accedunt, non facile sentiantur: ita praecedentium librorum hiatus tanto nimirum studiosos omneis dolore afficiunt, ut hic vix ullus esse possit dolori locus." In a tantum: „Finis deest." In s sequuntur in eadem linea asterisci duodecim, et infra octo alii. In p-b subiiciuntur haecce a Pontano afficta: [1]) *Tum Servius: Non sine ratione Vergilius hoc loco abietem commemorat, item acerem et pinum paulo post: nam fulminata abies interitum dominae significabat; et Troia per feminam periit. Acer autem in tutela stuporis, et viso equo stupuere Troiani; ut* [Aen. II, 31.] *Pars stupet innuptae donum exitiale Minervae. Pinus quidem in tutela est Matris Deum, sed et fraudium et*

13. *Scire vellem in equi fabrica cet.*] Haec quaestio unde sumpta fuerit, non liquet. Nam apud Gellium, a quo ea quae antecedunt mutuatus est Macrobius, nihil eiusmodi legitur. Pontanus quum vellet explere lacunam, adiit Servium ad Virgil. Aen. II, 16. Quam praepostere hoc factum sit, docui in prolegg. p. xxxv, δ.

ratione certa vim .. eligere] Nec genitivum *rationis certae*, quem voci *vim* deberi putaverim, nec dativum *rationi certae* equidem possum interpretari, quapropter scripsi *ratione certa*. Quod in cod. A legitur *GR.*, quasi secutus fuerit locus Graecus, id censeo ortum esse ex antecedenti verbo *eligere*.

[Mss. APSM. Edd. vicahgspdzb.]

insidiarum; quia eius poma cadentia per fraudem interimunt, et hic scilicet equus plenus insidiarum est. His a Servio peroratis, [2]) *statuerunt in crastino* [3]) *Flavianum audire, quoniam* [4]) *Maro in Augurali iure refulsit.* p-b. Adnotavit Pontanus, quae leguntur in p-z: [1]) „Clausula haec tota de scripto est [At nihil eiusmodi legitur in A.]. Servium vero ut ea dicentem facit Macrobius, ita quoque apud eundem Servium eadem fere reperies. Vide ad versum: *Cum iam trabibus contextus acernis Staret equus.*" — [2]) „Ergone hoc aut praecedentibus libris super Augurali apud Maronem disciplina quicquam tractatum? Velint quidem id manifesto ea verba: *quoniam Maro in Augurali iure refulsit.* Sed erravit, me iudice, leviter hic exscriptor, faciendumque *quo etiam Maro.* Flaviani enim, ut liquet ex fine libri primi, partes fuere disserendi de augurali apud Maronem disciplina. Verba sunt [I, 24, 17.]: *Post hunc Flavianus: Apud poetam nostrum, inquit, tantam scientiam iuris auguralis invenio* cet., et statim [§ 21.]: *Huic tu, mi Flaviane, succedes.* Sed an haec a Flaviano dissertata, nequeo dicere. Si tamen, necessario post septimum novus huic sermoni liber tributus fuerit, isque tertii diei conventum fecerit. Nam, ut docui sub finem secundi [tertii], tertius liber et subsequi quatuor secundi solius diei conventus sunt. [Vid. prolegg. p. xix sqq.]. Octavus itaque Macrobii liber exstiterit, id est tertii diei nova confabulatio, quomodo et dies tres legitimi Saturnales." — [3]) „An is ipse Flavianus, de quo saepe, quem iam dixi, Sarisberiensis? Ait lib. II. cap. 26. *Hoc autem asserit Flavianus in libro qui de vestigiis philosophorum inscribitur.* Et lib. VIII. cap. 11. *Ita tamen ex facto accidisse Ephesi et Flavianus auctor est.*" — [4]) „Octavus ergo is Macrobii liber de re ea tota accurate pertractaverit. Et nisi plane indicii fallor, interpolavit compilavitque id operis ut pleraque Macrobii alia Ioh. Sarisberiensis. Lege libri primi postrema duo capita et quaedam etiam secundi, et claras reperies reliquias melioris huius auri."

MACROBII AMBROSII THEODOSII

V. C. ET INL.

CONVIVIORUM TERTII DIEI

SATURNALIORUM

LIBER SEPTIMUS.

[Ed. Bip. vol. II. p. 200.]

I. Primis mensis post epulas iam remotis et discursum va- 1

[Mss. APSH12. Edd. vicahgspdzb.]

Incipit lib. IIII. de diversis quaestionibus. P. (De M2P67 vid. fin. lib. VI.). *Macrobii Aurelii Theodosii viri consularis et illustris Saturnaliorum liber septimus.* vichg. *Liber VII.* a. *Aurelii Macrobii Ambrosii Theodosii viri clariss. et inlustris Saturnaliorum liber septimus.* s (b *illust*). *Aurelii Macrobii Ambrosii Theodosii V. C. et inlustris conviviorum postremi diei Saturnaliorum liber septimus* pd (z *illust.*). „Secundi adhuc diei, liquet, ut puto, ex praemissis. Proprie autem hic convivalis sermocinatio est. Nam quae hactenus dicta, ante epulas intelligenda sunt. Vide notata superius ad librum tertium.“ Pont. „Verba *conviviorum postremi diei* recte absunt in Ed. vet. Caeterum, quod semel monuisse sufficiet, pleraeque, quae in hoc Macrobii libro occurrunt, disputationes sumtae sunt ex Plutarchi Symposiacis.“ Zeun. Vid. prolegg. p. xxi.

I. *Caput I. Quando et quibus de rebus philosophandum in convivio.* ch-b. 1. *Primus* SM123P5. — *menses* S. *mensibus* (del. *bu*) H2. *avienc* P5. — *remotas* M12H2 (AH1 a p. m.). — *discursim* Sv-h (E add.

I, 1. *Primis mensis post epulas iam remotis*] Cf. II, 8, 1. *Mensas secundas minister admovit*, et Virgil. Aen. I, 216. *Postquam exempta fames epulis mensaeque remotae*, ad quae adnotavit Servius: *Quia apud maiores ipsas apponebant mensas pro discis.* Turnebus autem Advers. XXI, 22.: „Ego, inquit, hic mensas intelligo fercula et magides et lances.“ Burmannus ad Petron. Satir. c. 34. recte, opinor: „Sed ego, inquit, mensas capio hic pro lancibus vel ferculis vel simili aliquo instrumento, in quod unusquisque conviva accipiebat partes suas aequales. Una ergo erat revera tantum mensa, quae repositoria illa maiora recipiebat, ut patet ex capp. 40, 49, 60, 64. et passim, sed unusquisque conviva mensam, id est separatam aliquam tabulam vel lancem vel simile quid, habebat, in quo partes a diribitoribus divisae ponebantur. Ita cap. 47. *Mensae omnes mundantur;* cap. 68. *Servi omnes mensas tollunt et alias adferunt.*“ Totus locus est: *Cum secundas mensas Trimalchio iussisset afferri, sustulerunt servi omnes mensas et alias attulerunt. .. Statim Trimalchio: Poteram, inquit, hoc fericulo esse con-*

riantibus poculis minutioribus Praetextatus: Solet cibus, inquit, cum sumitur, tacitos efficere, potus loquaces: at nos et inter pocula silemus, tamquam debeat seriis vel etiam philosophis carere
2 tractatibus tale convivium. Et Symmachus: Verumne ita sentis, Vetti, ut philosophia conviviis intersit, et non tamquam censoria

[Mss. APSH12.

iam). — *minoribus* P5. — *Solet*, *inquit*, *cibus* s-bPH1. *inquit. solet cibus* H2. — *philosophis* A a p. m.; H1. *philosophicis* A a sec. m. H2. Edd. PS. 2. *Utrumne* Hlagb „Bodl.". — *Vecti* H1. *o Vecti* A. — *vere-*

tentus, *secundas enim habetis mensas: si quid belli habes*, *adfer*. Facile patet lusisse Trimalchionem in ambiguitate *mensarum secundarum*, quae et bellaria significant et discos in quibus illa ponebantur. Sic vaticinium Harpyiae apud Virgil. Aen. III, 255 sqq. nititur ambiguitate vocis *mensae*, quum lib. VII, v. 116. Iulus *mensas* dicat *adorea liba* (v. 109.) quae subiecerant epulis. Apud Petronium conf. inprimis c. 73. *mensas totas argenteas* quae cum *calicibus fictilibus auratis* dicuntur a Fortunata in triclinio esse dispositae. Addo Apul. Metam. X, 16. p. 707. *Ipse manibus ad triclinium perduxit*, *mensaque posita omne genus edulium solidorum et illibata fercula iussit apponi*. Huc referendus est fortasse etiam locus Petronii c. 135.: *Oenothea mensam veterem posuit in medio altari*, *quam vivis implevit carbonibus*, quem Pontanus alio sensu attulit ad III, 11, 6. Denique vid. Plin. N. H. XXVIII, 2, s. 5, § 26. *Bibente conviva mensam vel repositorium tolli inauspicatissimum iudicatur*, quem locum cum Virgiliano illo contulit Dalecampius. Xenophon Sympos. 2, 1. Ὡς ἀφῃρέθησαν, inquit, αἱ τράπεζαι, καὶ ἐσπείσαντο καὶ ἐπαιάνισαν. Cf. Becker. Charikl. I, p. 441. Vocem *mensa* hanc vim habere negat A. Haeckermann. Philol. Archiv. XVI 4, p. 581 sq.

discursum variantibus poculis minutioribus] „Varro [ap. Non. I, 6.] *Dum sermone coenulam variamus*. Petronius [c. 137.] *Volabant inter haec potiones meracae*." Pont. — Posterior locus suffragatur proprio significatui vocis *discursus:* sed prior metaphorico illi, quem Forcellinus quoque h. l. ei tribuit, ut idem significet ac *sermo*, unde recentiores dicunt *il discorso* et *le discours*. Illa aetate hanc vocem hac vi iam esse usurpatam probat Forcellinus verbis Imp. Constantini in Cod. Theodos. IX, 24, 1. *redempti discursus*, quae interpretatur: „collocutiones cum puella", et, ita si explicatur, sensus fit similis iis quae leguntur II, 1, 1. *Hic ubi modestus edendi modus cessare ferit castimoniam ferculorum et convivalis laetitia minusculis poculis oriebatur*. Sed tamen hanc interpretationem non esse admittendam docent ea quae sequuntur: *at nos et inter pocula silemus*. Est ergo *discursum variantibus* idem fere ac *vario modo inter convivas discurrentibus*. Cf. Sat. V, 17, 3. *Per mediam urbem cogitur facere discursus*, Comm. I, 21, 10. *Sed intra unius obliqui circi limitem omnes habere discursus*, Sat. V, 14, 4. *Alter* (apum) *discursum et solam volatus varietatem exprimit*, et S. I, 10, 24. *Sigillariorum adiecta celebritas in septem dies discursum publicum et laetitiam religionis extendit*, et Xenoph. Sympos. 2, 27. Ὡς χρὴ τοὺς οἰνοχόους μιμεῖσθαι τοὺς ἀγαθοὺς ἁρματηλάτας θᾶττον περιελαύνοντας τὰς κύλικας.

philosophis carere tractatibus] Sic sine ulla dubitatione scripsi, quoniam § 13. sola edit. Bipont. Zeunio auctore alteram adiectivi formam, *philosophicis*, exhibet Conf. Plutarchi Sympos. I, 1, 1. p. 612. F. Εἰ χρηστέον ἐν οἴνῳ φιλοσόφοις λόγοις.

2. *tamquam censoria quaedam .. materfamilias*] Cf. II, 2, 16. *Omnibus in censorium risum remissis*. et infra c. 4. § 3 , ubi *censoria* opponitur *delicatae*, Apul. de mag. 13. *Sequitur enim de speculo longa illa et censoria oratio*, ubi Hildebrandus allato loco Quintil. Inst. I, 4, 3. „Sic, inquit, *censor*, *censura*, *censorius* aliquoties de severiore morum censura usurpantur." Plu-

quaedam et plus nimio verecunda materfamilias penetralibus suis
continеatur, nec misceat se Libero, cui etiam tumultus familiares
sunt, cum ipsa huius sit verecundiae ut strepitum non modo ver-
borum sed ne cogitationum quidem in sacrarium suae quietis [201]
admittat? Doceat nos vel peregrina institutio et disciplina a Par- 3
this petita: qui solent cum concubinis, non cum coniugibus, inire
convivia, tamquam has et in vulgus produci et lascivire quoque,
illas non nisi domi abditas tueri deceat tectum pudorem. An ego 4
censeam producendam philosophiam quo rhetorica venire ars et
professio popularis erubuit? Isocrates enim Graecus orator qui
verba prius libera sub numeros ire primus coegit, cum in con-
vivio a sodalibus oraretur ut aliquid in medium de eloquentiae
suae fonte proferret, hanc veniam deprecatus est. Quae prae-

Edd. vicahgspdzb.] *cunda* ASH12v-gb „Ben. C“. *reverenda* P (hg in mg) s-z*H*. „Lege cum Ed. vet. *verecunda*, quod melius convenit et praecedenti *censoria* et sequenti *verecundiae*.“ Zeun. — *penitrabilibus* AH1. — *huius verecundiae* (om. *sit*) H12. 3. *Doceat ... nec tempori*. (§ 4.)] Cf. Plut. Sympos. I, 1, 1. — *vel nos* H12. — *vel disciplina* Ps-z. „Sensus postulat, ut cum Ed. vet. pro *vel* legas *et*. Nam *peregrina institutio* et *disciplina a Persis petita* sunt synonyma.“ Zeun. — *non coniugibus* (om. *cum*) A. — *ire continua* H2. 4. *doceam* H2 a sec. m.; in mg.: *cendam*. — *ars venire* H1. — *Socrates* H2P. — *ire* om. H2. — *hanc veniam* Av-gbE. *hac venia* PSH12s-zM123. „Hic iterum Stephanus solus sibi videtur sapuisse: nam relegato τῷ *hanc veniam*, quod est in Ms. et vett. edd., illud nobis dedit, et obsequutus est Isaacius. Ego *hanc veniam* puto reponendum, et expono huius rei veniam. Plautus Captiv. III, 5, 63. *Ergo ab eo petito gratiam istam*, hoc est istius rei. Non dissimile est, quod exponit pater apud eundem in Mostellaria V, 3, 44.“ Gron. — *deprecatus*

tarchus l. c.: *Ἀλλ' οὐ γάρ εἰσιν .. οἳ καὶ πάνυ γε σεμνῶς κατειρωνευόμενοι λέγουσι μὴ δεῖν ὥσπερ οἰκοδέσποιναν ἐν οἴνῳ φθέγγεσθαι φιλοσοφίαν.*

plus nimio] Apud Plutarchum est: *πάνυ γε*. Cf. c. 12. § 22. et c. 16. § 8.

misceat se Libero] minus commode est dictum. Nam hoc vix aliam vim habere potest quam *misceat corpus*, ut ait Cicero de div. I, 29, 60. Conf. Ovid. Met. XIII, 865 sq. *Divulsaque membra per agros, Perque tuas spargam, sic se tibi misceat, undas*. Dicendum erat potius *misceat se convivantibus*, ut ait Virgilius Aen. I, 439 sq. *Infert se .. Per medios, miscetque viris*. Alia res est apud Plutarchum qui p. 613. D. dicit: *Οὐχ ἧττον ταῖς Μούσαις τὸν Διόνυσον ἢ ταῖς Νύμφαις κεράννυντας*, quem locum in suum usum convertit Macrobius infra § 16.

huius] positum est pro *eius*.

3. *a Parthis*] Ad suam aetatem nomen accommodavit Macrobius: nam Plutarchus p. 613. A. habet *τοὺς Πέρσας*. De Persarum rege Athenaeus IV, 26. p. 145. d.: *Τὰ δὲ πλεῖστα*, inquit, *ὁ βασιλεὺς μόνος ἀριστᾷ καὶ δειπνεῖ· ἐνίοτε δὲ καὶ ἡ γυνὴ αὐτῷ συνδειπνεῖ καὶ τῶν υἱῶν ἔνιοι, καὶ παρὰ τὸ δεῖπνον ᾄδουσί τε καὶ ψάλλουσιν αἱ παλλακαὶ αὐτῷ*. Multas uxores sed plures etiam pellices habuisse Persas refert Herodotus I, 135.

4. *professio popularis*] Cf. Cic. de orat. I, 6, 21. *Quamquam vis oratoris professioque ipsa bene dicendi hoc suscipere ac polliceri videtur, ut omni de re, quaecumque sit proposita, ornate ab eo copioseque dicatur.*

Graecus orator] Plutarchus l. c.: *Ἰσοκράτην τὸν σοφιστήν*. Cf. c. 7. § 8.

qui .. coegit] Cf. Cic. Orat. 52, 174. *Nam qui Isocratem maxime mirantur hoc in eius summis laudibus ferunt, quod verbis solutis*

sens, inquit, locus et tempus exigit ego non calleo: quae ego
5 calleo nec loco praesenti sunt apta nec tempori. Ad haec Eustathius: Probo, Symmache, propositum tuum quo philosophiam ea quam maximam putas observatione veneraris, ut tantum intra suum penetral aestimes adorandam: sed si propter hoc a conviviis exulabit, procul hinc facessant et alumnae eius, honestatem dico et modestiam, nec minus cum sobrietate pietatem. Quam enim harum dixerim minus esse venerabilem? Ita fit ut ab eiusmodi coetibus relegatus matronarum talium chorus libertatem conviviorum solis concubinis, id est vitiis et criminibus, addicat.
6 Sed absit ut philosophia, quae in scholis suis sollicite tractat de officiis convivalibus, ipsa convivia reformidet: tamquam non possit rebus adserere quae solet verbis docere, aut nesciat servare
[202] modum cuius in omnibus humanae vitae actibus terminos ipsa constituit. Neque enim ita ad mensas invito philosophiam, ut non se ipsa moderetur, cuius disciplina est rerum omnium mo-
7 derationem docere. Ut ergo inter te et Vettium velut arbitrali

[Mss. APSH12.

(om. *est*) b. — *caleo* S. 5. *Eustachius* (etiam infra) vic. — *quo* AP „3 Angl.“. *quod* Edd. SH12. — *eam* P6. — *quam maxime putas* H2. „Malim *qua maxima potes.*“ Meurs. — *in tantum* P6. — *penitral* H1. — *existimes* Sv-gb. — *exulabat* (sup. *i*) A. — *procul hinc* etc.] Cf. Plut. Symp. I, 1, 2. — *et a limine* H2. — *dirimunt esse minus esse* H2. — *abdicat* Svi. 6. *convivialibus* A a sec. m.; via. — *tamquam* etc.] Cf. Plut. l. c. cap. 2. extr. — *non ipsa* (om. *se*) P. — *disciplina* (om. *est*) *H.*

numeros primus adiunxerit.... Quod ab his vere quadam ex parte, non totum, dicitur. Nam neminem in eo genere scientius versatum Isocrate confitendum est, sed princeps inveniendi fuit Thrasymachus, cuius omnia nimis etiam exstant scripta numerose. Idem de or. III, 44, 173. *Idque princeps Isocrates instituisse fertur, ut inconditam antiquorum dicendi consuetudinem .. numeris adstringeret.*

hanc veniam deprecatus est] Sic scripsi iubente Gronovio hoc sensu: „precatus est, ut eam sibi darent veniam, ut nihil in medium proferret.“ Nam si, quod maior quidem codicum numerus suadet, legimus *hac venia*, precanti tribuitur venia, quam tamen dat is quem quis precatur: quod incommodum maius profecto est quam si verbum *deprecandi* paulo liberiore modo est usurpatum.

Quae praesens .. nec tempori] „Graecum [ap. Plutarch. l. c.] non minus lepidum: *Ἐν οἷς μὲν ἐγὼ δεινὸς, οὐχ ὁ νῦν καιρὸς· ἐν οἷς δ' ὁ νῦν καιρὸς, οὐκ ἐγὼ δεινός.* Senecae illud quodammodo geminum: *Quod ego scio nescit populus: quod populus scit ego nescio.*“ Pont. — Epicurum hoc dixisse ait Seneca ep. 29, 9.: ubi plura eiusmodi attulit Ruhkopfius.

5. *intra suum penetral*] Cf. Symmach. ep. II, 34. *Sanctum penetral animi tui nesciunt.* Superiorum aetatum scriptores plurali numero dixerunt *penetralia.*

procul hinc facessant et alumnae eius] Plutarchus Symp. I, 1, 2, p. 613. B.: *Ἀλλὰ πᾶσι παρεῖναι (τὴν φιλοσοφίαν εἰκὸς) τὸ μέτρον καὶ τὸν καιρὸν ἐπιφέρουσαν· ἢ μηδὲ σωφροσύνην μηδὲ δικαιοσύνην οἰώμεθα δεῖν εἰς τοὺς πότους δέχεσθαι κατειρωνευόμενοι τὸ σεμνὸν αὐτῶν.*

6. *in scholis suis sollicite tractat de officiis convivalibus*] Plutarch. p. 613. C. *Καὶ ζητεῖν μὲν ἐν ταῖς διατριβαῖς περὶ συμποτικῶν καθηκόντων.*

tamquam non possit rebus adserere cet.] Idem ibid.: *ὡς ἔργῳ βεβαιοῦν ἃ διδάσκει λόγῳ μὴ δυναμένην.*

7. *Ut .. velut arbitrali iudicatione conponam*] novo modo dicitur pro: *ut velut arbiter sim.* Passive: *fieri non potuit, ut componeretur*

iudicatione conponam, aperio quidem philosophiae tricliniorum fores, sed spondeo sic interfuturam, ne mensuram notae sibi ac sectatoribus suis dispensationis excedat. Tunc Furius: Quia te 8
unicum, Eustathi, inquit, sectatorum philosophiae nostra aetas tulit, oratus sis ut modum dispensationis quam das ei conviventi nobis ipse patefacias. Et Eustathius: Primum hoc eam scio ser- 9
vaturam, ut secum aestimet praesentium ingenia convivarum: et si plures peritos vel saltem amatores sui in convivii societate reppererit, sermonem de se patietur agitari: quia, velut paucae litterae mutae dispersae inter multas vocales in societatem vocis facile mansuescunt, ita rariores inperiti gaudentes consortio peritorum aut consonant, si qua possunt, aut rerum talium capiuntur auditu. Si vero plures ab institutione disciplinae huius alieni sint, 10
prudentibus, qui pauciores intererunt, sanciet dissimulationem sui, et patietur loquacitatem maiori parti amiciorem sociare, ne rara nobilitas a plebe tumultuosiore turbetur. Et haec una est de 11
philosophiae virtutibus, quia, cum orator non aliter nisi orando probetur, philosophus non minus tacendo pro tempore quam loquendo philosophatur. Sic ergo pauci qui aderunt doctiores in consensum rudis consortii salva et intra se quiescente veri no- [203]
tione migrabunt, ut omnis discordiae suspicio facessat. Nec mi- 12
rum si doctus faciet quod fecit quondam Pisistratus Athenarum tyrannus: qui cum filiis suis rectum dando consilium non optinuisset adsensum atque ideo esset in simultate cum liberis, ubi hoc aemulis causam fuisse gaudii comperit ex illa discordia spe-

Edd. vicahgspdzb.]

— *docco H.* 7. *aperiam* v-g. — *a sectatoribus* S. 8. *Qui ante unicum* (del. *n*) H1. *Quia te unicum* H2. 9. *Primum hoc . . . verbum nullum, nisi philosophum, sensit*] Cf. Plut. Symp. I, 1, 3. Sequentia usque ad extrem. § 17. leguntur apud Io. Saresb. VIII, 10. — *hoc eam* ASH12 v-gb „Bodl. Ben.". „Recte." Zeun. *hanc iam* P. *hanc eam* s-z. — *observaturam* PH12 Sar. — *praesentia* P. — *amatoris* v. — *patiatur* S. 10. *huius disciplinae* v-g. — *sunt* A a p. m.; H2 Sar. — *amicitiorem* Sar. (Cf. Comm. I, 11, 11.). — *sociare* (sup. add. *sonare*) A. 11. *est una de virtutibus philosophiae* v-g. — *pauci aderunt* (om. *qui*) v-a. — *interquiescente* v. *inter se quiescente* ica. *intra se quaestione* Sar. 12. *causam gaudii fuisse comperisset* Sar. — *et ex illa* S.

nullo addito subiecto dicit Cicero p. Rosc. Am. 47, 136.

***sic .. ne .. excedat*] Vid. not. ad Comm. I, 17, 8.**

***notae*] idem fere h. l. valet ac *familiaris* c. 2, § 4.**

8. *oratus sis*] Cf. V, 2, 3., et VI, 7, 3. *exoratus sit.*

modum dispensationis*] Plutarch. S. I, 1, 3. p. 613. C. dicit: *ὅρον τινὰ καὶ χαρακτῆρα.

9. *peritos vel saltem amatores sui*] respondet Graeco: *φιλολόγους* apud Plut. p. 613. D.

velut paucae litterae mutae cet.*] Plutarchus p. 613. E. habet tantum: *ὥσπερ ἄφωνα γράμματα φωνηέντων (ἐν μέσῳ).

10. *patietur loquacitatem maiori parti amiciorem sociare*] Plutarchus p. 613. F. *Ἕψεται καὶ ἀγαπήσει τὴν ἐκείνων διατριβήν.* Est ergo *loquacitatem .. sociare* idem quod *communiter uti loquacitate* i. e. *ad eam se accommodare.* Cf. § 1. et Iustin. X, 1, 6. *Ubi in tanto populo non solum sociari verum etiam sileri paricidium potuit.*

11. *quia*] positum est pro *quod.* Vid. not. ad Comm. I, 6, 62.

12. *dando*] Vid. prolegg. p. XL. med.

rantibus in domo regnantis nasci posse novitatem, universitate ci-
vium convocata ait succensuisse quidem se filiis non adquiescen-
tibus patriae voluntati, sed hoc sibi postea visum paternae ap-
tius esse pietati, ut in sententiam liberorum ipse concederet: sci-
ret igitur civitas sobolem regis cum patre concordem. Hoc com-
13 mento spem detraxit insidiantibus regnantis quieti. Ita in omni
vitae genere praecipueque in laetitia convivali omne quod videtur
absonum in unam concordiam soni salva innocentia redigendum
est. Sic Agathonis convivium, quia Socrates Phaedros Pausa-
nias et Erysimachos habuit, sic ea coena quam Callias doctissi-
mis dedit, Charmadam dico, Antisthenen et Hermogenen ceteros-
14 que his similes, verbum nullum nisi philosophum sensit. At vero
Alcinoi vel Didonis mensa, quasi solis apta deliciis, habuit haec
Iopam illa *Polyphemum cithara canentes: nec deerant apud Al-
cinoum saltatores viri, et apud Didonem Bitias sic hauriens me-

[**Mss. APSH12.**

— *se quidem* H2. — *patriae voluntatis* P. *paternae voluntati* S. — *esse* om. H2. — *esse concordem* v-g. — *regni quieti* H2. *regnantium quieti* Sar. 13. *convivali* Sar. — *Erysimachos* H1. *erisimachos* AS. *erisymachos* bP. *Erisymmachos* v-z. *crisimacos* H2. *Erismachos* „Ben.“. *hisimacis* Sar. — *habuit ut verbum* (om. *interiectis*) Sar. Vid. not. — *sic ea* ASv-g „3 Angl.“. *sic et* s-bPH1. *sic et ea* H2. — *doctissimis* A „3 Angl.“. Coni. Gronov. *doctissimus* Edd. PSH12. — *Charmadam* As-bPH1M3 (M1 sup. *m* add. *n*). *charmandam* S. *carmadam* H2. *carimanda* P5. *carneadam* P6. *Charniadam* v1. *Charnedem* v3. *Carneadem* i-g. „Sic edd. pleraeque aliae omnes. Videndus Plutarchus.“ Pont. „*Charmidem* legit ex Xenophonte Meursius. Ibidem pro *Erisymmachos* legit idem *Ereimachos* (sic) ex Platone. Vide Leopardum lib. XVIII. cap. 30.“ Add. in dz. — *anthistenen* A. *Antisthenem* v-gM2. *autthistene* P5. — *Hermogenem* v-gM2 (S ē). — *his* om. P5. — *philosophicum* b. „Corrige *philosophicum*, praesertim cum iam Leopardus Emendatt. lib. XVIII, 31. ita locum laudet.“ Zeun. *phisicum* Sar. 14. *Alcinoi vel Didonis mensa*] Cf. Hom. Od. ϑ′, 56 sqq. et Virg. Aen. I, 699 sqq. — *alcioni* v3H1. *altioni* Sar. — *vel Didonis* ASH12v-gE Sar. *et Didonis* s-bP. — *hic* Sar. — *Ioppam* ASv-gM1. — *Polyphemum* ea (g in mg) *H*. *poliphemum* ASH12viM123. *polyphenium* Sar. *polliphenium* P17. *Demodocum* h-b. Vid. not. — *altionem* Sar. — *viri saltatores* v-g. — *brichias* Sar. — *infusione* Sar. „*affusione prolueret* recte Trille-

ex illa discordia .. in domo regnantis nasci posse novitatem] Haec verba ab ipso Macrobio adiecta in eo reprehendenda sunt, quod Pisistratus appellatur *regnans* (cf. infra *sobolem regis* et *regnantis quieti*), et *nasci posse novitatem* dicitur pro *posse res novari*.

universitate civium convocata] Plutarchus p. 613. E.: *ἐκκλησίαν συναγαγών*. Vid. prolegg. p. XLII.

13. *in laetitia convivali*] Cf. II, 1, 1.

Sic Agathonis convivium cet.] „Vide ad hunc locum Paulum Leopardum lib. XVIII, cap. 31. indicante margine.“ PONT. — Significatur hic Platonis, infra Xenophontis Convivium.

Erysimachos .. Charmadam] Vera scriptura est *Eryximachos* et *Charmidam*. Cfr. Plutarch. I, 1, 3. Sed videtur Macrobius ipse admisisse errorem.

coena .. sensit] Vid. prolegg. p. XLII.

philosophum] Conf. § 1.

14. **Polyphemum*] Verum nomen est id, quod recepit Camerarius, *Demodocus*. At nolui Macrobium corrigere, quem in hunc errorem induxisse videtur *Phemius*, quem Homerus in Ulixis aedibus cantantem fecit Od. ϱ′, 263.

rum ut se totum superflua eius effusione prolueret. Nonne, si quis aut inter Phaeacas aut apud Poenos sermones de sapientia erutos convivalibus fabulis miscuisset, et gratiam illis coetibus aptam perderet et in se risum plane iustum moveret? Ergo prima [204] eius observatio erit aestimare convivas. Deinde, ubi sibi locum 15 patere viderit, non de ipsis profunditatis suae inter pocula secretis loquetur, nec nodosas et anxias sed utiles quidem facilesque quaestiones movebit. Nam sicut inter illos qui exercitii genus 16 habent in mediis saltare conviviis, si quis, ut se amplius exerceat, vel ad cursum vel ad pugilatum sodales lacessiverit, quasi ineptus relegabitur ab alacritate consortii: sic apud mensam, quando licet, aptis philosophandum est, ut crateri liquoris ad laetitiam nati adhibeatur non modo Nympharum sed Musarum quoque admixtione temperies. Nam si, ut fateri necesse est, in omni conventu aut 17 tacendum est aut loquendum, quaeramus, silentiumne conviviis an et oportunus sermo conveniat. Nam si, sicut apud Athenas Atticas Areopagitae tacentes iudicant, ita inter epulas oportet sem-

Edd. vicahgspdzb.]

rus Observ. p. 40. legendum esse censet, quod Graeci uno verbo expriment *περικλύζεσθαι*. Cf. Aen. I, 739.“ Zeun. — *commiscuisset* S. — *aptam . . . risum* om. P. — *in risum* (om. *se*) s-zS. — *iustum* s-bPM3*H*. *iuste* ASH2v-gEM1. *iustae* H1. *iusteque* M2. — *observatio erit eius* H2.

15. *Deinde .. aptis philosophandum est* (§ 16.)] Cf. Plut. Symp. I, 1, 4 et 5 init. — *Denique* H2. — *locum sibi* S. — *patere* om. A. — *secretis inter pocula* s-bP. — *faciles tamen* s-bP*H*. 16. *exerceat* om. H1. — *pugillatum* ASH1. — *impetus* (sup. l'. *ineptus*) A. — *aptius* H2. — *admistione* v-g. — *gratior temperies* H2. 17. *si, ut* bSar. *sicut* v-z Mss. — *in conventu omni* H2. — *loquendum est* H2. — *in conviviis* S. — *si sicut* i-gbPE. „Lege cum Edit. vet. *Nam si, sicut* etc. Nam sequitur *ita*.“ Zeun. *si sicut et* S. *sicut* (om. *si*) AH12v. *sicut et* M12. *si ut* sp1M3. *si* (om. *sicut*) p2dz. *Si enim ut* Sar. — *ne conviviis importunus* Sar. — *Atticas* om. AvE. — *ariopagitae* AH2via. — *cur ibi* vi.

superflua eius effusione*] i. e. effusione eius e patera nimis repleta vino, ut superflueret. Virgilius Aen I, 739. *Et pleno*, inquit, *se proluit auro.

15. *de ipsis profunditatis suae .. secretis*] Dicendum erat: *de ipsa secretorum suorum profunditate*. Sic ipse Macrobius Comm. I, 3, 12. *Altitudo tecta profunditate prudentiae*; ib. 7, 3. *Maronis est ex intima disciplinae profunditate sententia*; II, 2, 1. *Ingenii proprii divina profunditate cognovit*; ib § 21. *Tullius .. ostendit Platonici dogmatis profunditatem*. Collocatio verborum, quam e codd. mss. restitui, apud hunc scriptorem neminem offendet. Vid. prolegg. p. XLIV.

***nec nodosas et anxias*] Plutarchus I, 1, 5. p. 614. D.: *Καὶ μὴ γλίσχρας, ἵνα μὴ πνίγωσι τοὺς ἀνοητοτέρους μηδὲ ἀποτρέπωσιν*. Cf. c. 16. § 2. *vel anxie disputari*.**

***Nam sicut .. in mediis saltare conviviis*] Infinitivus *saltare* positus est pro accusativo nominis substantivi. Plutarchus l. c.: *Ὥσπερ γὰρ τὰ συμπόσια* (al. *σώματα*) *πινόντων δι' ὀρχήσεως καὶ χορείας νενόμισται σαλεύειν*.**

***non modo Nympharum sed Musarum quoque*] Haec huc translata sunt ex Plut. Symp. I, 1, 3. *Οὐχ ἧττον ταῖς Μούσαις τὸν Διόνυσον ἢ ταῖς Νύμφαις κεραννύντας*.**

17. *apud Athenas Atticas*] Vid. not. ad V, 1, 20.

***Areopagitae tacentes iudicant*] „Notat Macrobium lib. V. Observation. Human. A. Schottus cap. 29., Orestis, non Areopagitarum, hic silentium intelligendum, monens, atque addens omnia haec ex Plutarchi symp. hausta.“ GRON. —**

per sileri, non est ultra quaerendum, inter mensas philosophan-
dum necne sit. Si vero non erunt muta convivia, cur, ubi sermo
permittitur, honestus sermo prohibetur, maxime cum non minus
18 quam dulcedo vini hilarent verba convivium? Nam, si Homeri
latentem prudentiam scruteris altius, delinimentum illud quod
Helena vino miscuit,

Νηπενθές τ' ἄχολόν τε κακῶν ἐπίληθον ἁπάντων,

non herba fuit, non ex India sucus, sed narrandi oportunitas
19 quae hospitem moeroris oblitum flexit ad gaudium. Ulixis enim
praeclara facinora filio praesente narrabat:

Οἷον καὶ τόδ' ἔρεξε καὶ ἔτλη καρτερὸς ἀνήρ.

[205] Ergo paternam gloriam et singula eius facta fortia dicendo ani-
mum filii fecit alacriorem, et ita credita est contra maerorem vino
20 remedium miscuisse. Quid hoc, inquis, ad philosophiam? Immo
nihil tam cognatum sapientiae quam locis et temporibus aptare
sermones personarum quae aderunt aestimatione in medium vo-
21 cata. Alios enim relata incitarunt exempla virtutum, alios bene-
ficiorum, nonnullos modestiae, ut et qui aliter agebant saepe au-

[**Mss. APSH12.**

— *permittitur inhonestus, honestus prohibetur* v-g. 18. *si Homeri* cet.] Cf. Plut. l. c., 4. — *in scruteris* v-g. — *delenimentum* s-bP. — *Νηπενθές*] Od. δ', 221. *Νηπενθές .. ἁπάντων* om. ASH12v-a. — *ἐπίληθες* bg. 19. *Ulixis* AH12. *Ulyxis* Svi. *Ulyssis* c-bP. — *narravit* H2. „Adde *Menelaus*, ne Helena intelligatur ex antecedentibus contra locum Od. δ', 271.“ Zeun. Vid. not. — *Οἷον ... ἀνήρ* om. ASH1. Pro hoc versu in v-g leguntur Od. δ', 240–43. *Πάντα μὲν οὐκ ἂν ἐγὼ μυθήσομαι .. ὅθι πάσχετε πήματ' Ἀχαιοί.* Apud Plutarchum leguntur v. 242. *Ἀλλ' οἷον τόδ' ἔρεξε καὶ ἔτλη καρτερὸς ἀνήρ*, et v. 244. *αὐτόν μιν .. δαμάσσας.* — ΚΑΙΤΟΝΔ P. — ΣΤΑΗΚΑΡΕΤΟΣ ΑΝΕΡ P. — *fortia* (om. *facta*) vi. *fortia facta* c-b. — *digerendo* s-bP. — *fecit filii* H2. 20. *Quid hoc ... (§ 23.) sperate parati*] Cf. Io. Saresb. l. c. — *Quid haec* S. — *inquit* c-g. — *sapientiae* (sup. add. *est*) H2. — *extimatione* S. 21. *Alios enim* cet.] Cf. Plut. l. c., 4. — *incitabant* s-bP. — *adeo ut* H2. — *venirent* om. P.

Plutarchus I, 1. 2. p. 613. B. habet: *Εἰ μὲν οὖν ὥσπερ οἱ τὸν Ὀρέστην ἑστιῶντες ἐν θεσμοθετείῳ πῃ τρώγειν καὶ πίνειν ἐμέλλομεν.* Areopagitas non recte huc traxit Macrobius, nam Orestem hospitio excepit Atheniensium rex, sive Demophon, ut refert Athenaeus X, 49. p. 437, c., sive Pandion, quod nomen ei datur in scholiis ad Aristophanis Equites v. 95., et ad Acharnenses v. 972. (960.), ubi leguntur haecce: *Ὀρέστης μετὰ τὸν φόνον εἰς Ἀθήνας ἀφικόμενος, ἦν δὲ ἑορτὴ Διονύσου Ληναίου, ὡς μὴ γένοιτο σφίσιν ὁμόσπονδος ἀπεκτονὼς τὴν μητέρα, ἐμηχανήσατο τοιόνδε τι Πανδίων. Χοᾶ οἴνου τῶν δαιτυμόνων ἑκάστῳ παραστήσας ἐξ αὐτοῦ πίνειν ἐκέλευσε μηδὲν ὑπομιγνύντας ἀλλήλοις, ὡς μήτε ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ κρατῆρος πίοι Ὀρέστης, μήτε ἐκεῖνος ἄχθοιτο καθ' αὑτὸν πίνων μόνος.*

maxime] ponitur pro *praesertim*. Cf. c. 2. § 4.

18. *delinimentum illud*] Plutarchus l. c. 4. p. 614. B.: *Ἀπομιμούμενοι τὴν Ὁμηρικὴν Ἑλένην ὑποφαρμάττουσαν τὸν ἄκρατον.*

narrandi oportunitas] Vid. prologg. p. XLII.

hospitem] Telemachum.

19. *narrabat*] Zeunius addi vult *Menelaus*: et est sane versus qui legitur in Macrobii codicibus et edd. recentt. e Menelai sermone sumptus: sed Plutarchus claris verbis dicit: *ἡ γὰρ Ἑλένη πίνουσιν αὐτοῖς διηγεῖται περὶ τοῦ Ὀδυσσέως*, et versus qui apud eum et in Macrobii edd. vett. leguntur (vid. app.) sumpti sunt ex Helenae sermone. Statuendum est ergo Ma-

ditis talibus ad emendationem venirent. Sic autem vitiis inreti- 22
tos, si et hoc in conviviis exegerit loquendi ordo, feriet philosophia non sentientes, ut Liber pater thyrso ferit per obliquationem circumfusae hederae latente mucrone, quia non ita profitebitur in convivio censorem ut palam vitia castiget: ceterum his obnoxii re- 23
pugnabunt, et talis erit convivii tumultus, ut sub huiusmodi invitati videantur edicto:

Quod superest, laeti bene gestis corpora rebus
Procurate viri et pugnam sperate parati,

aut, ut Homerus brevius et expressius dixit:

Νῦν δ' ἔρχεσθ' ἐπὶ δεῖπνον, ἵνα ξυνάγωμεν Ἄρηα.

Ergo si oportunitas necessariae reprehensionis emerserit, sic a 24
philosopho proficiscetur, ut et tecta et efficax sit. Quid mirum, si feriet sapiens, ut dixi, non sentientes, cum interdum sic reprehendat, ut reprehensus hilaretur, nec tantum fabulis suis sed interrogationibus quoque vim philosophiae nihil ineptum loquentis ostendet? Hanc ergo nullus honestus actus locusve, coetus nul- 25
lus excludat, quae ita se aptat ut ubique sic appareat necessaria [206]
tamquam abesse illam nefas fuerit.

Edd. vicahgspdzb.]

prope venirent H2. 22. *Sic autem* cet.] Cf. Plut. l. c., 3. — *ferit* add. in mg. a sec. m. H. — *latentem mucronem* Ps-z. „Interpretetur haec Stephanus, qui sic mutavit, aut postremus editor, qui in alterius sententiam ivit. Omnes alii *latente mucrone*, quod interpretatione non eget. Possis quoque: *thyrsi ferit ... latente mucrone.*" Gron. 23. *videantur invitati* H2. — *Quod*] Aen. IX, 157. — *et quod* S. — *corpore* h. — *parari* A Sal. — *aut* (om. *ut*) H1. — *Νῦν δ'*] Il. β', 381. Cf. Plut. l. c., 3. *Νῦν δ' ... Ἄρηα* om. ASH1v. 24. *Ergo si ...* (§ 25.) *nefas fuerit*] Cf. Io. Saresb. l. c. — *si ut H.* — *a philosophis* S. — *ut et tecta* etc.] Cf. Plut. l. c., 3 et 4. *et recta* hzb. *et cta* P. — *si ferit et* S. *si feriat* Sar. — *nec tamen* hg Sar. — *tantum .. locusve* (§ 25.) om. H2. 25. *coetusve* Sv. — *nullus* om. Av. — *sese* S.

crobium ad similem Homeri versum aberrasse.

22. *Liber pater*] Plutarchus l. c. 3. p. 614. A.: Ὡς γάρ, inquit, αἱ παρ' Εὐριπίδῃ μαινάδες ἄνοπλοι καὶ ἀσίδηροι τοῖς θυρσαρίοις παίουσαι τοὺς ἐπιτιθεμένους τρωματίζουσιν.

per obliquationem .. latente mucrone] Cf. I, 19, 2. *Sed cum thyrsum tenet* (Liber pater), *quid aliud quam latens telum gerit, cuius mucro hedera lambente protegitur.* Adnotationi ibid. addendus erat hic locus, et prolegomenis p. XLII. nova vox *obliquatio*.

profitebitur .. censorem] Cf. c. 5. § 5. *gulae patronum .. profitebor.* Addendum erat *se* et *me*. Cf. Cic. Tusc. II, 4, 12. *Si grammaticum se professus quispiam barbare loquatur*, p. Rosc. Am. 2, 6. *ut .. adiutores vos profiteamini.*

23. *Ceterum*] positum est *pro alioquin*. Vid. Hand. Tursell. II, p. 39.

his] i. e. vitiis. Cf. c. 3, § 14. Salust. Catil. 52, 21. *Animus .. neque delicto neque libidini obnoxius.*

ut Homerus .. dixit] Haec dicta sunt, quasi serio adhibitus sit Homeri versus. Plutarchus p. 614. C. ei praemisit haecce: Ἐκφεύγοντα τοῦτο δὴ τὸ παιζόμενον οὐκ ἀηδῶς πρὸς τοὺς ἐρίζοντας καὶ σοφιστιῶντας.

24. *fabulis*] i. e. sermonibus. Cf. c. 2. § 8. Alias idem valet quod *colloquium*, ut apud Lamprid. Heliogab. 25. *Quum inter fabulas privatas sermo esset ortus* cet.

nihil ineptum] Sic fortasse scripsit Macrobius, propter genitivum *loquentis* ad quem quis referre potuisset *inepti*.

II. Et Avienus: Novas mihi duas disciplinas videris inducere interrogandi vel etiam reprehendendi, ut alacritas utrimque his ad quos sermo est excitetur, cum dolor semper reprehensionem vel iustam sequatur: unde haec quae leviter attigisti fac
2 quaeso enarrando planiora. Primum, inquit Eustathius, hoc teneas volo, non de ea me reprehensione dixisse quae speciem accusationis habet, sed quae vituperationis instar est. Hoc Graeci σκῶμμα vocant, non minus quidem amarum quam accusatio, si inportune proferatur: sed a sapiente sic proferetur ut dulcedine
3 quoque non careat. Et ut prius tibi de interrogatione respondeam, qui vult amoenus esse consultor ea interrogat quae sunt interrogato facilia responsu, et quae scit illum sedula exercitatione
4 didicisse. Gaudet enim quisquis provocatur ad doctrinam suam in medium proferendam, quia nemo vult latere quod didicit, maxime si scientia quam labore quaesivit cum paucis illi familiaris et plurimis sit incognita, ut de astronomia vel dialectica ceterisque similibus. Tunc enim videntur consequi fructum laboris, cum adipiscuntur occasionem publicandi quae didicerant sine
[207] ostentationis nota, qua caret qui non ingerit sed invitatur ut
5 proferat. Contra magnae amaritudinis est, si coram multis aliquem interroges quod non opima scientia quaesivit. Cogitur enim aut negare se scire, quod extremum verecundiae damnum putant, aut respondere temere et fortuito se eventui veri falsive committere, unde saepe nascitur inscitiae proditio: et omne hoc
6 infortunium pudoris sui inputat consulenti. Nec non et qui obierunt maria et terras gaudent, cum de ignoto multis vel terrarum situ vel sinu maris interrogantur, libenterque respondent

[Mss. APSH12.

II. *Caput II. De quibus libenter quisque interrogetur.* ch-b. 1. *interrogandi* cet.] Cf. Plut. Symp. II, 1, 1. — *vel* (om. *etiam*) v. *et* s-b. — *iis* v-g. — *vel iustam* (om. *sequatur*) P. *exequatur* (om. *vel iustam*) H1. — *narrando* H2. 2. *eustachius* H2vic. — *teneatis* S. — *scomma* Mss. et Edd. — *quidem* om. H2. — *proferetur* (om. *sic*) s-b. *non proferetur* P. 3. *Et prius* (om. *ut*) ASH12v1M12. — *tibi* om. A. — *de interrogando* H12v-g. — *Qui vult* .. (§ 9.) *relatum*] Cf. Io. Saresb. l. c. — *vult avienus consultor esse* H2. — *ea interrogat* cet. (§§ 3-8.)] Cf. Plut. l. c., 2. — *respondere* H. 4. *in medio* S. — *adquisivit* H2. — *et dialectica* H2. 5. *interroges aliquem* v-g. — *optima* Edd. PS. *opitima* (del. *ti*) H2. — *temere, fortuito* (om. *et*) A. 6. *qui obierunt*

II, 2. *vituperationis*] Dicendum fuisse *irrisionis* docet Graecum σκῶμμα.

3. *qui vult amoenus esse consultor*] i. e. qui grato modo aliquem vult interrogare. Cf. § 5. *consulenti* et vid. prolegg. p. XLIV.

quae didicerant] Vid. not. ad I, 20, 12., ubi hic locus erat addendus.

5. *qui non ingerit*] ultro invitis. Cf. Sen. de ben. VII, 22, 2. *Quidam beneficium quod dederunt omnibus circulis narrant: hoc sobrii loquuntur, hoc ebrii non continent, hoc ignotis ingerunt, hoc amicis committunt.*

extremum verecundiae damnum] Vid. not. ad IV, 1, 2.

nascitur inscitiae proditio] i. e. fit, ut quis ipse prodat inscitiam suam.

infortunium pudoris sui] i. e. quod in eam incidit calamitatem ut res sibi pudori sit. Cf. c. 3, § 11.

consulenti] Vid. not. ad § 3.

et describunt modo verbis modo radio loca, gloriosum putantes
quae ipsi viderint aliorum oculis obicere. Quid duces vel mili- 7
tes? quam fortiter a se facta semper dicturiunt, et tamen tacent
arrogantiae metu? Nonne hi, si ut haec referant invitentur, mer-
cedem sibi laboris aestimant persolutam, remunerationem putan-
tes inter volentes narrare quae fecerint? Adeo antem id genus 8
narrationum habet quendam gloriae saporem, ut, si invidi vel
aemuli forte praesentes sint, tales interrogationes obstrependo
discutiant et alias inferendo fabulas prohibeant illa narrari quae
solent narranti laudem creare. Pericula quoque praeterita vel 9
aerumnas penitus absolutas qui evasit ut referat gratissime pro-
vocatur: nam qui adhuc in ipsis vel paululum detinetur horret
ammonitionem et formidat relatum. Id adeo Euripides expressit:

Ὡς ἡδύ τοι σωθέντα μεμνῆσθαι πόνων.

Adiecit enim σωθέντα, ut ostenderet post finem malorum gratiam
relationis incipere. Et poeta vester adiciendo *olim* quid aliud [208]
nisi post emensa infortunia futuro tempore iuvare dicit memoriam
sedati laboris:

— *Forsan et haec olim meminisse iuvabit?*

Edd. vicabgspdzb.]

maria etc.] Cf. Plut. l. c., 2. — *ambierunt* Sar. — *locos* S. — *gloriosissimum* AH12v-g. — *viderant* SH12v1 Sar. 7. *et milites* Sv-g. — *a se facta* (om. *semper*) P Sar. *semper a se facta* H2. *a se facta saepe* S. — *et non tacent* v. — *hi* om. v-g. — *ut hic* H2. — *sui laboris* Sar. — *existimant* Sar. *extimant* vich. — *fecerant* ASH12 Sar. 8. *interserendo* H2. 9. *Pericula* cet. (§§ 9-15.)] Cf. Plut. l. c., 4. — *reformidat* H2. — *Ideo* AH12v-a. — *Euripides*] in Andromeda (fragm. 27, Both.; 36, Wagn.) Cf. Stob. XXIX, 57, Arist. Rhet. I, 11, 8. — *Ὡς .. πόνων* om. ASH12v-a. — *Ἡδύ τί τοι* Plut. l. c. — *σωθέντα* om. S. — *noster* v-a. — *aliud* om. v3-bP. — *Forsan*] Aen. I, 203. Cf. Io. Saresb.

6. *describunt modo verbis modo radio loca*] Plutarchus Symp. II, 1, 2. p. 630. B.: *Καὶ προθύμως διηγοῦνται καὶ διαγράφουσι κόλπους καὶ τόπους.* Cf. Virgil. Ecl. III, 41. *Descripsit radio totum qui gentibus orbem*, ad quae Heynius adnotavit: „*Radius* proprie geometrarum virga est, qua in pulvere formas delineabant.“; Aen. VI, 850 sq. *Caelique meatus Describent radio*; Cic. Tusc. V, 23, 64. *Homunculum a pulvere et radio excitato .. Archimedem.*

7. *tacent arrogantiae metu*] i. e. metuentes ne arrogantes esse videantur. Cf. § 12. Plutarchus p. 630. C.: *λέγειν αἰδοῦνται.*

8. *habet quendam gloriae saporem*] i. e. movet sensum quendam gloriae, novo modo dictum.

obstrependo discutiant] Plutarchus p. 630. D.: *διακρούονται καὶ παρατρέπουσι.*

fabulas] Cf. c. 1, § 24.

prohibeant illa narrari] Cf. c. 12, § 4. *Id fieri sal .. prohibet.*

9. *relatum*] Haec vox in lexicis uni Tacito tribuitur, qui Germ. 3. et Hist. I, 30. usus est casu ablativo, et uno tantum loco, ubi relatio consulum significatur, Ann. XV, 22., accusativo.

Id adeo] i. e. *τοῦτό γε.* Cf. Hand. Tursell. I, p. 144 sq.

poeta vester] dicit Eustathius Graecus. Cf. V, 2, 17.

quid aliud nisi] dicitur, ut saepe *nihil aliud nisi*; cf. Cic. p. Sest. 6, 14. de imp. Pomp. 22, 64. Livius, ut II, 8, 8. et II, 29, 4. *nihil aliud quam*, dicit IV, 3, 3. *Quid aliud quam admonemus?*

post emensa infortunia] Cf. Liv. XXI, 30, 5. *partem itineris emensam*, et XLIII, 21, 9. *itinere ingenti emenso.*

sedati laboris] i. e. cuius sensus omnino est exstinctus. Cf. Plaut. Poen. V, 4, 107. *Multorum anno-*

10 Nec negaverim esse malorum genera quae non vult qui pertulit vel transacta meminisse, nec minus interrogatus offenditur quam cum in ipsis malis fuit: ut qui carnifices expertus est et tormenta membrorum, aut qui infaustas pertulit orbitates, vel cui nota quondam adflicta censoria est. Cave interroges, ne videaris
11 obicere. Illum saepe, si potes, ad narrandum provoca, qui recitando favorabiliter exceptus est, vel qui libere et feliciter legationem peregit, vel qui ab imperatore comiter affabiliterque susceptus est, vel si quis tota paene classe a piratis occupata seu ingenio seu viribus solus evasit, quia vix inplet desiderium loquentis
12 rerum talium vel longa narratio. Iuvat, si quem dicere iusseris amici sui repentinam felicitatem quam sponte non audebat vel
13 dicere vel tacere modo iactantiae modo malitiae metu. Qui venatibus gaudet interrogetur de silvae ambitu, de ambage lustrorum, de venationis eventu. Religiosus si adest, da illi referendi copiam, quibus observationibus meruerit auxilia deorum, quantus illi cerimoniarum fructus, quia et hoc genus religionis existimant, numinum beneficia non tacere: adde quia volunt et amicos se
14 numinibus aestimari. Si vero et senex praesens est, habes occa-

[Mss. APSH12.

l. c. 10. *vel qui* H2. — *afflicta* (in mg. „alias *adficta*: vel, *adfixa*.“) g. „*Adficta* videatur non absonum. Propert. [I, 12, 1.] *Quid mihi desidiae non cessas fingere crimen.*“ Pont. 11. *si potest* H1. — *exceptus* (om. *est*) S. *susceptus est* A. — *qui .. peregit*] Cf. Plut. l. c., 2. — *vel ab* (om. *qui*) v. — *narratio longa* S. 12. *Iuvat* ... (§ 14.) *familiaris*] Cf. Io. Saresb. l. c. — *si quidem* A a p. m.; SH2. — *si iusseris* H2. — *felicitatem: quantus illi honor accreverit: quam* v. — *non audebat* om. H2. *non debebat* H1 (H2 in mg.). — *vel tacere vel dicere* v-g. — *modo vel malitiae* S. 13. *et ambage* H2. — *lustorum* A. — *de venationis ambitu* H2. — *estimant* Sar. — *adeo quia* S. — *existimari* Sab. *extimari* vichg. 14. *praesens senex* S. — *interrogass*

rum miserias nunc hac voluptate sedo, et Terent. Hecyr. prol. alt. 23 sq. *Eam calamitatem vestra intelligentia Sedabit.*

10. *infaustas*] i. e. infelicibus casibus ortas.

11. *recitando*] Plutarch. p. 630. F.: *πῶς εὐημέρησαν ἐπὶ βήματος*. Cf. c. 3. § 7. *Ciceroni recitanti*, quod est apud Plutarchum p. 631. D. *λέγοντος αὐτοῦ*. Vid. etiam prolegg. p. XL.

comiter affabiliterque] Cf. Cic. de off. II, 14, 48. *Quanto opere conciliet animos comitas affabilitasque sermonis.* Adverbio *affabiliter* usus est Spartianus Carac. 3., et superlativo Gellius XVI, 3, 5.

susceptus est] Hoc verbum positum esse videtur, ne parvo intervallo idem verbum iteraretur: vid. prolegg. p. XLIV. Proprie *suscipi* dicitur qui est adiuvandus, ut *candidatus* apud Plin. ep. VI, 6, 9., vel erudiendus, ut *discipulus* apud Quintil. Inst. II, 5, 1; XI, 1, 55. Plutarchus brevius: *ἢ προσηγορεύθησαν ὑπὸ βασιλέως*.

ingenio] i. e. consilio.

12. *malitiae metu*] Cf. § 7. Plutarchus p. 631. A. *φυλαττόμενοι δόξαν ἐπιχαιρεκακίας*.

13. *de silvae ambitu* cet.] Plutarchus l. c. habet tantum *περὶ κυνῶν*.

de ambage lustrorum] i. e. de variarum *ambage viarum*, ut ait Ovidius Met. VIII, 161., quibus venator venit in ferarum *invia lustra*, ut ait Virgilius Aen. IV, 151.

Religiosus cet.] Plutarchus l. c. *Ὁ δ' εὐσεβὴς καὶ φιλοθύτης διηγηματικὸς ὀνείρων καὶ ὅσα χρησάμενος ἢ φήμαις ἢ ἱεροῖς ἢ θεῶν εὐμενείᾳ κατώρθωσεν, ἡδέως ἂν καὶ περὶ τούτων ἐρωτῷτο ἄν.*

adde quia] ponitur pro *adde quod*. Vid. not. ad Comm. I, 6, 62.

sionem qua plurimum illi contulisse videaris, si eum interroges vel quae ad illum omnino non pertinent. Est enim huic aetati [209] loquacitas familiaris. Haec sciens Homerus quandam congeriem 15 simul interrogationum Nestori fecit offerri:

Ὦ Νέστορ Νηληϊάδη, σὺ δ' ἀληθὲς ἔνισπε,
πῶς ἔθαν' Ἀτρείδης εὐρυκρείων Ἀγαμέμνων;
ποῦ Μενέλαος ἔην; —
ἦ οὐκ Ἄργεος ἦεν Ἀχαιϊκοῦ.

Tot loquendi semina interrogando congessit, ut pruritum senectutis expleret. Et Virgilianus Aeneas gratum se ad omnia prae- 16 bens Evandro varias illi narrandi occasiones ministrat. Neque enim de una re aut altera requirit, sed

— singula laetus
Exquiritque auditque virum monumenta priorum,

et Evander consultationibus captus scitis quam multa narraverit.

III. Haec dicentem favor excepit omnium. Sed mox sub- 1 iecit Avienus: Vos omnes, qui doctorum doctissimi adestis, oraverim ut hortatu vestro Eustathius quae de scommate paulo ante dixerit animetur aperire. Omnibusque ad hoc provocantibus ille contexuit: Praeter categoriam, quae *ψόγος* est, et praeter *δια-* 2 *βολὴν*, quae delatio est, sunt alia duo apud Graecos nomina, *λοιδορία* et *σκῶμμα*, quibus nec vocabula Latina reperio, nisi forte

Edd. vicahgspdzb.]

(sup. add. *es*) H2. 15. *Ὦ Νέστορ*] Od. γ', 247. — *Ὦ Νέστορ … Ἀχαιϊκοῦ* om ASH12vi. In c-g leguntur integri versus Od. γ', 243-252. *Νῦν δ' ἐθέλω … κατέπεφνεν* (c in mg. „Locus illustratus ex 3 Odyss). — v. 2. *ειρπεc* (om. *εὐρυκρείων Ἀγαμέμνον*) P. — v. 4. *H* spd. *Ἡ* zb. — *Ἀχαϊκοῦ* c-bP. 16. *narrandi illi* H2. — *occasiones narrandi* S. — *singula*] Aen. VIII, 311. In s-b *sed* adscriptum est Virgilii verbis.

III. *Caput III. De vario scommatum genere: et quam caute his utendum inter convivas.* ch-b. 1. *omnium excepit* s-bP. — *orationum ut* H2. — *ortatu* H1. *oratu* H2. — *eustachius* AH2vic. — *dixerat* H2. 2. *est* (om. *ψόγος*) S. *ψoc est* P. *ψoroc est* A. *est ψόγος* v-g. — *διαβολὴν* om. S. ΔΙΑΒΟΛΗΝ A. — *loedoria* (S *led.*) *et scomma* ASH12v-g. — *loedoriam*

16. *ad omnia*] Conf. Hand. Tursell. I, p. 98., qui affert Frontin. I, 11, 13. *Ut barbari ad omnia .. obedirent*, et apud Apul. Metam. X, 17, p. 218. legi vult: *Adque haec omnia perfacile obediebam*, ubi Hildebrandus defendit vulgatum *atque*.

consultationibus] Cf § 3.

III, 1. *favor excepit omnium*] Cf. c. 5, § 33. *His favorabiliter exceptis*, et c. 15, § 1. *His dictis favor ab omnibus exortus est.*

animetur aperire] Hoc unum huius constructionis affertur exemplum.

contexuit] orationem antecedenti. Sic nullo addito accusativo Plinius N. H. XX, 5, s. 18. *Et quoniam plerosque similitudo nominum Graecorum confundit, contex imus et de sili*, et addito accusativo idem XXI, 20. s. 79. *Contexemus et Gallici nardi remedia*, et XXXV, 12. s. 43. *De pictura satis superque; contexuisse his et plasticen conveniat.*

2. *categoriam*] In hac voce litteris Latinis scribenda (ut infra *loedoria*) ut librarios secutus sum, ita ipsum Macrobium pro Latina eam habuisse demonstrat id, quod opponitur voci *delatio*.

quae delatio est] Rectius in Stephani thes. l. Gr. *διαβολὴ* redditur vocibus: *Calumnia, criminatio, obtrectatio.*

nec] ponitur pro *ne quidem*. Cf. prolegg. p. XLI.

[210] dicas loedoriam exprobrationem esse ac directam contumeliam: scomma enim paene dixerim morsum figuratum, quia saepe
3 fraude vel urbanitate tegitur, ut aliud sonet aliud intellegas. Nec tamen semper ad amaritudinem pergit, sed nonnumquam his in quos iacitur et dulce est. Quod genus maxime vel sapiens vel alias urbanus exercet, praecipue inter mensas et pocula, ubi faci-
4 lis est ad iracundiam provocatio. Nam sicut in praecipiti stantem vel levis tactus inpellit, ita vino vel infusum vel aspersum parvus quoque dolor incitat in furorem. Ergo cautius in convivio abstinendum scommate quod tectam intra se habet iniuriam. Tanto enim pressius haerent dicta talia quam directae loedoriae, ut hami angulosi quam directi mucrones tenacius infiguntur: maxime quia dicta huiusmodi risum praesentibus movent, quo velut
6 adsensus genere confirmatur iniuria. Est autem loedoria huiusmodi: *Oblitusne es quia salsamenta vendebas?* Scomma autem, quod diximus saepe contumeliam esse celatam, tale est: *Meminimus quando brachio te emungebas.* Nam cum res eadem utrobi-

[Mss. APSH12.
... (§ 6.) *quod figurate*] Cf. Io. Saresb. VII, 25. — *ad directam* ASv-gb. *scomma enim ... aurem forare* (§ 7.)] Cf. Plut. Symp. II, 1, 4. 3. *iis in quos* v-g. — *vel alius* S. 4. *levis flatus* ichg (g in mg. *tactus*). 5. *impressius* Sar. — *coangulosi* vi. *coagulosi* c. 6. *Est enim* v. — *te* om. H2. — *sic dicta sit* P. 7. *natu libyus* ichg (g

morsum figuratum] Cf. § 6. et Quintil. Inst. IX, 2, 65. *Iam enim ad id genus .. veniendum est, in quo per quandam suspicionem quod non dicimus accipi volumus: non utique contrarium, ut in εἰρωνείᾳ, sed aliud latens, et auditori quasi inveniendum, quod, ut supra* [1. § 14.] *ostendi, iam fere solum schema a nostris vocatur, et unde controversiae figuratae dicuntur.* Plutarchus p. 631. D. dicit: *Δῆλον γὰρ ὅτι ὅλως δῆγμα τι προσέσται αὐτῷ τῷ σκώμματι*, et paulo infra (E): *Ὀνειδισμὸς γάρ ἐστι τῆς ἁμαρτίας παρεσχηματισμένος τὸ σκῶμμα.*

ut aliud sonet] Subiectum est *scomma.* Cf. § 17. *Verba laudem sonantia.*

3. *ad amaritudinem pergit*] idem fere est quod *amaritudinis sensum excitat.* Cf. c. 16. § 13. *Semen est generatio ad eius ex quo est similitudinem pergens.*

inter mensas] i. e. inter coenam. Vid. not. ad c. 1, § 1.

4. *vino vel infusum vel aspersum*] Plutarchus p. 631. C. brevius: *ἐν οἴνῳ.* Cf. c. 5. § 14. *infusus vino fit similis insano*, et Cic. Philipp. XIV, 3, 6. *Imbuti sanguine gladii .. vel madefacti potius.* Casp. Barthius Advers. XXXVII, 6, p. 1683. Latino sermone dicit *infusum* saepe perfusum et velut maceratum humore significare, allato praeter hunc Macrobii locum Cael. Aurel. lib. II. Acut. c. 37. *panis aceto infusus.*

5. *pressius*] i. e. firmius.

ut] post *tanto* ponitur pro *quanto.*

6. *Oblitusne es cet.*] Plutarchus p. 631. D.: *Ὁ γὰρ εἰπὼν ταριχοπώλην αὐτόθεν ἐλοιδόρησεν· ὁ δὲ φήσας· Μεμνήμεθα τῷ βραχίονι ἀπομυττόμενον, ἔσκωψε.* Vid. not. infra seq.

quia] Vid. not. ad Comm. I, 6, 62.

saepe] Vid. not. ad Sat. I, 2, 2.

brachio te emungebas] Cf. praeter Plutarch. l. c. ad Herennium IV, 54, 67. *Per consequentiam significatio fit, quum res quae sequuntur aliquam rem dicuntur, ex quibus tota res relinquitur in suspicione, ut si salsamentarii filio dicas: Quiesce tu cuius pater cubito se emungere solebat*, et Horatii vita quae adscribitur Suetonio, 1. *Q. Horatius Flaccus Venusinus, patre .. salsamentario, quum illi quidam in altercatione exprobrasset: Quotiens ego vidi patrem tuum brachio se

que dicta sit, illud tamen loedoria est, quod aperte adiectum exprobratumque est: hoc scomma, quod figurate. Octavius, qui 7
natu nobilis videbatur, Ciceroni recitanti ait: *Non audio quae dicis.* Ille respondit: *Certe solebas bene foratas habere aures.* Hoc eo dictum est quia Octavius Libys oriundus dicebatur, quibus mos est aurem forare. In eundem Ciceronem Laberius, cum ab 8

Edd. vicaligspzbd]

in mg. *nobilis*). — *lybis* AH1. *libis* H2. — *oriundo* P. 8. *dicente*

emungentem cet. Suid. s. v. ἀγκών: Καὶ παροιμία. Τῷ ἀγκῶνι ἀπομυσσόμενοι. Βίων φησὶν ὁ φιλόσοφος· Ἐμοῦ ὁ πατὴρ μὲν ἦν ἀπελεύθερος, τῷ ἀγκῶνι ἀπομυσσόμενος· διεδήλου δὲ τὸν ταριχέμπορον. Erasm. Adag. II, 4, 8.: „*Cubito emungens.* Proverbialis ironia in hominem sordidi quaestus et conditionis abiectae, a salsamentariis ducta, quibus mos est narium mucum cubito abstergere, nimirum manibus muria et salsugine oppletis."

7. *Octavius*] Videtur intelligendus esse Octavianus Augustus. Vid. infra.

qui natu nobilis videbatur] Haec mihi displicent, namque videtur pro voce *nobilis* potius negatio quaedam nobilitatis flagitari, ut *Libys* (non ut legitur in edd. vett. *Libyus*), id quod commendat Plutarchus, qui habet l. c.: Καὶ Κικέρων πρὸς Ὀκταούϊον ἐκ Λιβύης εἶναι δοκοῦντα. Nihil tamen mutaverim propter ea quae sequuntur, nisi vero statuendum est verba: *Hoc eo dictum est ... aurem perforare* non ab ipso profecta esse Macrobio.

recitanti] Vid. c. 2, § 11.

Certe solebas bene foratas habere aures] Plutarchus l. c. scripsit: Καὶ μὴν τετρυπημένον, ἔφη, ἔχεις τὸ οὖς. Etiam Macrobius infra posuit singularem numerum, *aurem forare*, ubi vid. not

eo .. quia] idem est quod *ideo .. quod* c. 6, § 14.

Libys oriundus] Dicendum erat e *Libya*, ut Plutarchus l. c. dicit: ἐκ Λιβύης εἶναι δοκοῦντα: neque tamen sic esse scribendum putaverim, quia sic minus est ferenda σύνεσις in pronomine *quibus*, quod videtur indicare esse scribendum e *Libybus*, ut ex *Etruscis oriundus* dicit Livius II, 9.; vel certe *Libye*. De re Suetonius Octav. 4.: *M. Antonius*, inquit, *despiciens etiam maternam Augusti originem, proavum eius Afri generis fuisse et modo unguentariam tabernam modo pistrinum Ariciae exercuisse.*

quibus mos est aurem forare] „Immo et mollem hoc scommate Octavium istum denotaverit Tullius. Septimius Tertull. *Aurem quoque foratu effeminatus. Quod illi apud Sigaeum statua servat plane.* Et Iuvenal. Sat. I. [v. 103 sqq.] *Quamvis Natus ad Euphratem, molles quod in aure fenestrae Arguerint, licet ipse negem.* Quibus addit interpres vetus: *Arguit homines qui, cum propter libidinem libertatem meruissent, et in libertinorum corpus et tribus relati essent, pertusis auribus signa libertinorum celare non poterant.*" PONT. Add. in dz: „Apuleius *nobilitatis insigne* appellavit in libro de dogmate Platonis I. [4.]: *Auri tantum quantum puer nobilitatis insigne in auricula gestaret.*" — „Omnino populis orientis hic mos communis fuisse olim videtur. Etenim Arabibus illum tribuit Petronius [c. 102.] in illo: *Pertunde aures, ut imitemur Arabes:* Iuvenalis [l. c.] accolis Euphratis, Lydis Xenophon Anab. III. Vid. Barth. ad Claud. VI. Cons. Honor. 528." ZEUN. — De Graecis Isidorus Orig. XIX, 31, 10.: *Inaures ab aurium foraminibus nuncupatae, quibus pretiosa genera lapidum dependent. Harum usus in Graecia, puellae utraque aure, pueri tantum dextra gerebant.* Sed huc facit inprimis quod ad Petronium l. c. adnotavit Wouweren: „Familiare Iudaeis Poenis aliisque qui Romanis barbari aures perforare, unde Plautus Poenulo Act. V. sc. 2. v. 21. *Incedunt cum anulatis auribus*", et Barthius: „De Libybus hoc Macrobius et Dio in Macrino [LXXVIII, 11.] Ὁ δὲ δὴ Μακρῖνος τὸ μὲν γένος Μαῦρος ...

eo ad consessum non reciperetur, dicentem: *Reciperem te, nisi* [211]*anguste sederemus*, ait mimus ille mordaciter: *Atqui solebas duabus sellis sedere,* obiciens tanto viro lubricum fidei. Sed et quod Cicero dixit: *nisi angusta sederemus*, scomma fuit in C. Caesarem, qui in senatum passim tam multos admittebat ut eos quat-
9 tuordecim gradus capere non possent. Tali ergo genere, quod fetum contumeliae est, abstinendum sapienti semper, ceteris in
10 conviviis est. Sunt alia scommata minus aspera, quasi edentatae beluae morsus, ut Tullius in consulem qui uno tantum die consulatum peregit: *Solent,* inquit, *esse flamines diales: modo consules diales habemus*, et in eundem: *Vigilantissimus est consul noster, qui in consulatu suo somnum non vidit*, eidemque exprobranti sibi quod ad eum consulem non venisset: *Veniebam*, inquit, *sed nox*
11 *me conprehendit.* Haec et talia sunt quae plus urbanitatis minus amaritudinis habent, ut sunt et illa de nonnullis corporis vitiis aut parum aut nihil gignentia doloris, ut si in calvitium cuius-

[Mss. APSH12.

v. *idicente* P. — *sederem* s-bP. Cf. II, 3, 10. — *mimus ille mordaciter* (A *m* corr. in *n*; H2 *nim*, sup. add. *us*) SH1spdM123. *minus ille mord.* zbP. *ille minus mord.* v. *ille nimis mord.* i-g. *nimis mordaciter ille* E. — *Atquin* s-z. — *Sed id quod* v-g. — *sederem* s-bP. — *in G. Caesarem* AH1. *in gaium caes* H2. 9. *genere* om. H1. — *foetum* v-gbP. *factum* s-z. — *sapiente* p2-b. — *super caeteris* v. „Praefero hanc Venetae et Ms. lectionem ... Super caeteros convivas, inquit, certe sapientibus non solum scommate sed et loedoria abstinendum cet.“ Gron. — *in convivio est* SviagM123. *in convivio* (om. *est*) ch. *in omnino est* „Stoeriana, typorum lapsu, ut reor.“ Gron. 10. *Sunt alia ... conprehendit*] Cf. Io. Saresb. l. c. — *quasi* om. v. — „*Ut M. Votacilius in consulem qui ... peregit. Solebant* etc. Sic ex lib. II. cap. 2. hunc locum restituimus.“ g in mg. Vid. not. — *consul noster canius* Sar. — *et ad eundem* vl Sar. *et idem in eundem* H2. — *Vigilantissimus*] Cf. lib. II, c. 3, § 6. — *Veniebam*] Cf. ib. § 5. 11. *quae plus ... (§ 13.) gignantur*] Cf. Io. Saresb. VIII, 10. — *sunt exilia* H2. *sunt nonnulla* P. *sunt illa* (om. *et*) Sar. — *corporeis* c-bP. *corporum* Sar. — *de nonn. corp. vitiis*] Cf. Plut. Symp. II, 1, 9. — *ut parum ut nihil*

τά τε γὰρ ἄλλα καὶ τὸ οὖς τὸ ἕτερον κατὰ τὸ τοῖς πολλοῖς τῶν Μαύρων ἐπιχώριον διετέτρητο.“ Quem locum in Barthii illa adnotatione praetermisisse Zeunium est sane quod miremur. Id forsitan eum vexaverit, quod ibi legitur „Dio in Macrone“. Nititur autem hic locus eo quod apud Graecos *ὦτα τετρυπημένα* dicebantur aures; quae quemvis sonum facile admitterent.

8. *In eundem Ciceronem*] Quae sequuntur (§§ 8–10.) ea apud Plutarchum non leguntur. Repetita sunt haec ex lib. II, cap. 3., sed non plane iisdem verbis.

duabus sellis sedere] Vid. not. ad II, 3, 10. Nos eodem sensu: „*Auf zwei Achseln tragen.*“

lubricum fidei] Cf. II, 1, 5. *saltationis lubrico*, ubi vid. not.

passim] i. e. sine ullo delectu. Cf. I, 10, 22. II, 8, 5., et infra c. 15. § 11.

quattuordecim gradus] Plinius XXXIII, 2. s. 8. § 32. dixit *in quattuordecim ordinibus:* alii *in quattuordecim* tantum. Vid. II, 3, 10.

9. *fetum contumeliae*] Aliorum scriptorum usus postulat ablativum.

10. *Tullius*] „Non Tullio hoc tribuit scomma superius Servius, sed M. Otacilio Pitholao. Vid. lib. II. cap. 2. [§ 13.].“ Pont.

modo] rei novitatem significat. Cf. Hand. Tursell. III, p. 642.

consules diales] Vid. not. ad II, 2, 13.

Veniebam] i. e. *volui venire*, ut legitur II, 3, 5. Cf. Cic. p. Ligar. 8, 24 et 25., p. Mil. 16, 43.

quam dicas, vel in nasum seu curvam erectionem seu Socraticam depressionem. Haec enim quanto minoris infortunii sunt, tanto levioris doloris. Contra oculorum orbitas non sine excitatione 12
commotionis obicitur: quippe Antigonus rex Theocritum Chium, de quo iuraverat quod ei parsurus esset, occidit propter scomma ab eodem de se dictum. Cum enim quasi puniendus ad Antigonum raperetur, solantibus eum amicis ac spem pollicentibus quod omni modo clementiam regis experturus esset, cum ad oculos eius venisset, respondit: *Ergo inpossibilem mihi dicitis spem salu-*[212]

Edd. vicahgspdzb.] (sup. add. *a* . . . *a*). — *lenioris* v-g (*tanto suavius laedunt* Sar.).
12. *Antigonus*] Cf. Plut. l. c. — *ab eo* S. — *dictum de se* H2. — *omnino* v-g Sar. *omnino modo* s. *omnimode* s-b. — *ad eius oculos* v-g.

11. *parum*] h. l. idem valet ac *non multum*.
cuiusquam] positum est pro *cuiuspiam*.
in nasum] Aut h. l. dicendum erat *nasi*, aut addenda erant nomina adiectiva pro substantivis.
seu curvam erectionem seu Socraticam depressionem] Plutarchus Symp. II, 1, 9.: *Οἷον εἰς γρυπότητα καὶ σιμότητα σκωπτόμενοι γελῶσιν.* Apud Platonem Theaetet. p. 143 extr. Theodorus ad Socratem: *Νῦν δὲ*, inquit, *καὶ μή μοι ἄχθου, οὐκ ἔστι καλός, προσέοικε δὲ σοὶ τὴν σιμότητα*, et apud Xenophontem Sympos. 5, 6. Critobulus: *Τὸ δὲ δὴ σιμὸν τῆς ῥινὸς πῶς τοῦ ὀρθοῦ κάλλιον;* Pontanus minus commode confert quae a Platone de rep. V, p. 474. mutuatus est Aristaenetus lib. I, ep. 18.: *Καὶ ὁ μέν τις τῶν νέων ὅτι σιμὸς ἐπίχαρις παρὰ σοὶ κληθεὶς ἐπαινεῖται· τοῦ δὲ τὸ γρυπὸν βασιλικὸν ἔφης.* Quae habet etiam Plutarchus de adul. 12. p. 56. D.
infortunii] Cf. c. 2, § 5.
12. *non sine excitatione commotionis*] est pleonasmus quidam. Cf. Quintil. Inst. V, 10, 28. *His adiiciunt quidam commotionem: hanc accipi volunt temporarium animi motum, sicut iram pavorem.*
Antigonus rex Theocritum Chium .. occidit] Haec res, quae e Plutarchi Sympos. II, 1, 9. desumpta est, ab ipso Plutarcho aliter narratur de lib. educ. 14. p. 11. B.: *Ἀντίγονον δὲ τὸν βασιλέα τῶν Μακεδόνων ἑτερόφθαλμον ὄντα τὴν πήρωσιν προφέρων εἰς οὐ μετρίαν ὀργὴν κατέστησε. Τὸν γὰρ ἀρχιμάγειρον Εὐτροπίωνα γεγενημένον ἐν τάξει ἐκπέμψας παραγενέσθαι πρὸς αὐτὸν ἠξίου καὶ λόγον δοῦναι καὶ λαβεῖν· ταῦτα δὲ ἀπαγγέλλοντος ἐκείνου πρὸς αὐτὸν καὶ πολλάκις προσιόντος· Εὖ οἶδα, ἔφησεν, ὅτι ὠμόν με θέλεις τῷ Κύκλωπι παραθεῖναι· ὀνειδίζων τῷ μὲν ὅτι πηρὸς, τῷ δὲ ὅτι μάγειρος ἦν. Κἀκεῖνος· Τοιγαροῦν, εἰπὼν, τὴν κεφαλὴν οὐχ ἕξεις, ἀλλὰ τῆς ἀθυροστομίας ταύτης καὶ μανίας δώσεις δίκην, ἀπήγγειλε τὰ εἰρημένα τῷ βασιλεῖ· καὶ ὁ μὲν πέμψας ἀνεῖλε τὸν Θεόκριτον.* Fuisse autem hunc Antigonum natu maiorem, qui cum Alexandro in Asiam profectus post multas fortunae vices factus est Macedoniae rex, docemur Luciani (Macrob. 11.) verbis: *Ἀντίγονος δὲ υἱὸς μὲν ἦν Δημητρίου, υἱωνὸς δὲ Ἀντιγόνου τοῦ μονοφθάλμου.* De Theocrito Chio vid. Theocrit. epigr. 22, 1., Suidam cum adnot. Bernhardyi, Vossium de hist. Gr. IV, 8. p. 459 sq., Ionsium de script. hist. philos. I, 9, 3.
de quo iuraverat quod ei parsurus esset] Vid. prolegg. p. XXXIX. extr. et not. ad Comm. I, 13, 18. et conf. infra *quod . . . experturus esset*.
quasi] positum est pro *ut*. Cf. §§ 20 et 21; c. 9. §§ 4 et 6; c. 12. §§ 16. 19. 23. 33.
omni modo] idem valet ac *utique*, alias idem ac *semper* vel *necessario*, ut c. 14, § 23; Comm. I, 19, 14; 20, 15; de diff. 4, 2; 6, 5; 8, 10; 19, 28; 22, 7. Conf. nostrum „*jedenfalls*“.
impossibilem .. spem salutis] Melius Plutarchus p. 633. C.: *Ἀλλ' ἐμοί, εἶπεν, ἀδύνατα φῂς τὰ τῆς σωτηρίας.*

tis. Erat autem Antigonus uno orbatus oculo. Et inportuna ur-
13 banitas malo dicacem luce privavit. Nec negaverim philosophos quoque incurrisse nonnumquam per indignationem hoc genus scommatis. Nam cum regis libertus ad novas divitias nuper erectus philosophos ad convivium congregasset et inridendo eorum minutulas quaestiones scire se velle dixisset cur ex nigra et ex alba faba pulmentum unius coloris edatur, Aridices philosophus indigne ferens: *Tu nobis,* inquit, *absolve, cur et de albis et de ni-*
14 *gris loris similes maculae gignantur.* Sunt scommata quae in superficie habent speciem contumeliae, sed interdum non tangunt audientes, cum eadem, si obnoxio dicantur, exagitant: ut contra sunt quae speciem laudis habent, et persona audientis efficit con-

[Mss. APSH12.

13. *cum regis libertus* cet.] Cf. Plut. l. c., 12. — *nunc per* H2. — *minutilas* S. *inutiles* Sar. — *scire se nene* H2. — *et ex nigra et ex alba* Avi Sar. *ex nigra et alba* c-g. — *pulmentum fidelua* H2. — *col. un. edat* H1vi Sar. *edat coloris unius* H2. — *absolvas* s-bP. — *cur de* (om. *et*) v-g. — *et nigris* (om. *de*) Edd. P. — *moris* H2. — *gignantur maculae* H2. 14. *Sunt* om. vl. — *quae in superficie habent speciem contumeliae* cet.] Cf. Plut. Symp. II, 1, 5. — „*sed interim* lego.“ Meurs. — *exagitant* AH12Svichg. *exagitent* s-bP. — *quae spec. laud. habent*] Plut. l. c., 6. — *persona .. plena* scripsi e coni. *personam .. plenam* Mss. et Edd. — *efficit* APSH1. *efficiunt* H2. Edd. 15. *De priore genere*

Erat .. uno orbatus oculo] Ergo ad *oculum* tantum, non ad *oculos*, eius ille potuit venire.

13. *incurrisse .. hoc genus scommatis*] i. e. admisisse. Cf. Ulpian. Dig. XXIV,(I,) 13. *Nihil vitii mulier incurrit*, et Lamprid. Alex. Sev. 12. *In milites autem gravissime animadvertit qui forte incurrerunt aliquid quod videretur iniustum.*

regis libertus] Cuiusnam, non liquet. Plutarchi verba p. 634. C. ἀπελεύθερον τοῦ βασιλέως Xylander reddidit verbis: *imperatoris libertus.* Nec lucem affert *Aridices philosophus:* nam hoc nomen semel me legere memini, apud Athenaeum X, 16. p. 420. d, ubi in Arcesilai cuiusdam convivio inter convivas nominatur Ἀριδίκης.

ad novas divitias nuper erectus] i. e. *qui emerserat e mendicitate*, ut ait Cicero in Vatin. 9, 23. Plutarchus l. c.: νεόπλουτον ὄντα.

edatur] i. e. fiat, Plutarchus: γίγνεται.

absolve] Vid. prolegg. p. XLIII extr.

de albis et nigris loris] „Servos lororum sive flagrorum gymnasia esse scimus.“ Pont.

14. *cum .. exagitant*] Cf. I, 4, 16. *cum defendit*, ubi vid. not.

obnoxio] Cf. c. 1, § 23. *his* (vitiis) *obnoxii.* Plutarchus Symp. II, 1, 5. τοὺς ἐνόχους.

et persona audientis efficit contumeliae plena] Sic legendum esse censeo, quum *personam .. plenam* ferri non possit cum singulari numero *efficit*, et pluralis *efficiunt*, qui est in uno codice et in edd., aperte sit misera medela qua sensus corrumpatur. Nam non *persona audientis* potest fieri *contumeliae plena*, hoc sensu certe Macrobius dixisset *persona audiens*, ut infra, § 18. *praesentium personarum*, sed *scommata*, ut supra legitur: *Sunt scommata quae in superficie habent speciem contumeliae:* id autem *efficit persona audientis*, i. e. eius condicio, vel eius mores, ut supra dicitur: *si obnoxio dicuntur*, et infra § 15. *si hoc diceretur male sibi conscio et sua furta recolenti*, et § 17. *si timidissimo dixero, .. aut famosae iniquitatis viro, .. sine dubio verba laudem sonantia ad notam vituperationis suae uterque tracturus est*, et apud Plutarchum p. 632. B. κλέπτῃ δὲ ἀνθυπάτῳ λοιδόρημα καὶ ὄνειδος ἦν, et ib. D. Καὶ γὰρ δάκνουσι μᾶλλον οἱ διὰ τῶν εὐφήμων ὀνειδίζοντες, ὡς οἱ τοὺς πονηροὺς Ἀριστείδας καὶ τοὺς δειλοὺς Ἀχιλλεῖς καλοῦντες. Cf. §

tumeliae plena. De priore prius dicam. L. Quintus praetor de 15 provincia nuper reverterat observata, quod mireris Domitiani temporibus, praeturae maxima castitate. Is cum aeger adsidenti amico diceret frigidas se habere manus, renidens ille ait: *Atqui eas de provincia calidas paulo ante revocasti.* Risit Quintus delectatusque est, quippe alienissimus a suspicione furtorum. Contra, si hoc diceretur male sibi conscio et sua furta recolenti, exacerbasset auditum. Critobulum, famosae pulchritudinis ado- 16 lescentem, Socrates cum ad conparationem formae provocaret, iocabatur, non inridebat. Certe si dicas consummatarum divitiarum viro: *Tibi excito creditores tuos,* aut si nimis casto: *Gratae tibi sunt meretrices, quia continua eas largitate ditasti,* uterque [213] delectabuntur scientes his dictis suam conscientiam non gravari. Sicut contra sunt quae sub specie laudis exagitant, sicut paulo 17 ante divisi. Nam si timidissimo dixero: *Achilli vel Herculi conparandus es,* aut famosae iniquitatis viro: *Ego te Aristidi in aequitate praepono,* sine dubio verba laudem sonantia ad notam vitu-

Edd. vicahgspdzb.] H1h-bP. *De praetore* vl. — *L. Quintus*] Cf. Plut. l. c., 5. *Quintius* c-bP. — *temporis* A. — *Atquin* s-bPH1. — *Quintius* c-bP. 16. *Critobulum .. non gravari*] Cf. Plut. l. c. et Xenophont. Symp. 5. — *sunt tibi* Edd. *sunt* (om. *tibi*) P. — *uterque* AH12s-bPM123. *utrique* S. *utique* v-g. — *conscientiam suam* H2. 17. *Nam si ... tracturus est*] Cf. Plut. l. c., 6. — *paulo ante*] § 14. 18. *Eadem scommata ... hi-*

20. et Cic. p. Arch. 2, 3. *In eiusmodi persona, quae .. minime in iudiciis periculisque tractata est.* Corruptelae causa esse videtur mutatio subiecti, quum e nominativo *quae* intelligendus sit accusativus, ut ex accusativo pronominis relativi alias intelligitur nominativus. Vid. prolegg. p. xxxix. extr.

15. *L. Quintus*] Verum esse videtur *Quintius*, vel *Quinctius*, nam hoc est nomen gentis. Sed etiam Plutarchus Symp. II, 1, 5. p. 632. A. habet *Κοΐντου*.

praetor] Plutarchus dixit tantummodo *τοῦ ἡμετέρου*, quod Macrobius reddidisse videtur verbis: *Domitiani temporibus;* sed infra habet: *Κλέπτῃ δὲ ἀνθυπάτῳ λοιδόρημα καὶ ὄνειδος ἦν*, ut proconsul fuisse videatur. In Fastis consularibus a. u. c. DCCCXXI., quo anno occisus est Vitellius, memoratur *C. Quinctius Atticus*, quem tamen, si respexeris ad ea quae Tacitus Hist. III, 73 et 75. de eo retulit, hic intelligendum esse vix putabis. Alius, *Quinctius Niger*, commemoratur a. u. DCCCLXIX, quo anno Traiano successit Hadrianus. Inter hos nullus eius nominis invenitur consul, ut Fastorum consularium ope res non possit confici.

castitate] i. e. integritate.

renidens] Cf. I, 4, 4.

calidas] Forcellinus interpretatur: „ut quae in re aliena tractanda concaluerint.“ Nos eodem sensu dicimus: „*lange Finger machen.*“

revocasti] i. e. retulisti. Plutarchus: *κεκόμικας*.

recolenti] Cf. Cic. Philipp. XIII, 20, 45. *Quae si tecum ipse recoleris.*

16. *consummatarum divitiarum viro*] Cf. § 21. extr. *consummatae virtutis virum.* Plutarchus p. 632. C. brevius: *τῷ πάνυ πλουσίῳ*.

Tibi excito] Plutarchus usus est verbo *ἐπάγειν*.

uterque delectabuntur] Alias, ut infra, § 17. et Comm. I, 1, 1., *uterque* iungitur cum singulari numero.

17. *famosae iniquitatis viro*] Plutarchus c. 6. p. 632. D.: *τοὺς πονηρούς*.

verba laudem sonantia] Cf. § 2. Plutarchus: *διὰ τῶν εὐφήμων*.

ad notam vituperationis suae] Vid. prolegg. p. xlii.

18 perationis suae uterque tracturus est. Eadem scommata eosdem
modo iuvare modo mordere possunt pro diversitate praesentium
personarum. Sunt enim quae, si coram amicis obiciantur nobis,
libenter audire possimus: uxore vero seu parentibus magistrisve
praesentibus dici in nos aliquod scomma nolimus, nisi forte tale
19 sit quod illorum censura libenter accipiat, ut si quis adolescen-
tem coram parentibus vel magistris inrideat quod insanire possit
continuis vigiliis lectionibusque nocturnis, aut uxore praesente
quod stulte faciat uxorium se praebendo nec ullam elegantiam
eligendo formarum. Haec enim et in quos dicuntur et praesen-
20 tes hilaritate perfundunt. Commendat scomma et conditio dicen-
tis, si in eadem causa sit: ut si alium de paupertate pauper in-
rideat, si obscure natum natus obscure. Nam Tarseus Amphias
cum ex hortulano potens esset et in amicum quasi degenerem

[Mss. APSH12.

laritate perfundunt] Cf. Plut. l. c., 11. — *modo mordere modo iuvare* S. — *et uxore vero* ASv (M2 a sec. m.). — *sive parentibus* H2. — *vel magistris* s-bP. — *aliquid* A. — *scoma* H12. *comma* E. — *nolumus* s-bP.
19. *censuram* S. 20. *Commendat scomma ... laetos fecit*] Plut. l. c., 12. Haec et sequentia usque ad extr. § 22. exscripsit Io. Saresb. VIII, 10. — *obscure natus* H2. — *Tarsius* ca. *Tharseus* ASH12 Sar. *Thar-*

18. *praesentium personarum*] Plutarchus c. 11. p. 634. A.: *τῶν παρόντων.*

libenter audire possimus] Commodius dictum esset *audiamus*, ut etiam supra dici poterat *iuvant* et *mordent*, et infra § 19. *quod insaniat.* Plutarchus: *ἃ .. γελῶσιν, ταῦτα δυσχεραίνουσιν κτλ.*

seu .. ve] Vid. prolegg. p. XLI.

dici in nos aliquod scomma nolimus] Est anacoluthon; nam quum supra legatur: *Sunt enim quae*, h. l. dicendum erat *dici in nos nolimus* tantum, ut huc referretur illud pronomen relativum. Sed non posse omitti verba *aliquod scomma* docet id quod sequitur, *nisi forte tale sit:* ubi coniunctivus positus est, quia praecedit idem modus. Cf. Hand. Tursell. III, p. 231.

quod illorum censura libenter accipiat] i. e. quod audientes illi, qui morum agant censuram, gaudeant. Plutarchus: *πλὴν ἂν μή τι κεχαρισμένον ᾖ τὸ λεγόμενον, ἐκείνοις.* Cf. c. 1. § 2. et vid. prolegg. p. XLII.

19. *quod insanire possit*] i. e. id quod humanum excedat modum. Cf. § 18.

lectionibusque nocturnis] Plutarchus p. 634. B. habet *νυκτογραφίαν*, quod Macrobius reddere poterat voce *lucubrationibus.*

uxorium se praebendo] Plutarchus: *εἰς τὸ ἐκείνης δοῦλον καὶ θεραπευτικόν.* Nos: „*dafs er unter dem Pantoffel stehe.*“ Cf. Horat. Od. I, 2, 19 sq. *uxorius amnis.*

nec ullam elegantiam eligendo formarum] quo aliarum in se convertat oculos. Plutarchus: *εἰς τὸ ἀνέραστον ἑτέρων.* Cf. II, 6, 5. Ceterum inest pleonasmus, ut I, 11, 21. in verbis *navigationis naufragio.*

20. *Tarseus Amphias*] Dicendum erat *Tarsensis.* Plutarchus c. 12. p. 635. C.: *ὁ Ταρσεὺς Ἀμφίας.* Aliunde hic homo non est notus, quod sciam.

cum ex hortulano potens esset] Plutarchus: *ἐκ κηπωροῦ δοκῶν γεγονέναι*, quod Xylander bene vertit: *Qui hortulano patre editus putabatur*, sed Macrobius ut infra § 21. dixit *me mendicum fecit ex divite*, et c. 7. § 8. *temptat videri orator ex Cynico*, videtur cogitasse de fortunae vice, quali usus esse dicitur Abdolonymus Sidonius apud Curtium IV, 1, 19 sqq. Sic Cicero p. Rosc. Am. 18, 50.: *Itaque*, inquit, *ex minima tenuissimaque re publica maximam et florentissimam nobis reliquerunt*, et Phil. III, 12, 31.: *Ille ex mirmillone dux, ex gladiatore imperator*, et Plinius N. H. XXXV, 10. s. 36,

nonnulla dixisset, mox subiecit: *Sed et nos de isdem seminibus su-
mus*, et omnes pariter laetos fecit. Illa vero scommata directa 21
laetitia eum in quem dicuntur infundunt, si virum fortem vitupe-
res quasi salutis suae prodigum et pro aliis mori volentem, aut si
obieceris liberali quod res suas profundat minus sibi quam aliis [214]
consulendo. Sic et Diogenes Antisthenen Cynicum, magistrum
suum, solebat veluti vituperando laudare. *Ipse me*, aiebat, *mendi-
cum fecit ex divite et pro ampla domo in dolio fecit habitare.* Me-
lius autem ista dicebat quam si diceret: *Gratus illi sum, quia ipse
me philosophum et consummatae virtutis virum fecit.* Ergo, cum 22
unum nomen scommatis sit, diversi in eo continentur effectus.
Ideo apud Lacedaemonios inter cetera exactae vitae instituta hoc
quoque exercitii genus a Lycurgo est institutum, ut adolescentes
et scommata sine morsu dicere et ab aliis in se dicta perpeti
discerent: ac si quis eorum in indignationem ob tale dictum pro-
lapsus fuisset, ulterius ei in alterum dicere non licebat. Cum 23
ergo videas, mi Aviene (instituenda est enim adolescentia tua,
quae ita docilis est ut discenda praecipiat), cum videas, inquam,

Edd. vicahgspdzb.]

sius vih-bP. — *ex ortolano dives* Sar. 21. *cum in quem* v1. *in quem* (om. *eum*) v3. — „*offundunt* vel *perfundunt* sensus postulat.“ Zeun. — *Sic et Diogenes*] Cf. Plut. l. c., 7. — *Antisthenen* AH1. *Antisthenem* Edd. PS. *antistitem* (sup. add. *aristidem*) H2. — *velut* S. — *Ipse enim* (om. *me*) i-g. — *e divite* v-g. — *dicebat ista* H2. — *qu'p me* H2. — *philosophum me* v. — *consummatae vite virtutis* H2. 22. *continentur in eo* v-g. — *effectus* P. — *apud Lacedaemonios*] Cf. Plut. l. c., 4. — *dicerent* H2. — *indignationem* (om. *in*) S. 23. *enim* om. A. — *dicenda* AH1. —

9. § 78.: *Semiramis ex ancilla regnum apiscens.* Quamquam cum hac ratione minus congruunt verba *de isdem seminibus sumus.*

quasi degenerem] Sic non recte redditum est Graecum: *σκώψας δὲ τὸν φίλον τοῦ ἡγεμόνος εἰς δυσγένειαν.* De particula *quasi* vid. not. ad § 12.

21. *laetitia eum .. infundunt*] Cf. § 4. et c. 5. § 14. *vino infusus.*

salutis suae prodigum] Cf. Horat. Od. I, 12, 37 sq. *Animaeque magnae Prodigum Paullum.*

philosophum et consummatae virtutis virum] Cf. § 16. *consummatarum divitiarum viro.* Plutarchus c. 7., p. 632. F.: *Ὅς με σοφὸν καὶ αὐτάρκη καὶ μακάριον ἐποίησε.*

22. *inter cetera exactae vitae instituta*] Pontanus contulit Petron. Sat. 5. *Artis severae si quis hamat effectus, Mentemque magnis applicat, prius amore Frugalitatis legem pellat exactam*, ubi Oudendorp. habet: ... *mores Frugalitatis lege poliat exacta.*

ut adolescentes ... discerent] „*Scommata sine morsu* videtur id esse quod dixit Plutarchus Lycurgo [c. 12.]: *Παίζειν εἴθιζον καὶ σκώπτειν ἄνευ βωμολοχίας.* Nam fuit alias acuta et aculeata Lacedaemoniorum dictio. Vid. Plutarch. Sympos. II, 1, 4. Verba Graeca sunt: *Εἰ δέ τις ἀπείποι σκωπτόμενος, εὐθὺς ὁ σκώπτων ἐπέπαυτο*, quae pressius intuenda. Non aliter quam Macrobium capio Heraclidem Ponticum: *Μελετῶσι δὲ ἐμμελῶς καὶ σκώπτειν καὶ σκώπτεσθαι.*“ Pont. — Vide ne Macrobius haud recte intellexerit Plutarchi verba quae leguntur p. 631. F. et in ed. Wyttenbach. sic Latine reddita sunt: *Nam si quis iniquius ferret, alter statim mordendi finem faciebat.*

ulterius] Cf. c. 6, § 4.; c. 14, § 16; VI, 3, 9. Comm. I, 12, 1; 13, 17.

23. *adolescentia tua*] Vid. prolegg. p. XLII sq.

ut discenda praecipiat] Cf. § 1.

anceps esse omne scommatum genus, suadeo in conviviis in quibus laetitiae insidiatur ira, ab huiusmodi dictis facessas et magis
24 quaestiones convivales vel proponas vel ipse dissolvas. Quod genus veteres ita ludicrum non putarunt, ut et Aristoteles de ipsis aliqua conscripserit et Plutarchus et vester Apuleius, nec con-
[215] temnendum sit, quod tot philosophantium curam meruit.

IV. Et Praetextatus: Hoc quaestionum genus, cum et senilem deceat aetatem, cur soli iuveni suadetur? Quin agite, omnes qui adestis hic, apta convivio fabulemur, nec de cibatu tantum sed et si qua de natura corporum vel alia, praesente maxime Disario nostro, cuius plurimum ad hoc genus quaestionum poterit ars et doctrina conferre: sortiamurque, si videtur, ut per ordinem unusquisque proponat quam solvendam aestimet quaestio-

[Mss. APSH12.

anceps esse cet.] Cf. Plut. Symp. II, 1, 4. Io. Sar. l. c. — *omne esse* Av-g. — *insidiabitur* v-g. — *dictis ab huiusmodi* H1. *ab eiusmodi dictis* H1. 24. „*Et vester Apuleius cum Frontone*, Ioh. Sarisberiensis qui locum hunc exscripsit, locupletius. Vide lib. VIII, cap. 10.“ Pont. (*Vester* non legitur apud Io. Saresb.). — *nec puto contemnendum sit* H2. — *tantorum philosophantium* H2. — *cura* cah.

IV. *Caput IV. Cibum simplicem praeferendum esse multiplici, ut qui sit digestu facilior.* ch-b. 1. *Et* om. P6. — *hinc* P6. *haec* ASvi. *hoc* *H.* — *adhuc* P5. — *apti cum vino fabulemur* P5. — *natura* (om. *de*) S. — *dissario* S (Sic semper). *dysario* H12. — *nostro occurerunt cuius* P6 (P5 *occurrerint*). — *sortiamur. Quae* P (P5 *quod*). — *aestimat* A. *existimet* v-gb. *existimat* S. 2. *Huic* g in mg. —

facessas] i. e. abstineas. Alias hoc verbum idem valet atque *abire*. Cf. §§ 9. et c. 1. § 5.

magis] idem valet quod *potius*. Vid. prolegg. p. XLIV.

quaestiones convivales] Cf. c. 1, § 14. *convivalibus fabulis*.

dissolvas] i. e. solvas.

24. *ut et Aristoteles de ipsis aliqua conscripserit*] A. Stahrius (Aristot. b. d. Roem. p. 190.) dicit his deperditis libris ab aliis alium tribui titulum, namque memorare Anonymum Menagii tres libros qui inscripti sint *Συσσιτικὰ προβλήματα*, eundem et Diogenem Laert. V, 22. unum librum qui inscriptus sit *Συμπόσιον* vel *περὶ συμποσίων ἢ συσσιτίων*, Athenaeum XV, 16. p. 674 f. dicere: *Ἀριστοτέλης ἐν τῷ Συμποσίῳ*.

Plutarchus] cuius *Συμποσιακὰ προβλήματα* compilavit Macrobius.

et vester Apuleius] Cf. V, 2, 17. et Apul. Florid. IV, 20. p. 98. *Canit enim Empedocles carmina; Plato dialogos, ... Apuleius vester omnia.* Apuleii Quaestiones convivales ad nos non pervenerunt. Hildebrandus in prolegg. ad Apuleium c. II. p. LVI. praeter Macrobium et Ioannem Saresberiensem citavit Sidonium Apollinarem, cuius verba ex lib. IX. ep. 13. exscripsit haecce: *Quoties epulo mensae lautioris hilarabere, religiosis narrationibus vaca. Iis proferendis confabulatio frequens, iis redicendis sollicitus auditus inserviat. Certe si saluberrimis avocamentis, ut qui adhuc iuvenis, tepidius inflecteris, a Platonico Madaurensi saltem formulas mutare* [*mutuare?*] *convivalium quaestionum: quoque reddaris instructior, has solve propositas, has propone solvendas, iisque te studiis et dum otiaris exerce*, et subiecit quae Scriverius adnotavit ad Apul. p. 376., qui censuit ad has convivales quaestiones pertinere *griphos*, quos commemorat Apuleius Florid. I, 9. p. 37.

tot philosophantium] Cf. V, 17, 5. *per tot secula*.

IV, 1. *praesente maxime Disario*] i. e. praesertim quum adsit Disarius medicus. Cf. § 3. et vid. prolegg. p. XXX, k.

si videtur] Vid. not. ad V, 13, 7.

ut per ordinem unusquisque proponat .. quaestionem] Imitatur Pla-

nem. Hic adsensi omnes Praetextato anteloquium detulerunt, 2
orantes ut, cum ipse coepisset, ceteris ex filo consultationis eius interrogandi constitueretur exemplum. Tum ille: Quaero, inquit, 3
utrum simplex an multiplex cibus digestu sit facilior: quia multos hunc, nonnullos illum sectantes videmus. Et est quidem superba et contumax et velut sui ostentatrix continentia: contra amoenam se et comem adpetentia vult videri. Cum ergo una censoria sit, delicata altera, scire equidem velim quae servandae aptior sit sanitati. Nec longe petendus adsertor est, cum Disarius adsit, qui quid conveniat corporibus humanis non minus callet quam ipsa natura fabricae huius auctor et nutrix. Dicas ergo velim, quid de hoc quod quaeritur medicinae ratio persuadeat.
Si me, Disarius inquit, aliquis ex plebe inperitorum de hac quae- 4
stione consuluisset, quia plebeia ingenia magis exemplis quam [216]
ratione capiuntur, ammonuisse illum contentus forem institutionis pecudum: quibus cum simplex et uniformis cibus sit, multo saniores sunt corporibus humanis, et inter ipsas illae morbis inplicantur quibus, ut altiles fiant, offae conpositae et quibusdam
condimentis variae farciuntur. Nec dubitaret posthac, cum adver- 5

Edd. vicahgspdzb.]
constituerunt vl. 3. *Tum ille. quaestiones naturales philos. tertia die saturnaliorum. Quaero.* H2. — *utrum simplex .. sit facilior*] Cf. Plut. Symp. IV, 1, 1. — *facilior sit* v-g. — *ac contumax* v-g. — *veluti* Edd. P. *vel ad* H2. — *quam amenam* (om. *contra*) H2. — *et communem* S. — *censoria sit una* vl (v3 *sit: una*). — *contra delicata altera* P. — *huius fabricae* v-g. — *Dicas .. persuadeat* om. H2. 4. *Disarius. Si me aliquis* (*inquit* add. a sec. m.) H2. — *institutionis pecudum* ... (§ 7) *copia postulante*] Cf. Plut. l. c., 2. — *cum* (*simplex*) As-bPE M3*H*. *quum* v3a. *si cum* vl. *si* SH2icbgM12. om. H1. — *inter ipsa*

tonem. Cf. Sympos. p. 214. *Σὺ δ', ἐπειδὴ οὐκ εἴρηκας, δίκαιος εἶ εἰπεῖν, εἰπὼν δ' ἐπιτάξαι Σωκράτει ὅ τι ἂν βούλῃ, καὶ τοῦτον τῷ ἐπὶ δεξιὰ, καὶ οὕτω τοὺς ἄλλους*, et vid. Becker. Charikl. I, p. 466.

2. *Hic adsensi omnes*] Forsitan quis maluerit scribi *His*, quum legatur I, 24. 25. *His cum omnes assensi essent*, al., sed refragantur codices.

anteloquium] Cf. I, 24, 21.

ex filo consultationis eius] Cf. c. 2. § 3; lib. VI, c. 3. § 9; Lucret. II, 340 sq. *Debent nimirum non omnibus omnia prorsum Esse pari filo similique affecta figura*; Gell. I, 9, 2. *Mores naturasque hominum .. de totius corporis filo atque habitu sciscitari.*

3. *censoria*] Cf. c. 1, § 2.

adsertor] i. e. auctor, vel is qui demonstret ea quae sunt demonstranda. Vid. not. ad I, 6, 5. Add. III, 16, 3; 18, 11.

fabricae huius] Cf. Comm. I, 14, 7. *in fabricam corporum.*

quid .. persuadeat] i. e. doceat. Cf. § 13. *occultior ratio deprehendit*, et c 5, § 15. *Quod .. metuendum .. nulla ratio persuadet*, c. 6, § 2. *Hoc utrum ita esse ratio persuadeat*, et Caes. de b. Gall. VI, 14. *In primis hoc volunt persuadere*, ubi vid. Herzog.

4. *ammonuisse .. contentus forem*] Vid. not. ad I, 12, 2.

institutionis] i. e. victus.

corporibus humanis] Fortasse Macrobius dicere noluit *hominibus*, ne cui anceps esse videretur vis vocis *saniores:* nam apud Plutarchum Symp. IV, 1, 2. p. 661. B. legitur *μᾶλλον ὑγιαίνει τῶν ἀνθρώπων.*

quibus .. offae .. variae farciuntur] Usitatius esset: *quae offis variis farciuntur*, ut ait Cato R. R. 89.: *Gallinas et anseres sic farcito*, et infra c. 5. § 14. legitur *fartus cibo.* Sed cf. Martial. III, 58, 6.

tisset animalibus simplici cibo utentibus familiarem sanitatem,
aegrescere autem et inter illa quae saginam conposita varietate
patiuntur, quia constat id genus alimoniae non magis copia quam
6 varietate crudescere. Fortasse illum attentiorem exemplo altero
fecissem, ut consideraret nullum umquam fuisse medicorum circa
curas aegrescentium tam audacis negligentiae ut febrienti varium
et non simplicem cibum daret. Adeo constat quam facilis dige-
stu sit uniformis alimonia, ut ei, vel cum infirma est natura, suf-
7 ficiat. Nec tertium defuisset exemplum, ita esse vitandam cibo-
rum varietatem ut varia solent vina vitari. Quis enim ambigat
eum qui diverso vino utitur in repentinam ruere ebrietatem nec-
8 dum hoc potus copia postulante? Tecum autem, Vetti, cui soli
perfectionem disciplinarum omnium contigit optinere, non tam
exemplis quam ratione tractandum est, quae et me tacente clam
9 te esse non poterit. Cruditates eveniunt aut qualitate suci in
quem cibus vertitur, si non sit aptus humori qui corpus optinuit,
[217] aut ipsius cibi multitudine, non sufficiente natura ad omnia quae
congesta sunt concoquenda. Ac primum de suci qualitate videa-
10 mus. Qui simplicem cibum sumit facile quo suco corpus eius
vel gravetur vel iuvetur usu docente cognoscit. Nec enim ambi-
git cuius cibi qualitate possessus sit, cum unum sumpserit, et ita
11 fit ut noxa, cuius causa deprehensa sit, facile vitetur. Qui au-
tem multiplici cibo alitur diversas patitur qualitates ex diversitate
sucorum: nec concordant humores ex materiae varietate nascen-
tes, nec efficiunt liquidum purumve sanguinem, in quem iecoris
ministerio vertuntur, et in venas cum tumultu suo transeunt.
Hinc morborum scaturigo, qui ex repugnantium sibi humorum

[Mss. APSH12.

vl. 5. *et inter illa* APSH1M123. om. v-a. *inter illa* (om. *et*) h-b. *et interire illa* H2. *etiam illa interire* E. — *sagin̄* M12. — *patiuntur ... varietate* om. AH12v-aM123. — *crudesceret* H2. 6. *attentiorem illum* H2. — *medicorum fuisse* H2. — *febricitanti* H2. — *infirma sit* v-g. 7. *varietatem ciborum esse vitandam* H2. — *mutari* P (H1 in mg. add. *vitari*). 8. *Vecti* v-g. — *poterat* c-b. 9. *Cruditates veniunt ... nascuntur* (§ 11.)] Plut. l. c. 10. *vel corpus eius* v. *eius corpus vel* i-g. — *iuvetur vel gravetur* Edd. P. — *cuius sibi* ch. — *deprehensa est* v-g. 11. *scaturrigo* H1. *scaturigo est* H2. — *ex pugnantium* H1. *expugnantium* S. — *morum* P. 12. *non omnia quae* P. — *alia tar-*

Hic farta premitur angulo Ceres omni.

5. *crudescere*] i. e. cruditatem afferre.

6. *nullum umquam fuisse medicorum .. tam audacis negligentiae*] Plutarchus l. c.: *Οὐδεὶς γέγονεν οὕτω τῶν ἰατρῶν παράτολμος ἐν καινοτομίᾳ καὶ ἀνδρεῖος.*

febrienti] Cf. Cels. IV, 4, 2. *Si non febrit*, et Colum. VI, 38, 1. *Febrienti mulae.* Alias dici solet *febricitare*.

7. *necdum*] Vid. prolegg. p. XLI. med.

8. *clam te esse*] Vid. not. ad lib. I, praef., § 2.

10. *cuius cibi qualitate possessus sit*] Singularis est hic huius verbi usus, praesertim quum sit genus passivum.

11. *iecoris ministerio*] Cf. c. 15, § 18. *ad aliquod vivendi ministerium.* Comm. I, 6, 81. *Sensus eorumque ministeria.*

cum tumultu suo] Cf. c. 6. § 9. *saltu tumultuantis spiritus.* Comm. I, 12, 7. *Anima silvestrem tumultum, id est hylen influentem sibi, incipit experiri*, et 22, 6. *de omni*

discordia nascuntur. Deinde quia non omnium quae esui sunt 12
una natura est, non omnia simul coquuntur, sed alia celerius, tardius alia: et ita fit ut digestionum sequentium ordo turbetur.
Neque enim cibi quem sumimus una digestio est, sed, ut corpus 13
nutriat, quattuor patitur digestiones: quarum unam omnes, vel ipsi quoque hebetes, sentiunt, alias occultior ratio deprehendit. Quod ut omnibus liqueat, paulo altius mihi causa repetenda est.
Quattuor sunt in nobis virtutes quae administrandam alimoniam 14
receperunt, quarum una dicitur *καθελκτική*, quae deorsum trahit cibaria confecta mandibulis. Quid enim tam crassam materiam per faucium angusta fulciret, nisi eam vis naturae occultior hauriret? Hausta vero ut non continuo lapsu per omne corpus suc- 15
cedentibus sibi foraminibus pervium ad imum usque descendant, et talia qualia accepta sunt egerantur, sed salutare officium di- [216]
gestionis expectent, secundae hoc cura virtutis est, quam Graeci, quia retentatrix est, vocant *καθεκτικήν*. Tertia, quia cibum in 16

Edd. vicalıgspdzb.]

dius S. 14. *Quattuor sunt in nobis virtutes* cet.] Cf. Alexand. (Aphrodis.?) Problem. phys. II, 60. — ΚΑΘΕΑΚΤΙΚΗ PH12M3. ΚΑΕΡΑΚΤΙΚΗ A. ΚΑΤΡΑΚΤΙΚΗ M1. ΚΑΘΦΑΚΤΙΚΗ M2. om. S. *καθεκτικὴ* vlich-b. „Neutiquam haec vox exprimit virtutem deorsum trahendi. Itaque vel cum eruditissimo Leopardo lib. VIII. Emend. c. 9. (vid. not.) legendum *ἑλκτικὴ* vel cum Mar. Cagnato I. Observ. 10. *καταδεκτικὴ*, quae nempe trahit et suscipit alimentum. Sed quia primam virtutem solummodo auctor dicit consistere in trahendo deorsum, sine dubio Leopardo accedendum, nisi scribere mavis *καθελκτικὴ*, quia videtur praepositio fuisse in Ms.“ Gron. „Legendum censeo *καθελτικὴ*, h. e. vis attractrix. Nam *καθεκτικὴ* et ab hoc loco et Plutarchi est aliena. Conf. Mercurial. Var. Lect. III, 5.“ Zeun. *καταδεκτικὴ* a. *δεκτικὴ* v3. *appetita* E. — *hauriret occultior* H2. 15. *Hausta vero non* (om. *ut*) v-g. — *supra omne* P. *descendunt* v-g. — *excepta* H2. — *egeruntur* v-g. — *exspectant* v-g (S sup. add. *e*). — *haec cura* P. *hac cura* a. — *virtutis* (om. *est*) H2. — *καθεκτικήν* Pa. Commendat Leopard. l. c. *καθεκτική* v1. ΚΑΘΕΑΤΙΚΗΝ M3. ΚΑΘΕΑΚΤΙΚΗΝ (del. priore Κ) H. ΚΑΘΡΑΚΤΙΚΗΝ M1. ΚΑΘΦΑΚΤΙΚΗΝ (sup. add. *κατα*) M2. ΚΑΘΕΑΒΤΙΚΗΝ A. ΡΘΚΑΡΘΥΚΗΝ (sup. *catealicen*) H2 om. S. *καταδεκτικήν* v3ich-b. „Secunda virtus, quae retentatrix et mora est immissi cibi, ideo quia tenet, videtur suscipere alimentum, quod Marsilius primae simul adscribit. Quare et pro *καταδεκτικὴν* libens repono *καθεκτικὴ*, obsecutus eidem doctissimo viro.“ Gron. „Lege *καθεκτικὴν*. Conf. Mercurial. l. c.“ Zeun. *petentem* E. 16. *Tertia* ... *ἀλλοιωτική* om. P. — ΑΜΟΙΩΤΙΚΗ A.

silvestri tumultu vastum. Tumultus dicitur h. l. vis quae aestuantem reddat sanguinem.

12. *quae esui sunt*] Cf. III, 19, 1. et not. ad lib. I., praef., § 10., ubi ad verba *neglectui et risui* addendum est: VI, 1, 5.

13. *occultior ratio deprehendit*] Cf. § 3. et c. 15. §§ 3 et 8. et prolegg. p. XLII.

14. *Quattuor .. virtutes*] Leopardus Emend. VIII, 9.: „Has quattuor, inquit, virtutes Alexander problematum libri II. cap. 60. vocat *ἑλκτικὴν*, *καθεκτικὴν*, *ἀλλοιωτικὴν*, *ἀποκριτικὴν*, cui suffragantur Galenus et tota medicorum schola. Quare tuto posthac apud Macrobium pro *δεκτικὴ* sive *καθεκτικὴ* leges *ἑλκτικὴ*, id est *attractrix facultas*, et pro *καταδεκτικὴ* leges *καθεκτικὴ*, id est *retentrix*. Galenus [lib. III. de differ. sympt.] *ἑλκτικὴν* aliter *ἐπισπαστικὴν* vocat, et *ἀποκριτικὴν προωστικήν*.“

καθελκτικὴ] Praepositio, quam tuentur codices, retinenda est, quum Macrobius hanc vocem interpretetur verbis: *quae deorsum trahit*.

aliud ex alio mutat, vocatur *ἀλλοιωτική*. Huic obsecuntur omnes,
17 quia ipsa digestionibus curat. Ventris enim duo sunt orificia,
quorum superius erectum recipit devorata et in follem ventris re-
condit. Hic est stomachus, qui paterfamilias dici meruit, quasi
omne animal solus gubernans: nam si aegrescat, vita in ancipiti
est titubante alimoniae meatu: cui natura tamquam rationis capaci
velle ac nolle contribuit. Inferius vero demissum intestinis adia-
18 centibus inseritur, et inde via est egerendis. Ergo in ventre fit
prima digestio virtute *ἀλλοιωτικῇ* in sucum vertente quicquid ac-
ceptum est, cuius faex retrimenta sunt quae per intestina, infe-
riore orificio tradente, labuntur: et officio quartae virtutis, cui
19 *ἀπεκκριτικὴ* nomen est, procuratur egestio. Ergo postquam in
sucum cibus reformatur, hic iam iecoris cura succedit. Est au-
tem iecur concretus sanguis, et ideo habet nativum calorem, quod
confectum sucum vertit in sanguinem: et sicut cibum in sucum
verti prima est, ita sucum transire in sanguinem secunda dige-
20 stio est. Hunc calor iecoris administratum per venarum fistu-
las in sua quaeque membra dispergit, parte quae ex digestis
frigidissima est in lienem refusa, qui ut iecur caloris ita ipse fri-
21 goris domicilium est. Nam ideo omnes dexterae partes validiores
[219] sunt et debiliores sinistrae, quia has regit calor visceris sui, illae

[Mss. APSH12.

om. S. *digestiva* E. 17. *aegrescit* P. — *egerendi* Av. 18. *ἀλλοιωτική* vi. *allocotica* c-g. ΑΜΟΙΩΤΙΚΗ A. om. S. — *ἀπεκκριτικὴ* H12 ΑΠΟΕΚΚΡΙΤΙΚΗ A. *ἀποκριτικὴ* Edd. P. om. S. — *nomen ἀπεκκριτικὴ* H2. 19. *colorem* S. — *qui confectum* v3-gb. „Recte." Zeun. — *verterit* A. — *digestio* (om. *est*). 20. *administrandum* v. 21. *has dextras* ·|· H2. — *illa* S. 22. *tertio* h. — *purum* (om.

16. *omnes*] i. e. ceterae vitutes. Cf. fabulam Menenii Agrippae ap. Liv. II, 32, 9 sqq.

digestionibus curat] Vid. not. ad I, 14, 6., ubi hic locus est addendus.

17. *paterfamilias*] i. e. dominus. Cf. I, 11, 11.

dici meruit] i. e. dignus est qui dicatur. Cf. c. 9. § 22.

omne animal] i. e. totum corpus. Sic Comm. I, 1, 7. eodem sensu dicitur *post animal* et *post corpus*.

titubante] i. e. debilitato.

velle ac nolle] tenet locum nominum substantivorum, *appetentiam et fastidium*. Cf. c. 9, § 22. et vid. prolegg. p. xxxix sq.

18. *retrimenta*] Cf. §§ 23 et 24; c. 11, § 9; c. 15, § 19 sq.; C. I, 6, 77. Eodem sensu hoc vocabulum Varroni tribuitur a Nonio p. 217, 23. Ipse Macrobius c. 15, § 4. habet *recrementa:* alterum a terendo, alterum a cernendo est derivatum.

ἀπεκκριτικὴ] Sic e codicibus mss. scripsi, quamvis Alexander l. c. *ἀποκριτικὴν* eam nominet.

19. *postquam .. reformatur*] Cf. Hand. Tursell. IV, p. 498 sq.: „Praesens .. dicitur .. de rei conditione quae eadem praesentiam continua attingit."

in sucum] Cf. Cic. N. D. II, 55, 137. *Ex intestinis autem et alvo secretus a reliquo cibo sucus is quo alimur permanat ad iecur.*

vertit in sanguinem] Cf. Cic. l. c. *Ab eo cibo quum est secreta bilis iique humores qui e renibus profunduntur, reliqua se in sanguinem vertunt.*

20. *administratum*] idem valet quod paulo supra *confectum*.

21. *has .. illae*] „Vide sis quae scribit pater meus libro III. Observation. cap. 16., nam importunus erat Pricaeus." Gron. — Ibi legitur: „Miratur vir eruditus a castigatoribus hunc locum impune esse dimissum, quum transpositio

contagione frigoris sinistra optinentis hebetantur. In venis autem 22 et arteriis, quae sunt receptacula sanguinis et spiritus, tertia fit digestio. Nam acceptum sanguinem quodammodo defaecant, et quod in eo aquosum est venae in vesicam refundunt: liquidum vero purumque et altilem sanguinem singulis totius corporis membris ministrant: et ita fit ut, cum cibum solus venter accipiat, alimonia eius dispersa per universos membrorum meatus ossa quoque et medullas et ungues nutriat et capillos. Et haec 23 est quarta digestio, quae in singulis membris fit, dum quod unicuique membro datum est ipsi membro fit nutrimentum. Nec tamen huic totiens defaecato retrimenta sua desunt, quae, cum membra omnia in sua sunt sanitate, per occultos evanescunt meatus. Si qua vero pars corporis aegrescat, in ipsam quasi in- 24 firmiorem ultima illa quae diximus retrimenta labuntur, et hinc nascuntur morborum causae quae ῥεύματα medicis vocare mos est. Si enim fuerit ultimi suci iusto uberior multitudo, hanc a 25 se repellit pars corporis illa quae sanior est, et sine dubio labitur in infirmam quae vires non habet repellendi: unde alieni receptio distendit locum in quem ceciderit, et hinc creantur dolores. Haec est ergo triplex causa vel podagrae vel cuiuslibet ex confluentia morbi: id est multitudo humoris, fortitudo membri a se repellentis, et recipientis infirmitas. Cum igitur adseruerimus quattuor 26 in corpore fieri digestiones, quarum altera pendet ex altera, et si praecedens fuerit impedita, nullus fit sequentis effectus: recurra- [220]

Edd. vicahgspdzb.]

que) H2. — *et* (sup. *ut*) *cum* A. — *eius alimonia* A. 23. *Etiam haec* vl. — *unicuique membrorum* H2. — *sint* H2. 24. *in suam quasi* H2. — *in infirmiorem* A. — *et hic* A. — *causae* (om. *morborum*) Av. *causae morborum* cab. — *reumata* S. 25. *in infirma* A. — *unde et alieni* Sv-g. — *ex confluentia* om. s-z. „Necessario ex scripto et veteribus supplendum: *Vel cuiuslibet ex confluentia morbi.* Nam mala capit quae ἐκ ῥεύματος oriuntur.“ Pont. „Sic lege cum ed. vet.“ Zeun.

pronominum omnem loci sententiam destruat, facitque: *quia illas*, et: *hac contagione.* Fallitur: id ipsum enim Macrobius intelligi voluit ex vulgato. Livius lib. XXIV. [cap. 29.]: *Et mittentibus et missis ea laeta expeditio fuit: nam et illis, quod iamdiu cupiebant, novandi res occasio data est, et hi sentinam quandam urbis rati exhaustam laetabantur*, ubi *illi* sine dubio *missi*, *hi mittentes.*“

visceris sui] i. e. iecoris. Cf. Plin. N. H. XI, 37. s. 73. *Iecur in dextra parte est*, et s. 80. *Huic* (ventriculo) *adnectitur lien in sinistra parte adversus iecori.*

22. *quae sunt receptacula sanguinis et spiritus*] Cf. Cic. N. D. II, 55, 138. *Sanguis per venas in omne corpus diffunditur et spiritus per arterias*, et Sen. N. Qu. III, 15, 2. *In quibus* (corporibus) *et venae sunt et arteriae: illae sanguinis, hae spiritus receptacula.*

altilem] Hoc unum activi sensus huius adiectivi affertur exemplum.

alimonia] Cf. V, 11, 16. Hac voce usus esse dicitur Plautus Pers. I, 2, 1.; sed certa eius vestigia non inveniuntur ante Suetonium. Cf. Calig. 42. et Gell. N. A. XVIII, 15, 5.

23. *in sua sunt sanitate*] Singularis est haec ratio dicendi, sed conferre licet *in vitio esse.* Vid. Hand. Tursell. III, p. 259.

per occultos evanescunt meatus] Cf. c. 10, § 3.

25. *ultimi suci*] Cf. § 22 sq.

ex confluentia] sc. orti.

26. *altera .. ex altera*] dicitur pro *alia ex alia.*

mus animo ad illam primam digestionem quae in ventre conficitur, et invenietur quid impedimenti ex multiformi nascatur alimo-
27 niae. Diversorum enim ciborum diversa natura est: et sunt qui celerius, sunt qui tardius digeruntur. Cum ergo prima digestio vertit in sucum, quia non simul omnia accepta vertuntur, quod prius versum est, dum alia tardius vertuntur, acescit: et hoc
28 saepe etiam eructando sentimus. Alia quoque, quibus tarda digestio est, velut ligna humida quae urgente igne fumum de se creant, sic et illa imminente igne naturae fumant, dum tardius
29 concoquuntur: siquidem nec hoc sensum eructantis evadit. Cibus autem simplex non habet controversam moram, dum simul in simplicem sucum vertitur: nec digestio ulla turbatur, dum omnes
30 sibi stata momentorum dimensione succedunt. Si quis autem (quia nihil inpatientius inperitia) rationes has dedignetur audire, aestimans non impediri digestionem nisi sola ciborum multitudine, nec velit de qualitate tractare: hic quoque multiformis alimonia
31 deprehenditur causa morborum. Nam pulmentorum varietas recipit varia condimenta, quibus gula ultra quam naturae necesse est lacessitur: et fit inde congeries, dum pruritu desiderii am-
32 plius, vel certe de singulis parva libantur. Hinc Socrates suadere solitus erat illos cibos potusve vitandos, qui ultra sitim famemve sedandam producunt adpetentiam. Denique vel propter
[221] hoc edendi varietas repudietur, quia plena est voluptatis, a qua seriis et studiosis cavendum est. Quid enim tam contrarium
33 quam virtus et voluptas? Sed modum disputationi facio, ne vi-

[Mss. APSH12.

26. *ad illam* (in marg. add. *primam*) A. 27. *Diversorum enim ciborum .. qui tardius digeruntur*] Cf. Plut. Symp. IV, 1, 2. — *est natura* H2. — *qui tardius* (om. *sunt*) Svi. — *vertitur* H2v-gbP. „Corrige ex ed. vet. *vertitur*.“ Zeun. — *accepta omnia* Edd. P. 28. *Alia quoque sentimus* S. — *sic illa* (om. *et*) v-g. — *coquuntur* v-g. — *evadat* (A a p. m.) Svichg. 29. *contraversam morem* (sup. *a*) A. — *simplicem in sucum* (om. *simul*) Av. *in simplicem simul succum* Si-g. — *digestio illa* A. — *in stata* (sup. *statuta*) H2. *pro statuta* (AH1a sec. m.) Sv. *pro statua* A a p. m. 30. *impatientius est* H. — *aestimans non impediri digestionem .. (§ 32.) cavendum est*] Cf. Plut. l. c. — *existimans* Sab. *extimans* vichg. — *ce ca morborum* H1. 31. *naturae* om. H2. 33. *disputationis* v.

27. *vertit in sucum*] Cf. § 19.

28. *quibus tarda digestio est*] i. e. quae tardius digeruntur.

imminente igne naturae] eorum. *Ignis* vocatur calor iecoris. Cf. § 19.

nec hoc] quod fumant.

sensum eructantis evadit] i. e. ab eructante non sentitur.

29. *non habet controversam moram*] i. e. non partim citius partim tardius digeritur.

dum] Ponenda erat potius causalis particula. Cf. c. 6. § 12.; c. 10. § 11.; c. 15. § 2.

stata momentorum dimensione] Cf. Plin. ep. IV, 30, 3. *certis dimensisque momentis*.

30. *hic*] i. e. hac ratione.

31. *congeries*] ciborum in stomacho.

amplius] i. e. plus editur quam quod naturae necesse sit.

parva libantur] Cf. c. 7. § 14. *parvo vino*.

32. *Socrates*] Cf. II, 8, 15.

studiosis] i. e. φιλοσόφοις.

33. *modum disputationi facio*] Cf. Cic. in Verr. II, 2, 48, 118. *Nos modum aliquem et finem ora-*

dear hoc ipsum in quo sumus, licet sobrium sit, tamen, quia varium est, accusare convivium.

V. Haec cum Praetextato et ceteris prona adsensione pla- 1
cuissent, Euangelus exclamavit: Nihil tam indignum toleratu quam
quod aures nostras Graeca lingua captivas tenet, et verborum ro-
tunditati adsentiri cogimur circumventi volubilitate sermonis qui
ad extorquendam fidem agit in audientes tyrannum. Et quia his 2
loquendi labyrinthis inpares nos fatemur, age, Vetti, hortemur
Eustathium ut recepta contraria disputatione quicquid pro vario
cibo dici potest velit communicare nobiscum, ut suis telis lingua
violenta succumbat et Graecus Graeco eripiat hunc plausum,
tamquam cornix cornici oculos effodiat. Et Symmachus: Rem 3
iocundam, Euangele, amarius postulasti. Audere enim contra tam
copiose et eleganter inventa res est quae habeat utilem volupta-
tem, sed non tamquam ingeniis insidiantes et gloriosis tractatibus
invidentes hoc debemus expetere. Nec abnego potuisse me quo- 4

Edd. vicahgspdzb.]

V. *Caput V. Contra cibum multiplicem aptiorem esse quam sit simplex.* ch-b. 1. *quod* om. H2. — *Graeca lingua* ASH2v-gbP. *grata lingua* H1M123. *linguasue grata* E. *gratia linguae* s-z. „Forte male a Stephano eiectum est *Graeca lingua*. Nam praeterquam quod extat in Ed. vet., etiam sequens illud *Graecus Graeco eripiat* antiquam lectionem comprobare videtur.“ Zeun. — *captivitas* E. — *teneat* P. — *assentire* (A a p. m. *ans.*) H1 Edd. — *quia ad* H12. 2. *laberinthis* AH12. — *imparibus* h. — *Vecti* v-g. *o vecti* A. — *Eustachium* (etiam infra) AH2vic. 3. *iucundam* Edd. PH1. — *o evangele* A. – *Audire* ASH12 s-z. — *res* (om. *est*) APH1. 4. *potuisset me* A. — *praclusio* A. —

tioni nostrae criminibusque faciamus.

V, 1. *prona assensione placuissent*] i. e. ita placuissent, ut facile ceteri assentirentur.

indignum toleratu] Cf. Virg. Aen. IX, 595. *Digna atque indigna relatu Vociferans.*

Graeca lingua] i. e. sermo hominis Graeci; nam Latine loquentem eum facit Macrobius. Conf. infra: *circumventi volubilitate sermonis*, et c. 9, § 9. *vestri oris nota volubilitas.*

agit in audientes tyrannum] i. e. audientibus vim affert.

2. *tamquam cornix cornici oculos effodiat*] Hertzberg. ad Propert. IV, 5, 15. hoc proverbio ait significari callidum hominem a callidiore esse deceptum, sed addas: necessarium a necessario. Erasmus Adag. I, 3, 75. cornicem dicit antiquitus fuisse concordiae symbolum. Cf. Cic. p. Flacc. 20, 46. *Hic, Hercule, cornici oculum, ut dicitur. Nam hunc Hermippum, hominem eruditum, civem suum .. percussit*, ubi vid. schol. Bob., et p. Mur. 11, 25. *Cn. Flavius qui cornicum oculos confixerit .. et ab ipsis cautis iureconsultis eorum sapientiam compilarit.*

3. *Audere*] Hoc verbum recepi, minus quam antea (vid. not. ad Comm. II, 15, 2.) haesitans, quamvis nullius codicis auctoritate sit firmatum. Nam codicis P, e quo nihil enotatum est, consensus cum ed. b hoc loco maxime dubius est, quia in ed. s, quam ex hoc codice factam esse constat, legatur *Audire*. Quis autem unquam dixit *audire contra .. sensa?* Verbum *audere* idem valet quod infra § 4. *sensa et inventa Disarii contrariis repellendo.* Cf. Comm. l. c. et Apul. Florid. IV, 18. *Haec tanta ac totiuga invitamenta communia non minus vos ad audiendum prolectant quam me ad audendum retardant*, ubi quidem *audendum* e correctura G. Vossii natum est, quum vulgo legeretur *audiendum*.

utilem] i. e. cum utilitate coniunctam.

[222]que tamquam palinodiam canere. Est enim rhetorica prolusio communes locos in utramvis partem inventorum alternatione tractare. Sed quia facilius Graecorum inventionibus a Graecis forte aliis relata respondent, te, Eustathi, oramus omnes ut sensa et inventa Disarii contrariis repellendo in integrum restituas ex-
5 auctoratum conviviorum leporem. Ille diu hoc a se officium deprecatus, ubi tot inpellentium procerum, quibus obviandum non erat, hortatui succubuit: Bellum, inquit, duobus mihi amicissimis cogor indicere, Disario et continentiae: sed ab auctoritate vestra tamquam ab edicto praetoris impetrata venia gulae patro-
6 num, quia necesse est, profitebor. In primo speciosis magis quam veris, ut docebitur, exemplis paene nos Disarii nostri cepit ingenium. Ait enim pecudes simplici uti cibo, et ideo expugnari difficilius earum quam hominum sanitatem. Sed utrumque fal-
7 sum probabo. Nam neque simplex est animalibus mutis alimonia, nec ab illis quam a nobis morbi remotiores. Testatur unum varietas pratorum quae depascuntur, quibus herbae sunt amarae pariter et dulces, aliae sucum calidum aliae frigidum nutrientes, ut nulla culina possit tam diversa condire quam in herbis natura
8 variavit. Notus est omnibus Eupolis, inter elegantes habendus

[Mss. APSH12.

relatae p2-b. 5. *officium a se* H2. — *patronum me* H2. 6. *spatiosis* H12. — *pene nos Disarii exemplis, ut docebitur* v1a (v3chg *penes*). *ut docebitur pene nos disarii* (om. *exemplis*) P. — *Ait* cet.] Cf. c. 4, § 5. et Plut. Symp. IV, 1, 3. — *uti simplici* Edd. — *utramque falsam* Sv1. *utrumque falsam* M1. 7. *simplex* (om. *est*) H2. — *multis* v1. — *Testatur enim* P. — *nulla gula* H2. 8. *omnibus* om. v. — *Aeges*

4. *palinodiam canere*] Erasm. Adag. I, 9, 59. „*Παλινῳδεῖν*, id est *palinodiam canere*, est diversum ab iis quae prius dixeris dicere, atque in contrarium vertere sententiam.“ Voce *palinodia* usus est etiam Cicero ad Att. II, 9, 1; IV, 5, 1; VII, 7, 1; ubi solet Graece scribi.

prolusio] est exercitatio: apud Ciceronem de or. II, 80, 325. et Divin. in Caec. 14, 47. ea tantum quae ipsam pugnam antecedat.

sensa et inventa] Cf. I, 24, 14.

5. *exauctoratum*] Cf. I, 5, 3 *exauctorata a sequenti aetate* (verba).

5. *a se officium deprecatus*] Cf. Cic. in Verr. II, 1, 60, 157. *Is ullam a sese calamitatem poterit deprecari?* et in Catil. I, 11, 27. *Ut a me .. querimoniam detester ac deprecer.*

obviandum] Cf. Comm. I, 12, 1. *obviante solstitio.*

hortatui succubuit] i. e. non amplius potuit resistere. Cf. III, 10, 1. *Exclamavit Evangelus diu se succubuisse patientiae;* ubi sensus est, se, quamvis impatientem, rem pertulisse, ut potius dicendum fuerit *impatientiae*, quam dicit se vix potuisse reprimere.

ab auctoritate vestra .. impetrata venia] Dicendum erat aut: *a vobis* et *a praetore*, aut: *auctoritate vestra et edicto praetoris.*

praetoris] iudicium exercentis. Cf. Cic. p. Arch. 2, 3.

patronum .. profitebor] Vid. not. ad c. 1, § 22.

6. *in primo*] i. e. in iis quae primo loco dixit.

expugnari .. sanitatem] Commodius hoc verbum refertur ad animi virtutes, ut ap. Cic. p. Cael. 20, 49. *expugnare pudicitiam.*

7. *animalibus mutis*] i. e. *τοῖς ἀλόγοις*. Cf. § 11. lib. IV, c. 5. § 10. et Senec. ep. 124, 2 sqq., ubi et plurali numero legitur *muta animalia*, et singulari *mutum animal*, ita ut opponantur *rationalia*, i. e. homo et deus.

calidum .. frigidum] Cf. § 26.

condire] i. e. condiendo componere.

veteris comoediae poetas. Is in fabula quae inscribitur *Αἶγες* inducit capras de cibi sui copia in haec se verba iactantes:

Βοσκόμεθ' ὕλης ἀπὸ παντοδαπῆς, ἐλάτης· πρίνου κομάρου τε, 9
πτόρθους ἁπαλοὺς ἀποτρώγουσαι, καὶ πρὸς τούτοισιν ἔτ' ἄλλα,
κύτισόν τ' ἠδὲ σφάκον εὐώδη καὶ σμίλακα τὴν πολύφυλλον, [223]

Edd. vicahgspdzb.]

Mss. et Edd. 9. *Βοσκόμεθ'*] Cf. Plut. l. c. Salmas. Exercc. Plin. p. 235. a. AB. Meineke fragm. Com. Gr. I, p. 426. et Schneidewin. in Zeitschr. f. d. Alt. Wiss. 1843. p. 476. *Βοσκόμεθ' ... θύμβραν* om. S. In A legitur ΒΟΣΚΟΜΕΘ ΥΛΝΣΑΠΟ ΠΑΝΤΟΔΑΚΙΝΣ (in vic *βοσκόμεθ' ὕλης ἀπὸ παντοδαπῆς*) omissis reliquis. In a multae sunt lacunae infra notandae, nulla versuum distinctio. In h-b distinguuntur septem versus, quorum primus finitur verbo *ἐλάτης*, alter verbo *ἀποτρώγουσαι*, tertius verbis *κύτισόν τ' ἠδὲ*, quartus verbo *πολύφυλλον*, quintus verbo *ἐρίκην*, sextus verbo *κίσθον*, ut vulgo apud Plutarchum. — v. 1. ΥΛΗΣ *πο* H1. — *πεντοδαπῆς* a. — ΕΛΑΤΕΣ *ποίνου* p1. „Omnino legerim *πρίνου* cum Camer. et Lugdun. ed. vet. Gaza *ilicem* interpretatur." Pont. „Nulla editio aliter habet quam *πρίνου*." Gron. — ΠΡΙ ΝΟΥ (deleta in lacuna littera) P. — v. 2. ΑΠΑΛΟΥΣΑ.ΠΟΥΡΩΓΟΥΣΑΙ H1P. „Xylander eodem versu pro *ἁπαλοὺς ἀταλοὺς* adducit. At *πτορθοὺς ἁπαλοὺς* dixit Eupolis, quomodo apud Athenaeum libro III. [p. 113. b.] *ἁπαλὸς ἄρτος* dictus." Pont. — *ἔτ' ἄλλα* Salmasius, Grotius et Meinekius Curis crit. p. 58. Sed vid. infra. ΕΤΑΛΛΑΝ H2. ΕΤ ΑΛΛΟΙΗΝ H1. ΕΓΑΛΛΟΙΗΝ P. *ἐ* (sequente lacuna) a. *ἔτ' ἄλλ' οἷον* h-b. Mein. Th. Bergk. Comm. Com. Att. p. 199. coni. *καὶ πρὸς τούτοις καλαμίνθην* vel *τιθύμαλλον*. „Verior videtur Th. Bergkii coniectura *καὶ πρὸς τούτοις τιθύμαλλον*. Videtur tamen aliud quid latere. Apud Plutarchum in Aldina quidem ex illis *ἔτ' ἄλλ' οἷον* nonnisi prima littera *ἐ* comparet." Meinek. Vid. not. — v. 3. ΚΥΤΙΣΟΝΤ H1P. ΚΥΘΙΣΟΥ H2. *κυτισίτ'* a. *κύτισόντε* vhg. *κύτισουτ'* spl. *κυτίσου τ'* p2d Plut. *κυτύσουτ'* zb. *Ὄισιν κύτισον* (om. *ἠδὲ*) Salm. — „*σφακὸν* legi lex metri postulat." Salmas. consentiente Meinekio qui adnotavit: „quod correxit Bodaeus Stapelius ad Theophr. p. 409. indicatus a Lobeckio ad Phryn. p. 110." ΦΑΣΚΟΝ H12. ΦΑΣ. ΚΟΝ P. *φα* (sequente lacuna) a. *φάσκον* h-b Plut. — *μίλακα* „rectius fortasse scribitur, ut voluit Runkelius. V. Elmsleius ad Eurip. Bacch. 108. et Dindorf. ad Aristoph. Nub. 1007." Meinek. — *τὴν* om. Plut. — ΠΟΛΙΦΥΛΛΟΝ H1. ΠΟΛΥΦΥΜΟΝ P. *πολύ υλλον* a. — v. 4. *ἐχῖνον* a.

9. v. 1. *ὕλης ἀπὸ παντοδαπῆς*] Salmasius Exercc. Plin. p. 380. a. A. adnotavit Graecos *ὕλην* de arboribus fruticibus et herbis promiscue usurpare. Sed vide ne haec rectius Xylander reddiderit verbis: *omnigena materies*. Certe Plinius N. H. XXXV, 1, 1. dicit: *immensa medicinae silva*, et Plutarchus p. 663, B.: *Ὡς τὸ ἡμέτερον (σῶμα) ἐκ ποικίλης ὕλης λόγον ἔχει μᾶλλον ἢ ἁπλῆς συνερανίζεσθαι.*

πρίνου κομάρου τε] i. e. ilicis et arbuti. Cf. Zonae epigr. Anthol. Pal. IX, 312. v. 4. *Ἢ πρῖνον ἢ τὰν αὐαλέαν κόμαρον*, et versum ap. Athen. II, p. 50. f. *Ὁ πρῖνος (φέρει) ἀκύλους, ὁ κόμαρος μιμαίκυλα.*

v. 2. *ἔτ' ἄλλα*] Haec certa quidem non sunt, sed proxime accedunt ad id quod legitur in codd. mss., dummodo statuamus librarium aberrasse ab his ad *πολύφυλλον*, nec turbant versum.

v. 3. *ἠδὲ σφάκον*] i. e. et salviam. Meinekius conferri iubet Aristoph. Thesm. 486. Cratini fragm. incert. fab. CXXXV. (*Αὐτομάτη δὲ φέρει τιθύμαλλον καὶ σφάκον πρὸς αὐτὸ ἀσφάραγον κύτισόν τε*) Alexin Athenaei IV, p. 170. b. et Polluc. VI, 66., et de *ἠδὲ* similibusque formis epicis in versibus anapaesticis comicorum not. ad

κότινον σχῖνον μελίαν πεύκην, ἀλίαν δρῦν, κιττὸν ἐρίκην
πρόμαλον ῥάμνον φλόμον ἀνθερικὸν κισθὸν φηγὸν θύμα θύμβραν.

[Mss. APSH1 (H2 usque § ad 12).
„*ἐχῖνον* sola Lugdunensis editio (Stoer. 1597.), quod et animalis nomen, quem erinaceum indigitant. Est tamen et herba alias *ἐρῖνος* appellata. Sed *σχῖνον* non spreverim. Constantinus in Geoponicis *ἡ σχῖνος, τρεῖς δὲ καρποὺς, φησὶ, φέρει.* Quod ipsum ab Arato est, cuius verba vertit Divinationum primo Cicero [9, 16.]. Sed de *ἐχίνῳ* vide ad Theophrastum et in eum animadv. Iul. Caes Scaligeri tertium c. 10.“ Pont. — *πεύκην ἁλίαν* om. a. Plut. *συκῆν* (om. *ἁλίαν*) h. „Scripsi *συκῆν* quod ex antiquis Macrobii exemplaribus profert Leopardus Emend. VIII, 10. Pinea fronde non vescuntur caprae. Pro *ἁλίαν*, Bodaeus Stapelius scripsit *ἄπιον*, Bergkius *φυλίαν* oleastrum. Satius duxi coniungere *ἁλίαν δρῦν.*“ Meinck. Illud improbat Schneidewinus qui confert v. 1 sq. *ἐλάτης πτορθούς.* — *ἐρίκην* PH12sp probante Choerobosco (Crameri Anecdd. Oxon. II, p. 272.) et Meinekio, Schneidewino. *ἐρείκην* Salmas. Sic scripserunt etiam Meinekius et Schneidewinus. *ἐρέκην* dzb. *μυρίκην* ahg (hg in mg.: „Al. *ἐρίκιν.*“) Plut. — v. 5. ΠΡΟΜΑΛΛΟΝ P. — *φλῶμον* ahg. „Apud Suidam est *φλῶμος*, quae et *φλόνος, θρυαλλίς.* At *φλόνος ἀντὶ τοῦ φλόμος* erit: *φλόμος* itaque recte, et eadem sit quae *lucernaria* Empirico Marcello.“ Pont. — ΘΕΡΙΚΟΝ PH12. *ἀνθερικὴν* g. — *κισθὸν* Salmasius, Meinekius (qui habet *φηγόν, κισθόν*), Schneidewinus. ΚΙΣΣΟΝ PH12 (s-b *κισσὸν*). „Camerarii et Lugdun. (ahg) *κισθόν*. Ego prius retinuerim.“ Pont. „Immo posterius.“ Gron. — *φηγὺν* p-bH12. (In s non satis liquet, num sit *υν* an *ον*). — *θύμα* om. Plut. ΘΥΜΑ

Cratini fragm. p. 77. (Quaest. scen. II, p. 25.). Cf. Salmas. de homonym. hyl. iatr. c. 37.

σμίλακα τὴν πολύφυλλον] Ilicis genus hoc videtur fuisse. Cf. Plin. N. H. XVI, 6. s. 8. § 19. *Ilicis duo genera. Ex iis in Italia folio non multum ab oleis distant smilaces a quibusdam Graecis dictae.* Nam ex iis arboribus quas Graecos praeterea sic nominasse refert Plinius, taxus (ib. 10. s. 20.) dicitur esse *mortifera* et altera ederae similis (ib. 35. s. 63.) *spinosis frutectosa ramis.*

v. 4. *κότινον, σχῖνον*] i. e. oleastrum, lentiscum. Vid. app.

ἁλίαν δρῦν] Haec recte coniunxisse videtur Meinekius, qui censet hoc nomine eandem arborem significari quae ab aliis vocetur *θαλασσία δρῦς* et *ἁλίφλοιος*, afferens Pseudo-Democrit. ap. Fabric. Bibl. gr. IV, 29. p. 337. *Δρῦς θαλασσία ἀντιπάσχει πάσῃ μανίας ἀγωγῇ*, Theophrast. H. Pl. VIII, 8. *Ὡς δ' οἱ περὶ Ἴδην διαιροῦσι, τάδ' ἐστὶ τὰ· εἴδη, ἡμερίς αἰγίλωψ πλατύφυλλος, φηγὸς, ἁλίφλοιος.* Hesych. *Ἁλίφλοιος, γένος δρυός.* Schol. in Theocr. IX, 19. *Εἰσὶ δὲ δρυὸς γένη πέντε, φηγὸς, ἡμερὶς, ἐτυμόδρυς, ἄλιφλος* (leg. *ἁλίφλοιος*) *καὶ ἄκυλος.*

v. 5. *πρόμαλον*] Meinekius adnotavit: „Respexit Erotianus Gloss. Hippocr. p. 514. ed. Tr. *Πρόμαλόν ἐστιν εἶδος φυτοῦ οὗ μέμνηται καὶ Εὔπολις Αἰξίν.*“ Adde Hesychium: *Πρόμαλος μυρίκη ἢ ἄγνος,* et Etymol. Magn. *Πρόμαλοι, εἶδος ἀγρίας δρυός.*

φλόμον] i. e. verbascum. Cf. Salmas. de homon. c. 52.

ἀνθερικὸν] Cf. Dioscor. II, 199. *Ἀσφόδελος .. (ἔχει) καυλὸν λεῖον ἔχοντα ἐπ' ἄκρου ἄνθος καλούμενον ἀνθερικόν.*

κισθὸν] Sic legendum est, non *κισσὸν*, quod idem esset ac quod antecedit *κιττόν*. Cf. Hesych. *Κίσθος, θάμνος, ἧς τὸ μὲν ἄῤῥεν τὸ δὲ θῆλυ.* Alia eiusdem nominis scriptura est, quam habet Dioscorides I, 126.: *Κίστος .. θάμνος ἐστὶν ἐν πετρώδεσι τόποις φυόμενος πολύκλαδος, φυλλώδης, οὐχ ὑψηλὸς, φύλλα ἔχων περιφερῆ στυφνὰ δασέα.*

θύμα] est numerus pluralis: nam thymus dicitur et *θύμος* et *θύμον*. Cf. Theophrast H. Pl. VI, 2. *Θύμον, τὸ μέλαν καὶ λευκόν.*

θύμβραν] Cf. Dioscor. III, 39. (45.) *Θύμβρα καὶ αὐτὴ γνώριμος.*

Videturne vobis ciborum ista simplicitas, ubi tot enumerantur vel arbusta vel frutices non minus suco diversa quam nomine? Quod 10
autem non facilius morbis homines quam pecudes occupentur, Homero teste contentus sum, qui pestilentiam refert a pecudibus inchoatam: quando morbus, antequam in homines posset inrepere, facilius captis pecoribus incubuit. Sed et quanta sit mutis ani- 11
malibus infirmitas vitae brevitas indicio est. Quod enim eorum quibus notitia nobis in usu est potest annos hominis aequare? nisi recurras forte ad ea, quae de corvis atque cornicibus fabulosa dicuntur, quos tamen videmus omnibus inhiare cadaveribus universisque seminibus insidiari, fructus arborum persequi: nam non minus edacitatis habent quam de longaevitate eorum opinio fabulatur. Secundum, si bene recordor, exemplum est solere me- 12
dicos aegris simplicem cibum offerre, non varium: cum hunc offeratis, ut opinor, non quasi digestu faciliorem, sed quasi minus adpetendum, ut horrore uniformis alimoniae edendi desiderium languesceret, quasi multis concoquendis per infirmitatem non sufficiente natura. Ideo, si quis aegrescentium vel de ipso simplici

Edd. vicahgspdzb.] H12. — *vobis* om. H2. — *diversa* om. H2. 10. *Homero*] Il. ά, 50. — *inripere* P. 11. *multis* AH1PSv1s-zEM13. „Expressimus Stephani et quam invenimus scriptam lectionem. Non ambigo tamen, quin exaraverit Macrobius *mutis animalibus:* quomodo etiam editiones vetustae.“ Pont. „Corrige praeeunte ed. vet. *mutis.*“ Zeun. — *de quibus* H2. — *in usu* (om. *est*) P. — *quam long.* (om. *de*) H1. 12. *Secundum*] Cf. c. 4, § 6. Plut. l. c. — *solent medici* S. — *pro infirmitate* v. — *subductis*

γεννωμένη ἐν λεπτογείοις καὶ τραχέσι τόποις, ὁμοία θύμῳ, ἐλάσσων μέντοι καὶ ἁπαλωτέρα, φέρουσα στάχυν ἄνθους μεστὸν ἔγχλωρον. Salmas. de homon. c. 38 extr.

10. *inchoatam*] Hoc participium alias ei solet opponi quod perfectum sit.

facilius captis] i. e. quae morbo facilius afficerentur, vel, ut supra dicitur, occuparentur Plutarchus p. 662. F.: *Τὰ λοιμικὰ πάθη πρῶτον ἅπτεσθαι τῶν ἀλόγων ἀποφαινόμενος.*

pecoribus incubuit] Novus est hic huius verbi usus.

11. *mutis animalibus*] „Generatim notat in animalibus brutis vitae brevitatem, speciatim vero quod de corvis et cornicibus obiici possit obviat his statim verbis: *Nisi recurras* cet.“ Pont. — Cf. § 7. Non me movet quod in plerisque codd. legitur *multis.* Nam vel in optimo Plinii codice Bambergensi in summario libri N. H. XXXII. legitur: *Ubi non multi* (sint pisces), quae tamen referuntur ad s. 9. verba: *grunnire cum capiatur*, et apud Senecam, quamvis saepe in ep. 124. legatur *muta animalia*, tamen § 21. in cod. Bamb. est mendum *a multis animalibus*, et § 22. idem in uno codice Vaticano et in Rehdigerano.

quae de corvis atque cornicibus fabulosa dicuntur] Plutarchus l. c. habet tantum *Πλὴν εἰ φαίη τις κόρακα καὶ κορώνην.* Cf. Plin. N. H. VII, 48. s. 49. *Hesiodus .. fabulose, ut reor, multa de hominum aevo referens, cornici novem nostras attribuit aetates, quadruplum eius cervis, id triplicatum corvis.* Harduinus adnotavit: „In opere ex iis aliquo quae interciderunt.“

quam de longaevitate eorum opinio fabulatur] Haec parum congruunt cum iis quae antecedunt. Dicendum erat: *quam longaevitatis* (ut retineamus hoc *ἅπαξ λεγόμενον*), *si audimus fabulas* vel simile quid.

12. *cum offeratis*] Intelligendi sunt medici. Utitur autem secunda persona Eustathius, quia respondet Disario medico.

quasi .. non sufficiente natura]

[224]amplius adpetat, subducitis adhuc desideranti. Ideo vobis com-
13 mento tali non qualitas sed modus quaeritur. Quod autem in edendo sicut in potando suades varia vitari, habet latentis captionis insidias, quia nomine similitudinis coloratur. Ceterum longe alia potus alia ciborum ratio est. Quis enim umquam edendo
14 plurimum mente sauciatus est, quod in bibendo contingit? Fartus cibo stomacho vel ventre gravatur: infusus vino fit similis insano, opinor, quia crassitudo cibi uno in loco permanens expectat administrationem digestionis, et tunc demum membris sensim confectus inlabitur: potus, ut natura levior, mox altum petit, et cerebrum, quod in vertice locatum est, ferit fumi calentis aspergine.
15 Et ideo varia vina vitantur, ne res, quae ad possidendum caput repentina est, calore tam diverso quam subito consilii sedem sauciet. Quod aeque in cibi varietate metuendum nulla similitudo,
16 ratio nulla persuadet. In illa vero disputatione, qua digestionum ordinem sermone luculento et vario digessisti, illa omnia quae de natura humani corporis dicta sunt et nihil nocent propositae quaestioni et eloquenter dicta non abnego. Illi soli non adsentior quod sucos varios de ciborum varietate confectos dicis contrarios esse corporibus, cum corpora ipsa de contrariis qualitatibus fa-
17 bricata sint. Ex calido enim et frigido, de sicco et humido constamus. Cibus vero simplex cui adest sucum de se unius qualitatis emittit. Scimus autem similibus similia nutriri. Dic,
18 quaeso, unde tres aliae qualitates corporis nutrientur? Singula autem ad se similitudinem sui rapere testis Empedocles, qui ait:

[Mss. APSH.

(corr. in *subducas*) H. — *Sed adeo vobis* P. 13. *sicut in potando*] Cf. c. 4, § 7. — *alia potus* om. ASH. — *contigit* S. 14. *farctus* SM123. — *stomacho vel ventre* ASv-gM123. *stomachum vel ventrem* s-b PH. 16. *In illa vero disputatione*] Cf. c. 4, § 9 sqq. — *degessisti* H. — *nil* H. — *dicis*] c. 4, § 11. Cf. Plut. l. c. 17. *et sicco humida* (om. *de*) A. — *simplex* om. H. — *cui adest* ASHv-gEM123. „Non male.“ Zeun. om. s-bP. — *aliae tres* v-g. — *qualitatis* S. — *nutriantur* s-bP.

Haec continent ea quae cogitent medici, ut in Graeco sermone particulae *quasi* respondeat ὡς cum participio.

adhuc desideranti] i. e. nondum sedato desiderio.

13. *quia nomine similitudinis coloratur*] i. e. quia ab utraque parte varia dicuntur esse vitanda. Cf. Valer. Max. VIII, 2, 2. *libidinosam liberalitatem debiti nomine colorando.*

infusus vino] Cf. c. 3, § 4.

contingit] idem est quod *evenit*, vel *efficitur*. Cf. c. 6, § 9. et c. 7, § 10.

14. *administrationem digestionis*] Cf. c. 4, § 14. *quae administrandam alimoniam receperunt.*

fumi .. aspergine] miro modo dictum est, quum hic fumus sit nihil nisi vapor. Nec minus id quod sequitur § 15. *quae ad possidendum caput repentina est.* Cf. V, 13, 21. et Alexand. Problem. phys. II, 71. Ὅτι ἐκ τοῦ πολλοῦ οἴνου πλείων αὐτοῖς ἀναθυμίασις γέγονεν ἀτμώδους πνεύματος πρὸς ἐγκέφαλον.

15. *ratio persuadet*] Cf. c. 4, § 3.

17. *Ex calido .. constamus*] Cf. § 21. et Comm. I, 6, 40. *Ex quattuor elementis et tribus eorum interstitiis absolutionem corporum constare manifestum est.* Notanda est praepositionum variatio.

cui adest] Haec possunt sane omitti sensu non violato: sed quum in omnibus fere codicibus legantur, non est quod ea deleamus. E

Ὡς γλυκὺ μὲν γλυκὺ μάρπτε, πικρὸν δ' ἐπὶ πικρὸν ὄρουσεν, [225]
ὀξὺ δ' ἐπ' ὀξὺ ἔβη, θερμὸν δ' ἐποχεύετο θερμῷ.

Te autem saepe audio Hippocratis tui verba cum admiratione re- 19
ferentem: *Εἰ ἓν ἦν ὁ ἄνθρωπος, οὐκ ἂν ἤλγεεν· ἀλγεῖ δέ, οὐκ ἄρα ἕν ἐστί.* Ergo si homo non unum, nutriendus est non ex
uno. Nam et deus omnium fabricator aerem quo circumfundimur 20
et cuius spiramus haustu non simplicem habere voluit qualitatem, ut aut frigidus sit semper aut caleat, sed nec continuae siccitati nec perpetuo eum addixit humori, quia una nos non poterat qualitate nutrire de permixtis quattuor fabricatos. Ver ergo calidum fecit et humectum, sicca est aestas et calida, auctumnus
siccus et frigidus, hiems humida pariter et frigida est. Sic et ele- 21
menta, quae sunt nostra principia, ex diversitatibus et ipsa constant et nos nutriunt. Est enim ignis calidus et siccus, aer humectus et calidus, aqua similiter humecta sed frigida, terra frigida pariter et sicca. Cur ergo nos ad uniformem cibum redigis, cum nihil nec in nobis nec circa nos nec in his de quibus sumus uni-
forme sit? Quod autem acescere vel nonnumquam fumare in 22
stomacho cibum vis adsignare varietati, ut credamus, pronunties oportet aut semper eum qui vario cibo utitur haec pati aut

Edd. vicahgspdzb.]
18. *testis est* A Edd. — *Ὡς .. θερμῷ* om. ASHv-c. — *μὲν ἐπὶ γλυκὺ* (ut Plut. l. c.) a. — *επι ... ΘερΜΟΝ* add. in mg. (sed: ΟΡΟΥCΕΝ ΐ .. ΥΔε) P. — *ὄρουσαν* a. *ὄρουσε* hg. — v. 2. *Ὀξὺ δ' ἐπ' ὀξὺ, δαλερὸν δαλεροῦ λαβέτω* (ut Plut. l. c.) a. 19. *Hippocratis*] „Ita nunc legimus *ἐν τῷ περὶ φύσιος ἀνθρώπου. ἐγὼ δέ φημι, εἰ ἓν ἦν ὁ ἄνθρωπος, οὐδέποτ' ἂν ἤλγεεν, οὐδὲ γὰρ ἦν ὑπὸ τοῦ ἀλγήσειν.*" hg in mg. „*Περὶ φύσιος ἀνθρώπου* sect. III, p. 4., ed. Foës [p. 20. ed. Froben.]. Sed paulo aliter hodie legitur: *Εἰ ἓν ἦν ὁ ἄνθρωπος, οὐδέ ποτ' ἂν ἤλγεεν· οὐδὲ γὰρ ἂν ἦν ὑπὸ τοῦ ἀλγήσειεν ἓν ἐόν.* Sed apud Galenum de Elem. I. pro *ὑπὸ τοῦ* legitur *ὑφ' ὅτου ἀλγ. ἓν ἐών.* Haud dubie vera lectio est apud Galenum, quippe quae generi dicendi Hippocratico convenientior esse videtur. Noster vero locum vel ex memoria laudavit vel magis sensum quam verba voluit exprimere." Zeun. — *Εἰ ... ἐστὶ* om. ASHv-a. — *εΛΓεεΝ* P. — *ΑΡΑεCΤΙ* (om. ἓν) P. — *un'* (' in ras.) A. *unum est* S. — *non ex uno est* S. 20. *fecit calidum* S. 21. *etiam ipsa* v-g. — *humecta et frigida* Sv-g. — *at terra* s-bP. — *nec nobis* (om. *in*) S. — *in iis* v-g. 22. *Quod autem ace-*

pronomine relativo *cui* intelligendum est *ei*, referendum ad *emittit*.

unde .. nutrientur] Cf. prolegg. p. XLI.

18. *similitudinem sui*] positum est pro *similia sui*. Cf. § 21. *ex diversitatibus constant*.

ὀξὺ δ' ἐπ' ὀξὺ ἔβη] Hiatus videtur esse emendandus. Equidem putaverim aliud olim scriptum fuisse verbum, fortasse *θέεν* vel *κίεν*.

20. *Ver ergo calidum fecit* cet.] Cf. Comm. I, 6, 60., ubi quidem cuivis anni tempori una tribuitur virtus.

21. *quae sunt nostra principia*] Cf. § 17.

ex diversitatibus] Cf. § 18. *similitudinem sui*.

Est enim ignis calidus et siccus cet.] Cf. Comm. I, 6, 26 sqq.

22. *acescere .. cibum*] Dicendum erat *quod acescit cibus*. Sed obstitit particula *quod* iam supra posita.

ut credamus] Haec quum ad antecedentia referenda sint, praemittendum erat *id*.

numquam illum pati qui simplicem sumit. Si vero et qui mensa fruitur copiosa hoc vitium saepe non sentit, et qui se uno cibo afficit saepe sustinet quod accusas, cur hoc varietati et non modo [226]edacitati adsignas? Nam et de simplici avidus noxam patitur cruditatis, et in vario moderatus digestionis commodo fruitur.
23 At, inquies, ipsa inmoderatio ex ciborum varietate nascitur titillante gula et ad sumenda plura quam necesse est provocante.
24 Rursus ad ea quae iam dixi revolvor, cruditates de modo non de qualitate provenire. Modum vero servat qui sui potens est et in mensa Sicula vel Asiana: excedit inpatiens, etsi solis olivis aut olere vescatur. Et tam ille copiosus, si moderationem tenuit, sanitatis compos est, quam insanus fit ille cui merus sal cibus est,
25 si hoc ipsum voraciter invaserit. Postremo si in his quae sumimus varietatem noxiam putas, cur potionum remedia quae per os humanis visceribus infunditis ex tam contrariis ac sibi repu-
26 gnantibus mixta conponitis? Suco papaveris admiscetis euphor-

[Mss. APSH.

scere cet.] Cf. c. 4, § 27 sq. — *non modo edacitati* PHbEM3. *non modo edacitatis* icag-b. *non perpetuae eius edacitati* S. *non perpetuo eum edacitati* (A sup. add. *l'. mo*) vM12. „Scriptus *perpetuae edacitatis.* Fortassis, *perpetis edacitatis* ut *noctem perpetem* Plautus.“ Pont. 23. *inquies*] Cf. c. 4, § 31. — *moderatio* S. — *ad sumenda* H a sec. m. s-bP. *assumenda* A (H a p. m.). *ad assumenda* v-g. *assumente* S. 24. *iam dixi*] § 22. — *non qualitate* (om. *de*) A. — *Modum enim* ASv-g. — *etiam in* g in mg. — *etiam si* v-g. — *holere* as-b. — *Et tamen* Sv-g. — *moderationes* P. — *contra insanus* v-g. — *evaserit* (sup. *l' in*) A. 25. *potionum remedia*] Cf. Plut. l. c. — *remedio* P. — *quae post humanis* H. — *mista* v-g. 26. *admiscentis* H. — *monstrosis*

et non modo] idem est ac *nec tantum*. Qui *edacitatis* scripserunt videntur *modo* habuisse pro substantivo, quum infra § 23. legatur: *de modo non de qualitate.* Hoc, si suffragarentur codices, ego non respuerem, quamvis in verbis *modo edacitatis* esset pleonasmus quidam (cf. c 3, § 12.), praesertim quum etiam § 28. legatur *et non*, ubi non minus quam hoc loco esse possit *et non modo*.

24. *in mensa Sicula*] „Est apud Suidam *Σικελικὴ τράπεζα· ἐπὶ τῶν πάνυ πολυτελῶν καὶ τρυφηλῶν.* Lautam et opiparam fuisse docet apud Athenaeum [immo apud Pollucem X, 107.] Eubulus Comicus: *Καὶ πνικτὰ Σικελικὰ πατάνεια σωρεύματα*, ubi *πατάνεια σωρεύματα*, quomodo et Scaligero observatum, adumbravit Curcul. [immo Menaechm. I, 1, 26.] Plautus: *Tantas struices concinnat patinarias.* Porro adagium a Diogeniano annotatum: *Ἀεὶ Λεόντιοι περὶ τοὺς κρατῆρας* huc quoque facit. Nam Leontini Siciliae populus est.“ Pont. — Adde C. I, 10, 16. et Horat. Od. III, 1, 18. *Siculae dapes*, et quae ad illum locum attulit Orellius, inprimis: Plat. de rep. III, p. 404. *Συρακοσίαν δὲ, ὦ φίλε, τράπεζαν καὶ Σικελικὴν ποικιλίαν ὄψου, ὡς ἔοικας, οὐκ αἰνεῖς.* Erasm. Adag. II, 2, 68.

vel Asiana] Cf. Liv. XXXIX, 6, 7. *Luxuriae peregrinae origo ab exercitu Asiatico invecta in urbem est*, et § 9. *Epulae quoque ipsae et cura et sumptu maiore adparari coeptae.*

olivis aut olere] Cf. Horat. Od. I, 31, 15 sq. *Me pascunt olivae, Me cichorea levesque malvae.*

insanus] i. e. aegrotus.

26. *Suco papaveris*] Cf. Plin. N. H. XX, 18 s. 76. *Papaveris* (sucus) *largus densatur et in pastillos tritus in umbra siccatur, non vi soporifera modo, verum, si copiosior hauritur, etiam mortifera per somnos: opion vocant.*

euphorbium] Cf. Plin. N. H. V, 1. s. 1. § 16. *Similia prodidit* (Iuba) *de Atlante, praeterque gigni ibi*

bium, mandragoram aliasque herbas conclamati frigoris pipere
temperatis, sed nec menstruosis carnibus abstinetis inserentes po-
culis testiculos castrorum et venenata corpora viperarum, quibus
admiscetis quicquid nutrit India, quicquid devehitur herbarum
quibus Creta generosa est. Cum ergo ad custodiam vitae hoc 27
faciant remedia quod cibus, siquidem illa eam revocent iste con-
tineat, cur illis providere varietatem laboras, istum squalori uni-
formitatis addicis? Post omnia in voluptatem censura cothurnati 28
sermonis invectus es, tamquam voluptas virtuti semper inimica
sit, et non cum in luxum spreta mediocritate prolapsa est. Quid
enim agit ipse servus non edendo nisi cogente fame nec po-
tando praeter sitim nisi ut de utroque capiat voluptatem? Ergo [227]

Edd. vicahgspdzb.] as-bPH. Cf. V, 17, 14. — *generosa* (om. *est*) P. 27. *haec* S. — *revocet* S. — *istis squalorem* i. *isti squalorem* c-g. *isti squaloris* (del. s) S. — *adiicis* Sv-g. 28 *invectus es*] c. 4, § 32. — *in luxu sumpta* (corr. in *spreta*) A. — *potandum* A. 29. *coquit* H. — *appetentia* S.

herbam euphorbiam nomine ab inventore medico suo appellatam, cuius lacteum sucum miris laudibus celebrat in claritate visus contraque serpentes et venena omnia, et XXV, 7, s. 38. *Euphorbium* dicit ibid. 12, s. 91. et XXVI, 8, s. 34, § 54.

mandragoram] Vid. not. seq. et conf. c. 6, § 7. Cf. Plin. N. H. XXV, 13, s. 94. *Mandragoram alii Circaeum vocant. Duo eius genera. .. Ferunt mala avellanarum nucum magnitudine. .. Sucus fit et e malis et caule deciso cacumine, et radice punctis aperta aut decocta. .. Odor gravis ei, sed radicis et mali gravior. .. Folia servantur in muria efficacius, alias recentium sucus pestis est: sic quoque noxiae vires. Gravedinem etiam afferunt olfactu, quamquam mala in aliquibus terris manduntur. Nimio tamen odore obtumescunt ignari; potu quidem largiore etiam moriuntur. Vis somnifica pro viribus bibentium.*

conclamati frigoris] i. e. perniciosas frigore. Cf. Plutarch. Sympos. III, 4, 2. (p. 652. C.) *Ψυκτικὰ τὰ πλεῖστα τῶν ὑπνωτικῶν φαρμάκων ἐστὶν, ὡς ὁ μανδραγόρας καὶ τὸ μηκώνιον.* Plin. N. H. XXIV, 9, s. 38. § 61. *Adversantur* (vitices) *venenis serpentium maxime quae frigus inferunt*, et XXV, 13. s. 95, § 151. *Semini et foliis* (cicutae) *refrigeratoria vis.*

poculis] i. e. remediis. Cf. Plin. N. H. XXIV, 11, s. 58. *Medetur* (struthion) *morbo regio. .. Quamobrem aureum poculum medici vocant.*

testiculos castorum] Cf. Plin. N. H. XXXII, 3. s. 13. *Spectabilis naturae potentia in his quoque quibus et in terris et in aqua victus est, sicut et fibris, quos castores vocant, et castorea testes eorum*, cet.

viperarum] Cf. Plin. N. H. XXIX, 4, s. 21. *Fiunt ex vipera pastilli, qui theriaci vocantur a Graecis, ... quibus ad multa medicamenta utuntur.*

quicquid nutrit India] Cf. Plin. N. H. XV, 26, s. 31. *Miscentur sapores, et alio alius placere cogitur: miscentur vero et terrae caelique tractus. In alio cibi genere India advocatur, in alio Aegyptus, Creta, Cyrene singulaeque terrae*, et XXIV, 1, § 4 sq. *Statim compositiones et mixturae inexplicabiles decantantur. Arabia atque India in medio aestimantur.*

quibus Creta generosa est] Cf. Plin. l. c. et XXV, 8. s. 53, § 93. *Praecedente persuasione illa quidquid in Creta nascitur infinito praestare ceteris eiusdem generis alibi genitis.*

27. *iste*] et infra *istum* ponitur pro *hic* et *hunc*, quum opponatur pronomen *ille*.

illis providere varietatem laboras] Cf. Comm. II, 14, 15. *laborat ostendere*, et Caes. B. G. VI, 44, 3. *Frumento exercitui proviso*, ubi quidem alii legunt *exercitu*.

28. *censura cothurnati sermonis*] Cf. prolegg. p. XLII.

voluptas non mox nomine ipso infamis est, sed fit modo utendi
29 vel honesta vel arguenda. Parum est, si excusata sit et non etiam laudetur voluptas. Nam cibus qui cum voluptate sumitur desiderio tractus in ventrem reconditur patula expectatione rapientem, et dum animose fruitur, mox eum concoquit: quod non ex aequo cibis evenit quos nulla sui dulcedo commendat. Quid ergo accusas varietatem quasi gulae irritamentum, cum salus sit hominis vigere adpetentiam, qua deficiente languescit et periculo
30 fit propior? Nam sicut in mari gubernatores vento suo, etiamsi nimius sit, contrahendo in minorem modum vela praetervolant, et flatum, cum est maior, coercent, sopitum vero excitare non possunt: ita et adpetentia, cum titillatur et crescit, rationis guberna-
31 culo temperatur, si semel ceciderit, animal extinguitur. Si ergo cibo vivimus et cibum adpetentia sola commendat, elaborandum nobis est commento varietatis ut haec semper provocetur, cum praesto sit ratio qua intra moderationis suae terminos temperetur.
32 Memineritis tamen lepido me convivio adesse, non anxio: nec sic admitto varietatem, ut luxum probem, ubi quaeruntur aestivae nives et hibernae rosae, et, dum magis ostentui quam usui servitur, silvarum secretum omne lustratur et peregrina maria sollicitantur. Ita enim fit ut, etiamsi sanitatem sumentium mediocri-

[Mss. APSH.

ad penitentiam (del. *ni*) A. — *proprior* A. 30. *maior est* Edd. P. — *deciderit* S. — *extinguit* AP. 31. *qua* AH. om. S. *quae* v-g. *quia* s-bP. 32. *luxum* om. A. — *servitur* om. P. 33. *Obsecutus*

mox] novo modo dictum est pro *continuo*. Cf. c. 8, § 3., ubi *mox tritum* idem valet ac: *simul ac tritum est*.

29. *patula expectatione*] Dicendum erat potius *exspectatione patulum* (ventrem), ut ait Virgilius Georg. I, 376. *Patulis captavit naribus auras*, et Horatius Epist. I, 18. 70. *Nec retinent patulae commissa fideliter aures*.

animose] i. e. cum voluptate, ut dicitur *animi causa*. Cf. Sueton. Caes. 47. *Gemmas ... semper animosissime comparasse*.

sui dulcedo] Vid. prolegg. p. xxxix.

30. *vento suo*] i. e. secundo, ut dicitur *suo tempore*.

praetervolant] intuentem scilicet, ut sit idem quod *cursum tenent*.

31. *commento varietatis*] i. e. varietate excogitata.

32. *lepido convivio .. non anxio*] Haec videntur pertinere ad ultima Disarii verba c. 4, § 33. *ne videar hoc ipsum in quo sumus, licet sobrium sit, tamen, quia varium est, accusare convivium*.

aestivae nives] Cf. Sen. N. Q. IV, 13, 2. *Nos vero quaeramus potius quomodo fiant nives quam quomodo serventur, quoniam ... invenimus quomodo stiparemus nivem, ut ea aestatem evinceret et contra anni fervorem defenderetur loci frigore*.

hibernae rosae] Cf. Sen. ep. 122, 8. *Non vivunt contra naturam qui hieme concupiscunt rosam?* Horat. Od. I, 38, 3 sq. *Mitte sectari rosa quo locorum Sera moretur*, ad quem locum Orellius attulit Lucian. Nigrin. § 31. *Τοὺς ῥόδων αὐτῶν καὶ παρὰ καιρὸν ἀγαπῶντας* et Pacat. in Paneg. Theod. 14. *Delicati illi ac fluentes parum se lautos putabant, nisi luxuria vertisset annum, nisi hibernae poculis rosae innatassent*.

silvarum secretum ... maria sollicitantur] Cf. Senec. Cons. ad Helv. 9, 12. *Alioquin si ad sanam illis mentem placeat reverti, quid opus est tot artibus ventri servientibus? quid mercaturis? quid vastatione silvarum? quid profundi perscrutatione?* et ep. 89, 21. *Ad*

tas observata non sauciet, ipse tamen luxus morum sit aegritudo.[228]
His favorabiliter exceptis Disarius: Obsecutus es, inquit, Eusta- 33
thi, dialecticae, ego medicinae. Qui volet eligere sequenda usum consulat, et quid sit utilius sanitati experientia docebit.

VI. Post haec Flavianus: Et alios quidem medicos idem 1
dicentes semper audivi, vinum inter calida censendum, sed et nunc Eustathius, cum causas ebrietatis attingeret, praedicabat vini calorem. Mihi autem saepe hoc mecum reputanti visa est vini natura frigori propior quam calori: et in medium profero quibus ad hoc aestimandum trahor, ut vestrum sit de mea aestimatione iudicium. Vinum, quantum mea fert opinio, sicut natura frigi- 2
dum est, ita capax vel etiam adpetens fit caloris, cum calidis fuerit admotum. Nam et ferrum cum tactu sit frigidum,

— ψυχρὸν δ' ἕλε χαλκὸν ὀδοῦσιν,

si tamen solem pertulerit, concalescit, et calor advena nativum frigus expellit. Hoc utrum ita esse ratio persuadeat requiramus. Vinum aut potu interioribus conciliatur, aut fotu, ut superficiem 3
curet, adhibetur. Cum infunditur cuti, quin frigidum sit nec medici infitias eunt: calidum tamen in interioribus praedicant, cum non tale descendat, sed admixtum calidis concalescat. Certe re- 4
spondeant volo, cur stomacho in lassitudinem degeneranti ad[229]

Edd. vicahgspdzb.]
(sup. add. *es*) A. — *ergo medicinae* dz. In spd huic capiti (in spl nonnisi commate posito) subiiciuntur tres asterisci, quasi aliquid exciderit.
VI. *Caput VI. Vinum natura frigidum potius videri quam calidum: et cur raro feminae, senes cito inebrientur.* ch-b. 1. *Flavinianus* H. — *nunc*] Cf. c. 5, § 14. — *hoc saepe* Edd. S. — *proprior* P. — *existimandum* ab. *extimandum* vichg. — *existimatione* ab. *extimatione* vichg.
2. *caloris fit* v-g. *est caloris* s-bP. — ψυχρὸν] Homer. Il. ε, 75. ψυχρὸν .. ὀδοῦσιν om. S. — δ' ἕλε om. v-a. ΛΕΛΕ A. — ὅλους v-a. ὀδοῦσι h. 3. *Vinum* cet] Cf. Plut. Symp. III, 5, 1 sq. — *Vinum quod aut* c-g. — *aut fotu aut potu interioribus conciliatur* v. — *curet* om. S. — *inferioribus* H. — *distendat* S. — *admistum* v-g. 4.

vos deinde transeo, quorum profunda et insatiabilis gula hinc maria scrutatur, hinc terras: alia hamis, alia laqueis alia retium variis generibus cum magno labore persequitur: nullis animalibus nisi ex fastidio pax est... Quantulum ex ista fera periculose capta dominus crudus ac nauseans gustat? quantulum ex tot conchyliis tam longe advectis per istum stomachum inexplebilem labitur? Plin. N. H. IX, 34, s. 53. *Iam quidem ex tota rerum natura damnosissimum ventri mare est* cet.

33. *His favorabiliter exceptis*] Cf. c. 3. § 1. *Haec dicentem favor excepit omnium.*

VI, 2. *si tamen*] Dicendum erat *tamen, si.*

advena] novo modo refertur ad rem, quum proprie non nisi homo dicatur *advena* vel animal. Cf. c. 8, § 15. *advenam sensum frigoris*, et c. 12, § 12. *aer advena*, et § 32. *de advenis undis.* De re conf. C. II, 15, 7 sq.

utrum .. ratio persuadeat] Cf. c. 4. §. 3.

3. *interioribus conciliatur*] i. e. ad interiora curanda adhibetur.

ut superficiem curet] i. e. ad cutem curandam. Cf. c. 8, § 8.; c. 13, § 27. Singulari modo ipsum remedium dicitur curare.

nec medici infitias eunt] Cf. Plin. N. H. XIV, 5. s. 7. *Vino natura est hausto accendendi calore viscera intus, foris infuso refrigerandi.*

descendat] Cf. § 6. *descendit in viscera*, et Horat. Epod. 2, 53. *Afra avis descendat in ventrem meum.*

instaurandas constrictione vires offerant aegrescenti vinum, nisi frigore suo lassata cogeret et colligeret dissoluta? Et cum lasso, ut dixi, stomacho nihil adhibeant calidum, ne crescat ulterius lassitudo, a vini potu non prohibent, defectum in robur hac cu-
5 ratione mutantes. Dabo aliud indicium accidentis vino quam ingeniti caloris. Nam si quis aconitum nesciens hauserit, non nego haustu eum meri plurimi solere curari. Infusum enim visceribus trahit ad se calorem et veneno frigido quasi calidum iam repugnat. Si vero aconitum ipsum cum vino tritum potui datum
6 sit, haurientem nulla curatio a morte defendit. Tunc enim vinum natura frigidum admixtione sui frigus auxit veneni, nec in interioribus iam calescit, quia non liberum sed admixtum alii,
7 immo in aliud versum, descendit in viscera. Sed et sudore nimio vel laxato ventre defessis vinum ingerunt, ut in utroque morbo constringat meatus. Insomnem medici frigidis oblinunt, modo papaveris suco modo mandragora vel similibus, in quibus est et vinum: nam vino somnus reduci solet, quod non nisi in-
8 geniti frigoris testimonium est. Deinde omnia calida Venerem provocant et semen excitant et generationi favent, hausto autem mero plurimo fiunt viri ad coitum pigriores: sed nec idoneum

[Mss. APSH.

laxata H. — *nihil* om. P. — *avido potu* (sup. *l' vini*) A. 5. *accidens* E. *accidentis magis* b. — *ingenti* E. *ingentis* v. — *haustum cum* A. *cum haustu* (om. *cum*) S. 6. *admistione* v-g. — *frigus hausit* S. — *admistum* v-g. 7. *ingerit* vi. *ingeritur* c-g. — *ingenti* (add. sup. *i*) A. *ingentis* v-g. 8. *Deinde nonne omnia* S. — *procreant* P. — *sed haec* H. — *conceptioni serunt* s. *conceptionis erunt* P.

4. *ulterius*] Cf. c. 3. § 22.

5. *accidentis vino quam ingeniti caloris*] Insertum est in edit. Bip. *magis*, idque sane vel *potius* supplendum est ad comparativam particulam *quam*, nisi mavis dicere hanc vim in ea ipsa inesse. Cf. Tac. Ann. 1, 58. *Pacem quam bellum probabam*, ubi vid. Rupertium, qui plura eiusmodi exempla congessit vol. IV. p. 808.; Cornel. Nep. Datam. 8, 1. *Statuit congredi quam cum tantis copiis refugere*, ubi vid. Oudendorp. et Brem.; Forcellin. s. v. *quam*. Quamquam non nego post *probandi* et *statuendi* verba facilius posse omitti *potius*.

aconitum] „Haud dubie *aconitum* hic dicitur quod alias *cicuta*. Nam non modo apud Plutarch. Symp. III, 5. [extr.], unde nostrum hausisse satis constat, de *κωνείῳ*, h. e. *cicuta*, sermo est, sed etiam quod aconito hic eadem vis tribuitur quam cicutae tribui vel ex Platonis Phaedone constat. Conf. Mercurial. Var. lect. p. 147.“ Zeun. — Plinius N. H. XXIII, 1, s. 23. et Dioscorides V, 11. merum dicunt remedio esse et contra cicutas et contra aconita, sed iidem, Plinius XIV, 5, s. 7. et XXV, 13, s. 95., et Dioscorides IV, 79., et Celsus V, 27, 13. cicutam tantum commemorant.

trahit ad sese calorem] immo excitat vel movet, ut ait Celsus V, 27, 3. Itaque vinum non minus dici potest calidum, quam aconitum frigidum: *θερμαντικὸν* dicit Dioscorides V, 11. Plinius XXV, 13, s. 95. *Remedio est*, inquit, (cicutae) *priusquam perveniat ad vitalia, vini natura excalfactoria. Sed in vino pota irremediabilis existimatur.*

6. *admixtione sui*] Vid. prolegg. p. xxxix.

7. *papaveris suco cet.*] Cf. c. 5. § 26. Cels. V, 25, 1 et 2.

8. *mero plurimo*] Plutarchus p. 652. D. dicit: *οἱ δὲ πίνοντες πολὺ ἄκρατον.*

nec idoneum conceptioni serunt] legendum esse docet et sensus ipse et Plutarchus, qui l. c. habet: *Καὶ*

conceptioni serunt, quia vini nimietas, ut frigidi, facit semen exile vel debile. Hoc vero vel manifestissimam aestimationis meae ha- 9
bet adsertionem, quod quaecumque nimium algentibus, eadem contingunt ebriis. Fiunt enim tremuli graves pallidi, et saltu[230] tumultuantis spiritus artus suos et membra quatiuntur: idem corporis torpor ambobus, eadem linguae titubatio: multis autem et morbus ille quem *παράλυσιν* Graeci vocant sic nimio vino ut multo algore contingit. Respicite etiam quae genera curationis 10
adhibeantur ebriis. Nonne cubare sub multis operimentis iubentur, ut exstinctus calor refoveatur? non et ad calida lavacra ducuntur? non illis unctionum tepore calor corporis excitatur? Postremo qui fiunt crebro ebrii cito senescunt: alii ante tempus 11
conpetentis aetatis vel calvitio vel canitie insigniuntur, quae non nisi inopia caloris eveniunt. Quid aceto frigidius, quod culpatum 12
vinum est? Solum enim hoc ex omnibus humoribus crescentem flammam violenter extinguit, dum per frigus suum calorem vincit elementi. Nec hoc praetereo, quod ex fructibus arborum illi sunt 13
frigidiores quorum sucus imitatur vini saporem, ut mala seu simplicia seu granata vel cytonia, quae cotonia vocat Cato.

Edd. vicahgspdzb.]

conceptioni ferunt v-gp-bASH. — *frigida* P. 9. *existimationis* Hg. *extimationis* vich. — *habeo* S. — *quod quodcumque* P. — *pallidi graves* v-g. — *tumultuantes* p-bH. — *spiritus. Artus vero* v. *spiritus. Artus suos* i. — *Multis etiam morbus* v-g. — *παράλυσιν* om. S. — *contigit* A. 10. *Respice* v-g. — *etiam* om. A. — *quae natura* vl. — *curationum* v-g. — *et calida* (om. *ad*) HP. — *tempore* v-g. 11. *canicies* vl.

σπείρουσιν οὐδὲν εἰς γένεσιν ἰσχυρόν. Cf. Aristot. Probl. III, 4, 12, 24. Vide tamen Euripidis (Bacch. 773.) illud: *Οἴνου δὲ μηκέτ' ὄντος οὐκ ἔστιν Κύπρις* et proverbium *Sine Cerere et Baccho friget Venus* apud Erasmum Adag. II, 3, 97.

facit semen exile vel debile] Plutarchus: *Ἀλλ' ἐξίτηλοι καὶ ἀτελεῖς εἰσιν αἱ πρὸς τὰς γυναῖκας ὁμιλίαι αὐτῶν διὰ φαυλότητα καὶ κατάψυξιν τοῦ σπέρματος.*

9. *habet adsertionem*] i. e. argumentum est.

nimium] i. e. vehementer. Cf. c. 12, § 28.

saltu tumultuantis spiritus] Cf. c. 4, § 11. *in venas cum tumultu suo transeunt.* Plutarchus: *σάλοι τοῦ περὶ τὰ γυῖα πνεύματος.*

artus suos et membra quatiuntur] Vid. prolegg. p. XXXIX. *Artus et membra* sic coniunguntur quavis linguae Latinae aetate. Vid. Doederlein. Synon. IV. p. 150.

lingua titubatio] Plutarchus: *ἀσάφεια γλώττης.*

contingit] Cf. c. 5, § 13. et infra § 11. *eveniunt.*

10. *multis operimentis*] Plutarchus p. 652. E. habet simpliciter *περιστολῇ .. συνθάλποντες.*

ad calida lavacra] Plutarchus habet tantum *λουτρῷ*, idque postero diei assignat.

unctionum tepore] Plutarchus: *ἀλείμματι.*

11. *ante tempus conpetentis aetatis*] Plutarchus p. 652. F.: *φαλακρώσεις ἄωροι καὶ πολιαὶ πρὸ ἡλικίας.* Cf. Comm. I, 15, 2. *Conpetens sermo.*

12. *Quid aceto frigidius*] Cf. c. 12, § 29. Plin. N. H. II, 48. s. 49. § 132. *Acetum, cui frigidissima est natura*, et Plutarch. l. c.: *Ἔτι τοίνυν τὸ ὄξος οἴνου τινός ἐστι φύσις καὶ δύναμις· οὐδὲν δὲ τῶν σβεστηρίων πυρὶ μαχιμώτερον, ἀλλὰ μάλιστα πάντων ἐπικρατεῖ καὶ συμπιέζει τὴν φλόγα δι' ὑπερβολὴν ψυχρότηρος.*

culpatum vinum] i. e. corruptum, vel, ut ait Horatius Sat. II, 4, 54., *vitiatum.*

dum .. vincit] Cf. c. 4, § 29.

13. *seu .. seu .. vel*] Vid. prolegg. p. XLI.

14 Haec ideo dixerim, quod me saepe movit et exercuit mecum disputantem, quia in medium proferre volui, quid de vino aestimaverim sentiendum. Ceterum consultationem mihi debitam non omitto. Te enim, Disari, convenio, ut quod quaerendum mihi
15 occurrit absolvas. Legisse apud philosophum Graecum memini (ni fallor, ille Aristoteles fuit in libro quem de ebrietate conpo-
[231] suit) mulieres raro in ebrietatem cadere, crebro senes: nec causam vel huius frequentiae vel illius raritatis adiecit. Et quia ad naturam corporum tota haec quaestio pertinet, quam nosse et industriae tuae et professionis officium est, volo te causas rei quam ille sententiae loco dixit, si tamen philosopho adsentiris, aperire.
16 Tum ille: Recte et hoc Aristoteles, ut cetera: nec possum non adsentiri viro cuius inventis nec ipsa natura dissentit. Mulieres, inquit, raro ebriantur, crebro senes. Rationis plena gemina ista sententia, et altera pendet ex altera. Nam cum didicerimus quid mulieres ab ebrietate defendat, iam tenemus quid senes ad hoc frequenter inpellat: contrariam enim sortita naturam sunt mulie-
17 bre corpus et corpus senile. Mulier humectissimo est corpore. Docet hoc et levitas cutis et splendor, docent praecipue adsiduae purgationes superfluo exonerantes corpus humore. Cum ergo epotum vinum in tam largum ceciderit humorem, vim suam perdit et fit dilutius, nec facile cerebri sedem ferit fortitudine eius
18 extincta. Sed et haec ratio iuvat sententiae veritatem: Quod muliebre corpus crebris purgationibus deputatum pluribus consertum

[Mss. APSH.

13. *granata seu* v-g. — *cytonia* Hv1spdM123. *citonia* APS. *cydonia* v3-gzb. — *cotonea* Av-g. — *Cato*] de R. R. 7, 3. 14. *Hoc* Sv-g. — *extimaverim* vichg. *existimaverim* Sab. 15. *Legisse* etc.] Cf. Plut. Symp. III, 3. — *graecum philosophum* v-g. 16. *inebriantur* v-g. — *naturam sortita* v-g. — *corpus corpus* (om. *et*) AH. 17. *exhonorantes* A. — *fit dulcius* S. 18. *consertum* (om. *est*) ASv-g.

cytonia] Veram scripturam esse *Cydonia* non ignoro, sed codicum auctoritati obsecutus sum, ne ipsum corrigerem Macrobium. Cf. III, 19, 2. Plutarchus l. c. *ὥσπερ ῥόαις καὶ μήλοις*.

14. *dixerim*] quum ad ea quae iam dicta sint, referatur, idem valet ac *dicere volui*, quod fortasse sic mutatum est, quia sequitur *quia in medium proferre volui.* Ceterum haec verba ponenda erant ante verba *quod .. me exercuit*, ad quae pertinent ea quae infra sequuntur, *quid de vino aestimaverim sentiendum*, in quibus dicendum erat: *quid aestimarem.*

consultationem mihi debitam] i. e. *mihi concessam.* Cf. c. 4, §§ 1 et 2.

Te .. convenio] idem est quod *ad te me verto.*

absolvas] Vid. prolegg. p. XLIII. extr.

15. *Legisse ... memini*] Vid. ibid. p. XL.

ni fallor] Plutarchus p. 650. A. sine dubitatione scripsit: *Ἀριστοτέλης ἐν τῷ περὶ μέθης.* Non autem cogitandum est de problematum capite III., quod sic inscriptum est, sed de libro nunc perdito. Vid. Stahr. Aristot. b. d. Roem. p. 188 sq.

huius frequentiae] haud commode refertur ad id quod antecedit, *crebro.*

sententiae loco] i. e. non additis causis.

si tamen] Sensus est: *si* (*quamquam dubitandum est*) *tamen* cet. Conf. c. 9, § 1. *si tamen .. satisfaciet consulenti* et Ovid. Metam. IV, 537. et Trist. III, 14, 24.

16. *sortita sunt*] Cf. c. 7, § 12. et de diff. praef.

18. *crebris purgationibus deputatum*] singulari modo dictum est

est foraminibus, ut pateat in meatus et vias praebeat humori in egestionis exitum confluenti, per haec foramina vapor vini celeriter evanescit. Contra senibus siccum corpus est, quod probat 19
asperitas et squalor cutis. Unde et haec aetas ad flexum fit difficilior, quod est indicium siccitatis. Intra hos vinum nec patitur contrarietatem repugnantis humoris, et integra vi sua adhaeret corpori arido, et mox loca tenet quae sapere homini mini- [232]
strant. Dura quoque esse senum corpora nulla dubitatio est: et 20
ideo ipsi etiam naturales meatus in membris durioribus obserantur, et hausto vino exhalatio nulla contingit, sed totum ad ipsam sedem mentis ascendit. Hinc fit ut et sani senes malis ebriorum 21
laborent, tremore membrorum, linguae titubantia, abundantia loquendi, iracundiae concitatione: quibus tam subiacent iuvenes ebrii quam senes sobrii. Si ergo levem pertulerint inpulsum vini, non accipiunt haec mala, sed incitant quibus aetatis ratione iam capti sunt.

VII. Probata omnibus Disarii disputatione subiecit Symma- 1
chus: Ut spectata est tota ratio quam de muliebris ebrietatis raritate Disarius invenit, ita unum ab eo praetermissum est, nimio frigore quod in earum corpore est frigescere haustum vinum, et ita debilitari, ut vis eius quae elanguit nullum possit calorem, de quo nascitur ebrietas, excitare. Ad haec Horus: Tu vero, Sym- 2
mache, frustra opinaris frigidam mulierum esse naturam, quam

Edd. vicahgspdzb.]

19. *asperitas cutis et squalor* S. — *ad flexum* S. *ad fluxum* AH. *ad fletum* Edd. P. — *sicco* (sup. *arido*) A. 20. *etiam ipsi* Edd. *etiam* (om. *ipsi*) P. 21. *impulsum vim* S.

VII. *Caput VII. Feminis frigidiorne sit natura quam viris, an calidior. Et cur mustum non inebriet.* ch-b. 1. *calorem possit* Edd. PS. 2. *Mulierum naturam calidiorem esse virili. Cap.* vi (v3 eadem habet in marg.). — *mulierum esse* AHv-gM3 *esse mulierum* s-bP. *muliebrem esse* SM2. *mulierem esse* M1. — *natura* M1. 3. *Humor naturalis*

pro iis quae leguntur apud Plutarchum p. 650. C.: *Διὰ τὸν ἐνδελεχῆ τῶν ὑγρῶν κατασπασμὸν ἐπὶ τὰς ἀποκαθάρσεις.* Cf. c. 13, § 6. et c. 14, § 4.

pluribus consertum est foraminibus] immo perfossum. Plutarchus l. c. habet: *Εἰκὸς δὲ αὐτῶν καὶ τὸ σῶμα .. πολύπορον γεγονέναι καὶ τετμῆσθαι καθάπερ ἀνδήροις καὶ ὀχετοῖς.*

19. *ad flexum sit difficilior*] Plutarchus ib. D.: *Δηλοῖ δὲ καὶ τὸ δυσκαμπὲς αὐτῶν.*

Intra hos] i. e. in senum corporibus.

contrarietatem repugnantis humoris] cum pleonasmo quodam dictum est pro *repugnantiam humoris.* Cf. c. 9, § 9. *huius contrarietatis ausum.*

quae sapere homini ministrant] Infinitivus *sapere* locum tenet nominis substantivi in accusativo casu positi. Cf. c. 4, § 17.

20. *hausto vino*] noli habere pro ablativis absolutis ut § 8. Est dativus pendens a verbo *contingit:* indeque petendum est subiectum verbi *ascendit.*

21. *sani*] idem valere videtur ac sobrii. Cf. c. 7, § 19. *non inpellit in insaniam.*

linguae titubantia] legitur etiam apud Sueton. Claud. 30. Macrobius ipse § 9. habet *linguae titubatio.*

VII, 1. *muliebris*] ponitur pro genitivo *mulierum.*

nimio] idem fere valet quod *magno.* Cf. § 7. et c. 12, § 28.

calorem, de quo nascitur ebrietas] Haec non congruunt cum iis quae leguntur c. 6, § 9.

3 ego calidiorem virili, si tibi volenti erit, facile probabo. Humor naturalis in corpore, quando aetas transit pueritiam, fit durior et acuitur in pilos. Ideo tunc et pubes et genae et aliae partes cor-
|233|poris vestiuntur. Sed in muliebri corpore hunc humorem calore siccante fit inopia pilorum, et ideo in corpore sexus huius
4 manet continuus splendor et levitas. Est et hoc in illis indicium caloris, abundantia sanguinis, cuius natura fervor est: qui ne urat corpus, si insidat, crebra purgatione subtrahitur. Quis ergo dicat frigidas, quas nemo potest negare plenas caloris, quia
5 sanguinis plenae sunt? Deinde, licet urendi corpora defunctorum usus nostro seculo nullus sit, lectio tamen docet eo tempore quo igni dari honor mortuis habebatur, si quando usu venisset, ut plura corpora simul incenderentur, solitos fuisse funerum ministros denis virorum corporibus adicere singula muliebria: et unius adiutu, quasi natura flammei et ideo celeriter ardentis, cetera fla-
6 grabant. Ita nec veteribus calor mulierum habebatur incognitus. Nec hoc tacebo, quod, cum calor semper generationis causa sit, feminae ideo celerius quam pueri fiunt idoneae ad generandum, quia calent amplius. Nam et secundum iura publica duodecimus annus in femina et quartus decimus in puero definit pubertatis
7 aetatem. Quid plura? nonne videmus mulieres, quando nimium frigus est, mediocri veste contentas nec ita operimentis plurimis involutas, ut viri solent, scilicet naturali calore contra frigus quod
8 aer ingerit repugnante? Ad haec renidens Symmachus: Bene, in-

[Mss. APSH.

ralis cet.] Cf. Plut. Symp. III, 4, 2. — *et levitas est. Est et* v3M12. *et lenitas est. Est et* ASv1. 4. *insidiat* A. 6. *celerius* om. P. *celeriter* A. — *quattuordecimus* vi. 8. *Responsio ad praedicta. Cap.*

2. *si tibi volenti erit*] Vid. not. ad I, 7, 9.

3. *et pubes et genae .. vestiuntur*] Cf. § 8. *illae partes maxime vestiuntur.* Hi loci addendi erant ad not. ad III, 8, 7. Inest πρόληψις quaedam, quod pubes dicitur vestiri, nam alias (ut Virg. Aen. III, 427., Ovid. Amor. III, 12, 22. Plin. N. H. XI, 37, 83; XXVIII, 15. s. 60. extr.) pudenda sic vocantur pilis vestita.

4. *abundantia sanguinis*] referendum est ad *hoc indicium*, ut fuerit dicendum, *quod sanguine abundant.* De re conf. I, 17, 53.

5. *licet .. usus seculo nostro nullus sit*] „Signandum hoc et quod sequitur porro: *Solitos funerum ministros ... cetera flagrabant.*" Pont. — Boettigerus Ideen I, p. 36. dicit incertum esse quando mos mortuorum cadavera comburendi omnino desierit. Ex secundo et tertio seculo argumenta collegisse Schoepflinum in Alsatia illustrata I, p. 512 sq. Plutarchus p. 651. B. rem de sua aetate tradit: *Λέγεται γὰρ ὑπὸ τῶν σκευωρουμένων συντίθεσθαι παρὰ δέκα νεκροὺς ἀνδρῶν ἕνα γυναικός.*

flagrabant] Dicendum erat *flagrasse*, ut haec quoque penderent a verbis *lectio docet.*

6. *secundum iura publica*] Cf. Ulpian. Digest. XXVIII, 1, 5. *A qua aetate testamentum vel masculi vel feminae facere possunt, videamus. Verius est in masculis quidem quartum decimum annum spectandum, in feminis vero duodecimum completum*, et Paul. ibid. XXIII, 2, 4. *Minorem annis duodecim nuptam tunc legitimam uxorem fore, cum apud virum explesset duodecim annos.*

7. *nimium*] i. e. vehemens. Cf. § 1. Sic etiam *plus nimio* ponitur c. 1, § 2. al., et *nimis asperam* pro superlativo c. 15, § 9.

8. *renidens*] Cf. I, 4, 4.

quit, Horus noster temptat videri orator ex Cynico, qui in con-
trarium vertit sensus quibus potest muliebris corporis frigus pro-
bari. Nam quod pilis, ut viri, non obsidentur, inopia caloris est.
Calor est enim qui pilos creat, unde et eunuchis desunt, quorum [234]
naturam nullus negaverit frigidiorem viris: sed et in corpore hu-
mano illae partes maxime vestiuntur, quibus amplius inest calo-
ris. Leve autem est mulierum corpus quasi naturali frigore den-
setum: comitatur enim algorem densitas, levitas densitatem.
Quod vero saepe purgantur, non multi sed vitiosi humoris indi- 9
cium est. Indigestum est enim et crudum quod egeritur, et
quasi infirmum effluit, nec habet sedem, sed natura quasi no-
xium et magis frigidum pellitur. Quod maxime probatur, quia
mulieribus, cum purgantur, etiam algere contingit: unde intelle-
gitur frigidum esse quod effluit, et ideo in vivo corpore non ma-
nere quasi inopia caloris extinctum. Quod muliebre corpus iu- 10
vabat ardentes viros, non caloris erat sed pinguis carnis et oleo
similioris, quod non in illis contingeret ex calore. Quod cito am- 11
monentur generationis, non nimii caloris sed naturae infirmioris
est: ut exilia poma celerius maturescunt, robusta serius. Sed si
vis intellegere in generatione veram rationem caloris, considera
viros longe diutius perseverare in generando quam mulieres in
pariendo: et haec tibi sit indubitata probatio in utroque sexu vel
frigoris vel caloris. Nam vis eadem in frigidiore corpore celerius
extinguitur, in calidiore diutius perseverat. Quod frigus aeris to- 12

Edd. vicahgspdzb.] v1 (v3i om. *Cap.*). — *Nam quod .. inopia caloris est* cet.] Cf. Plut. Symp. III, 4, 3. Alexandri (Aphrodisiensis?) Problem. phys. I, 6. — *densetum* s-z (M13 a p. m.). *densatum* ASbPHEM2 (M13 a sec. m.). *densetur* v-g. — *langorem* S. 9. *sed a natura* S. 10. *non caloris* (om. *erat*) A. — *oleo similioris* A*Sv-gEM123. „Sed caro quomodo honeste assimilabitur oleo? Non dubitabis verum esse *oleosioris*." Pont. *oleo similis* s-bPH. — *non illis* (om. *in*) S. — *contigerat* H. 11. *admoventur generationi* Ac-g. — *robustiora* A. — *et hoc* AH. 12.

orator ex Cynico] sc. factus. Cf. c. 3, § 20. *cum ex hortulano potens esset. Orator* autem idem valet quod διαλεκτικὸς vel σοφιστής. Cf. c. 1, § 4.

sensus] idem valet quod *rationes*, vel *locos*. Cf. Tacit. dial. de or. 31. *Alios fusa et aequalis et ex communibus ducta sensibus oratio magis delectat. Ad hos permovendos mutuabimus a Peripateticis aptos et in omnem disputationem paratos iam locos.* Plutarchus p. 651. C. habet: Ἀλλ' ἀπ' αὐτῶν οἶμαι τούτων τῶν ἐπιχειρημάτων ἐλέγχεσθαι τὸ δόγμα.

pilis .. non obsidentur] Cf. Cic. N. D. I, 23, 65. *Corporibus omnis obsidetur locus*, et Ovid. Met. XI, 363. *Palus .. densis obsessa salictis.*

viris] Dicendum erat *quam virorum.*

vestiuntur] Cf. § 3.

densetum] Hanc formam rariorem, quae, ut docent codices M13, facile poterat mutari in vulgatam, *densatum*, praeferendam esse putavi. Cf. c. 9, § 11. et vid. not. ad Comm. I, 3, 20.

10. *in illis*] refertur κατὰ σύνεσιν ad id quod antecedit, *muliebre corpus.*

contingeret] idem fere valet quod *efficeretur*, cf. § 9. et c. 5, § 13.; infra c. 10, § 5. *quae per malam temperiem contingit*, et ib. § 9. *qui maxime ex humore contingit.*

12. *frigus .. tolerabilius .. ferunt*] i. e. fortius patiuntur vel minus eo afficiuntur. Cf. § 7.

lerabilius viris ferunt, facit hoc suum frigus: similibus enim similia gaudent. Ideo ne corpus earum frigus horreat facit consue-
[235]tudo naturae quam sortitae sunt frigidiorem.
13 Sed de his singuli, ut volunt, iudicent. Ego vero ad sortem venio consulendi, et quod scitu dignum aestimo, ab eodem Disario quaero et mihi usque ad affectum nimium amico et cum in
14 ceteris tum in his optime docto. Nuper in Tusculano meo fui, cum vindemiales fructus pro annua sollemnitate legerentur. Erat videre permixtos rusticis servos haurire vel de expresso vel de sponte fluente mustum, nec tamen ebrietate capi. Quod in illis praecipue admirabar, quos inpelli ad insaniam parvo vino noveram. Quaero, quae ratio de musto ebrietatem aut tardam fieri
15 faciat aut nullam? Ad haec Disarius: Omne quod dulce est cito satiat, nec diuturnam desiderii sui fidem tenet, sed in locum satietatis succedit horror. In musto autem sola dulcedo est, suavitas nulla. Nam vinum cum in infantia est, dulce, cum pubescit,
16 magis suave quam dulce est. Esse autem harum duarum rerum distantiam certe Homerus testis est, qui ait:

— *Μέλιτι γλυκερῷ, καὶ ἡδέϊ οἴνῳ.*

Vocavit enim mel dulce et vinum suave. Mustum igitur cum necdum suave est, sed tantummodo dulce, horrore quodam tan-

[Mss. APSH.

frigus suum v-g. — *frigus earum corpus* S. 13. *de iis* vl. — *consulendi venio* v-g. — *existimo* Sab. *extimo* vichg. — *ad effectum nimium* PS. *ad affectum nimio* As-bH. *ad effectum nimio* v-g. — *in iis* vl. — *maxime* S. 14. *permistos* v-g. — *ad ebrietatem* S. 15. *Omne quod dulce est cet.*] Cf. Plut. Symp. III, 7, 1. — *societatis* H. 16. *Μέλιτι*] Od. ύ, 69. *Μέλιτι ... οἴνῳ* om. ASHvi. In c-g pro hoc versu leguntur (Od. β', 349 sq. et Od. ώ, 67 sq.): *Μαῖ' ἄγε δή μοι οἶνον ἐν ἀμφιφορεῦσιν αφυσσον Ἡδύν,* (a *et alibi:*) *Καίεο δ' ἔν τ' ἐσθῆτι θεῶν καὶ ἀλείφατι πολλῷ Καὶ μέλιτι γλυκερῷ.* — *Vocat* ASHv-g. 17. *distensum frigus*] Vid. prolegg. p. xxxix.

similibus enim similia gaudent] Hoc proverbium, de quo vid. Erasm. Adag. I, 2, 21, recepit Macrobius pro eo quod legitur apud Plutarch. p. 651. C. *Ὅτι πολλάκις τὸ ὅμοιον ὑπὸ τοῦ ὁμοίου δυσπαθέστερόν ἐστιν.*

ne ... horreat, facit] Vid. not. ad Comm. I, 17, 8.

sortitae sunt] Cf. c. 6, § 16.

13. *ad sortem venio consulendi*] Cf. c. 4, § 1 sq.

14. *cum .. legerentur*] i. e. cum fieret vindemia, ut ait simplicius Varro R. R. I, 54.

Erat videre] Vid. prolegg. p. xl.

de sponte fluente] Cf. Columell. XII, 27. *Mustum lixivum, hoc est antequam prelo pressum sit quod in lacum musti fluxerit, tollito* Plin. N. H. XIV, 9, s. 11 extr. *Protropum appellatur a quibusdam mustum sponte defluens antequam calcentur uvae.*

inpelli ad insaniam parvo vino] Cf. c. 4, § 31. *parva libantur.* Plin. N. H. XXI, 31 s. 105. § 178. *Quippe insaniam facit parvo quoque suco.*

15. *nec diuturnam desiderii sui fidem tenet*] cum nimia elegantiae affectatione dictum est pro: *nec diuturnum sui desiderium parit.*

dulcedo] Plutarcho p. 655. F. est *τὸ γλυκὺ, suavitas τὸ ἡδύ.* Cf. § 16.

cum in infantia est .. cum pubescit] Plutarchus l. c. sine metaphora dicit: *ἐν ἀρχῇ* et *παλαιούμενος:* sed conf. II, 3, 2. iocum Ciceronis, et Plin. N. H. XIV, 2, s. 4. § 21. *Principatus datur Ammineis propter firmitatem senioque proficientem vini eius utique vitam.*

16. *necdum*] Vid. prolegg. p. xli. med.

tum sumi de se non patitur quantum sufficiat ebrietati. Addo 17
aliud, naturali ratione ebrietati dulcedinem repugnare, adeo ut medici eos qui usque ad periculum distenduntur vino plurimo cogant vomere: et post vomitum contra fumum vini qui remansit in venis panem offerunt melle inlitum, et ita hominem ab ebrietatis malo dulcedo defendit. Ideo ergo non inebriat mustum in |236| quo est sola dulcedo. Sed et hoc de idonea ratione descendit, 18
quod mustum grave est, et flatus et aquae permixtione et pondere suo cito in intestina delabitur ac profluit, nec manet in locis obnoxiis ebrietati: delapsum vero relinquit sine dubio in homine ambas qualitates naturae suae, quarum altera in flatu altera in aquae substantia est. Sed flatus quidem quasi aeque ponderosus 19
in ima delabitur, aquae vero qualitas non solum ipsa non inpellit in insaniam, sed et, si qua vinalis fortitudo in homine resedit, hanc diluit et extinguit. Inesse autem aquam musto vel hinc 20
docetur, quod, cum in vetustatem procedit, fit mensura minus sed acrius fortitudine, quia exhalata aqua qua molliebatur remanet vini sola natura cum fortitudine sua libera, nulla diluti humoris permixtione mollita.

VIII. Post haec Furius Albinus: Ego quoque pro virili por- 1
tione Disarium nostrum inexercitum non relinquo. Dicas, quaeso, quae causa difficile digestu facit isicium, quod ab insectione *insicium* dictum amissione *n* litterae postea quod nunc habet nomen

Edd. vicabgspdzb.]
duntur: vino vi. *vino distenduntur* chg. 18. *de idonea* s-bPEM3. *idonea* (om. *de*) ASHv-gM12. — *defendit* g in mg. — *permistione* v-g. — *cito* om Ps-z. „Auctior et melior Ed. vet (AHSv-gbEM123) *pondere suo cito.*“ Zeun. — *intestina* (om. *in*) ASvM1. — *dilabitur* S. 19. *et expellit* P. 20. *in vetustate* v. — *qua* om. A. — *permistione* v-g.

VIII. *Caput VIII. De facilitate vel difficultate digestionis quorundam ciborum: deque aliis quibusdam quaestiunculis oppido quam argutis.* ch-b. 1. *relinquo* (om. *non*) H. — *digestum* ASv1M1. — *isicium* PHvEM3P6. *isitium* Ac-g. *issitium* M1. *insicium* s-b. *insitium* SiM2. — *insecutione* AHv1. — *insitium* ASv-g. — *amissione. n. litterae* ASHv1.

17. *contra fumum vini*] Cf. c. 4, § 28. et c. 5, § 14.

18. *de idonea ratione descendit*] Cf. Paul. Digest. XVIII, 1, 57 extr. *Iudicium quod ex bona fide descendit*, et Ulpian. ib. XLIII, 26, 1. *Quod genus liberalitatis ex iure gentium descendit.*

et flatus et aquae permixtione] Plutarchus p. 656. B. habet ex Aristotele: *Τὸ πολὺ συμμένειν πνευματῶδες καὶ ὑδατῶδες.*

in locis obnoxiis ebrietati] Cf. c. 5, § 14.

19. *vinalis fortitudo*] Plutarchus l. c. habet tantum *ἀμβλύτερον ποιεῖν τὸν οἶνον*, infra autem *δυνάμει δὲ σφοδρότερος.*

20. *exhalata aqua*] „Nec aliter de hoc liquore auctor Geopon.: *Τὸ γὰρ ἐν αὐτῷ ὑδατῶδες ὁ χρόνος ἀναλίσκει.* Communicavit filius Douza.“ Pont.

VIII, 1. *facit*] Vid. prolegg. XLI.

isicium .. ab insectione insicium dictum] „Nolo repetere quae de *insicio* dixerunt Lindenbrogius ad Donat. Comment. in Terent. Eun. II, 2, 26. et Casaub. ad Athen. p. 651. [ad IX, c. 5., 19. p. 376, d.].“ Zeun. — Cf. Varro L. L. V, 22, 110. *Insicia ab eo quod insecta caro, ut in carmine Saliorum est, quod in extis dicitur nunc prosectum.* Salmasius ad Ael. Lamprid. Heliogab. 19. I, p. 831. „Scribe *isicia*, inquit, Graeci enim *ἴσικα* et *ἰσίκια*,“ cet. Hanc scripturam habent etiam Apicius II, 1; Arnobius II, 42; Apul. Metam. II, 7; ubi vid. interpretes.

[237]optinuit, cum multum in eo digestionem futuram iuverit tritura
tam diligens et quicquid grave erat carnis absumpserit consum-
2 mationemque eius multa ex parte confecerit. Et Disarius: Inde
hoc genus cibi difficile digeritur, unde putas ei digestionem ante
provisam. Levitas enim quam tritura praestitit facit ut innatet
udo cibo quem in medio ventris invenerit, nec adhaereat cuti
3 ventris de cuius calore digestio promovetur. Sic et mox tritum
atque formatum cum in aquam coicitur, natat. Ex quo intelle-
gitur quod idem faciens in ventris humore subducit se digestionis
necessitati et tam sero illic coquitur quam tardius conficiuntur
quae vapore aquae quam quae igne solvuntur. Deinde, dum in-
stantius teritur, multus ei flatus involvitur, qui prius in ventre
consumendus est, ut tum demum conficiatur quod remansit de
carne iam liberum.

4 Hoc quoque scire haveo, Furius inquit, quae faciat causa
nonnullos carnes validiores facilius digerere quam tenues? Nam
cum cito coquant offas bubulas, in asperis piscibus concoquendis
5 laborant. In his, Disarius ait, huius rei auctor est nimia in ho-

[Mss. APSH.

amissione enim litterae v3-bP. — *triturani* H. — *absumpserit* S. *assumpserit* Edd. APH. 2. *praestat* P. — *udo* om. P. 3. *firmatum* ASv-gM123. — *coicitur* ASH. *coniicitur* Edd. P. — *illi* H. — *conficitur* P: — *ventu* (om. *in*) A. — *de carne* om. P. 4. *habeo* ASH (cf. c. 12, § 24.). *aveo* zbP (g in mg.). — *cum cito coquant* cet.] Cf. Alexand. Probl. phys. I, 52. et II, 17. — *coquendis* v-g. 5. *sus-*

2. *ut innatet udo cibo*] Cf. lib. I, praef., § 7.

in medio ventris] Opponitur infra *cutis ventris*, „*die Magenwände.*"

de cuius calore .. promovetur] i. e. cuius calore iuvatur. De praepositione vid. Hand. Tursell. II, p. 217, 4.

3. *mox tritum*] idem valet ac *simul ac tritum est*, ut c. 5, § 28. *non mox* positum est pro *non continuo*, et *mox quum* alias ponitur pro *simul ac*. Vid. ibid. III, p. 659, 9.

quod] Vid. not. ad Comm. I, 13, 18.

digestionis necessitati] Vid. prolegg. p. XLII. extr.

instantius] idem fere est quod *maximo opere*.

de carne] iungas cum verbis *quod remansit*, non cum verbis *iam liberum*, ad quae supplendum est *flatu*.

4. *faciat .. nonnullos .. facilius digerere*] Vid. prolegg. p. XL.

carnes validiores] Cf. Cels. II, 18. *Valentissimum voco in quo plurimum alimenti est: item omne animal quadrupes domi natum*, et infra: *Inter domesticas vero quadrupedes .. gravissima bubula.* Alexander Probl. phys. I, 52. habet *δύσπεπτα καὶ παχύχυμα.*

coquant] Intelligendum est *concoquant*, quod vide ne reponendum sit: certe illius verbi *coquendi* usus nullum mihi notum est exemplum.

offas bubulas] Alex. l. c. et II, 17. *τὰ βόεια.*

in asperis piscibus] Alex. I, 52.: *τὰ εὔπεπτα καὶ εὔχυμα, ὡς πετραίους ἰχθύας.* (Cf. II, 17.). In leviorum piscium numero Celsus l. c. refert *omnes saxatiles*. Cf. Plinius N. H. XXXII, 9, s. 31, § 94. *Optimum* (ius) *e scorpionibus et iulide et saxatilibus, nec virus resipientibus nec pinguibus.* Columella VIII, 16, 8. *Rursus optime saxosum mare nominis sui pisces nutrit, qui scilicet, quod in petris stabulentur, saxatiles dicti sunt, ut merulae turdique, nec minus melanuri.* Turdum et merulam saxatilibus piscibus adnumerat etiam Plinius N. H. IX, 15, s. 20, § 52.

5. *nimia .. vis caloris*] i. e. magnus calor. Cf. c. 7, §§ 1 et 7. et infra § 6. *vento nimio.* Alex. II, cc.: *δι' ἄμετρον θερμότητα κοιλίας.*

mine vis caloris: quae si idoneam materiem suscipit, libere congreditur et cito eam in concertatione consumit, levem modo praeterit ut latentem, modo in cinerem potius quam in sucum vertit: ut ingentia robora in carbonum frusta lucentia igne vertuntur, paleae si in ignem ceciderint, mox solum de eis cinerem restat videri. Habes et hoc exemplum non dissonum, quod potentior 6
mola ampliora grana confringit, integra illa quae sunt minutiora [237]
transmittit: vento nimio abies aut quercus avellitur, cannam nulla facile frangit procella.

Cumque Furius delectatus enarrantis ingenio plura vellet in- 7
terrogare, Caecina se Albinus obiecit: Mihi quoque desiderium est habendi paulisper negotii cum tam facunda Disarii doctrina. Dic, oro te, quae facit causa, ut sinapi et piper, si adposita cuti fuerint, vulnus excitent et loca perforent, devorata vero nullam ventris corpori inferant laesionem? Et Disarius: Species, inquit, 8
et acres et calidae superficiem cui adponuntur exulcerant, quia integra virtute sua sine alterius rei admixtione utuntur ad noxam: sed si in ventrem receptae sint, solvitur vis earum ventralis humoris alluvione, qua fiunt dilutiores: deinde prius vertuntur in sucum ventris calore quam ut integrae possint nocere.

Caecina subiecit: Dum de calore loquimur, ammoneor rei 9

Edd. vicahgspdzb.] *cipit*, *libere suscipitur*, *libere congreditur* s-z. — *frustra* Avl. „Scribo *frusta*." Meurs. — *acciderint* H. 7. *fecunda* (sup. *a*) A. — *te, inquit, quae* v-g. — *ut sinapi et piper* cet.] Cf. Alex. I, 65. — *sinapis* SH. — *excitent vulnus* v-g. — *ventri seu corpori* coni. Pont. 8. *adponentur* (sup. *u*) P. *opponuntur* s-b. „Leg. *apponuntur*." Pont. — *ulterius* P. — *admistione* v-g. — *receptae sint* scripsi e coni. *recepta est* P. *recepta sint* Edd. ASH. — *integrae* scripsi e coni. *integra* Edd. et Mss.

modo praeterit] Nihil eiusmodi habet Alexander.

ingentia robora] Alex. simpliciter: δρύϊνα δὲ ξύλα.

solum de eis cinerem restat videri] i. e. restat ut solus cinis conspiciatur. Huius constructionis unum inveni exemplum apud Statium Sylv. IV, 1, 40. *Restat Bactra novis, restat Babylona tributis Frenari.*

6. *potentior*] i. e. maior. Sic nos quod permagnum est vulgo dicimus *allmächtig*. Ceterum quae hac paragrapho continentur de suo addidit Macrobius.

7. *cum tam facunda Disarii doctrina*] Vid. prolegg. p. XLII.

ventris corpori] Cf. c. 9, § 14. *Unguis .. qui carni adhaeret, iam facit, si secetur, dolorem non suo sed sedis suae corpore.* Est autem *corpus* idem quod *caro* etiam apud Ciceronem N. D. II, 55. extr. *Ossa subiecta corpori.*

8. *Species*] Cf. c. 13, § 22. *Qui species aliquas purgatas volunt*, et Marcian. Digest. XXXIX, 4, 16, § 7. *Species pertinentes ad vectigal*, et Pallad. Octob. 14. *Diu agitare curabis, ut specierum vis omne musti corpus inficiat.* Inde nostrum „*Specereien*".

superficiem] Cf. c. 6, § 3.

si in ventrem receptae sint] Femininum genus erat restituendum, nam haec necessario referenda sunt ad *species*, quia sequitur *earum* et *dilutiores*. Infra scripsi etiam *integrae* eadem de causa. Fortasse error inde natus est, quod in verbis *integra virtute sua* habitum est *integra* pro neutro genere numeri pluralis. De modo etiamnunc dubito: nam quod legitur in cod. P. *recepta est*, id poterat nasci ex *receptae s̄t* i. e. *receptae sunt*. Apud hunc quidem scriptorem non omnino reiiciendus est coniunctivus. Cf. c. 9, § 14.

quam semper quaesitu dignam putavi, cur in Aegypto, quae regionum aliarum calidissima est, vinum non calida sed, paene di-
10 xerim, frigida virtute nascatur? Ad hoc Disarius: Usu tibi, Albine, compertum est aquas quae vel de altis puteis vel de fontibus hauriuntur fumare hieme, aestate frigescere. Quod fit non alia de causa nisi quod aere qui nobis circumfusus est propter temporis rationem calente frigus in terrarum ima demergitur et aquas inficit quarum in imo est scaturigo: et contra, cum aer
[239] hiemem praefert, calor in inferiora demergens aquis in imo
11 nascentibus dat vaporem. Quod ergo ubique alternatur varietate temporis, hoc in Aegypto semper est, cuius aer semper est in calore. Frigus enim ima petens vitium radicibus involvitur et talem dat qualitatem suco inde nascenti. Ideo regionis calidae vina calore caruerunt.

12 Tractatus noster, Albinus inquit, semel ingressus calorem non facile alio digreditur. Dicas ergo volo, cur qui in aquam descendit calidam, si se non moverit, minus uritur, sed si agitatu suo aquam moverit, maiorem sentit calorem, et totiens aqua urit
13 amplius quotiens novus ei motus accesserit? Et Disarius: Calida, inquit, quae adhaeserit nostro corpori mox praebet tactum sui mansuetiorem, vel quia cuti adsuevit vel quia frigus accepit a nobis: motus vero aquam novam semper ac novam corpori ad-

[Mss. APSH.

9. *admoneo* S. — *in Aegypto* cet.] Cf. Alex. I, 57. et II, 6. — *dixerim* om. A. 10. *Ad haec* A. — *Visu* v. — *o albine* A. — *aquas* cet.] Cf. Alex. I, 56. — *vel* om. P. — *quantum* h. — *hyemem aer* v-g. *inferiora* PS. *interiora* Edd. AH. 11. *cuius ... est* om. P. 12. *ingreditur* P. — *qui in aquam descendit calidam* cet.] Cf. Alex. I, 112. — *calidam descendit* S. — *ei novus* S. 13. *inquit calida* S. — *aqua quae* A. — *semper ac novam* om. AH. — *corpora* P. 14. *Albinus in-*

9. *regionum aliarum calidissima*] Dicendum erat aut *omnium regionum calidissima* aut *regionibus aliis calidior*. Cf. c. 11, § 2. Similia leguntur apud Graecos, ut apud Herodot. II, 14. *Ἦ γὰρ δὴ νῦν γε οὗτοι ἀπονητότατα καρπὸν κομίζονται ἐκ γῆς τῶν τε ἄλλων ἀνθρώπων ἁπάντων καὶ τῶν λοιπῶν Αἰγυπτίων*, et 161. *Ὃς ἐγένετο εὐδαιμονέστατος τῶν πρότερον βασιλήων.* Thucyd. I, 1. *ἀξιολογώτατον τῶν προγεγενημένων.* Alexander I, 57., simplicius: *θερμοτάτῃ οὔσῃ.*

non calida .. natura] Athenaeus qui I, 60. de vinis Aegyptiis agit, de Mareotico tantum dicit: *κεφαλῆς οὐ καθικνούμενος.*

10. *in terrarum ima*] Vid. prolegg. p. XXXIX. med. Alex. I, 56.: *εἰς τὸ βάθος.*

cum aer hiemem praefert] i. e. frigidus est, nam opponitur *aere calente*. Alex. l. c.: *τοῦ ψυχροῦ ἐπικρατοῦντος ἐν τῷ ἀέρι.*

vaporem] i. e. calorem. Cf. Lucret. I, 664. *Aestifer ignis uti lumen iacit atque vaporem*, al.

11. *vitium*] appositio est vocis *frigus*, ut fere idem valeat ac *eas vitians*.

caruerunt] i. e. factum est ut careant, *ἀπεστέρηνται*. Cf. c. 10, § 11., et c. 9, § 12. *inesse non potuit*.

12. *Tractatus .. digreditur*] Vid. prolegg. p. XLII.

ingressus calorem] i. e. ad calorem conversus.

13. *tactum sui*] Cf. c. 9, § 14. et vid. prolegg. p. XXXIX. Cf. Alex. I, 112. *Οὐκέτι αἰσθανόμεθα αὐτὸ θερμὸν ὥσπερ καὶ ἐξ ἀρχῆς διὰ τὸ καθαιρεθῆναι τὴν ἄμετρον θερμότητα.*

quia cuti assuevit] Dicendum erat *quia cutis assuevit* vel *quia cuti consueta est*. Alex. l. c. dicit:

plicat: et cessante adsuetudine, de qua paulo ante diximus, semper novitas auget sensum caloris.

Cur ergo, Albinus ait, aestate cum aer calidus flabro move- 14
tur, non calorem sed frigus adquirit? Eadem enim ratione et in hoc fervorem deberet motus augere. Non eadem ratio, Disarius 15
inquit, in aquae et aeris calore. Illa enim corporis solidioris est, et crassa materies cum movetur, integra vi sua superficiem cui admovetur invadit, aer motu in ventum solvitur et liquidior se factus agitatu flatus efficitur: porro ut flatus illud removet quod circumfusum nobis erat: erat autem circa nos calor: remoto igitur per flatum calore restat ut advenam sensum frigoris praestet agitatus. [240]

IX. Interpellat Euangelus pergentem consultationem et: 1
Exercebo, inquit, Disarium nostrum, si tamen minutis illis suis et rorantibus responsionibus satisfaciet consulenti. Dic, Disari, 2
cur qui ita se vertunt ut saepe in orbem rotentur et vertiginem capitis et obscuritatem patiuntur oculorum, postremo, si perseveraverint, ruunt, cum nullus alius motus corporis hanc ingerat necessitatem? Ad haec Disarius: Septem, inquit, corporei motus 3
sunt: aut enim accedit priorsum aut retrorsum recedit aut in dexteram laevamve divertitur aut sursum promovet aut deorsum aut orbiculatim rotatur. Ex his septem motibus unus tan- 4

Edd. vicahgspdzb]

quit cum aer calidus aestate P. — *cum aer calidus flabro movetur cet.*] Cf. Alex. I, 113 — *sed* om. A. — *eandem enim rationem* Avi. — *hoc in* S. — *fervore* AS. 15. *Non. n. eadem* (i. e. *enim*) S. — *ratio est* Edd. — *aeris et aquae* A. — *liqu. se flatus* S. — *porro et flatus* zbH.

IX. *Caput IX. Cur se in orbem rotantes patiantur vertiginem capitis. Et quomodo cerebrum ipsum sensus expers, sensus tamen in ceteris membris gubernet. Ibique obiter, quae partes humani corporis sensu careant.* ch-b.

1. *rotantibus* c-g. „Obsidet turpiter passim editiones. Benissime [vid. I, 17, 29.] *rorantibus*, quasi quae responsioni iustae et plenae praeluderent quomodo rorarii olim milites pugnae. Transtulit quoque facete ad pocula Tullius [Cat. M. 14, 48.]." Pont. 2. *et vertig. cap. et vertiginem patiuntur oculorum* S. — *ingerit* v. 3. *prorsum* vdzbE. — *devertitur* SH. — *promovetur* Edd. H. 4. *Ex iis* v-g. — *sunt fami-*

ἐκεῖνο μὲν τὸ προσομιλῆσαν τῷ δέρματι.

paulo ante] i. e. modo. Cf. c. 9, §§ 7. et 9.

15. *Illa .. corporis solidioris est*] Aliter Alex. I, 113.: *Ὁ μέντοι περιέχων ἡμᾶς ἀὴρ ἐν τῷ θέρει μετρίως θερμὸς ὑπάρχων ὡς πρὸς σύγκρισιν θερμοῦ ὕδατος.*

liquidior se factus] Sic Alex. l. c. *Εἰ πᾶν*, inquit, *κινούμενον θερμότερον ἑαυτοῦ γίγνεται.* Cf. Comm. I, 6, 73. *Nulloque modo iam potest quisquam se fortior fieri*, et prolegg. p. xxxix.

advenam sensum frigoris] Cf. c. 6, § 2. *Calor advena*, ibique notam.

IX, 1. *consultationem*] Cf. c. 6, § 14.

si tamen .. satisfaciet] i. e. quamquam dubito an satis facturus sit. Cf. I, praef., 12. Aliter hae particulae usurpatae sunt c. 6, § 2.

minutis .. et rorantibus responsionibus] Vid. not. ad V, 17, 7.

2. *in orbem rotentur*] Cf. Comm. I, 6, 81 extr., II, 14, 31 sq.

3. *Septem .. corporei motus sunt*] Cf. Comm. I, 6, 81. et Laurent. Lyd. II, 11, p. 28.

accedit priorsum] Vid. prolegg. p. xliii, extr. et p. xliv. med. Cf. c. 14, § 16. *si retrorsum recesserit.*

promovet] Sic scripsisse putaverim Macrobium in errorem inductum eo quod alias (cf. I, praef., § 2.) *promovere* idem valet quod *proficere.*

orbiculatim] Hoc adverbium habet Plinius N. H. XI, 37, s. 67.

tum in divinis corporibus invenitur, sphaeralem dico, quo move-
tur caelum, quo sidera, quo cetera moventur elementa. Terrenis
animalibus illi sex praecipue familiares sunt, sed nonnumquam
adhibetur et septimus. Sed sex illi ut directi ita et innoxii, sep-
timus, id est qui gyros efficit, crebro conversu turbat et humori-
bus capitis involvit spiramentum quod animam cerebro quasi
5 omnes sensus corporis gubernanti ministrat. Hoc est autem spi-
[241]ramentum quod ambiens cerebrum singulis sensibus vim suam
praestat, hoc est quod nervis et musculis corporis fortitudinem
praebet. Ergo vertigine turbatum et simul agitatis humoribus
oppressum languescit et ministerium suum deserit. Inde fit his
6 qui raptantur in gyros hebetior auditus, visus obscurior. Postre-
mo nervis et musculis nullam ab eo virtutem quasi deficiente su-
mentibus totum corpus, quod iis sustinetur et in robur erigitur,
7 desertum iam fulcimentis suis labitur in ruinam. Sed contra haec
omnia consuetudo, quam secundam naturam pronuntiavit usus,
illos iuvat qui in tali motu saepe versantur. Spiramentum enim
cerebri, quod paulo ante diximus, adsuetum rei iam non sibi no-
vae non pavescit hunc motum nec ministeria sua deserit. Ideo
8 consuetis etiam iste agitatus innoxius est. [Et Euangelus:] Inreti-
tum te iam, Disari, teneo, et si vere opinor, nusquam hodie effu-
gies. Et alios enim in arte tibi socios et ipsum te audivi saepe
dicentem cerebro non inesse sensum, sed ut ossa, ut dentes, ut
capillos, ita et cerebrum esse sine sensu. Verumne est haec vos
9 dicere solitos, an ut falsum refelles? Verum, ait ille. Ecce iam
clausus es. Ut enim concedam tibi praeter capillos in homine
aliquid esse sine sensu, quod non facile persuasu est, tamen cur
sensus omnes paulo ante dixisti a cerebro ministrari, cum cere-
bro non inesse sensum ipse fatearis? Potestne excusare huius

[Mss. APSH.

liares S. — *sed nunquam* A. — *idem qui* v. — *efficiat* H. — *conversum* v. — *humoribus capitis involvit spiramentum* cet.] Cf. Alexand. Problem. phys. I, 131. — *crebro* h. — *corporis sensus* P. — *ministrant* vl. 5. *sensus vim suam* P. *vim suam sensibus* v-g. — *iis* v-g. — *rapiuntur* v. 6. *quod his* AS. 7. *paulo ante*] § 4. — *ad verum rei* S. — *misteria* A. 8. *Et Evangelus* c-bH. om. APS. *Evangelus* (om. *et*) vi. — *tibi in arte* S. — *non esse* HSv-g. — *et capillos* S. — *refelles Disari?* v-g. 9. *Evangelus: Ecce* v-g. — *iam* om. v. — *est* P. — *persuasum* v (A puncto posito sub *m*). — *paulo ante*] § 4. — *Potesne* vl

4. *in divinis corporibus*] Cf. c. 15, § 14.

quo movetur caelum] Cf. Comm. I, 17, 8 sqq.

sidera] Cf. Comm. I, 18, 1 sqq.

elementa] Cf. Comm. II, 12, 14 sq.

spiramentum] Vid. prolegg. p. XLII. med. Cf. Alex. I, 131. *Ὅτι ἀναγκάζουσι τὸ ψυχικὸν ἐν ἐγκεφάλῳ πνεῦμα ταράσσεσθαι καὶ εἰλεῖσθαι σὺν τοῖς ὑγροῖς.*

quasi] h. l. et infra § 6. idem valet quod *ut*. Vid. not. ad c. 3, § 12.

6. *labitur in ruinam*] Cf. § 2. *ruunt.*

7. *consuetis*] magis etiam quam id quod antecedit, *assuetum* poetarum est proprium, si quidem ad hominem refertur, non ad rem: sed etiam Columella I, 8, 2. dicit: *lupanaribus consuetum.*

pavescit .. motum] Cf. Tacit. Annal. I, 4. *pavescere bellum.*

8. *nusquam*] i. e. in nullam partem.

contrarietatis ausum vel vestri oris nota volubilitas? Et Disarius 10
renidens: Retia quibus me involutum tenes nimis rara sunt, ni-
mis patula: ecce me, Euangele, sine nisu inde exemptum vide-[242]
bis. Opus naturae est ut sensum vel nimium sicca vel nimium 11
humecta non capiant. Ossa dentes cum unguibus et capillis ni-
mia siccitate ita denseta sunt ut penetrabilia non sint effectui
animae qui sensum ministrat: adeps medulla et cerebrum ita in
humore atque mollitie sunt ut eundem effectum animae quem
siccitas illa non recipit mollities ista non teneat. Ideo tam den- 12
tibus unguibus ossibus et capillis quam adipi medullis et cerebro
sensus inesse non potuit. Et sicut sectio capillorum nihil dolo-
ris ingerit, ita, si secetur vel dens vel os seu adeps seu cere-
brum seu medulla, aberit omnis sensus doloris. Sed videmus, 13
inquies, tormentis aflici quibus secantur ossa, torqueri homines et
dolore dentium. Hoc verum esse quis abneget? Sed, ut os se-
cetur, omentum quod inpositum est ossi cruciatum, dum sectio-
nem patitur, inportat: quod cum medici manus transiit, os iam
cum medulla quam continet habet indolentiam sectionis similem
capillorum. Et cum dentium dolor est, non os dentis in sensu
est, sed caro quae continet dentem. Nam et unguis quantus ex- 14
tra carnem crescendo pergit sine sensu secatur: qui carni adhae-
ret iam facit, si secetur, dolorem non suo sed sedis suae cor-
pore. Sicut capillus, dum superior secatur, nescit dolorem: si
avellatur, sensum accipit a carne quam deserit. Et cerebrum,
quod tactu sui hominem vel torquet vel frequenter interimit, non
suo sensu sed vestitus sui, id est omenti, hunc inportat dolorem.[243]
Ergo diximus quae in homine sine sensu sint, et quae hoc causa 15

Edd. vicahgspdzb.]
(A sup. add. *t*). — *excursare* H. 10. *me irretitum tenes* v-g. 11. *denseta* Hs-z (M1 a p. m.) M3. Cf. Comm. I, 3, 20. *densata* ASv-gb PE (M1 a sec. m.) M2. — *quae* Hv-g. — *et mollitie* A. 13. *ossi est* A. — *quod enim medici* A. — *transiit* scripsi e coni. *transit* Mss. et Edd. — *sectionis* AP. *sectioni* Edd. HS. — *Et dentium* (om. *cum*) vl. 14. *non suo ... nescit dolorem* om. A. — *sensum capit* A. — *tactus*

9. *contrarietatis ausum*] Cf. c. 6, § 19. et prolegg. p. XLI sq.
vestri oris nota volubilitas] Cf. c. 5, § 2.
10. *renidens*] Cf. I, 4, 4.
11. *effectui*] idem valet quod Graecum ἐνέργεια. Cf. I, 17, 4. *Ostendit unius dei effectus varios pro variis censendos esse numinibus*, et 11. *quia similes sunt solis effectibus effectus lunae.*
in humore atque mollitie sunt] Eodem modo § 13. dicitur *in sensu est*, ut significetur condicio.
12. *non potuit*] Cf. c. 8, § 11. et c. 10, § 11. *caruerunt.*
vel .. seu] Vid. prol. p. XLI. Hoc loco particula *vel* disiunguntur sicca, particula *seu* humecta.
13. *sectionis similem capillorum*] dictum est pro *similem ac secti capilli.*
cum dentium dolor est] i. e. cum dentes dolent.
14. *unguis quantus*] idem valet ac *ea pars unguis quae.* Eodem modo infra dicitur *qui* pro *quae pars* et *superior* pro *superior eius pars.*
crescendo pergit] Vid. prolegg. p. XL med.
corpore] Cf. c. 8, § 7.
tactū sui] respondet iis quae antecedunt: *si secetur* et *si avellatur.* Cf. c. 8, § 13. Ceterum dicendum erat: *quo tacto homo .. interimitur.*
inportat dolorem] Variatur oratio, quum supra legatur *facit dolorem.*

faciat indicatum est. Reliqua pars debiti mei de eo est, cur cerebrum, cum sensum non habeat, sensus gubernet. Sed de hoc
16 quoque temptabo si potero esse solvendo. Sensus, de quibus loquimur, quinque sunt: visus auditus odoratus gustus et tactus. Hi aut corporei sunt aut circa corpus, solisque sunt caducis corporibus familiares. Nulli enim divino corpori sensus inest, anima vero omni corpore, vel si divinum sit, ipsa divinior est: ergo si dignitas divinorum corporum sensum dedignatur quasi aptum caducis, multo magis anima maioris est maiestatis quam ut sensu
17 egeat. Ut autem homo constet et vivum animal sit anima praestat, quae corpus inluminat. Porro inluminat inhabitando, et habitatio eius in cerebro est. Sphaeralis enim natura et ad nos de alto veniens partem in homine et altam et sphaeralem tenuit et
18 quae sensu careat, qui non est animae necessarius. Sed quia necessarius animali est, locat in cavernis cerebri spiramentum de effectibus suis: cuius spiramenti natura haec est ut sensus et in-
19 gerat et gubernet. De his ergo cavernis quas ventres cerebri nostra vocavit antiquitas nascuntur nervorum septem συζυγίαι. Cui rei nomen quod ipse voles Latinum facito: nos enim συζυγίαν nervorum vocamus, cum bini nervi pariter emergunt et in locum
20 certum desinunt. Septem igitur nervorum συζυγίαι de cerebri

[Mss. APSH.

sui A. 15. *sunt* Ach. — *faciat causa* S. — *solvendo dilaqueatus* A. 16. *corporei* s-bPEM3. *corpore* H. *in corpore* ASv-gM12. — *Nullo* v. — *divinum est* s-bP. — *divinior* (om. *est*) S. 17. *et unum* P. *vivum et* v1. — *Sphaeralis* (om. *enim*) P. *Et sphaeralis enim* HSv-g (g in mg: *Ex sphaerali enim natura*). — *veniens de alto* s-bP. — *et alteram in sphaeralem* v1 (v3 om. *et*). — *caruit* A. 18. *Sed quia necessarius* om. P. — *sensus ingerat* (om. *et*) s-b. 19. *συζυγίαι* om. (etiam infra) S. — *ipse* om. A. — *Nomen enim* (in mg. *Nō*) A.

15. *de eo est*] i. e. ad id pertinet, vel ea est ut dicam. Cf. Hand. Tursell. II, p. 212, 8.

esse solvendo] i. e. *tibi satis facere*, quod legitur § 1.

16. *Sensus .. quinque*] Cf. II, 8, 10 sqq., unde apparet *corporeos* dici gustum et tactum.

si dignitas .. dedignatur] Vid. prolegg. p. XLII sq.

quasi] Vid. not. ad c. 3, § 12.

17. *Ut .. homo constet*] Cf. § 25. et Cic. Tusc. IV, 17, 39. *Mente vix constes*, et Suet. Calig. 50. *Valetudo ei neque animi neque corporis constitit.*

Sphaeralis natura] Cf. Comm. I, 12, 5. *Anima descendens a tereti, quae sola forma divina est, in conum defluendo producitur*, et 14, 8. *Anima .. corpora illa divina vel supera, caeli dico et siderum, quae prima condebat, animavit, divinaeque mentes omnibus corporibus quae in formam teretem, id est in sphaerae modum, formabantur infusae sunt.*

ad nos de alto veniens] Cf. Comm. I, 12, 1. *Descensus vero ipsius quo anima de caelo in huius vitae inferna delabitur sic ordo digeritur* cet.

altam] Cf. Comm. I, 6, 81. *In capite, velut in arce.*

sphaeralem] Cf. Comm. I, 14, 9. *Solisque* (humanis corporibus) *inest vel in capite sphaerae similitudo.*

18. *spiramentum*] Cf. § 4 sq.

19. *ventres cerebri*] i. e. *ἐγκεφάλου κοιλίας*. Vid. Stephan. Thes. Gr. l. s. v. *κοιλία*, ubi citantur Philotheus Comment. in Aphor. 15, 1., Rufus Eph. p. 36., Dionysius Aegiensis ap. Phot. Bibl. p. 130, 18.

nervorum .. συζυγίαι] Nos dicimus *Nervenbündel.*

ventre nascentes vicem inplent fistularum, spiramentum sensificum
ad sua quaeque loca naturali lege ducentes, ut sensum vicinis et [244]
longe positis membris animalis infundant. Prima igitur *σνζυγία* 21
nervorum talium petit oculos, et dat illis agnitionem specierum et
discretionem colorum: secunda in aures se diffundit, per quam
eis innascitur notitia sonorum: tertia naribus inseritur, vim ministrans
odorandi: quarta palatum tenet, quo de gustatibus iudicatur:
quinta vi sua omne corpus inplet, omnis enim pars corporis
mollia et aspera, frigida et calida discernit. Sexta de cerebro 22
means stomachum petit, cui maxime sensus est necessarius, ut
quae desunt adpetat, superflua respuat, et in homine sobrio se
ipse moderetur. Septima *συζυγία* nervorum infundit sensum
spinali medullae, quae hoc est animali quod est navi carina, et
adeo usu aut dignitate praecipua est ut longum cerebrum a medicis
sit vocata. Ex hac denique, ut ex cerebro, diversi nascun- 23
tur meatus virtutem tribus animae propositis ministrantes. Tria
sunt enim, quae ex animae providentia accipit corpus animalis:
ut vivat, ut decore vivat, et ut inmortalitas illi successione quaeratur.
His tribus propositis, ut dixi, animae per spinalem me- 24
dullam praebetur effectus. Nam cordi et iecori et spirandi ministeriis,
quae omnia ad vivendum pertinent, vires de spinalibus
quos dixi meatibus ministrantur: nervis etiam manuum pedum
aliarumve partium, per quas decore vivitur, virtus inde praestatur:
et ut ex his successio procuretur, nervi ex eadem spinali
medulla pudendis et matrici, ut suum opus inpleant, ministran- [245]
tur. Ita nulla in homine pars corporis sine spiramento quod in 25
ventre cerebri locatum est et sine spinalis medullae beneficio constat.
Sic ergo fit ut, cum ipsum cerebrum sensu careat, sensus
tamen a cerebro in omne corpus proficiscatur. Euge, Graeculus 26
noster, Euangelus ait, tam plane nobis ostendit res opertu naturae
tectas, ut quicquid sermo descripsit oculis videre videamur.

Edd. vicahgspdzb.]

20. *Septem ergo* P. — *lege positis* A. — *animali* Hvl. 21. *diffunditur* (om. *se*) s-b. — *quod de* H. *quod est* A. — *gustantibus* AS. — *corpus omne* v-g. — *omnis pars* (om. *enim*) Svl. — *discernunt* (corr. in *it*) A. 23. *ex cerebro* (sup. add. *ut*) H. *ut cerebro* (om. *ex*) v. — *corpus animale* S. 24. *ministerii* v. — *et spinalibus* h. *ex spin.* g. — *diximus* ASv-g. — *ut* (om. *et*) i. — *ex his* om. AHv. — *procuratur* cah. — *etiam matrici* v. 25. *nulla est* s-p. „Expuli verbum substantivum quod post τὸ *nulla* adiecerant novitii, tantum, opinor, ad turbas ciendas.“ Gron. 26. ΕΥΓΕ A. om. S. — *plene* A. — *operto* g in mg. — *sermone* vichg. 27. *volunt* S. — *nam postea* AH.

20. *animalis*] i. e. corporis, ut c. 4, § 17., quo cum loco conferenda sunt etiam ea quae leguntur § 22. de stomachi sensu.

22. *longum cerebrum*] Celsus VIII, 1, p. 500. ed. Bip. *Qua spinae medulla*, inquit, *cerebro commissa descendit*, et Plinius N. H. XI, 37, s. 67. *Per media foramina a cerebro medulla descendente. Eandem esse ei naturam quam cerebro colligunt, quoniam praetenui eius membrana modo incisa statim exspiretur.* Nomen illud nusquam inveni.

23. *propositis*] i. e. officiis vel negotiis.

successione] pro subole dictum est, ut fit apud recentiores.

26. *Euge*] est interiectio Plau-

27 Sed Eustathio iam cedo, cui praeripui consulendi locum. Eusta-
thius: Modo vel vir omnium disertissimus Eusebius vel quicun-
que volent alii ad exercitium consultationis accedant, nos postea
liberiore otio congrediemur.

X. Ergo, ait Eusebius, habendus mihi sermo est, Disari,
tecum de aetate cuius ianuam iam paene ambo pulsamus. Ho-
merus, cum senes *πολιοκροτάφους* vocat, quaero, utrum ex parte
poetico more totum caput significare velit, an ex aliqua ratione
2 canos huic praecipue parti capitis adsignet? Et Disarius: Et hoc
divinus ille vates prudenter, ut cetera. Nam pars anterior capitis
humidior occipitio est, et inde crebro solet incipere canities. Et
[216] si pars anterior, ait ille, humidior est, cur calvitium patitur, quod
3 non nisi ex siccitate contingit? Oportuna, inquit Disarius, ob-
iectio, sed ratio non obscura est. Partes enim priores capitis
fecit natura rariores, ut quicquid superflui aut fumei flatus circa
cerebrum fuerit evanescat per plures meatus: unde videmus in
siccis defunctorum capitibus velut quasdam suturas quibus hemi-
sphaeria, ut ita dixerim, capitis alligantur. Quibus igitur illi
meatus fuerint ampliores, humorem siccitate mutant et ideo tar-
4 dius canescunt, sed non calvitio carent. Si ergo siccitas calvos
efficit, et posteriora capitis sicciora esse dixisti, cur calvum occi-
5 pitium numquam videmus? Ille respondit: Siccitas occipitii non
ex vitio sed ex natura est: ideo omnibus sicca sunt occipitia. Ex
illa autem siccitate calvitium nascitur quae per malam temperiem,
6 quam Graeci *δυσκρασίαν* solent vocare, contingit. Unde capillos

[Mss. APSH.

X. *Caput X. Qui fiat, ut calvitium pariter atque canities anteriores capitis partes primum invadant. Deinde cur feminis atque eunuchis vox sit quam viris exilior?* ch-b. 1. *sermo* (om. *est*) s-bP. — *o disari* A. — *eius cuius* S. — *Homerus*] Iliad. ϑ', 518. Cf. Alexandr. Problem. phys. I, 1. — *cum senes* om. v. — *πολιοκροτάφους* om. S. — *significari* AH.

2. *occipio* H. — *et inde .. humidior est* om. S. — *cur calvitium patitur*] Cf. Alex. I, 2. et II, 13. — *siccitate* (om. *ex*) va. 3. *Optima* A. — *illigantur* AHv-g. 4. *ut posteriora* HSv-g. — *occipium* (infra: *occipia*, *occipii*) P. 5. *ΔICKPACIAN* AHM3 (M1 *ΔCCKP.*). om. S. *αὑκρασιam* E. *ἀκρασίαν* v-a. — *vocare solent* v-g. 6. *Inde* E. —

tina, Graece scripta in cod. A et in codicis S archetypo.

consulendi locum] Cf. c. 4, § 1 sq.

X, 2. *humidior occipitio est cet.*] Alexander Problem. phys. I, 1.: *Ὅτι ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον*, inquit, *ἐντεῦθεν αἱ πολιαὶ ἄρχονται, τῷ εἶναι τὰ ἐμπρόσθια τῆς κεφαλῆς τῶν ὀπισθίων ὑγρότερα καὶ φλεγματικώτερα.*

non nisi ex siccitate] Cf. c. 6, § 11. *Quae* (calvitium et canities) *non nisi inopia caloris eveniunt*, et infra § 8.

contingit] Cf. §§ 5 et 9., et c. 6, § 9. et c. 7, § 10.

3. *rariores*] quum plures iis sint meatus, *πόροι*, ut apparet ex iis quae sequuntur. Cf. c. 4, § 23. Alexand. Problem. phys. I, 2. *διότι μαλακὰ καὶ ἀραιόπορα.*

fumei flatus] Cf. c. 5, § 14. *Cerebrum .. ferit fumi calentis aspergine.*

4. *posteriora capitis*] i. e. *τὰ ὀπίσθια τῆς κεφαλῆς.* Cf. § 3. *partes priores capitis* et V, 11, 16. *corporis superna.* Vid. prol. p. xxxix.

5. *Ex illa siccitate .. quae per malam temperiem .. contingit*] Alexander l. c. dicit tantum: *Ἡ δὲ φαλάκρωσις τὴν γένεσιν ἐκ ξηρότητος ἔχει.*

6. *capillos crispi*] Vid. prolegg.

crispi, quia ita temperati sunt ut capite sicciore sint, tarde canescunt, cito in calvitium transeunt: contra qui capillo sunt rariore non eo facile nudantur nutriente humore, quod *φλέγμα* vocitatur, sed fit illis cita canities: nam ideo albi sunt cani, quia colorem humoris quo nutriuntur imitantur. Si ergo senibus 7
abundantia humoris capillos in canitiem tinguit; cur senecta opinionem exactae siccitatis accepit? Quia senecta, inquit ille, ex- 8
tincto per vetustatem naturali calore fit frigida, et ex illo frigore gelidi et superflui nascuntur humores. Ceterum liquor vitalis longaevitate siccatus est: inde senecta sicca est inopia naturalis humoris, humecta est abundantia vitiosi ex frigore procreati.[247]
Hinc est quod et vigiliis aetas gravior afficitur, quia somnus, qui 9
maxime ex humore contingit, de naturali nascitur: sicut est multus in infantia, quae humida est abundantia non superflui sed naturalis humoris. Eadem ratio est quae pueritiam canescere 10
non patitur, cum sit humectissima, quia non ex frigore nato phlegmate humida est, sed illo naturali et vitali humore nutritur. Ille enim humor, qui aut de aetatis frigore nascitur aut cuiuslibet vitiositatis occasione contrahitur ut superfluus ita et noxius est. Hunc videmus in feminis, nisi crebro egeratur, extrema minitan- 11

Edd. vicahgspdzb.] *capillos* H (M3 a p. m.). *capillo* (A a p. m.) Sv-gM12. *capilli* (AM3 a sec. m.). *capilli sunt* PE. *quibus capilli sunt* s-b. „Venustius et brevius veteres: *Unde capillo crispi.*“ Pont. — *qui* v. — *sicciore* AHSv-g EM123. *sicciores* s-bP. — *qui in capillo* H. — *qui* ΦΛΕΓΜΑ A. — *calorem* A a p. m.; Pp2-b. *cum colorem* S. 7. *humoribus* S. — *tingit* Edd. 8. *Quia senecta* cet.] Cf. Alex. I, 3. — *ille inquit* v-g. — *viscosi* coni. Pont. ad § 10. 9. *ex vigiliis* Edd. PH. — *efficitur* v-g. — *de non naturali* g. *de non naturali humore* Av-as-bSH.
10. *quae pueritiam canescere non patitur*] Cf. Alex. I, 4. — *fleumate* A. — *quia ut* (sup. *aut*) A. — *vitiositatis* (sup. add. *visco*) A. „Anglicanus emendatissime *viscositatis occasione*. Et confidenter superius paulo (§ 8.) pariter restituo *viscosi*. Nam *vitiosi* similiter vitiosum est. Senescentium enim phlegma innuit; et quis illud Plautini senis (Mil. glor. III, 1, 52.) non meminit: *Minime sputator, screator sum, itidem minime muccidus.*“ Pont. — *noxius* (om. *est*) S. 11. *in feminis*] Cf. Alex. I, 5. — *nisi crebro* As-bPEM3 (M2 a sec. m.). *nisi in crebro* H. *nisi in cerebro* SM1 (M2

l. c.; Alexander l. c.: *οἱ οὐλότριχες*.
***humoris quo nutriuntur*] Alex. l. c.: *τοῦ γεννήσαντος φλέγματος*.**
7. *exactae siccitatis*] i. e. perfectae, eximiae. Conf. c. 3, § 22. et de re c. 6, § 19.
8. *superflui .. humores*] i. e. apud Alex. l. c. §§ 2 et 3. *τὰ περιττώματα*.
9. *vigiliis .. afficitur*] Alex. § 3. *διὰ τοῦτο ἄγρυπνοι*. Praepositio *ex*, quae legitur in edd. et in duobus codd., ferri non potest, nam ne *laborandi* quidem verbum eam admittit, ubi additur morbus quo quis affectus sit.
***de naturali nascitur*] Sic e suo codice scripsisse Camerarium apparet e cod. P. Idque unice verum. Quod vulgo legitur, *de non naturali humore nascitur*, id ita defendi potest aliquo modo, ut haec referantur ad somnum senum. Sed hi dicuntur eo carere; et verba *qui maxime ex humore contingit* ad quemvis somnum referenda sunt. Denique ea quae sequuntur, *sicut est multus in infantia* aperte docent esse sermonem de somno e naturali humore orto. Alexander I, 2. dicit: *ὁ γὰρ ὕπνος ἐξ ὑγρότητος*.**
11. *in feminis*] Cf. c. 7, §§ 4 et 9.
nisi crebro egeratur, extrema minitantem*] Alexander I, 5.: *Καὶ ἀπὸ

tem: hunc in eunuchis debilitatem tibiis ingerentem, quarum ossa
quasi semper in superfluo humore natantia naturali vigore carue-
runt et ideo facile intorquentur, dum pondus superpositi corporis
ferre non possunt, sicut canna pondere sibi inposito curvatur.
12 Et Eusebius: Quoniam nos a senectute usque ad eunuchos tra-
xit superflui humoris disputatio, dicas volo, cur ita acutae vocis
sint ut saepe mulier an eunuchus loquatur, nisi videas, ignores?
13 Id quoque facere superflui humoris abundantiam ille respondit.
Ipse enim ἀρτηρίαν, per quam sonus vocis ascendit, efficiens
crassiorem angustat vocis meatum: et ideo vel feminis vel eunu-
chis vox acuta est, viris gravis, quibus vocis transitus habet libe-
14 rum et ex integro patentem meatum. Nasci autem in eunuchis
et in feminis ex pari frigore parem paene inportuni humoris abun-
[248] dantiam etiam hinc liquet, quod utrumque corpus saepe pin-
guescit: certe ubera prope similiter utrique grandescunt.

XI. His dictis cum ad interrogandum ordo Servium iam
vocaret, naturali pressus ille verecundia usque ad proditionem
2 coloris erubuit. Et Disarius: Age, Servi non solum adolescen-
tium qui tibi aequaevi sunt sed senum quoque omnium doctis-
sime, commascula frontem, et sequestrata verecundia, quam in te

[Mss. APSH.

a p. m.). *ubi in cerebro* vl. *ubi non crebro* v-a. *ubi nisi crebro* hg. — *in eunuchis*] Cf. Alex. I, 7. — *quorum* gb. — *superfluo* (om. *in*) P. — *naturali virtute* AS. — *suppositi* v-g. 12. *cur ita acutae vocis sint* cet.] Cf. Alex. I, 8. — *sint vocis* v-g. *vocis st'* S. — *saepe* (om. *ut*) H. — *loquantur* S. — *abundantia* S. 13. *arteriam* S. 14. *par est paene* H. — *utrique* AvispdM123. *utrisque* c-gzbHPS.

XI. *Caput XI. Cur ii, quos pudet, aut qui gaudent, rubescant: at metuentes pallor invadat.* ch-b. 1. *caloris* h. 2. *quoque* om. P.

τῆς ἀργίας δὲ περιττώματα συνάγουσι πλείονα καὶ μάλιστα τῶν καταμηνίων ἐκλελοιπότων.

humore natantia] Alexander I, 7. habet *διάβροχα*.

caruerunt] Cf. c. 8, § 11.

facile intorquentur] Alexander I, 7.: *Οἱ πόδες διαστρέφονται*, et paulo infra: *τὰ σκέλη στρεβλοῦται*. Cf. c. 16, § 25. *ne .. membra contorqueat humoris adiectio.*

dum .. non possunt] Cf. c. 4, § 29.

13. *Ipse*] positum est pro pronomine *is*.

ἀρτηρίαν] Cf. c. 15, § 5.

14. *paene inportuni*] Cf. § 11. et c. 7, § 4.

XI, 1. *usque ad proditionem coloris erubuit*] Vid. prolegg. p. XXIX. et p. XLII. Nomen *proditio* a prodeundo derivatum alioquin affertur tantum e Sidon. ep. 5, 13. *Reditio* legitur Comm. I, 17, 10. Atqui semper prodit color, si quis erubescit. Non ergo vera huius verbi vis retenta est, sed animi potius pudorem (cf. § 3.) significat.

2. *qui tibi aequaevi sunt*] E prosae orationis scriptoribus hac voce usus esse dicitur solus Plinius N. H. XVI, 44, s. 86. *Aequaeva urbi intelligitur* (lotos).

sed senum quoque omnium doctissime] Laurentius Valla Elegant. I, 13, p. 45. Macrobium reprehendit his verbis: „Non est eiusdem generis adolescens cum senibus, non aliter quam si dicam: Ego sum doctissimus Romanorum et Carthaginiensium.“ Vid. not. ad c. 8, § 9.

commascula frontem] Cf. Apul. Metam. II, 23. *His cognitis animum meum commasculo.*

sequestrata verecundia cet.] „Praeclare de hac re Seneca epist. 11. [§ 1.]: *Ubi se collegit, verecundiam, bonum in adolescente signum, vix potuit excutere: adeo illi ex alto suffusus est rubor. Hic illum, quantum suspicor, etiam cum se confirma-*

facies rubore indicat confer nobiscum libere quod occurrerit, in-
terrogationibus tuis non minus doctrinae collaturus quam si aliis
consulentibus ipse respondeas. Cumque diutule tacentem crebris 3
ille hortatibus excitaret: Hoc, inquit Servius, ex te quaero, quod
mihi contigisse dixisti, quae faciat causa, ut rubor corpori ex
animi pudore nascatur? Et ille: Natura, inquit, cum quid ei oc- 4
currit honesto pudore dignum, imum petendo penetrat sangui-
nem, quo commoto atque diffuso cutis tinguitur, et inde nascitur
rubor. Dicunt etiam physici quod natura pudore tacta ita san- 5
guinem ante se pro velamento tendat ut videmus quemque eru-
bescentem manum sibi ante faciem frequenter opponere. Nec
dubitare de his poteris, cum nihil aliud sit rubor nisi color san-
guinis. Addit Servius: Et qui gaudent cur rubescunt? Et Di- 6
sarius: Gaudium, inquit, extrinsecus contingit: ad hoc animoso [249]
occursu natura festinat, quam sanguis comitando quasi alacritate
integritatis suae compotem tinguit cutem, et inde similis color
nascitur. Idem refert: Contra qui metuunt qua ratione pal- 7
lescunt? Nec hoc, Disarius ait, in occulto est: natura enim, cum
quid de extrinsecus contingentibus metuit, in altum tota demer-
gitur: sicut nos quoque, cum timemus, latebras et loca nos occu-
lentia quaerimus. Ergo tota descendens, ut lateat, trahit secum 8
sanguinem, quo velut curru semper vehitur. Hoc demerso hu-
mor dilutior cuti remanet, et inde pallescit. Ideo timentes et
tremunt, quia virtus animae introrsum fugiens nervos relinquit

Edd. vicahgspdzb.]

— *occurrerit interrogationibus tuis:* ahg (S *occurrit*). *occurrerit interrogatibus tuis* vl (c *interrogâtibus*). — *collocaturus* vic. 3. *diutile* (sup. add. *u*) A — *ille* om. A. — *exhortationibus* s-bP. — *facit* v-g. *fecit* AS. 4. *Natura* cet.] Cf. Alex. I, 15. — *sanguinem* om. P. — *tinguitur* v-gb. 5. *pudore* om. A. — *ante* (om. *se*) v. — *de iis* v-g. 6. *At disarius* S. *Disarius* (om. *et*) v-a. — *Gaudium* cet.] Cf. Alex. I, 14. — *inquit* om. P. — *cursu* v. 7. *natura enim* cet.] Cf. Alex. I, 12. 8. *quod velut* P. — „*curru supervehitur*, suspicionem meam rem puto. Apuleius de deo: *curru volucri superfertur* in libello de mundo [c. ult.].“ Pont. — *timent* S. — *tremunt* cet.] Cf. Alex I, 13. *trement* S (A sup. add. *u*). — *reliquit* AH. — *membrorum* om. H.

verit, et omnibus vitiis exuerit, sapientem quoque sequetur.“ Pont. — Vid. not. ad Comm. I, 5, 6.

3. *diutule*] Vid. prolegg. p XLIV. et cf. c. 12. § 11. et c. 13, § 18.

hortatibus] Pluralis numerus huius vocabuli poetarum est: sed ob id ipsum censeo e glossemate natum esse *exhortationibus*.

ut rubor corpori ex animi pudore nascatur] Conf. quae ex Aristotelis problematis protulit Gellius N. A. XIX, 6.

4. *Natura*] Cf. § 8. *virtus animae*. Alexander I, 15. habet *ἡ φύσις:* sed I, 12. *ἡ ἡμετέρα φύσις καὶ ἡ προνοουμένη τοῦ σώματος δύναμις.*

petendo] Vid. prolegg. p. XL. med.

5. *physici*] Alexander l. c. habet *οἱ δέ φασιν:* sed vide quae infra sequuntur.

quod] Vid. not. ad Comm. I, 13, 18.

opponere] minus commode iungitur cum verbis *ante faciem*, et pro addito adverbio *frequenter* dicendum erat: *saepe videmus erubescentes* cet. Alexander l. c. habet: *Οὕτω γὰρ καὶ τὴν χεῖρα φυσικῶς τῷ προσώπῳ προσφέρουσιν.*

6. *quasi ... compotem*] Natura propter alacritatem (cf. supra *animoso occursu*) dicitur secum ducere omnem sanguinem. Vid. not. ad Comm. II, 14, 8. Alexander I, 14. habet tantum: *συνέπεται δὲ τὸ αἷμα ταύτῃ.*

quibus tenebatur fortitudo membrorum, et inde saltu timoris agi-
9 tantur. Hinc et laxamentum ventris comitatur timorem, quia musculi quibus claudebantur retrimentorum meatus fugientis introrsum animae virtute deserti laxant vincula quibus retrimenta
10 usque ad digestionis oportunitatem continebantur. Servius his dictis venerabiliter adsensus obticuit.

XII. Tunc Avienus: Quia me ordo, ait, ad similitudinem consultationis adplicat, reducendus mihi est ad convivium sermo
[250] qui longius a mensa iam fuerat evagatus et ad alias transierat
2 quaestiones. Saepe adposita salita carne, quam *laridum* vocamus, ut opinor quasi large aridum, quaerere mecum ipse constitui, qua ratione carnem ad diuturnitatem usus admixtio salis servet. Hoc licet aestimare mecum possim, malo tamen ab eo qui corpo-
3 ribus curat certior fieri. Et Disarius: Omne corpus suapte natura dissolubile et marcidum est et, nisi quodam vinculo contineatur, facile defluit. Continetur autem, quamdiu inest anima, reciprocatione aeris, qua vegetantur conceptacula spiritus, dum
4 semper novo spirandi nutriuntur alimento. Hoc cessante per animae discessum membra marcescunt, et omne pondere suo conflictum corpus obteritur: tum sanguis etiam, qui, quamdiu fuit compos caloris, dabat membris vigorem, calore discedente versus in saniem non manet intra venas, sed foras exprimitur: atque ita
5 laxatis spiramentis effluit tabes faeculenta. Id fieri sal admixtus corpori prohibet. Est enim natura siccus et calidus, et fluxum quidem corporis calore contrahit, humorem vero siccitate vel coercet vel exorbet. Certe humorem sale differri sive consumi fit hinc cognitu facile, quod, si duos panes pari magnitudine feceris, unum sale aspersum, sine sale alterum, invenies indigentem salis pondere propensiorem, scilicet humore in eo per salis penu-
6 riam permanente. Et hoc a Disario meo quaesitum volo, cur

[Mss. APSH.

9. *laxamentum ventris* cet.] Cf. Alex. l. c. — *contineb a tur* P. 10. *accensus* S.

XII. *Caput XII. De quaestionibus quindecim Disario ab Avieno propositis.* ch-b. 1. *mihi* (om. *est*) S. *est mihi* v-g. — *a mensa fuerat* (om. *iam*) S. 2. *admistio* v-g. — *extimare* v-g. — *corpor a* (A a sec. m.) v-g. — *curat* om. P. 4. *feculenta* AH. *fetulenta* P. 5. *calore prohibet contrahit* vl. — *fluxum* (sup. add. *am*) A.

8. *fortitudo*] i. e. firmitas. Alexander I, 13.: *Τὰ νεῦρα καταλιμπάνει, ἅπερ ἐφύλαττον τὰ ἄτρομα μόρια*, ubi equidem maluerim legi *ἄτρομα τὰ μόρια*.

9. *retrimentorum*] Cf. c. 4, § 18. Alexander l. c.: *τῶν περιττωμάτων*.

XII, 1. *ad similitudinem consultationis*] Cf. § 2. *ad diuturnitatem usus*, et vid. prolegg. p. XLII sq.

2. *quasi large aridum*] immo referendum est ad Graecum *λαρινός*.

qui corporibus curat] Cf. prolegg. p. XXXIX. med.

3. *defluit*] Sic legitur in omnibus exemplaribus; sed vide ne legendum sit *diffluit*, ut ait Lucretius I, 1037 sq.: *Privata cibo natura animantum Diffluit amittens corpus*.

4. *spiramentum*] h. l. idem est quod *foramen*. Vid. prolegg. p. XLII. med.

5. *Id fieri sal prohibet*] Cf. c. 2, § 8. *ut .. prohibeant illa narrari*.

differri] idem valet ac *dissipari*.

indigentem salis] i. e. sale carentem.

pondere propensiorem] i. e. graviorem. Cf. Cic. Tuscul. V, 17, 50. *propendere illam lancem*.

defaecatum vinum validius sit viribus, sed infirmius ad permanen-
dum, et tam bibentem cito permovet quam ipsum, si manserit, [251]
facile mutatur? Quod cito, inquit Disarius, permovet, haec ratio 7
est, quia tanto penetrabilius efficitur in venas bibentis quanto fit
liquidius faece purgata. Ideo autem facile mutatur, quod nullo
firmamento nixum undique sui ad noxam patet. Faex enim vino
sustinendo et alendo et viribus sufficiendis quasi radix eius est.
Et hoc quaero, Avienus ait: Cur faex in imo subsidit omnium 8
nisi mellis: mel solum est quod in summum faecem expuat? Ad
hoc Disarius: Faecis materia ut spissa atque terrena ceteris lati-
cibus pondere praestat, melle vincitur. Ideo in illis gravitate de-
vergens ad fundum decidit, in melle vero ut levior de loco victa
sursum pellitur. Quoniam ex his quae dicta sunt ingerunt se 9
similes quaestiones: Cur, Disari, ita mel et vinum diversis aetati-
bus habentur optima, mel quod recentissimum, vinum quod vetu-
stissimum? unde est et illud proverbium quo utuntur gulones:
Mulsum quod probe temperes miscendum esse novo Hymettio et

Edd. vicahgspdzb.]

6. *cur defaecatum* cet.] Cf. Plut. Symp. VI, 7. — *et tam bibentem* om. P. 7. *quia quanto* HSv-gM12. *quinto* (sup. *a*) A. — *in venas* (om. *efficitur*) S. *in venas efficitur* v-g. — *tanto fit* ASv-gM12. 8. *avienus fuit* H. — *Cur faex* cet.] Cf. Plut. Symp. VII, 3, 1 sq. — *faecem suam expuat* A. *faecem expuit* S. — *Ad haec* ch-b. — *decidit, in* om. P. 9. *ex iis* v-g. — *Cur ita mel* cet.] Plut. l. c. 4. Alex. II, 70. — *temperies* H. — *hymetio* As-z. *himetico* S. — *et falerno vetulo* Ai-g.

6. *defaecatum vinum validius sit viribus, .. et cito permovet*] i. e. bibentem excitat. Aliter Plutarchus p. 692. C. *Ἐξευνουχίζουσι τὸν ἄκρατον καὶ ἀποθηλύνουσιν οἱ διηθοῦντες* (i. e. percolantes) *οὔτε φορεῖν ὑπὸ ἀσθενείας οὔτε πίνειν τὸν μέτριον δυνάμενοι διὰ τὴν ἀκρασίαν· ἀλλὰ σόφισμα τοῦτό ἐστιν αὐτοῖς καὶ μηχάνημα πολυποσίας*, et p. 693. A. *Πλέον ἰσχύει μὴ διηθούμενος*, et B. *οὕτω καὶ ἡ κάθαρσις τοῦ οἴνου τὸ πληκτικὸν ἀφαιροῦσα καὶ μανικὸν εἰς πραεῖαν ἕξιν καὶ ὑγιαίνουσαν καθίστησι.* Notanda est autem modi variatio, ut legendum esse videatur *validius est.*

si manserit] i. e. si asservatum fuerit. Plutarchus p. 692. D. *Μέγα δὲ τεκμήριον ἡ διαφθορὰ καὶ τὸ μὴ διαμένειν, ἀλλὰ ἐξίστασθαι καὶ μαραίνεσθαι καθάπερ ἀπὸ ῥίζης κοπέντα τῆς τρυγός.*

7. *faece purgata*] Cf. c. 13, § 22. *qui aliquas species purgatas volunt.* Plin. N. H. XX, 17, s. 73. *Pituitas purgat.*

undique sui ad noxam patet] Quaeritur quo referendum sit sui? Nam quod positum est ante praepositionem id movet suspicionem hoc pronomen non, ut saepe fit (vid. prolegg. p. xxxix. med.), referri ad substantivum *noxam*, sed ad *undique*, partitivo, quem vocant, sensu, ut legitur *undique gentium* in edict. Aureliani ap. Vopisc. Firm. 5. et *undique laterum* apud Apulei. Metam. VIII, 17. Eamque interpretationem sensus ipse commendat.

8. *gravitate devergens*] Cf. Apul. de deo Socr. 9. *Devergunt pondere* (terrena)

9. *Mulsum .. miscendum esse novo Hymettio et vetulo Falerno*] „Apuleius X. [c. 16 extr.] *Lautum diligenter ecce illum aureum cantharum mulso et multo contempera.* Putem *musto* [An *e musto?* Hildebrandus omisit *et multo*]. Martial. [XIII, 108.] *Attica nectareum turbatis mella Falernum Misceri decet hoc a Ganymede merum*, ubi *misceri* est *infundi.*“ Pont. — Cf. Horat. Sat. II, 2, 15 sq. *Sperne cibum vilem: nisi Hymettia mella Falerno Ne biberis diluta*, et 4, 24 sq. *Aufidius forti miscebat mella Falerno Mendose.* Plin. N. H. XXII, 24. s. 53. *Semper mulsum*

10 *vetulo Falerno*. Propterea, inquit ille, quia inter se ingenio diversa sunt. Vini enim natura humida est, mellis arida. Si dicto meo addubitaveris, medicinae contemplator effectum. Nam quae udanda sunt corporis vino foventur, quae siccanda sunt melle deterguntur. Igitur longinquitate temporis de utroque aliquid exorbente vinum meracius fit, mel aridius: et ita mel suco privatur
11 ut vinum aqua liberatur. Nec hoc quod sequitur dissimile quaesitis est: Cur, si vasa vini atque olei diutule semiplena custo-
[252] dias, vinum ferme in acorem corrumpitur, oleo contra sapor
12 suavior conciliatur? Utrumque, Disarius ait, verum est. In illud enim vacuum quod superne liquido caret aer advena incidit, qui tenuissimum quemque humorem elicit et exorbet: eo siccato vinum quasi spoliatum viribus, prout ingenio imbecillum aut validum fuit, vel acore exasperatur vel austeritate restringitur, oleum autem superfluo humore siccato, velut mucore qui in eo latuit
13 absterso, acquirit novam suavitatem saporis. Rursus ait Avienus: Hesiodus, cum ad medium dolii perventum est, conpercendum, et

[Mss. APSH.

falerno et vetulo v. 10. *et mellis* S. — *dicto modo* v. — *contemplatur* (sup. o) A. — *quae humectanda sunt* Sa. — *siccanda* (om. *sunt*) E. *siccanda sunt corporis* S. — *deterguntur* ASv-gM3. *detergentur* s-bPHE M2. — *meracius sit* a. *fit meracius* s-bP. — *aqua purgatur* P. 11. *sequetur* AH. — *quaesitu* S. — *Cur si vasa vini* cet.] Cf. Plut. l. c. — *diutulae* H. *diutile* (A a p. m.) ch. 12 *tenuissimum quoque* v. — *supervacuo humore* ASv-g. — *qui* om. z. 13. *Rursus, ait Avienus*, s-b. *Rursus Avienus: Ait* va. *Rursus Avienus* (om. *ait*) A. — *Hesiodus*] Vid. not. Cf. Plut. l. c., 1. — *comparcendum* Sv-g. *compercendum est*

ex vetere vino utilissimus, facillimeque cum melle concorporatur, quod in dulci numquam evenit. Dioscorid. V, 16. *Οἰνόμελι διαφέρει τὸ ἔκ τε τοῦ παλαιοῦ οἴνου καὶ αὐστηροῦ καὶ μέλιτος καλοῦ γιγνόμενον.* Columella XII, 41. mulsum fieri iubet e musto: utraque ratio legitur Geopon. VIII, 25, 26. Erasm. Adag. II, 2, 71. Meinekius Philol. Exercitt. in Athen. II, p. 23. statuit in hoc proverbio inveniri glyconici metri cum logioedico versu coniuncta vestigia, et esse scribendum: *Mulsum quod probe temperes Miscendum novo Hymettio, Et vetulo Falerno*, sed in primo versu aliquid vitii relictum esse. Silligius, qui haec mecum communicavit, coniecit legendum esse *quod bene temperes*.

10. *ingenio*] i. e. *φύσει*, *natura*, quae vox continuo sequitur. Cf. § 12.

Si dicto meo addubitaveris] Nova haec est huius verbi constructio. Alias dicitu aut *addubitare de aliqua re* aut *in aliqua re* aut *aliquid*.

quae .. corporis] Dicendum erat aut *quae partes* aut *in corpore*. Cf. c. 10, § 4. *posteriora capitis*.

melle deterguntur] Cf. Petron. Sat. 88. *Chrysippus ... ter helleboro animum detersit*. Rariorem formam, quae est serioris aetatis, praetuli, ut quae facilius in alteram potuisset mutari.

longinquitate temporis] Cf. Liv. IX, 33, 6.

11. *diutule*] Cf. c. 11, § 3.

12. *aer advena*] Cf. c. 6, § 2.

ingenio] Cf. § 10.

acore] Cf. § 30. et Quintil. Inst. IX, 3, 27.

austeritate restringitur] vinum ut animus maestitia; cf. Tacit. Annal. XVI, 16. Poterat etiam dici *astringitur*.

oleum .., acquirit novam suavitatem saporis] Hanc esse Aristotelis sententiam dicit Plutarchus p. 702. B.

13. *Hesiodus*] „In Opp. et dieb. I, 366. *Ἀρχομένου δὲ πίθου καὶ λήγοντος κορέσασθαι, Μεσσόθι φείδεσθαι· δειλὴ δ' ἐνὶ πυθμένι φειδώ.*" Zeun.

ceteris eius partibus ad satietatem dicit abutendum, optimum vinum sine dubio significans quod in dolii medietate consisteret. Sed et hoc usu probatum est, in oleo optimum esse quod supernatat, in melle quod in imo est. Quaero igitur cur oleum quod in summo est, vinum quod in medio, mel quod in fundo, optima esse credantur? Nec cunctatus Disarius ait: Mel quod optimum 14 est reliquo ponderosius est, in vase igitur mellis pars quae in imo est utique praestat pondere, et ideo supernante pretiosior est: contra in vase vini pars inferior admixtione faecis non modo turbulenta sed et sapore deterior est, pars vero summa aeris vicinia corrumpitur, cuius admixtione fit dilutior. Unde agricolae 15 dolia, non contenti sub tecto reposuisse, defodiunt et operimentis extrinsecus inlitis muniunt removentes in quantum fieri potest a vino aeris contagionem, a quo tam manifeste laeditur ut vix se [253] tueatur in vase pleno et ideo aeri minus pervio. Ceterum si inde 16 hauseris et locum aeris admixtioni patefeceris, reliquum quod remansit omne corrumpitur. Media igitur pars quantum a confinio summi utriusque tantum a noxa remota est quasi nec turbulenta nec diluta. Adiecit Avienus: Cur eadem potio meracior videtur 17 ieiuno quam ei qui cibum sumpsit? Et ille: Venas inedia vacuefacit, saturitas obstruit. Igitur cum potio per inanitatem penitus influit, quia non obtusas cibo venas invenit neque fit admixtione dilutior, et per vacuum means gustatu fortiore sentitur. Hoc 18 quoque sciendum mihi est, Avienus ait: Cur qui esuriens biberit aliquantulum famem sublevat, qui vero sitiens cibum sumpserit

Edd. vicahgspdzb.]

P. — *dicit* om. (in mg. add. *dixit*) S. — *hoc visu* S. — *cur oleum cet.*] Cf. Plut. l. c. 14 *supernatante* v-g. — *pretiosius* P. — *admistione* (etiam infra) v-g. — *sed etiam* v-g. — *vicina* p2-bPS. — *fit dulcior* P, 15. *sub tectum* v-g (hg in mg. *tecto*). 16. *si in die* H. *si non* (om. *inde*) v. — *admixtione* (sup. *i*) A. *admistioni* v-g. — *est: et quasi* Sv-g. 17. *vacuefecit* P. — *per* (om. *et*) ASv-g. „Forte legi debet *sed*.“ Zeun. 18. *est mihi, Avienus inquit* v-g. — *cur qui esu-*

***oleum quod in summo est*] De hoc nihil infra prodidit Macrobius, sed causam, cur hoc esset optimum, attulit § 12.**

15. *contenti .. reposuisse*] Vid. not. ad I, 12, 2.

***defodiunt*] Cf. Plin. N. H. XIV, 21. s. 27. § 133. *Mitiores plagae doliis condunt* (vinum) *infodiuntque terrae tota aut ad portionem situs: item caelum praebent, alibi vero inpositis tectis arcent*, et § 134. *Imbecilla vina demissis in terram doliis servanda, valida expositis.* Ulpian. Dig. XXXIII, 7, 8. *Dolia, licet defossa non sint*, et 6, 3. *Si depressa in cella vinaria fuerint* (dolia); Colum. XII, 18. *Dolia .. picanda sunt, atque aliter ea quae demersa sunt humi, aliter quae stant supra terram.* Becker. Gallus II, p. 167 sq. ed. I.**

***operimentis extrinsecus inlitis muniunt*] Cf. Plin. N. H. II, 51. s. 52. *Quo* (fulmine) *dolia exhauriuntur intactis operimentis;* sed ibid. XIV, 21. s. 27. legitur *opercula doliorum;* Colum. XII, 16. *Opercula picata imponito et gypso linito;* Horat. Od. III, 8, 10 sq. *Corticem adstrictum pice demovebit Amphorae;* Becker. l. c.**

16. *summi utriusque*] i. e. summi et imi.

***quasi*] Vid. not. ad c. 3, § 12.**

17. *neque fit .. dilutior, et .. sentitur*] Haec est apodosis bipartita: id quod non intellexisse videtur Zeunius qui *et* mutare voluit in *sed*. Verba *quia non .. invenit*

non solum non domat sitim sed magis magisque cupidinem potus
19 accendit? Nota est, inquit Disarius, causa. Nam liquori quidem nihil officit quin sumptus ad omnes corporis partes quoquo versus permanet et venas conpleat, et ideo inedia quae inanitatem fecerat accepto potus remedio quasi iam non in totum vacua recreatur: cibatus vero, utpote concretior et grandior, in venas non nisi paulatim confectus admittitur; ideo sitim quam repperit nullo solatio sublevat, immo quicquid foris humoris nactus est exorbet,
20 et inde penuria eius, quae sitis vocatur, augetur. Nec hoc mihi, Avienus ait, ignoratum relinquo: Cur maior voluptas est, cum sitis potu extinguitur, quam cum fames sedatur cibo? Et Disa-
[254] rius: Ex praedictis hoc quoque liquet. Nam potionis totus haustus in omne corpus simul penetrat et omnium partium sensus facit unam maximam et sensibilem voluptatem: cibus autem exiguo subministratu paulatim penuriam consolatur; ideo voluptas
21 eius multifariam comminuitur. Hoc quoque, si videtur, addo quaesitis: Cur qui avidius vorant facilius satias capit quam qui eadem quietius ederint? Brevis est, inquit, illa responsio. Nam ubi avide devoratur, tunc multus aer cum edulibus infertur propter hiantium rictus et crebritatem respirandi; igitur ubi aer
22 venas conplevit, ad obiciendum fastidium pro cibo pensatur. Ni molestus tibi sum, Disari, patere plus nimio ex discendi cupidine garrientem, et dicas, quaeso, cur edulia satis calida facilius conprimimus ore quam manu sustinemus, et si quid eorum plus

[Mss. APSH.

riens biberit cet.] Plut. Symp. VI, 3. — *magis ac magis* H. *magis* (om. *magisque*) v-g. — *cupiditatem potius* (del. *i*) A. 19. *permeet* S. — *et compleat* (om. *venas*) ch. — *solatio* AHSv-gM123 „quod multo gratius.“ Gron. Vid. not. *subsidio* s-bP. 20. *hoc* (om. *quoque*) v-g. — *totius* p2-bP. 21. *satias capit* p-bP. *satias capiunt* ASHvichgs, *satietate capiuntur* a. — *ederunt* S. — *inquit ille* c-g. — *multis* S. — *eduliis* v-g. — *hiatum* v-g. — *abiiciendum* v-g. 22. *Immolestus* (om. *ni*) P. — *tibi* om. vg. — *satis calida: satis facilius* Av. — *possit*

causam continent, cur penitus influat potio.

19. *inedia .. quasi iam non in totum vacua recreatur*] Dicendum erat: *ab inedia corpus ut iam non in totum vacuum recreatur*. Cf. § 16., et infra: *sitim .. sublevat*.

nullo solatio sublevat] „Sic paulo post [§ 20.]: *Cibus exiguo subministratu paulatim penuriam consolatur*. Sed et posterioribus *solatium* usurpatur pro subsidio. Paulus apud Eutropium lib. XIII. [?] *Cum barbarorum solatiis regnum tentaret invadere*. Valerius quoque Maximus IV, cap. ult. *Detrimentorum incursu quassatis solatia erogabantur*.“ Gron. — Adde Cic. de leg. agr. II, 29, 80. *solatium annonae*. Lucan. VIII, 469. *verni solatia damni*.

20. *exiguo subministratu*] i. e. exiguis partibus subministratis.

21. *si videtur*] Vid. not. ad V, 13, 17.

Cur qui avidius vorant facilius satias capit] Iis qui scripserunt *capiunt* imposuisse videtur et vox prisca a serioribus requisita, *satias*, et enuntiati constructio, quum obiectum verbi *capit* sint verba (eos) *qui avidius vorant* et (eos) *qui eadem quietius ederint*, quae illi pro subiecto habuerunt.

ad obiciendum fastidium] Sic alicui *obiici* dicitur furor, terror, spes, al. Cf. Cic. p. Rosc. Am. 14, 40; Liv. XXVII, 1, 6; VI, 14, 12.

pro cibo pensatur] i. e. idem valet ac si plus cibi sumptum sit.

22. *plus nimio*] Vid. not. ad c. 1, § 2.

satis] Vid. not. ad IV, 2, 1.

plus fervet] Cf. Horat. Ep. I, 10,

fervet quam ut diutius mandi possit, illico devoramus, et tamen alvus non perniciose uritur? Et ille: Intestinus calor qui in alvo 23 est, quasi multo maior vehementiorque, quicquid calidum accipit magnitudine sua circumvenit ac debilitat. Ideo praestat, si quid ori fervidum admoveris, non, ut quidam faciunt, hiare, ne novo spiritu fervori vires ministres, sed paulisper labra conprimere, ut maior calor, qui de ventre etiam ori opitulatur, conprimat minorem calorem. Manus autem, ut rem fervidam ferre possit, nullo proprio iuvatur calore. Iamdudum, inquit Avienus, nosse haveo, 24 cur aqua quae obsita globis nivium perducitur ad nivalem rigo- [255] rem minus in potu noxia est, quam ex ipsa nive aqua resoluta? Scimus enim quot quantaeque noxae epoto nivis humore nascantur. Et Disarius: Addo aliquid a te quaesitis. Aqua enim ex 25 nive resoluta, etiamsi igne calefiat et calida bibatur, aeque noxia est ac si epota sit frigida. Ergo non solo rigore nivalis aqua perniciosa est, sed ob aliam causam, quam non pigebit aperire auctore Aristotele qui in physicis quaestionibus suis hanc posuit et in hunc sensum, ni fallor, absolvit. *Omnis aqua,* inquit, *habet* 26 *in se aeris tenuissimi portionem quo salutaris est, habet et terream faecem qua est corpulenta post terram. Cum ergo aeris frigore et*

Edd. vicahgspdzb.] *mandi* s-bP. 23. *de ventre et ore* v. — *calorem minorem* S. 24. *haveo* Hspd. *habeo* A. *aveo* v-gzbPS. — *cur aqua* cet.] Cf. Gell. N. A. XIX, 5, 5 sqq. — *nivium* ASvica (g in mg.) M123. Coni. Meurs. *nubium* h-bHPE. Cf. I, 12, 14. „Haec quoque scripta lectio, non *nivium*. Et videatur ita nivem rigide convolutam proprie appellasse. Sammonicus Serenus: *Desinet interea glomerari farrea nubes.* Et adde proprie Sidonii Apoll. verba ex lib. II. ep. 2. *Nivalium maculas et frusta nebularum*, ubi *frusta nebularum* idem notant quod Macrobio *globi nivium.*" Pont. — *minus* p-bPS. *non minus* AHv-s. „Primam dictionem (*non*) vel Mureti libri fide eliminavimus." Pont. — *noxia in potu* A. 25. *Adde* v. — *ante quaesitis* ASv-g. — *nisi fallor* c-g. 26. *calescit* Av-g. —

15. *Est ubi plus tepeant hiemes,* et vid. Hand. Tursell. IV, p. 475.

23. *quasi*] Vid. not. ad c. 3, § 12.

quicquid calidum] Cf. infra: *si quid ori fervidum admoveris.*

24. *quae obsita globis nivium perducitur in nivalem rigorem*] „Vidimus ipsi in urbe orbis quondam domina hanc, quam tangit, Macrobius, rationem, nivibus, videlicet intra vitreas phialas, circumvallandi sine mixtione potabilem liquorem. Martialis quoque intellexit illo versu [XIV, 117.]: *Non potare nivem, sed aquam potare rigentem De nive commenta est ingeniosa sitis. .. Rigentem de nive* est ob nivem phialae circumiectam." Pont. — Etiam apud Plinium N. H. II, 44, § 115. non recte legi *nubibus* pro *nivibus* et codicum mss. auctoritas et sensus, opinor, docet.

25. *ac si epota sit frigida*] Cf. Cic. p. Cluent. 62, 173. *Celerius potuit comestum quam epotum (venenum) in venas permanare.*

in physicis quaestionibus suis] Quae interierunt. Vid. Fabric. Bibl. Gr. III, 6, 25. A Stahr. Aristot. b. d. Roem. p. 189. not. 4.

26. *Omnis aqua* cet.] Gellius XIX, 5, 9. haec servavit verba Aristotelis: *Διὰ τί τὰ ἀπὸ χιόνος καὶ κρυστάλλων ὕδατα φαῦλά ἐστιν; Ὅτι παντὸς ὕδατος πηγνυμένου τὸ λεπτότατον διαπνεῖται καὶ κουφότατον ἐξατμίζει. Σημεῖον δὲ, ὅτι ἔλαττον γίνεται ἢ πρότερον ὅταν τακῇ παγέν. Ἀπεληλυθότος οὖν τοῦ ὑγιεινοτάτου, ἀνάγκη τὸ καταλειπόμενον χεῖρον εἶναι.*

post terram] i. e. minus quidem quam terra. Cf. Hand. Tursell. IV, p. 489.

gelu coacta coalescit, necesse est per evaporationem velut exprimi ex ea auram illam tenuissimam, qua discedente conveniat in coagulum sola terrea in se remanente natura. Quod hinc apparet, quia, cum fuerit eadem aqua solis calore resoluta, minor modus eius reperitur quam fuit antequam congelasceret: deest quod eva-
27 *poratio solum in aqua salubre consumpsit.* Nix ergo, quae nihil aliud est quam aqua in aere denseta, tenuitatem sui, cum densetur, amisit, et ideo ex eius resolutae potu diversa morborum
28 genera visceribus inseminantur. Nominatum gelu veteris, quae me solebat agitare, ammonuit quaestionis, cur vina aut numquam aut rarenter congelascant ceteris ex magna parte humoribus nimietate frigoris cogi solitis? Num quia vinum semina quaedam in se caloris habet (et ob eam rem Homerus dixit αἴθοπα οἶνον,
[256] non, ut quidam putant, propter colorem), an alia quaepiam causa
29 est? quam quia ignoro, scire cupio. Ad haec Disarius: Esto, vina naturali muniantur calore: ne oleum minus ignitum est, aut minorem vim in corporibus calefactandis habet? et tamen gelu stringitur. Certe si putas ea quae calidiora sunt difficilius congelascere, congruens erat nec oleum concrescere et ea quae frigidiora sunt facile gelu cogi: acetum autem omnium maxime frigo-
30 rificum est, atque id tamen numquam gelu stringitur. Num igitur magis oleo causa est coaguli celerioris quod et levigatius et

[Mss. APSH.

descendente AHvichg (g in mg. *discedente*). — *coagulam* P. — *solis aqua vi*. — *resoluta* s-bP. Cf. §§ 25. et 27. *soluta* AHSv-g. — *congelesceret* P. — *deest autem* s-bP. 27. *denseta* Hs-z. Cf. Comm. I, 3, 20. *densata* ASv-gbP. — *denseretur* A a p. m.; Hs-z. *densaretur* A a sec. m.; v-gbP. *condensaretur* S. 28. *cur vina cet.*] Cf. Gell. N. A. XVII, 8, 8 sqq. — *rarenter* Ai-bPHM12P6 Gell. *raro* SvM3*H*. *rare* E. — *congelescat* E. — *humoris* Sv-g (H *umoris*). — *Homerus*] Il. ά, 462. al. — *ΑΙΘΟΔΟΙΝΟΝ* H. *ΑΙΦΟΙΝΟΝ* A. om. S. — *calorem* S.
29. *ne oleum* ASH. *num oleum* Edd. P. — *calefaciendis* S. — *congelescere* (sup. *a*) A. — *concrassescere* hg in mg. 30. *Non igitur* P6. — *oleo magis* v-g. — *levigatus et spissus* (om. priore *et*) S. — *levatiora*

in se] Dicendum erat *in ea*. Cf. VI, 6, 1. *quae in se refusa sunt*.
quia] Vid. not. ad Comm. I, 6, 62.
27. *tenuitate sui*] Cf. § 30. *amaritudine sui* et vid. prolegg. p. XXXIX.
28. *rarenter*] Macrobius sumpsit de Gellio l. c. De re conferas Alexand. Problem. phys. I, 127. Plin. N. H. XIV, 21, s. 27, § 132. *Circa Alpes ligneis vasis condunt circulisque cingunt, atque etiam hieme gelida ignibus rigorem arcent. Mirum dictu, sed aliquando visum: ruptis vasis stetere glaciatae moles, prodigii modo, quoniam vini natura non gelascit, alias ad frigus stupens tantum.*
nimietate] idem valet ac *vehementia*. Cf. c. 6, § 9.
et ob eam rem Homerus dixit αἴθοπα οἶνον] „Rationem Gellii de natura vini ignita seu calida recte Ernest. ad Hom. Il. ά, 462. argutationes dicit, quia poeta αἴθοπα οἶνον vocet a colore saturiori, bene coloratum: quod sit signum boni vini.“ Zeun.
29. *ne oleum minus ignitum est*] Sic scripsi ex auctoritate maioris codicum numeri, statuens *ne* esse particulam quae vulgo scribitur *nae*, de qua vid. lib. I, praef. § 13., et hac sententia, ironicam dixeris, nihil aliud dici quam quod vulgo exprimitur interrogatione: *num ... ignitum est?*
acetum .. frigorificum est] Cf. c. 6, § 12. et vid. prolegg. p. XLIII.
30. *magis*] hoc quoque loco pro

spissius est? faciliora enim ad coeundum videntur quae levatiora densioraque sunt: vino autem non contingit tanta mollities, et est quam oleum multo liquidius: acetum vero et liquidissimum est inter ceteros humores, et tanto est acerbius ut sit acore tristificum, et exemplo marinae aquae, quae ipsa quoque amaritudine sui aspera est, numquam gelu contrahitur. Nam quod He- 31
rodotus historiarum scriptor contra omnium ferme qui haec quaesiverunt opinionem scripsit mare Bosphoricum, quod et Cimmerium appellat, earumque partium mare omne, quod Scythicum dicitur, id gelu constringi et consistere, aliter est ac putatur. Nam 32
non marina aqua contrahitur, sed quia plurimum in illis regionibus fluviorum est et paludum in ipsa maria influentium, superficies maris cui dulces aquae innatant congelascit, et incolumi aqua marina videtur in mari gelu, sed de advenis undis coactum. Hoc et in Ponto fieri videmus, in quo frusta quaedam et, ut ita 33
dixerim, prosiciae gelidae feruntur contractae de fluvialium vel [257] palustrium undarum multitudine, in quas licet frigori quasi levatiores marina. Plurimum autem aquarum talium influere Ponto, 34

Edd. vicahgspdzb.] AHPv-aP6. Gell. l. c. § 15. *levigatiora* h-bS. — *densatioraque* ch (a om. *que*). — *exemplum* S (M1 in mg. *exemplo*) M2. — *quae ipsa quoque quia* M2. *quia ipsa quoque* S. — *sui* om. M2. — *aspersa* H.
31. *Herodotus*] Cf. IV, 28. — *Bosphoricum* AHv-p. *bosforicum* P. *Bosporicum* dzb. *bosphorum* S. — *cimrium* H. — *id gelu* s-bAPSHM123. om. E. *gelu* (om. *id*) v-g Gell. — *quam putatur* s-bP. 32. *paludium* (del. *i*) S. 33. *prosicies* v1. *superficies* v3 (g in mg.). — *in quas licet frigore concretae, tamen sunt natantes quasi* v-g. „Quae pleniora, nec plena tamen plane aut proba. Quo enim referas istud *in quas?* Rem ipsam vide, nec ambigo quin probabis quod coniectando invenimus: *in quantum licet frigore concretae.* Vult enim dicere Ponti illas glacierum prosicias, quantaecunque licet rigiditatis et molis fuerint, fluere tamen et vagari utpote leviores aqua, quae subsidet, salsa. Fefellit autem librarios insolentior dictio: *in quantum licet*, quae tamen et Plinio iuniori frequentata.“ Pont. — *levigatiores* hgE. *levatiore* A.

potius positum esse videtur. Vid. prolegg. p. XLIV. med.

coaguli] dictum est pro *coagulationis*. Cf. § 26.

contingit] Cf. c. 6, § 9.

acore tristificum] Cf. § 12. et paulo supra *frigorificum*.

amaritudine sui] Cf. § 27.

31. *mare Bosphoricum, quod et Cimmerium appellat*] Cf. Herodot. l. c. Ἡ δὲ θάλασσα πήγνυται καὶ ὁ Βόσπορος πᾶς ὁ Κιμμέριος.

earumque partium] i. e. regionum. Cf. Cic. Fam. XII, 7, extr. *Omnes quae in istis partibus essent opes.*

id] post *mare omne* erat omittendum.

32. *plurimum .. fluviorum et paludum*] Cf. § 34. et vid. prolegg. p. XXXIX. med.

de advenis undis] Cf. c. 6, § 2.

33. *prosiciae*] est vox a re sacra sumpta. Cf. Salmas. Exercc. Plin. p. 90. a. F.: „Ita vocabant partem quae ante omnia praesecabatur et diis reddebatur. Hinc glossae *prosicias* θυμάτων ἀπαρχάς interpretantur, et ἀκροθίνια. Varro Rer. divin. XI. [ap. Non. p. 220, 23.]: *Prosiciem extorum vel in mensam porricere.*“ Paulo supra (E) idem affert Festum [ap. Paul. lib. XIV, p. 225. Muell.]: *Prosicium, quod prosecatum proiicitur.*

licet frigori] idem valet ac *potestatem habet frigus.*

quasi] Vid. not. ad c. 3, § 12.

34. *Plurimum .. aquarum*] Cf. § 32.

et totam superficiem eius infectam esse dulci liquore, praeter quod ait Salustius: *Mare Ponticum dulcius quam cetera,* est hoc quoque testimonio quod, si in Pontum vel paleas vel ligna seu quaecumque natantia proieceris, foras extra Pontum feruntur in Propontidem atque ita in mare quod adluit Asiae oram, cum constet
35 in Pontum influere maris aquam, non effluere de Ponto. Meatus enim qui solus de oceano receptas aquas in maria nostra transmittit in freto est Gaditano quod Hispaniam Africamque interiacet, et sine dubio inundatio ipsa per Hispaniense et Gallicanum litora in Tyrrhenum prodit: inde Hadriaticum mare facit, ex quo dextra in Parthenium laeva in Ionium et directim in Aegaeum
36 pergit, atque ita ingreditur in Pontum. Quae igitur ratio facit ut rivatim aquae de Ponto fluant, cum foris influentes aquas Pontus accipiat? Sed constat utraque ratio. Nam superficies Ponti propter nimias aquas quae de terra dulces influunt foras effluit,
37 deorsum vero intro pergit influxio. Unde probatum est natantia quae, ut supra dixi, iaciuntur in Pontum foras pelli, si vero columna deciderit, introrsum minari. Et hoc saepe usu probatum

[Mss APSH.

34. *propter quod* v-g. — *Salustius*] ap. Cortium Hist. fragm. lib. VI. p. 1005., ubi hoc fragmentum dicitur legi etiam apud Servium et apud Priscianum. — *cetera est. hoc* A. — *quaecunque alia* Edd. 35. *Gallicum* h. — *Adriaticum* SHv1. — *ionicum* A. — *directi* i. *directum* cah. 36. *effluant* P. — *dulces* om. P. — *fores* h. — *in utro pergit* HS. 37. *supra*] § 34. — *minari* As-bHPM123. *in mari* SH. *mari*

Mare Ponticum dulcius quam cetera] „Idem tradit Isidorus XIII, 16. [4.], qui locum Salustii forte totum compilavit.“ Zeun. — Adde Strabon. I, 3, p. 78. Tauchn. p. 50. Arrian. Perieg. Pont. Eux. p. 8. Valer. Flacc. IV, 721 sq. Ovid. ex Pont. IV, 10, 45 sqq. Forbiger Real-Enc. V, p. 1898.

praeter quod] dictum est pro *praeter id quod* vel pro *praeterquam quod*.

vel .. vel .. seu] Vid. prolegg. p. xli. med.

35. *per .. litora*] idem est quod *secundum litora*.

ex quo dextra in Parthenium, laeva in Ionium et directim in Aegaeum pergit] Forbiger Real-Encycl. V, p. 1186., dicit *mare Parthenium* esse maris interni partem maxime orientem versus inter Aegyptum et Cyprum sitam, coll. Ammian. XIV, 8., XXII, 15. 16. et Gregor. Nazianz. Or. XIX. Quod si ita est, dicendum erat: *per Ionium directim in Parthenium et laeva in Aegeum pergit*, si quidem ex Adriatico mari dirigitur rursus, sed Macrobius videtur potius ad eam maris interni partem spectasse, unde incipit Adriaticum mare, et tenuisse semel receptum cursum ab occidente orientem versus. Adverbia *directim* et *rivatim* notavi prolegg. p. xliv. med. Cf. c. 14, § 13.

36. *nimias*] i. e. permultas. Cf. § 28.

deorsum] idem est ac *infra*, pro quo Comm. II, 5, 25. dicitur *iusum*.

intro pergit influxio] Hoc cum aliis docere Macrobium dicit Forbiger. Handb. d. alt. Geogr. I, p. 587. Qui sint hi alii, non dicit. Certe Aristoteles Meteorol. II, 1., Strabo I, 3. pp. 78, 82, 87, Senec. N. Qu. IV, 2, 29. (ubi Koelerus citat Herodian. IV, 3, 6. Maxim. Tyr. Dissert. XXXII, 5., Heliodor. Aethiop. V, 12.), Plinius N. H. II, 97. s. 100. et IV, 13. s. 27. § 93. referunt tantummodo aquam effluere e Ponto in Propontidem.

37. *columna*] pro quavis re graviore ponitur. Cf. quae sequuntur, *graviora quaeque*, et Alexand. Problem. phys. II, 76. *Διὰ τί κίων ἢ ἕτερόν τι βάρος κατὰ μὲν ὕδατος ῥιπτόμενον βυθίζεται;* Alioqui posset cogitari de siphone, de quo Lucretius VI, 425 sqq.:

est ut graviora quaeque in fundo Propontidis ad Ponti interiora pellantur. Adiecta hac una consultatione reticebo: Cur omne dul- 38
cium magis dulce videtur, cum frigidum est, quam si caleat? [258] Respondit Disarius: Calor sensum occupat et gustatum linguae fervor interpedit. Ideo exasperatione oris praeventa suavitas excluditur. Quod si caloris absit iniuria, tum demum potest lingua incolumi blandimento dulcedinem pro merito eius excipere. Praeterea sucus dulcis per calorem non inpune penetrat venarum receptacula, et ideo noxa minuit voluptatem.

XIII. Successit Horus et: Cum multa, inquit, de potu et 1
cibatu quaesisset Avienus, unum maxime necessarium, sponte an oblitus ignoro, praetermisit, cur ieiuni magis sitiant quam esuriant. Hoc in commune nobis, Disari, si videtur, absolve. Et 2
ille: Rem tractatu dignam, inquit, Hore, quaesisti, sed cuius ratio in aperto sit. Cum enim animal ex diversis constet elementis, unum est de his quae corpus efficiunt quod et solum aut maxime

Edd. vicahgspdzb.] v. *innari* i. *innare* c-g (h in mg. *minari*). 38. *omne dulce* cah. — *ex asperatione* vis-b Mss. *ex aspiratione* c-g. — *eius oris* S. — *proventa* v-gb. „Melius." Zeun. — *dulcedine* S. — *eius* om. S. — *dulcis cum per* vl.

XIII. *Caput XIII. De quaestionibus tribus, quas Horus Disario proposuit.* ch-b. 1. *et de cibatu* A. — *Cur ieiuni* cet.] Cf. Plut. Sympos. VI, 1. - *absolves* v. 2. *et maxime* A. — *sibi semper exigit*

Nam fit, inquit, *ut interdum tamquam demissa columna in mare descendat* cet.

minari] i. e. agi. Cf. Fest. ap. Paul. lib. 1, p. 23. Muell. *Agere modo significat ante se pellere, id est minare*, et p. 25. *Agasones equos agentes, id est minantes.* Ad haec adnotavit Anton. August. p. 336. Lind.: „*Minandi* verbo pro agendo et pro ducendo utitur Paulus: nam Festi usum ignoramus," Dacer. „Vox *minare* posterioribus saeculis usurpata est pro *ducere*, unde Itali *menare*," Gothofred.: „Est frequens verbum Hieronymo et legibus Longobardorum Burgundionum Alemanorum, sed et legi Salicae. Ad eam normam Apuleius [Met. VIII, 21.] *prominare* dixit, et Ammian. ad Paul. I, sentent. 17. *actum* interpretatur *qua pecora minare consuemus*, et in Ausonii versu [Epigr. 67, 3.] de Myronis bucula: .. *Suam relinquens me minabat ut suam.*" Adde quae leguntur in Forcellini lexico s. v. *mino*: „Vet. schol. in Iuven. sat. VI, 527. *Hanc igitur Io in tantum persecuta est Iuno, ut per omnem mundum eam minaret.* Quem ad locum D. A. G. Cramerus: Optime Papias: *Minare*, ducere, de loco ad locum promovere." I. Vorst. de Latinit. falso susp. p. 155 sq. Sed me non fugit haec omnia referri ad pecora agenda.

38. *omne dulcium*] Vid. prolegg. p. XXXIX. med.

interpedit] Hoc verbum ex hoc uno loco in lexica receptum est.

exasperatione] Haec vox in omnibus exemplaribus in duas, *ex asperatione*, discerpta est. Sic nascitur nova vox *asperatio*, et praepositio *ex* minime congruit cum participio *praeventa*, quam ob rem Zeunius probavit soloecismum *proventa*. In Forcellini lexico s. v. *asperatio* legitur: „Est qui legit *exasperatione*." Quis hic sit, nescio: sed quin verum viderit, non dubito. Cf. Veget. Art. Vet. V, 61, 1. *Exasperatio faucium gravissimam commovet tussim*, et Cels. I, 3. *Si vomitus fauces exasperavit.*

pro merito eius] i. e. pro vera eius vi.

XIII, 1. *ignoro*] positum est ut alias *nescio* vel *haud scio*.

si videtur] Vid. not. ad V, 13, 7.

absolve] Vid. prolegg. p. XLIII.

2. *et solum*] Quia sequitur *aut*, poterat scribi *aut solum*, et legi-

ultra cetera aptum sibi quaerat alimentum, calorem dico, qui
3 liquorem sibi exigit ministrari. Certe de ipsis quattuor elementis
extrinsecus videmus nec aquam nec aerem neque terram aliquid
quo alatur aut quod consumat exigere, nullamque noxam vicinis
[259] vel adpositis sibi rebus inferre: solus ignis alimenti perpetui de-
4 siderio quicquid offendit absumit. Inspice et primae aetatis in-
fantiam, quantum cibum nimio calore conficiat: et contra senes
cogita facile tolerare ieiunium, quasi extincto in ipsis calore qui
nutrimentis recreari solet. Sed et media aetas, si multo exercitio
excitaverit sibi naturalem calorem, animosius cibum adpetit.
Consideremus et animalia sanguine carentia, quae nullum cibum
5 quaerant penuria caloris. Ergo si calor semper est in adpeten-
tia, liquor autem proprium caloris alimentum est, bene in nobis,
cum ex ieiunio corpori nutrimenta quaeruntur, praecipue calor
suum postulat, quo accepto corpus omne recreatur et patientius
6 expectat cibum solidiorem. His dictis anulum Avienus de mensa
rettulit qui illi de brevissimo dexterae manus digito repente deci-
derat: cumque a praesentibus quaereretur, cur eum alienae ma-
nui et digito, et non huic gestamini deputatis potius insereret,
7 ostendit manum laevam ex vulnere tumidiorem. Hinc Horo nata
quaestionis occasio, et: Dic, inquit, Disari (omnis enim situs cor-
poris pertinet ad medici notionem, tu vero doctrinam et ultra
quam medicina postulat consecutus es), dic, inquam, cur sibi
communis adsensus anulum in digito qui minimo vicinus est,
quem etiam medicinalem vocant, et manu praecipue sinistra ge-

[Mss. APSH.
v-gbH. 3. *nec terram* S. — *aliquit* A. *aliquod* hg. — *assumit* A.
4. *facile cogita* P. — *extincto ignis calore* P. — *calorem* om. H.
5. *semper in appetentia est* S. *in appetentia semper est* v-g. — *cibatum*
P. 6. *Avienus anulum* ASv-g (ag. *ann.*). — *dextre* S. — *aliena manu*
ASH. 7. *cur .. anulum in digito* cet.] Cf. Gell. N. A. X, 10. et ar-
gumentum Plutarchi Sympos. lib. IV. quaestionis 8., quae desideratur. —

tur apud Plutarchum p 686. F. *ἢ μόνον ἢ μάλιστα.* Ut nunc est, hoc et videtur idem valere ac *vel*, sogar. Cf. § 7. *et ultra.*

aut maxime ultra cetera] i. e. vel certe magis quam cetera.

qui liquorem sibi exigit ministrari] Hac huius verbi constructione Ulpianus et Paulus usi sunt in Digestis XXIV, 3, 2. et XXIX, 7, 8

4. *primae aetatis infantiam*] est pleonasmus. Plutarchus brevius *τὰ νέα.*

5. *ex ieiunio*] condicionem significat qua studeamus liberari. Plutarchus p. 687. A. habet: *Ὅταν νηστεύσωμεν.*

6. *repente*] i. e. ex improviso.

alienae] pertinet etiam ad id quod sequitur, *digito.*

huic gestamini deputatis] Cf. c. 6, § 18. Plin. N. H. XXXIII, 1. s. 8. § 8. *Vinculumque id, non gestamen, intelligi voluit*, et XXXVII, 8. s. 33. § 111. *Hoc est gestamen in cervice ac digitis gratissimum.*

7. *omnis situs corporis pertinet ad medici notionem*] Fortasse Macrobius respexit ad Ciceronis Academ. pr. II, 39, 122: *Corpora nostra non novimus: qui sint situs partium, quam vim quaeque pars habeat, ignoramus: itaque medici ipsi, quorum intererat ea nosse, aperuerunt ut viderent.*

ultra quam] Cf. c. 4, § 31.

communis adsensus ... persuasit] Vid. prolegg. p. XLII.

quem etiam medicinalem vocant] vel *medicum.* Vid. not. seq. et cf. auct. ad Herenn. III, 20, 33. *Medico testiculos arietinos tenentem,*

standum esse persuasit? Et Disarius: De hac ipsa quaestione 8 sermo quidam ad nos ab Aegypto venerat, de quo dubitabam fabulamne an veram rationem vocarem: sed libris anatomicorum postea consultis verum repperi, nervum quendam de corde na- [260] tum priorsum pergere usque ad digitum manus sinistrae minimo proximum, et illic desinere inplicatum ceteris eiusdem digiti nervis, et ideo visum veteribus ut ille digitus anulo tamquam corona circumdaretur. Et Horus: Adeo, inquit, Disari, verum est ita ut 9 dicis Aegyptios opinari, ut ego sacerdotes eorum, quos prophetas vocant, cum in templo vidissem circa deorum hunc in singulis digitum confectis odoribus inlinere et eius rei causas requisissem, et de nervo quod iam dictum est principe eorum narrante didi-

Edd. vicahgspdzb.]

cur his (om. *sibi*) A. 8. *deorsum* E. — *implicatu* S. 9. *verum* (om. *est*) ASv-g. — *circa deorum* HM13. *circa deorum sacra* M12. *circa deorum aras* Av-g. *circa deorum simulachra* s-bP. *circa obsequium deorum* S. — *confictis* s-bP. — *illinire* v3-bSH. — *inquisissem* v-g.

et Plin. N. H. XXX, 12 s. 34. *Muscae inpari numero infricatae digito medico*, ubi Harduinus refert Plinium Valerianum hunc locum excerpentem scripsisse *digito minimo*. Macrobio suffragantur Graeci, e quibus alii statuerunt *ἰατρὸν* esse digitum medium. Vid. Bed. l. c. ad § 10. et H. Steph. Thes. Gr. l. s. v. *δάκτυλος*, ubi citatur Alex. Trall. 11, p. 199. *Τῷ ἀντιχειρι καὶ τῷ ἰατρικῷ.*

8. *de quo dubitabam* cet.] Vid. prolegg. p. xxxix. extr.

libris anatomicorum postea consultis] Gellius l. c.: *Causam esse huius rei Apion in libris Aegyptiacis hanc dicit.*

priorsum] Vid. prolegg. p. xliv. med.

visum veteribus] Cf. Plin. XXXIII, 1. s. 6. § 24. *Singulis primo digitis* (anulos) *geri mos fuerat, qui sunt minimis proximi: sic in Numae et Servii Tullii statuis videmus. Postea pollici proximo induere etiam deorum simulacris, dein iuvit et minimo dare.*

9. *ita*] pertinet ad *opinari*. Haud recte ergo commatis vulgo includuntur verba *ita ut dicis*.

sacerdotes eorum, quos prophetas vocant] Cf. Apul. Metam. II, 28. *Zathlas adest Aegyptius, propheta primarius, qui mecum iamdudum grandi praemio pepigit reducere paulisper ab inferis spiritum, corpusque istud postliminio mortis animare*, et de dogm. Platon. I, 3. *Astrologiam adusque Aegyptum ivit petitum, ut inde prophetarum ritus etiam addisceret*, ubi Hildebrandus nos delegat ad Schmidt. de sacerd. et sacrif. deor. p 107. et ad Diog. Laert. III, 8 (6). *Εἰς Αἴγυπτον (ἀπῆλθε Πλάτων) παρὰ τοὺς προφήτας.* Adde ibid. prooem. 1. *Αἰγύπτιοι μὲν γάρ* (*φασιν*) *Νείλου γενέσθαι παῖδα Ἥφαιστον, ὃν ἄρξαι φιλοσοφίας, ἧς τοὺς προεστῶτας ἱερέας εἶναι καὶ προφήτας*, et Philostr. lib. I. Apoll. c. 1.: *Πλάτων βαδίσας εἰς Αἴγυπτον καὶ πολλὰ τῶν ἐκεῖ προφητῶν τε καὶ ἱερέων ἐγκαταμίξας τοῖς ἑαυτοῦ λόγοις.*

circa] pro adverbio est habendum, ut significet idem quod *κύκλῳ, ringsum.* Cf. c. 14, § 16. et Liv. XXXI, 38, 1. *Exhausto circa omni agro*, et Tibull. I, 5, 10. *Ipseque ter circum lustravi sulfure puro.* Hoc qui non perspexerunt, ii vario modo hunc locum interpolaverunt, ut factum est Comm. II, 5, 5. ab iis qui ignorarent quid esset *tantum non*.

deorum hunc in singulis digitum] Cum complura in templo essent deorum simulacra. Horus ait se vidisse sacerdotes singularum statuarum singulum hunc digitum odoribus illinentes. Quod quidem his verbis parum commode esse pronunciatum haud negaverim.

confectis odoribus] Cf. Plin. N. H. XXXIV, 11, s. 25, § 108. *In tantum a conficiendis medicaminibus absunt.*

10 cerim, et insuper de numero qui per ipsum significatur. Conplicatus enim senarium numerum digitus iste demonstrat, qui omnifariam plenus perfectus atque divinus est. Causasque, cur plenus sit hic numerus, ille multis adseruit: ego nunc ut praesentibus fabulis minus aptas relinquo. Haec sunt quae in Aegypto divinarum omnium disciplinarum compote, cur anulus huic digito
11 magis inferatur, agnovi. Inter haec Caecina Albinus: Si volentibus vobis erit, inquit, in medium profero quae de hac eadem causa apud Ateium Capitonem pontificii iuris inter primos peritum legisse memini: qui cum nefas esse sanciret deorum formas insculpi anulis, eo usque processit ut et cur in hoc digito vel in
12 hac manu gestaretur anulus non taceret. *Veteres*, inquit, *non ornatus sed signandi causa anulum secum circumferebant. Unde nec plus habere quam unum licebat, nec cuiquam nisi libero, quos so-*
[261] *los fides deceret quae signaculo continetur: ideo ius anulorum fa-*

[Mss. APSH.

10. *divinus* (om. *est*) h. — *composite* S. 11. *crit vobis* Sv-g. *crit* (om. *vobis*) A. — *cur hoc* (om. *in*) ASv-g. 12. *decerct* (A a sec. m.) s-b (hg in mg) PHEM3. *decerneret* A a p. m.; Sv-gM12. „Servosne fides dedecet? Putem verius quod in scripto et editionibus priscis: *decerneret*. Decernebantur (p2dz *discerneret*. Discernebantur) a servis liberi signaculi potestate et possessione. Postea tamen et invalescente Romanorum luxu aliter obtinuit. Plinium videto et alios.“ Pont. —

10. *Conplicatus .. senarium numerum digitus iste demonstrat*] Cf. Venerabilis Bedae de indigitatione lib. Opp. p. 132. ed. Colon. 1612, N. Iahrb. f. Phil. u. Paed. Suppl. XV. p. 512. *Quum dicis sex, tertium nihilominus elevabis medio* (inter tertium et minimum) *duntaxat solo, qui medicus appellatur in medium palmae fixo.* Vid. not. ad I, 9, 10., ubi adscripsi ea quae e Bedae libello sumpsit Harduinus, ut nunc demum video, minus accurate. Nam legitur apud Bedam: *Quum dicis quinque secundum a minimo similiter eriges; sed* ea quae antecedunt: *Quum ergo dicis unum, minimum digitum inflectens, in medium palmae artum infiges. Quum dicis duo, secundum a minimo flexum ibidem impones. Quum dicis tria, tertium similiter afflectes. Quum dicis quattuor, itidem minimum levabis*, ut tabula picta, docent fuisse dicendum: *quinque significat in eadem manu digitus tertius in mediam palmam inflexus.*

qui .. divinus est] Conf. Comm. I, 6, 12 sqq.

omnifariam] iungitur cum adverbio *undiqueversum* apud Gellium XII, 13, 20.

fabulis] Cf. 'o. 1, § 24.

in Aegypto divinarum omnium disciplinarum compote] Cf. I, 7, 14. *Ab Aegyptiorum religiosissima gente.*

magis] quam ceteris, ut h. l. magis non tam, ut alias (cf c. 12, § 30.), positum sit pro *potius* quam pro *potissimum*.

11. *Si volentibus vobis erit*] Vid. not ad I, 7, 9.

profero] Dicendum erat *proferam*.

quae .. legisse memini] Vid. prolegg. p. XL. vers. fin.

cum nefas esse sanciret] Dicendum erat aut: *cum nefas esse diceret*, aut: *cum lege sanctum esse diceret.*

deorum formas insculpi anulis] Recepta tamen sunt imperatorum aetate numina Aegyptia. Cf. Plin. N. H. XXXIII, 2, s. 12. § 41. *Iam vero etiam Harpocratem statuasque Aegyptiorum numinum in digitis viri quoque portare incipiunt.* De hac re egit Plutarchus Sympos. IV, 8., quae quaestio nunc desideratur.

12. *non ornatus sed signandi causa*] Contra de luxuria Plinius N. H. XXXIII, 1, s. 6. § 22.: *Alias deinde gemmas*, inquit, *violari nefas putavit, ac ne quis signandi causam in anulis esse intelligeret, solidas induit.*

muli non habebant. Inprimebatur autem sculptura materiae anuli, sive ex ferro sive ex auro foret, et gestabatur, ut quisque vellet, quacumque manu, quolibet digito. Postea, inquit, *usus luxuriantis* 13
aetatis signaturas pretiosis gemmis coepit insculpere: et certatim haec omnis imitatio lacessivit ut de augmento pretii quo sculpendos lapides parassent gloriarentur. Hinc factum est ut usus anulorum exemptus dexterae, quae multum negotiorum gerit, in laevam relegaretur, quae otiosior est, ne crebro motu et officio manus dexterae pretiosi lapides frangerentur. Electus autem, inquit, *in ipsa laeva* 14
manu digitus minimo proximus quasi aptior ceteris cui commendaretur anuli pretiositas. Nam pollex, qui nomen ab eo quod pollet accepit, nec in sinistra cessat, nec minus quam tota manus semper in officio est: unde et apud Graecos ἀντίχειρ, inquit, *vocatur quasi manus altera. Pollici vero vicinus nudus et sine tuitione alterius* 15
adpositi videbatur: nam pollex ita inferior est ut vix radicem eius excedat. Medium et minimum vitaverunt, inquit, *ut ineptos, alterum magnitudine, brevitate alterum, et electus est qui ab utroque clauditur et minus officii gerit et ideo servando anulo magis accommodatus est.* Haec sunt quae lectio pontificalis habet: unus- 16
quisque, ut volet, vel Etruscam vel Aegyptiam opinionem sequa-

Edd. vicabgspdzb.]
anulisve (om. *sive*) H. — *seu ex auro* AH*H*. — *quocumque digito H.* 13. *signatura* H. — *usus* (om. *ut*) S. — *dextrae* S. — *nec crebro* H. — *dextrae* s-bPS. 14. *autem est inquit* S. — *ipsa* (om. *in*) v-g. — *laeva* om. AH. — *anulo pretiositas* H. *anuli otiositas* A*. — *ἀντίχειρ* om. S. 15. *ut vis* P. — *eius* om. A. — *et nimium* A. — *accommodatus* (om. *est*) v-g. 16. *Aegyptiacam* s-bP. 17. *reversus* s-b

ius anulorum famuli non habebant] At Plinius l. c. s. 4. § 11.: *Anulus*, inquit, *in digito ferreus erat aeque triumphantis et servi fortasse coronam sustinentis.*

sive ex ferro sive ex auro foret] Plinius l. c. primo ait iis tantum qui legati ad exteras gentes ituri essent anulos publice esse datos: sed hos quoque intra domos usos esse ferreis: eoque argumento etiam tum sponsae muneri ferreum anulum missum esse, eumque sine gemma.

quolibet digito] Aliter Plinius. Vid. not. ad § 8.

13. *pretiosis gemmis*] Cf. Plin. l. c. s. 6. § 22. *Multis hoc modis, ut cetera omnia luxuria variavit gemmas addendo exquisiti fulgoris, censuque opimo digitos onerando: .. mox et effigies varias caelando, ut alibi ars alibi materia esset in pretio.*

in laevam .. quae otiosior est] Plinius l. c. s. 4. § 13. *Quisquis primus*, inquit, *instituit* (anulos facere), *cunctanter id fecit, laevisque manibus latentibusque induit, cum, si honos securus fuisset, dextra fuerit ostentandus.*

14. *pollex, qui nomen ab eo quod pollet accepit*] Ateius Capito consentientem habet Doederlinum Handb. d. lat. Etym. p. 142. At vide ne ut *index* ab *indicando*, *supplex* a *supplicando*, *artifex* ab *arte faciendo*, dictus sit *pollex* a *porro laciendo*, ut sit digitus prominens, qui, ut ait Plinius N. H. XI, 43, s. 99. *per se in obliquum porrigitur.*

ἀντίχειρ vocatur, quasi manus altera] Equidem putaverim ἀντίχειρας esse digitos in adversis manuum partibus positos, ut ἀντίχθονες sunt homines adversas terrae partes habitantes. An sic dictus est, quia, ut ait Plinius l. c., *digitis adversus universis flectitur?*

16. *Etruscam opinionem*] i. e., ut paulo supra dicitur, *lectionem pontificalem*. Nam *pontificium ius* (cf. § 11.) ab Etruscis petiverant Romani.

17 tur. Inter haec Horus ad consulendum reversus: Scis, inquit, Disari, praeter hunc vestitum qui me tegit nihil me in omni censu aliud habere: unde nec servus mihi est, nec ut sit opto,
[262] sed omnem usum qui vivo ministrandus est ego mihimet submi-
18 nistro. Nuper ego cum in Hostiensi oppido morarer, sordidatum pallium meum in mari diutule lavi et super litus sole siccavi, nihiloque minus eaedem in ipso post ablutionem maculae sordium visebantur. Cumque me res ista stupefaceret, adsistens forte nauta: Quin potius, ait, in fluvio ablue pallium tuum, si vis emaculatum. Parui, ut verum probarem, et aqua dulci ablutum atque siccatum vidi splendori suo redditum: et ex illo causam requiro, cur magis dulcis quam salsa aqua idonea sit sordibus ab-
19 luendis? Iamdudum, Disarius inquit, haec quaestio ab Aristotele et proposita est et soluta. Ait enim aquam marinam multo spissiorem esse quam est dulcis: immo illam esse faeculentam, dulcem vero puram atque subtilem. Hinc facilius, ait, vel inperitos nandi mare sustinet, cum fluvialis aqua quasi infirma et nullo adiumento fulta mox cedat et in imum pondera accepta trans-
20 mittat. Ergo aquam dulcem dixit quasi natura levem celerius inmergere in ea quae abluenda sunt et, dum siccatur, secum sordium maculas abstrahere, marinam vero quasi crassiorem nec facile penetrare purgando propter densitatem sui et, dum vix sicca-
21 tur, non multum sordium secum trahere. Cumque Horus his adsentire videretur, Eustathius ait: Ne decipias, quaeso, credulum

[Mss. APSH.

(hg in mg.) PHM3*H*. *severus* ASv-gM12 — *sis* v1. — *mei nomini censui* M3. *mei nominis censu* Sv12iM12. *mea nominis censu* v3. *me a nominis censu* ca (g in mg.). 18. *ostiensi* AH *hosti* P. — *in mare* SviM123. — ***diutile*** **A a p. m.; SHv-gEM12. — *cur magis dulcis* etc.] Cf. Plut. Sympos. I, 9, 2 sq. — *aqua* om. A. 19. *ab Aristotele*] Cf. Probl. 23, §§ 8, 13, 39, 40. — *et proposita et soluta est* v-g. — *spissiorem* (om. *esse*) h-g. — *sustinet mare* v-g. — *iumento* v. 20. *Ergo quam* H. — *sui densitatem* v-g. 21. *iis* v-g. — *assentiri* s-bPS. 23.**

17. *in omni censu*] dicitur, ut saepe *in omni genere*.

***omnem usum qui vivo ministrandus est*] Poterat dici: *quidquid ad vitae usum necessarium est*, sed conf. Cic. Verr. IV, 5, 9. *Usum provinciae supplere*.**

18. *in Hostiensi oppido*] Sic dicitur *urbs Romana* apud Liv. VII, 18, 1. al. Hoc oppidum *Hostia* nominatur I, 11, 21. et III, 16, 10: quamobrem etiam hoc loco hanc scripturam retinui.

***diutule*] Cf. supra c. 11, § 3. et c. 12, § 11.**

***in ipso*] i. e. in eo.**

***splendori suo redditum*] Sic editores quidam Macrobium suo nitori a se dixerunt esse restitutum. Cf. prolegg. p. LXXXIX sq.**

***ex illo*] idem valet atque *ideo*.**

19. *Iamdudum*] rectius usurpatur infra § 26. et c. 12, § 24.

20. *quasi*] Vid. not. ad c 3, § 12.

***purgando*] Hoc loco ablativus gerundii non tam positus est pro participio praesentis (cf. prolegg. p. XL. med.), quam erat addenda praepositio *in* vel potius scribendum *ad purgandum*.**

***propter densitatem sui*] Cf. c. 12, §§ 27. et 30.**

***et, dum vix siccatur, non multum sordium secum trahere*] Haec non recte adnectuntur verbis Aristotelis. Plutarchus haec habet in fine capitis 3., (p. 627. D.), sed Aristotelis sententiam profert cap. 2. (ib. A. B.). Verbis *dum vix siccatur* redditur Graecum δυσξήραντόν ἐστι. De indicativo modo vid. not. ad VI, 1, 2.**

qui se quaestionemque suam commisit fidei tuae. Aristoteles enim, ut nonnulla alia, magis acute quam vere ista disseruit.
22 Adeo autem aquae densitas non nocet abluendis, ut saepe qui aliquas species purgatas volunt, ne sola aqua vel dulci tardius [263] hoc efficiant, admisceant illi cinerem vel, si defuerit, terrenum pulverem, ut crassior facta celerius possit abluere. Nihil ergo impedit marinae aquae densitas.
23 Sed nec ideo quia salsa est minus abluit. Salsitas enim findere et velut aperire solet meatus, et ideo magis elicere debuit abluenda. Sed haec una causa est cur aqua marina non sit ablutioni apta, quia pinguis est, sicut et ipse Aristoteles saepe testatus est, et sales docent quibus inesse quiddam pingue nullus ignorat.
24 Est et hoc indicium pinguis aquae marinae quod, cum inspergitur flammae, non tam extinguit quam pariter accenditur aquae pinguedine alimoniam igni subministrante.
25 Postremo Homerum sequamur, qui solus fuit naturae conscius. Facit enim Nausicaam Alcinoi filiam abluentem vestes, cum super mare esset, non in mari sed in fluvio. Idem locus Homeri docet nos marinae aquae quiddam inesse pingue permixtum.
26 Ulixes enim cum iamdudum mare evasisset et staret siccato corpore, ait ad Nausicaae famulas:

Ἀμφίπολοι, στῆθ' οὕτω ἀπόπροθεν, ὄφρ' ἐγὼ αὐτὸς
ἅλμην ὤμοιϊν ἀπολούσομαι.

Post haec cum descendisset in fluvium,

Ἐκ κεφαλῆς ἔσμηχεν ἁλὸς χνόον.

27 Divinus enim vates, qui in omni re naturam secutus est, expressit quod fieri solet, ut qui ascendunt de mari, si in sole steterint, aqua quidem celeriter sole siccetur, maneat autem in corporis su-

Edd. vicahgspdzb.]
fundere A. — *meatus solet* v-g. — *ideo* (om. *et*) s-bP. Cf. c. 14, § 2. — *Aristoteles*] l c. §§ 7, 13, 14, 32, 38, 40. 24. *inspargitur* Sv-g. — *extinguitur* AS. — *alimoniae* A. 25. *fecit* A. — *nausicam* A. *nausiteam* S. — *sed fluvio* (om. *in*) p2-b. — *permistum* v3-z. 26. *Ulyxes* Svi. *ulisses* H. *Ulysses* c-bP. — *et staret et* P. — *nausicae* H. *nasicae* (sup. add. *u*) A. *nansiteç* S. — *'Αμφίπολοι*] Od. ζ, 218. *Ἀμφίπολοι ... ἀπολούσομαι* om. AHS. — *ὤμοισιν* vh-b. — *ἀπολούσομαι ἀμφὶ δ' ἐλαίῳ χρίσομαι, ἦ (vi ἤδη) γὰρ δηρὸν ἀπὸ χροὸς ἐστὶν ἀλοιφή.* v-g. — *Post hoc* s-bPH. — *Ἐκ*] Od. ζ, 226. *Ἐκ .. χνόον* om. ASHv-a. — *ἔσμιχεν* hg. — *χλοον* P. 27. *enim* om. Av. *etiam* S. — *steterit* v3. *steterunt* c-g. — *hoc est* AH.

22. *qui aliquas species purgatas volunt*] i. e. qui quasdam sordes volunt diluere. Cf. c. 8, § 8. *Species et acres et calidae superficiem .. exulcerant*, et c. 12, § 7. *Quanto fit liquidius faece purgata.*

23. *salsitas*] Nova vox, quae erat addenda prolegg. p. XLII.

findere et velut aperire solet meatus] Plutarchus p. 627. C. *Τοὺς πόρους ἀναστομοῦσα καὶ ἀνοίγουσα.* Cf. c. 4, § 22 sq. et c. 10, § 3.

quia] Vid. not. ad Comm. I, 6, 62.

nullus] positum est pro *nemo.*

24. *indicium pinguis aquae marinae*] Adiectivum *pinguis* positum est pro substantivo, *pinguedinis.*

pariter accenditur] Plutarchus l. c.: *Αὐτή τε ἡ θάλαττα προσραινομένη ταῖς φλοξὶ συνεκλάμπει.*

25. *naturae conscius*] Vid. not. ad I, 7, 17.

super mare] idem valet quod *prope mare.*

27. *ut .. aqua .. celeriter sole siccetur*] Haec ex Aristotele Probl.

[264]perficie veluti flos quidam qui et in detergendo sentitur: et haec est aquae marinae pinguedo quae sola impedit ablutionem.

XIV. Et quia a ceteris expeditus mihi te paulisper indulges, modo autem nobis de aqua sermo fuit, quaero: Cur in aqua simulachra maiora veris videntur? Quod genus apud popinatores pleraque scitamentorum cernimus proposita ampliore specie quam corpore: quippe videmus in doliolis vitreis aquae plenis et ova globis maioribus et iecuscula fibris tumidioribus et bulbos spiris ingentibus. Et omnino ipsum videre qua nobis ratione

[Mss. APSH.

XIV. *Caput XIV. Simulacra cur sub aquis maiora esse videantur quam revera sint. Tum in universum quomodo visio fiat: an susceptione simulacrorum quae a rebus in oculos promantant, an potius emissione radiorum ex ipsis oculis.* ch-b. 1. *caeteris* (om. *a*). — *sitamentorum* v. — *ampliore* APSP6. *ampliora* Edd. — *bulbos* scripsi e coni. *bulvas* Avs-bHP. *beluas* Si-g. „Corrigitur in margine *vulvas*. Vide supra 23., § 10. desumpsit Plutarchus l. c. D.

in corporis superficie] Cf. c. 6, § 3.

veluti flos quidam] Plutarchus l. c. F.: *Παραμένει τοῖς σώμασιν ἁλώδης ἐπίπαγος.* Sic dicitur *vini flos*, cf. Colum. XII, 30. et Plin. N. H. XIV, 21, s. 27., et *acris flos*, de quo Plinius XXXIV, 11, s. 24.: *Flatu crebriore excutiuntur velut milii squamae, quas vocant florem.*

XIV, 1. *mihi te .. indulges*] Vid. prolegg. p. XLIV.

Cur in aqua simulachra maiora veris videntur] Hanc quaestionem alia ratione solvit Alexander Problem. phys. I, 26. dicens: *Ὅτι τὸ ὁμιλοῦν αὐτοῖς ὕδωρ ποιούμενον τὴν χρόαν αὐτῶν ἀναδέχεται καὶ τὴν ὄψιν ἀπατᾷ.* Eadem ratione solem et lunam et planetas dicit occidentes et orientes videri maiores *τῷ τὸν περὶ αὐτοὺς ἀέρα ποιοῦσθαι.*

apud popinatores] Haec vox ex hoc uno loco nota est. In lexicis *popinatores* dicuntur esse ii qui popinas frequentent, popinones, *ἄσωτοι*, sed sensus flagitat ut statuamus esse eos qui popinas exerceant, popinarios, *ὀψοπώλας*.

scitamentorum] Cf. Plaut. Menaechm. I, 3, 25 sqq. *Iube igitur nobis apud te prandium adcurarier Atque aliquid scitamentorum de foro obsonarier, Glandionicam suillam, laridum, pernonidem, aut Sinciput, aut polimenta porcina, aut quid ad eum modum, Madida quae mi adposita in mensam milvinam suggerant*, et Matius ap. Gell. N. A. XX, 9, 4. *Nequamve scitamenta pipulo poscit.* Apul. Metam. X, 13. p. 245. *Scitamenta mellita.*

proposita] Cf. Sueton. Ner. 16. *Interdictum ne quid in popinis cocti praeter legumina aut olera veniret, cum antea nullum non obsonii genus proponeretur.*

in doliolis vitreis] Cf. Senec. N. Q. I, 3, 10. *Poma per vitrum aspicientibus multo maiora sunt.*

globis] Hoc ego ad vitellos quam ad ipsorum ovorum rotunditatem referre maluerim.

iecuscula] Miror positum esse deminutivum, quod alii tribuunt muribus (cf. Cic. de div. II, 14, 33. Plin. N. H. XI, 37. s. 76.) vel pullis (cf. Apic. IV, 2.), quum agatur de ampliore rerum specie.

fibris] Cf. Cels. IV, 1. *Iecur .. in quattuor fibras dividitur*, et Plin. l. c. *Murium iecusculis fibrae ad numerum lunae in mense congruere dicuntur.*

bulbos] Sic scripsi, quia nec ad vulvas suillas nec ad boletorum volvas, quas commemorat Plinius N. H. XXII, 22, s. 46., commode referuntur *spirae*, quae in bulbis significant eorum membranas. Fuisse autem bulbos inter obsonia quibus uti solerent veteres praeter Athenaeum II, 64., Celsum II, 18., Plinium XIX, 5. s. 30., Apicium VII, 12. testatur Cicero illo ioco p. Cluent. 26, 71.: *Atque etiam ipse conditor huius negotii Guttam aspergit huic Bulbo.*

ipsum videre] Cf. § 17.

constat, quia solent de hoc nonnulli nec vera nec veri similia sentire? Et Disarius: Aqua, inquit, densior est aeris tenuitate, 2
et ideo eam cunctatior visus penetrat: cuius offensa repercussa videndi acies scinditur et in se recurrit. Scissa dum redit, iam non directo ictu sed undique versum incurrit liniamenta simulachri: et sic fit ut videatur imago archetypo suo grandior. Nam et solis orbis matutinus solito nobis maior apparet, quia interiacet inter nos et ipsum aer adhuc de nocte roscidus, et gran- [265]
descit imago eius, tamquam in aquae speculo visatur. Ipsam vero 3
videndi naturam non insubide introspexit Epicurus, cuius in hoc non est, ut aestimo, inprobanda sententia, astipulante praecipue Democrito, quia sicut in ceteris ita et in hoc paria senserunt.
Ergo censet Epicurus ab omnibus corporibus iugi fluore quae- 4
piam simulachra manare, nec umquam tantulam moram interve-

Edd. vicahgspdzb.]

ad cap. 14. lib. II. [III, 18, 6.].“ Pont. — *constet* c-g. 2. *ideo eam* (om. *et*) dzbH. Cf. c. 13, § 23. *et eam ideo* P6. — *percussa* HSv-g. — *videnti* bP. — *lineamenta* bP. — *rosidus* P6v1. 3. *non subide* hg (g in mg. *insubide*). — *existimo* Sagb. *extimo* vich. — *astipulante propiae* H. 4. *cesset* A. — *flore* A a p. m. — *manere* A a

2. *aeris tenuitate*] Cf. prolegg. p. XLII sq.

cuius offensa] Cf. Comm. I, 15, 19. *qua nullam oculis obicit offensam.*

repercussa videndi acies scinditur] Cf. infra § 13 sqq. Plin. N. H. XXXV, 10. s. 36. § 97. *Ne colorum claritas oculorum aciem offenderet*, et XI, 37. s. 55. *Pupilla, cuius angustiae non sinunt vagari incertam aciem*, et quae dicit de solis radiis II, 59. s. 60 *Manifestum est radium solis inmissum cavae nubi repulsa acie in solem refringi.*

undique versum] Cf. c. 16, §§ 4, 8, 32.

3. *insubide*] i. e. inepte. Adiectivo *insubidus* utitur Gellius N. A. XIX, 9, 9.

Epicurus .. astipulante praecipue Democrito] Haec dicta sunt, quasi posterior esset Democritus, qui natus est c. a. CCCCIX. a. Chr. n., i. e. c. CL. annis ante quam Epicurus. Rectius Cicero de fin. I, 6, 18. et 21. *Epicurus*, inquit, *in quibus sequitur Democritum non fere labitur ... quae mutat ea corrumpit; quae sequitur sunt tota Democriti.* Praeterea cf. Cic. N. D. I, 19, 49. et 38, 107. Horum aliorumque de visu sententias praeter Gellium N. A. V, 16., quem citat Zeunius, attigerunt Arnobius II, 7; Apul. de mag. 15. Plutarch. de plac. philos. IV, 13. Diog. Laert. VIII, 29. Vincent. Bellovac. Specul. nat. II, 77. et XXV, 23. Creuzer. ad Plotin. III, p. 116. Vid. nott. seqq.

4. *iugi fluore*] Apuleius de mag. 15. iisdem fere verbis: *Imagines*, inquit, *velut quaedam exuviae iugi fluore a corporibus manantes.* Macrobius infra § 10. dicit: *perpetuo fluore*, ut Lucretius IV, 145. *Perpetuoque fluant ab rebus* (cf. v. 219.) et v. 158 sq. *Perpetuo fluere ut noscas e corpore summo Texturas rerum tenuis tenuisque figuras*, Cicero N. D. I, 39, 109. *Quomodo enim probas continenter imagines ferri;* Gellius N. A. V, 16, § 3. *Epicurus effluere semper ex omnibus corporibus simulacra quaedam corporum ipsorum, eaque sese in oculos inferre atque ita fieri sensum videndi putat.* Idem XII, 8, 6. dicit *iugi concordia.* Plautus Pseudol. I, 1, 82. *thesaurus iugis.* Aquam dixerunt *iugem* Cicero de div. II, 13, 31. et N. D. II, 9, 25; Salustius Iug. 89, 6. Vid. Hildebrand. ad Apul. Met. VIII, 22. Vocabulum *fluor* amare Arnobium docet Hildebrandus ad lib. V. c. 2.

quaepiam simulachra] Cf. Gell. l. c. et Lucret. IV, 34 sqq. *Quae rerum simulacra vocamus: Quae quasi membranae summo de corpore*

nire quin ultra ferantur inani figura cohaerentes corporum exuviae: quarum receptacula in nostris oculis sunt, et ideo ad deputatam sibi a natura sedem proprii sensus recurrunt. Haec sunt quae vir ille commemorat: quibus si occurris obvius, expecto quid
5 referas. Ad haec renidens Eustathius: In propatulo est, inquit, quod decepit Epicurum. A vero enim lapsus est aliorum quattuor sensuum secutus exemplum, quia in audiendo et gustando et odorando atque tangendo nihil e nobis emittimus, sed extrinsecus
6 accipimus quod sensum sui moveat. Quippe et vox ad aures ultro venit, et aurae in nares influunt, et palato ingeritur quod gignat saporem, et corpori nostro adplicantur tactu sentienda. Hinc putavit et ex oculis nihil foras proficisci, sed imagines re-
7 rum in oculos ultro meare. Cuius opinioni repugnat quod in speculis imago adversa contemplatorem suum respicit: cum de-

[Mss. APSH.

p. m.; Hvi. — *ultro* c-bP. 5. *lapsus* (om. *est*) S. *elapsus est* h. — *audiendo gustando* (om. *et*) s-z. — *sensum suum* v. 6. *Quippe vox* (om. *et*) A. — *fluunt* A. — *ex oculis nostris* s-bPS. 7. *proficisci*

rerum Dereptae volitant ultro citroque per auras. Cicero N. D. I, 19, 49. (ubi vid. Creuzer.) dicit, ut Lucretius IV, 238. *Imaginibus similitudine et transitione perceptis,* et de fin. I, 6, 21. *Imagines quae εἴδωλα nominant, quorum incursione videamus.* Lucretius IV, 46.: *Dico igitur,* inquit, *rerum effigies tenuesque figuras Mittier ab rebus summo de corpore earum;* Quintilianus denique Inst. X, 2, 15. *Nec .. sufficiat imaginem virtutis effingere, et solam, ut sic dixerim, cutem, vel potius illas Epicuri figuras quas e summis corporibus dicit effluere.* Cf. Epicuri epist. ad Herod. §§ 47. 50. et Diog. Laert. X, § 46. *Καὶ μὴν καὶ τύποι ὁμοιοσχήμονες τοῖς στερεμνίοις* (de quibus vid. Cic. N. D. I, 19, 49.) *εἰσὶ λεπτότησιν ἀπέχοντες μακρὰν τῶν φαινομένων. ... Τούτους δὲ τοὺς τύπους εἴδωλα προσαγορεύομεν,* et § 49.

nec umquam tantulam moram intervenire] i. e. ne minimam quidem moram. Cf. Cic. in Verr. act. II, 38, 93. *Si tantulum morae fuisset, quominus ei pecunia illa numeraretur.*

ultra] Quae leguntur §§ 6. et 8 sqq., ea videntur flagitare, ut retineatur *ultro*, quod legitur in plerisque editionibus, et fortasse in cod. P, e quo nihil est enotatum. Sed hoc loco de ea re nondum agitur. Quod maior codicum numerus exhibet, *ultra*, id haud scio an non possit significare ferri illa simulacra in longinquum, tanquam e finibus corporum, ut dicit Lucretius IV, 165.: *Sic a rebus item simili ratione necesse est Temporis in puncto rerum simulacra ferantur Multa modis multis in cunctas undique partis.*

corporum exuviae] Cf. Apul. l. c. et Lucret. IV, 52 sqq. *Quoniam mittunt in rebus apertis Corpora res multae, .. ut olim Cum veteres ponunt tunicas aestate cicadae, Et vituli cum membranas de corpore summo Nascentes mittunt, et item cum lubrica serpens Exuit in spinis vestem: .. Haec quoniam fiunt, tenuis quoque debet imago Ab rebus mitti summo de corpore earum.*

quarum receptacula in nostris oculis sunt] Lucretius IV, 242 sqq.: *Verum nos, oculis quia solis cernere quimus, Propterea fit uti, speciem quo vertimus, omnes Res ibi eam contra feriant forma atque colore.*

quibus si occurris obvius] Cf. c. 5, § 5. *quibus obviandum non erat.*

renidens] Cf. I, 4, 4.

5. *In propatulo est*] Cf. c. 15, § 18. et Gell. N. A. XVIII, 10, 8. *Quae natura nobis tuendae valetudinis causa et in promptu esse et in propatulo voluerit;* et prolegg. p. XLII sq.

aliorum quattuor sensuum secutus exemplum] Cf. Lucret. IV, 217 sqq. et 260 sqq. Diog. Laert. X, § 52.

beat, siquidem a nobis orta recto meatu proficiscitur, posteram sui partem, cum discedit, ostendere, ut laeva laevam dextera dexteram respiciat. Nam et histrio personam sibi detractam ex ea parte videt qua induit, scilicet non faciem sed posteriorem caver-|266| nam. Deinde interrogare hunc virum vellem, an tunc imagines 8
e rebus evolant, cum est qui velit videre, an et, cum nullus aspicit, emicant undique simulachra? Nam si quod primum dixi te- 9
neat, quaero cuius imperio simulachra praesto sint intuenti et, quotiens quis voluerit ora convertere, totiens se et illa convertant? Si secundo inhaereat, ut dicat perpetuo fluore rerum 10
omnium manare simulachra, quaero quamdiu cohaerentia permanent nullo coagulo iuncta ad permanendum? Aut si manere dederimus, quemadmodum aliquem retinebunt colorem, cuius natura cum sit incorporea, tamen numquam potest esse sine corpore? Dein quis potest in animum inducere, simul atque oculos verte- 11
ris incurrere imagines caeli maris litoris prati navium pecudum et innumerabilium praeterea rerum quas uno oculorum iactu videmus, cum sit pupula quae visu pollet oppido parva? Et quonam modo totus exercitus visitur? an de singulis militibus profecta simulachra se congerunt atque ita collata tot milia penetrant oculos intuentis? Sed quid laboramus opinionem sic ina- 12
nem verbis verberare, cum ipsa rei vanitas se refellat? Constat autem visum nobis hac provenire ratione. Genuinum lumen e 13

Edd. vicahgspdzb.]

et S. — *discedat* S. — *Nam* (om. *et*) v-g. 8. *tum* S. — *advolant* S. 9. *praesto sunt* A. 10. *Sin* vc-bP. — *fluere* (sup. *o*) A. — *manere* A a p. m.; S. — *nullo* om. A. 11. *Deinde* Sv-g. *dehinc* A. — *reducere* A. — *veteris* A. — *quasi* A. — *pupilla* ASv-g. — *polleat* S. — *adde singulis* vl. — *se cogeřt* (om. *atque*) A. — *collocata* c-g. *collecta* s-bPS. — *oculis* A. 12. *Sed qui* vl. — *rei* om. A.

7. *ut laeva laevam .. respiciat*] Hoc expedire conatur Lucretius IV, 294 sqq.

qua induit] Cf. Comm. I, 14, 6. *Mens, qua patrem inspicit, plenam similitudinem servat auctoris*, et ib. § 7. *Anima patrem qua intuetur induitur.*

8. *vellem*] sc. si adesset. Sed infra sequitur coniunctivus praesentis, quasi etiam hoc loco dictum esset *velim.*

an .. evolant, .. an .. emicant] Vid. prolegg. p. XLI. Infra coniunctivus modus est: *cuius imperio praesto sint* cet., sed redit indicativus: *quaero quamdiu cohaerentia permanent.* De re vid. Diog. Laert. X, § 54.

10. *si secundo inhaereat*] Nova ratione hoc verbum est usurpatum.

si manere dederimus] i. e. si manere ea concesserimus.

quemadmodum .. retinebunt colorem] Cf. Lucret. IV, 72 sqq.

11. *cum sit pupula .. oppido parva*] Cf. C. I, 6, 68. et Lucret. IV, 249. *Atque ita per nostras acies perlabitur omnis* (aer): *et quasi perterget pupillas atque ita transit.* Arnob. II, 7. *Radiorum et luminis intentione videamus an rerum imagines advolent et nostris in pupulis sidant.* Isidor. Orig. XI, 1, 37. *Pupilla est medius punctus oculi, in quo vis videndi est, ubi quia parvae imagines nobis videntur, pupillae appellantur. Nam parvuli pupilli dicuntur. Hanc plerique pupulam vocant.* De utraque nominis forma vid. Hildebrand. ad Apul. Met. III, 22.

12. *laboramus ... verbis verberare*] Vid. prolegg. p. XL. med. Videtur autem Macrobius imitari Plautum Trucul. I, 2, 19. *Me illis quidem haec verbis verberat.*

pupula, quacumque eam verteris, directa linea emicat. Id oculorum domesticum profluvium si reppererit in circumfuso nobis aere lucem, per eam directim pergit quamdiu corpus offendat: et [267] si faciem verteris ut circumspicias, utrobique acies videndi directa procedit. Ipse autem iactus, quem diximus de nostris oculis emicare, incipiens a tenui radice in summa fit latior: sicut radii a pictore finguntur: ideo per minutissimum foramen contem-
14 plans oculus videt caeli profunditatem. Ergo tria ista necessaria nobis sunt ad effectum videndi: lumen quod de nobis emittimus, et ut aer qui interiacet lucidus sit, et corpus quo offenso desinat intentio, quae si diutius pergat, rectam intentionem lassata non
15 optinet sed scissa in dexteram laevamque diffunditur. Hinc est quod, ubicumque terrarum steteris, videris tibi quandam caeli conclusionem videre, et hoc est quod horizontem veteres vocaverunt: quorum indago fideliter deprehendit directam ab oculis aciem per planum contra aspicientibus non pergere ultra centum octoginta stadia, et inde iam recurvari. *Per planum* ideo adieci, quia altitudines longissime aspicimus, quippe qui et caelum vide-
16 mus. Ergo in omni horizontis orbe ipse qui intuetur centron est. Et quia diximus quantum a centro acies usque ad partem orbis extenditur, sine dubio in horizonte διάμετρος orbis trecentorum

[Mss. APSH.

13. *geminum* Sh-z. „Ed. vet. *genuinum*. Recte. Nam permutatur cum sequenti *domesticum*.“ Zeun. — *pupilla* Av-g. — *cum* (sup. *id*) A. — *domesticorum* H. — *quae diximus* A. — *oculum* S. 14. *tria necessaria nobis* (om. *ista*) S. *tria ista nobis necessaria* v-as-bP. *tria nobis ista necessaria* hg. — *quod affenso* A. — *intensio* (etiam infra) c-g. — *quod si* S. — *dextram* S. 15. *octoaginta* v1. — *inde in orbem iam* v-g. — *longe* P. 16. *omni* (om. *in*) S. — *centrum* s-bP. — διάμε-

provenire] idem valet ac *effici* „*vor sich gehen.*“ Simili ratione usurpat Macrobius *procedendi* verbum pro eo quod est *fieri*. Vid. proleg. p. XLIV.

13. *Genuinum lumen .. emicat*] Haec est sententia Platonis. Vid. quos ad § 3. citavi locos. Etiam Isidorus XI, 1, 36. dicit: *Et dicta lumina, quod ex eis lumen manat.*

directim] Cf. c. 12, § 35.

quamdiu] idem valet quod *dum*. Vid. not. ad Comm. I, 18, 11.

in summa] i. e. in fine.

caeli profunditatem] Sic etiam Virgilius Eclog. IV, 51. et Georg. IV, 222. dicit *caelum profundum*.

14. *ut aer .. lucidus sit*] Hoc incisum respondet nominibus *lumen* et *corpus*. Poterat dici: *aer lucidus, qui interiacet*.

scissa] Cf. § 2.

15. *horizontem*] De hoc vid. Comm. I, 15, 17 sqq., ubi § 18, idem ei tribuitur spatium.

indago] Cf. Cod. Iustin. IV, 31. 14. *maiorem et ampliorem exposcere indaginem*. Plurali numero hoc nomen legitur apud Plinium N. H. IX, 7. s. 6. et apud Gellium N. A. VII, 16, 6. Vid. etiam prolegg. p. XLII.

Per planum ideo adieci] Cf. Comm. I, 19. 14 sq. *Cur Cicero .. non abrupte medium solem sed fere medium dixerit: .. sed non vacat adiectio qua pronuntiatio temperatur*, et 22, 4.: *Adiecit: infima est*.

16. *centron*] Formam Graecam etiam in Comment. in Somn. Scip. locis plerisque tuentur codices. Cf. ib. I, 22, 3. Ibid. I, 20, 14. vel contra codicum mss. auctoritatem eam ascivi, quod quidem nunc me non fecisse mallem.

quantum .. extenditur] i. e. quantus sit horizontis radius. De indicativo vid. not. ad § 8.

sine dubio] quoniam διάμετρος par est duplicato radio.

sexaginta stadiorum est: et si ulterius qui intuetur accesserit seu retrorsum recesserit, similem circa orbem videbit. Sicut igitur 17
diximus, cum lumen quod pergit e nobis per aeris lucem in corpus inciderit, inpletur officium videndi: sed ut possit res visa cognosci, renuntiat visam speciem rationi sensus oculorum, et illa advocata memoria recognoscit: ergo videre oculorum est iu- |268| dicare rationis. Quia trinum est officium quod visum conplet ad 18
dinoscendam figuram, sensus ratio memoria, sensus rem visam rationi refundit, illa quid visum sit recordatur. Adeo autem in 19
tuendo necessarium est rationis officium, ut saepe in uno videndi sensu etiam alium sensum memoria suggerente ratio deprehendat. Nam si ignis appareat, scit eum et ante tactum ratio calere: si nix sit illa quae visa est, intellegit in ipsa ratio etiam tactus rigorem. Hac cessante visus inefficax est, adeo ut quod remus 20
in aqua fractus videtur vel quod turris eminus visa, cum sit angulosa, rotunda existimatur faciat rationis neglegentia, quae si se

Edd. vicahgspdzb.]
τροϛ om. S. — *circa* P. *se circa* AH. *circa se* Edd. S. — *videbis* h.
17. *ut res possit* A. *ut res poscit* S. — *illam* Edd. P. — *ergo videre oculorum est, iudicare rationis, memoriae meminisse* Edd. 18. *Qua* A. — *dignoscendam* Edd. P. *dinoscendum* H. *agnoscendam* A. — *sensus idem visa* A. 19. *intuendo* v-g. — *in ipsa illa* v. — *visu* vl. 20. *extimatur* vichg. — *rationi sine legentia* H. 21. *acade-*

ulterius] Vid. not. ad c. 3, § 22.
accesserit] i. e. processerit. Vid. prolegg. p. XLIII. extr.
retrorsum recesserit] Simili pleonasmo legitur c. 16, § 31. *sursum suspicit*, et, si ad Macrobii usum spectaveris, c. 9, § 3. *accedit priorsum.*
circa] pro adverbio est habendum. Quod quum sequente accusativo minus perspicuum esse videretur, alii praemiserunt alii subiecerunt *se*. Cf. c. 13, § 9.
17. *pergit*] idem est ac quod legitur § 13. *procedit*.
officium videndi] *Officium* h. l. et § 18. ut Comm. I, 6, 81. idem valet quod *actio* vel *actus*, „*die Thätigkeit.*“
Ergo videre oculorum est iudicare rationis] Infinitivi locum tenent nominum substantivorum. Vulgo post est ponitur comma, ut genitivi pendeant ab hoc verbo, sed videntur ii potius referendi esse ad infinitivos, ut *videre oculorum* sit subiectum, et *iudicare rationis* praedicatum, „*das Sehen der Augen ist ein Urtheilen der Vernunft.* Cf. § 23. et vid. not. ad Comm. I, 17, 10. Sic tertium, quod additur in Edd., *memoriae meminisse* non modo non requiritur, sed perturbat sensum. Additum est propter ea quae sequuntur: *Quia trinum est officium* cet., sed haec ad ea quae infra sequuntur sunt potius referenda, quamobrem ego ante haec verba plenius distinxi orationem, quae est bipartita et supra: *Renuntiat visam speciem rationi sensus oculorum, et illa advocata memoria recognoscit*, et infra: *Sensus rem visam rationi refundit, illa quid visum sit recordatur.*
18. *rationi refundit*] i. e. tradit. Vid. prolegg. p. XLIV.
19. *in tuendo*] dictum est pro *in videndo*, quo variaretur oratio.
tactus rigorem] i. e. rigidam vel frigidam eam esse tactu.
20. *quod remus in aqua fractus videtur*] Cf. Lucret. IV, 438 sqq. Senec. N. Q. I, 3, 10. Cic. Acad. prior. II, 7, 19. Plutarch. de plac. philos. III, 5. Diog. Laert. X, § 85. Alexand. Problem. phys. I, 37.
quod turris ... rotunda existimatur] „Pulchre Petronius et apposite: *Fallunt nos oculi, vagique sensus Oppressa ratione mentiuntur. Nam turris, prope quae quadrata surgit, Attritis procul angulis rotatur.*“ PONT. — Vid. ed. Burm. p. 680 sq., ubi interpretes conferunt Tertullian. de anima 17.

21 intenderit, agnoscit in turre angulos et in remo integritatem. Et omnia illa discernit quae Academicis damnandorum sensuum occasionem dederunt: cum sensus inter certissimas res habendi sint comitante ratione, cui nonnumquam ad discernendam speciem
22 non sufficit sensus unus. Nam si eminus pomi quod malum dicitur figura visatur, non omni modo id malum est, potuit enim ex aliqua materia fingi mali similitudo. Advocandus est igitur sensus alter, ut odor iudicet. Sed potuit inter congeriem malorum positum auram odoris ipsius concepisse: hic tactus consulendus est qui potest de pondere iudicare. Sed metus est ne et ipse fallatur, si fallax opifex materiam quae pomi pondus imitaretur elegit: confugiendum est igitur ad saporem, qui si formae
23 consentiat, malum esse nulla dubitatio est. Sic probatur effica-
[269] ciam sensuum de ratione pendere. Ideo deus opifex omnes sensus in capite, id est circa sedem rationis, locavit.

XV. His dictis favor ab omnibus exortus est ammirantibus dictorum soliditatem adeo ut attestari vel ipsum Euangelum non pigeret. Disarius deinde subiecit: Isti plausus sunt qui provocant philosophiam ad vindicandos sibi de aliena arte tractatus, unde

[Mss. APSH.
miacis vl. *achademiacis* A. — *sensus unus* Mss. et Edd. — *habendi sint* PH. *habendi sunt* A. *habendus est* Edd. S. 22. *unam si* HS. — *visitatur* SH. — *omnino* v-g. — *malum* (om. *est*) A. — *ut odor videlicet* v. — *hinc* A. — *qui potest* ... *metus est* om. H. — *sed metus est* ... *in ventriculum* (c. 15, § 4.) in P obliterata sunt ut legi non possint. — *metus* (om. *est*) Av-g. — *ne ipse* (om. *et*) v-g. — *consenseat* h.

XV. *Caput XV. Satin' recte scriptum sit a Platone, cibum per stomachum trahi, potum vero per arteriam, quae τραχεῖα dicitur, fibris pulmonis illabi.* ch-b. 1. *vendicandos* S. *iudicandos* A a sec. m. — *manife-*

Sext. Empir. Pyrrhon. Hypoth. lib. I, c. 13. Lucret. IV, 354 sqq. Isidor. Orig. XV, 2, 19. Adde Diog. Laert. Alexand. ll. cc.

21. *quae Academicis damnandorum sensuum occasionem dederunt*] Cf. Cicero Acad. l. c. et II, 19, 61. *Tunc .. eam philosophiam sequere quae .. nos .. omnibus orbat sensibus;* N. D. II, 59, 147. *Quanta vero illa sunt, quae vos Academici infirmatis et tollitis, quod et sensibus et animo ea quae extra sunt percipimus atque conprehendimus.*

cum sensus .. habendi sint] Pluralis numerus fere omnibus codicibus fulcitur: propterea equidem censeo vocem *unus*, quae in isdem ut in edd. legitur post *sensus*, huc translatam esse ab huius paragraphi fine.

22. *non omni modo*] idem valet ac *non continuo, non semper*, „*nicht in jedem Falle.*“ Cf. Comm. I, 20, 15. *Sed non omni modo medietas est orbis.*

potuit .. concepisse] Dicendum erat *concipere*, ut supra *fingi*.

hic] idem est ac *tum*, „*in diesem Falle.*“ Vid. Hand. Tursell. III, 13.

23. *deus opifex*] Vid. prolegg. p. IV. not. 22.

omnes sensus in capite .. locavit] Cf. Comm. I, 6, 81.

XV, 1. *favor*] Cf. c. 3, § 1. *Haec dicentem favor excepit omnium.*

dictorum soliditatem] novo modo dictum est: nam alia res est *solida laus*, ut ait Cicero p. Sest. 43, 93.

Isti plausus] „Arbiter [Sat. 36.]: *Damus omnes plausum a familia inceptum.* Suetonius in Nerone c. 20.: *Undique elegit qui plausuum genera condiscerent.* Quo spectat et illud Ovidii de arte [I, 113.]: *In medio plausu, plausus tunc arte carebat.*“ Pont. — E Petronio poterat addi c. 50. *Plausum post hoc automatum familia dedit*, et c. 90. *Qui plausum ingenii sui noverat.*

saepe manifestos incurrit errores: ut Plato vester, dum nec anatomica quae medicinae propria est abstinet, risum de se posteris tradidit. Dixit enim divisas esse vias devorandis cibatui et 2
potui, et cibum quidem per stomachum trahi, potum vero per *ἀρτηρίαν* quae *τραχεῖα* dicitur fibris pulmonis inlabi. Quod tantum virum vel aestimasse vel in libros rettulisse mirandum est vel potius dolendum. Unde Erasistratus, medicorum veterum nobilissimus, 3
in eum iure invectus est dicens rettulisse illum longe diversa quam ratio deprehendit. Duas enim esse fistulas instar canalium, easque 4
ab oris faucibus proficisci deorsum, et per earum alteram induci delabique in stomachum esculenta omnia et poculenta, ex eoque ferri in ventriculum, qui Graece appellatur *ἡ κάτω κοιλία*, at-

Edd. vicahgspdzb] *stos incurrit errores* AHSM123. *manifestos occurrit errores* s-z. *occurrit in manifestos errores* v-gbP. „Melius." Zeun. 2. *Dixit enim cet.*] Cf. Plat. Tim. p. 70. Steph.; Plut. Symp. VII, 1; Gell. N. A. XVII, 11. — *post stomachum* HS. — *per ἀρτηρίαν* v-g (a *ἀτηρίαν*). *per arteriam* s-bP. om. S. ΑΡΤΗΡΙΑΝ (om. *per*) AH. — *trachia* s-b Mss. — *inlabi* A. *illabi* HS. *allabi* Edd. P. — *tantum librum* S. — *existimasse* ab. *extimasse* vichg. 3. *in iure* (om. *eum*) H. — *illum rettulisse* v-g.
4. *ab oris faci* H. — *proficisci* (add. in mg. *deorsum*) A. — *potulenta* M2. — *qui* hbP. *quod* Hv-ag-zAS. „*Quod* cum manifeste repugnet linguae legibus, vel muta in *qui*, uti est in ed. vet. [in c. est *quod*], vel in *quae* duce Gellio [ex uno cod. Regio]." Zeun. — *ἡ κάτω κοιλία* om.

Plato vester] i. e. quem vos sequimini. Cf. c. 5, § 19. *Hippocratis tui;* V, 1, 7. *noster Symmachus.*

dum .. abstinet] Haec causam continent eorum quae sequuntur, ut ponenda fuerit alia particula. Cf. c. 4, § 29. et c. 6, § 12.

nec] idem est quod *ne .. quidem.* Cf. prolegg. p. XLI. med.

risum .. tradidit] i. e. ansam dedit ridendi.

2. *cibum quidem per stomachum trahi*] Non plane dixit Plato cibum solum intrare stomachum: nam Tim. p. 70. tantummodo pulmonem ait recipere spiritum potumque.

fibris pulmonis] Cf. Cels. IV, 1. *Is (pulmo) spongiosus, ideoque spiritus capax .. in duas fibras .. dividitur.*

3. *Erasistratus medicorum veterum nobilissimus*] Gellius XVII, 11, 1. habet: *ab Erasistrato nobili medico.* Simili laude eum ornavit Appianus Hist. Rom. X, 59. Sed qui praeterea retulerunt, quo modo sanaverit Antiochum, Seleuci Nicatoris filium, medicum tantummodo eum dixerunt, Plutarch. Demetr. 38., Valer. Max. V, 7, Ext. 1.; Plinius N. H. XXIX, 1, s. 3. refert eum Aristotelis filia genitum fuisse, sed Sextus Empir. adv. Mathem. c. 12, p. 51. dicit eam nupsisse Chrysippo Erasistrati magistro. Videtur h. l. respici ad eius librum *διαιρέσεων* primum. Cf. Gell. N. A. XVI, 3. Harduin. ad Plin. l. c. Real-Enc. III, p. 224.

diversa quam] Cf. Plin. N. H. XI, 45. s. 101. *In diversum* (flectuntur) *posterioribus articuli pedibus quam prioribus.*

ratio deprehendit] Cf. § 8. et c. 4, § 13.

4. *poculenta*] Non dubio quin rectius scribatur *potulenta*, idque derivetur a *potu*, cf. Schneider. Elementarl. 2. p. 478.: sed codicum auctoritatem secutus sum.

qui Graece appellatur ἡ κάτω κοιλία] Editionis Bipontinae (et Camerarianae) scripturam, quum e codice P nihil sit enotatum, et genus masculinum in omnibus fere Gellii codicibus legatur, retinui, quamvis nihil videam, cur alia hoc loco atque infra usurpata sit constructio, nisi quod verbum hic praedicato praemissum, infra postpositum est. Utramque constructionem non abhorrere a Macrobii more dicendi

[270]que illic subigi digerique, ac deinde aridiora ex his recrementa in alvum convenire, quod Graece *κόλον* dicitur, humidiora autem
5 per renes in vesicam trahi: et per alteram de duabus superioribus fistulam, quae Graece appellatur *τραχεῖα ἀρτηρία*, spiritum a summo ore in pulmonem atque inde rursum in os et in nares
6 commeare, perque eandem vocis fieri meatum: ac ne potus cibusve aridior, quem oporteret in stomachum ire, procideret ex ore labereturque in eam fistulam per quam spiritus reciprocatur, ex eaque offensione intercluderetur animae via, inpositam esse arte quadam et ope naturae *ἐπιγλωττίδα*, quasi claustrum mu-
7 tuum utriusque fistulae, quae sibi sunt cohaerentes: eamque *ἐπιγλωττίδα* inter edendum bibendumque operire ac protegere *τὴν τραχεῖαν ἀρτηρίαν*, ne quid ex esca potuve incideret in illud quasi aestuantis animae iter, ac propterea nihil humoris influere
8 in pulmonem ore ipso arteriae communito. Haec Erasistratus: cui, ut aestimo, vero ratio consentit. Cum enim cibus non squalidus siccitate sed humoris temperie mollis ventri inferendus sit, necesse est eandem viam ambobus patere, ut cibus potu temperatus per stomachum in ventrem condatur: nec aliter natura con-

[Mss. APSH.

spat. rel. S. ΠΝΑΤΩΝΟΙΑΙΑ A. — *retrementa* A a sec. m. *retrimenta* Edd. — *in alium* v. — *κόλον* Hv3. ΚΟΛΟΝ A. *κόλων* i. ΚΛΛΟΝ P. *κόλος* vl. *κῶλον* c-b. om. S. — *umidior* H. 5. *τραχεῖα ἀρτηρία* om. S. 6. *in stomachum* om. S. — *procederet* A (H primo e mat. in *a*) SP6v-a. *prociderct* h-bP. — *in ope* (om. *et*) h. — *natura* H. — *ἐπιγλωττίδα* om. (bis) S. ΕΠΙΓΛΩΠΙΔΑ (bis) P. ΕΠΙΓΛΟΠΙΔΑ H bis; A infra ΕΝΙΓΟΠΙΔΑ. 7. *atque* S. — *τὴν τράχ. ἀρτ.* om. S. — ΤΡΑΧΡΕΙΑΝ AH. — *ἀρτηρίαν* om. v-g. ΑΡΤΕΡΙΑΝ A. 8. *cuius* A. — *existimo* Sab. *extimo* vichg. — *in ventre* P. 9. *penitrat* H. *pene-*

apparet e nota ad Comm. I, 20, 8. Quod vulgo legitur, *quod*, id nisi ex iis quae sequuntur: *quod Graece κόλον dicitur*, huc translatum est, debetur homini, qui *ventriculum* habuit pronomine generis neutrius: Macrobium ipsum hunc fuisse vix putaverim.

recrementa] Hanc vocem Gellio deberi censeo. Infra § 19., ut supra c. 4, § 18. et c. 11, § 9., Macrobius de suo scripsit *retrimenta*.

κόλον] Hanc scripturam, quam e meis codicibus habeat duo, quum alteram nullus exhibent, alteri *κῶλον* praeferendam esse docent lexica s. h. v.

6. *quasi claustrum mutuum utriusque fistulae*] Sic legitur etiam § 11.: *inclinatur ad operiendam stomachi viam;* et § 16.: *inventum naturae est ad tegendas detegendasque certa alternatione vias cibatus et potus*, et apud Plutarchum p. 698. C.: Ἡ δὲ (ἡ ἐπιγλωττὶς) μέταυλος αὕτη, *κλίσιν ἐπ' ἀμφότερα λαμβάνουσα φθεγγομένων μὲν ἐπιπίπτει τῷ στομάχῳ, σιτουμένων δὲ καὶ πινόντων τῇ ἀρτηρίᾳ.* Melius Gellius l. c.: *Quasi claustra*, inquit, *quaedam mobilia, conniventia vicissim et resurgentia.* Cf. Cels. IV, 1. *Exigua in arteria sub ipsis faucibus lingua est, quae, cum spiramus, attollitur, cum cibum potionemque assumimus, arteriam claudit.*

7. *quasi aestuantis animae*] i. e. spiritus accedentis et recedentis. Cf. Cic. de divin. II, 14, 34. *Quid ,. de marinis aestibus plura dicam? quorum accessus recessusque lunae motu gubernantur.*

8. *vera ratio consentit*] Cf. § 3.

nec aliter .. nisi quod] Haec minus inter se conveniunt. Videtur dicendum fuisse *nec aliud conposuisset.*

natura] Sic etiam c. 16, §§ 3. et 14. Comm. I, 6, 81. *natura* dicitur opifex et conditrix corporis humani. Cf. c. 14, § 23. et prolegg. p. IV. not.

poneret nisi quod salutare esset animali. Deinde, cum pulmo et 9
solidus et levigatus sit, si quid spissum in ipsum deciderit, quemadmodum penetrat aut transmitti potest ad locum digestionis, cum constet, si quando casu aliquid paulo densius in pulmonem violentia spiritus trahente deciderit, mox nasci tussim nimis aspe- [271]
ram et alias quassationes usque ad vexationem salutis? Si autem 10
naturalis via potum in pulmonem traheret, cum *polenta bibuntur vel cum hauritur potus admixtus granis seu ex re aliqua densiore, quid his sumptis pulmo pateretur? Unde ἐπιγλωττὶς a na- 11
tura provisa est, quae, cum cibus sumitur, operimento sit arteriae, ne quid per ipsam in pulmonem spiritu passim trahente labatur. Sicut et cum sermo emittendus est, inclinatur ad operiendam stomachi viam, ut ἀρτηρίαν voci patere permittat. Est 12
et hoc de experientia notum quod qui sensim trahunt potum ventres habent humectiores humore qui paulatim sumptus est diutius permanente: si quis vero avidius hauserit, humor eodem

Edd. vicahgsdzbp.]

trari s-bP. — *in imis* P. — *et altas H.* 10. *in pulmone* P5. — **polenta* s-bPS. „Ita scripta et Stephani editionis lectio. *Polenta* hoc genere aut forma alibi non reperio. Apuleius usurpavit vulgariter statim sub initium [c. 4.] libri I. Milesii sermonis.“ Pont. *pulenta* HM13 (*H* add.: „lego *polenta* ut sit *polentum* neutri generis.“). *poculenta* A. *potulenta* M2. *corpulenta* v-gP6. *torpulenta* P5. — *admistus* v3-g. *admixtis* s-bP. — *iis* v-g. 11. *ἐπιγλωττὶς* om. S. — *passo* P. — *Sicut cum* (om. *et*) v-g. — *ἀρτηρίαν* om. S. — *promittat* bg (g in mg. *permittat*). 12.

animali] i. e. corpori ad vitam. Cf. Comm. I, 1, 7.

9. *solidus et levigatus*] Plutarchus l. c. B. *Τοῦ πλεύμονος λεῖον καὶ πυκνοῦ παντάπασι γεγονότος.* Cf. c. 7, § 8. *Leve autem est mulierum corpus, quasi naturali frigore densetum.*

in ipsum] positum est pro *in eum*; cf. § 11. *per ipsam*, § 14. *in ipsam*, § 15. *apud ipsam*.

nimis asperam] i. e. asperrimam. Vid. not. ad c. 7, § 7. Plutarchus l. c. C. *Δεινὰς γὰρ ὑπὸ βηχὸς ἴσχει τραχύτητας καὶ χαράξεις.*

10. *cum *polenta bibuntur*] In re incerta reliqui id quod in recentioribus edd. et in quibusdam codd. legitur, quamvis nova sit vox *polenta* numero plurali et genere neutro; ut vix dubitem quin sit corrupta. Coniiciebam *pultulenta*, a *pulte*, „*breiige Getränke*“, vel *polentata*, ut dicitur *piperatum* Cels. IV, 19. et Apic. III, 14, al. Hoc potuerit defendi adhibitis verbis Plutarchi p. 698. B.: *Πῶς τὸ σὺν κυκεῶνι πινόμενον ἄλφιτον διέξεισι* (nisi forte haec expressit Macrobius iis quae sequuntur: *cum hauritur potus admixtus granis*), et Athenaei X, 40. p. 432, b. *Ἔπινον δ' οἱ πολλοὶ καὶ ἄλφιτα ἐπιβάλλοντες τῷ οἴνῳ*, ubi videas interpretes. Indicativus sententiae conditionalis insertus defenditur eo quod res significatur, quae sic revera fit, et quod infra haec repetuntur verbis *his sumptis*.

potus admixtus granis] Cf. Cic. N. D. II, 10, 27. *Ille vero (aer) multo calore admixtus est.*

11. *Unde*] i. e. quam ob rem.

ἐπιγλωττὶς .. provisa est] Hoc novo modo dictum est, quamvis alias dicatur provideri frumentum (cf. Caes. B. G. VI, 44.) commeatus (cf. Tac. Ann. XV, 4.) al.

operimenta sit] Cf. c. 12, § 15. Nostro sermone ἐπιγλωττὶς vocatur *Kehldeckel*.

passim] i. e. iusto violentius, ut supra (§ 9.) dicitur: *violentia spiritus trahente*. Cf. c. 3, § 8. *Qui in senatum passim tam multos admittebat*, et II, 8, 5. *haurienda passim vina*, ubi vid. not.

ad operiendam stomachi viam] vid. not. ad § 6.

12. *quod*] Vid. not. ad Comm. I, 13, 18.

impetu quo trahitur praeterit in vesicam, et sicciori cibo provenit tarda digestio. Haec autem differentia non nasceretur, si a prin-
13 cipio cibi et potus divisi essent meatus. Quod autem Alcaeus poeta dixit et vulgo canitur,

Οἴνῳ πνεύμονα τέγγε, τὸ γὰρ ἄστρον περιτέλλεται,

ideo dictum est quia pulmo revera gaudet humore, sed trahit quantum sibi aestimat necessarium. Vides satius fuisse philosophorum omnium principi alienis abstinere quam minus nota pro-
14 ferre. Ad haec Eustathius paulo commotior: Non minus te, inquit, Disari, philosophis quam medicis inserebam, sed modo videris mihi rem consensu generis humani decantatam et creditam oblivioni dare, philosophiam artem esse artium et disciplinam
[272] disciplinarum: et nunc in ipsam invehitur parricidali ausu medicina, cum philosophia illic se habeatur augustior ubi de rationali parte, id est de incorporeis, disputat, et illic inclinetur ubi de physica, quod est de divinis corporibus vel caeli vel siderum,
15 tractat: medicina autem physicae partis extrema faex est, cui ra-

[**Mss. APSH.**

quo om. v. 13. *dixit* om. A. — *Οἴνῳ*] Cf. Athen. I, 41. p. 22. e. et X, 35, p. 430. b. Eustath. ad Homer. Odyss. *ι*, p. 331, 13. *Οἴνῳ* ... *περιτέλλεται* om. ASHvi. — *ΟΙΝΟ ΠΝΕΥΜΟΝΑ ΤΕΓΓΕ* P. *τόν τε πνεύμονα οἴνῳ* ca; Edd. vett. Gell. l. c. *τέγγε πνεύμονας οἴνῳ* Gell. edd. rec. *τέγγε* (al. *τέγγη*) *πλεύμονας οἴνῳ* Athen. X, 35. Plut. Symp. VII, 1, 1. Schneidewin. Delect. p. 275. *Τέγγε πνεύμονα οίνῳ.* — *ἄκρον περιστέλλεται* cag; Gell. edd. vett. „Videtur legisse Agellius *ἄκρον*, quomodo quoque vetus noster.“ Pont. — *cibi* h. — *existimat* Sab. *extimat* vichg. — *Vide satius fuisse* vl. *unde satius fuisset* v3a. 14. *Disarius* vl. — *et disciplinam et* A. — *habeatur* (om. *se*) v-gbHMl. *se ha-*

provenit tarda digestio] i. e. digestio tardius procedit. Cf. c. 14, § 12. Verbo iungitur dativus pro genitivo iungendo cum nomine.

13. *Quod .. Alcaeus poeta dixit et vulgo canitur*] Ex accusativo *quod* intelligendus est nominativus. Vid. prolegg. p. XXXIX. extr.

Οἴνῳ .. περιτέλλεται] „Auctior locus extat apud Athenaeum X, 8. [35.], qui narrat quos versus singulis anni tempestatibus cecinerit Alcaeus poeta bibax. Aestate quidem sibi esse bibendum hac demonstrasse ratione. Alio loco idem poeta auctore Athenaeo I, 19. p. 22. f. canit *Πίνωμεν, τὸ γὰρ ἄστρον περιτέλλεται.* Per *ἄστρον* autem *Caniculam* intelligi ex l. l. Athenaei fit clarius.“ Zeun. — Vulgo hic versus ita divisus est, ut alter incipiat a verbis *τὸ γάρ*. Sic, ut scripsi, legitur apud Athenaeum I, 41. et apud Eustath. l. c. Metrum quomodo sit restituendum, apparatus docet.

alienis abstinere] Cf. § 1. *dum nec anatomica .. abstinet.*

14. *te .. philosophis .. inserebam*] Cf. Horat. Od. I, 1, 35. *Quod si me lyricis vatibus inseres.*

modo] non opponitur particulae *nunc*, quum iungatur praesenti tempori, sed antecedenti verbo *inserebam.* Cf. § 19.

disciplinam disciplinarum] Cf. I, 24, 21.

parricidali] Novum adiectivum notavi prolegg. p. XLIII.

se .. augustior] Cf. c. 8, § 15. *liquidior se factus*, et Comm. I, 6, 73. *se fortior;* et prolegg. p. XXXIX.

inclinetur] i. e. ad inferiora descendat.

de physica, quod est de divinis corporibus] Cf. supra c. 9, § 4. et Comm. I, 14, 8.: *Corpora illa divina vel supera, caeli dico et siderum.* II, 17, 15. *Naturalis* (philosophia) *quae de divinis corporibus disputat.* Ceterum de philosophiae partibus, quae ibi commemorantur tres, h. l. afferuntur duae, rationalis et naturalis, omittitur tertia, moralis.

tio est cum testeis terrenisque corporibus — sed quid rationem nominavi, cum magis apud ipsam regnet coniectura quam ratio? — quae ergo coicit de carne lutulenta, audet inequitare philosophiae de incorporeis et vere divinis certa ratione tractanti. Sed ne videatur communis ista defensio tractatum vitare pulmonis, accipe causas quas Platonica maiestas secuta est. Ἐπιγλωττὶς, 16
quam memoras, inventum naturae est ad tegendas detegendasque certa alternatione vias cibatus et potus, ut illum stomacho transmittat, hunc pulmo suscipiat. Propterea tot meatibus distinctus est et interpatet rimis, non ut spiritus egressiones habeat, cui exhalatio occulta sufficeret, sed ut per eos, si quid cibatus in pulmonem deciderit, sucus eius mox migret in sedem digestionis.
Deinde ἀρτηρία si quo casu scissa fuerit, potus non devoratur, 17
sed quasi fisso meatu suo reiectatur foras incolumi stomacho: quod non contingeret, nisi ἀρτηρία via esset humoris. Sed et hoc 18
in propatulo est quia quibus aeger est pulmo accenduntur in maximam sitim: sed non eveniret, nisi esset pulmo receptaculum potus. Hoc quoque intuere quod animalia quibus pulmo non est potum nesciunt. Natura enim nihil superfluum, sed membra singula ad aliquod vivendi ministerium fecit: quod cum deest, [273]
usus eius non desideratur. Vel hoc cogita quia, si stomachus 19
cibum potumque susciperet, superfluus foret vesicae usus. Poterat enim utriusque rei stomachus retrimenta intestino tradere cui

Edd. vicahgspdzb.]

beat M2. — *angustior* H. 15. *apud ipsa* v. — *divis* P. — *tractante* S. 16. Ἐπιγλωττὶς om. S. επιγλοπις A. επιγαοτις H. — *quas* H. — *addere tegendas* P. — *suspiciat* H. — *intrapatet* A a p. m.
17. *fisso* As-bPHM123*H*. *fixo* S. *scisso* v-g. 18. *sed non* ASH vi. *quod non* c-bP. — *nihil enim* AS. 20. *praetermittendum* S.

15. *physicae partis extrema faex est*] Cf. Comm. I, 12, 15. *Corpus enim hoc sicut faex rerum divinarum est.* Oportebat autem poni coniunctivum modum, ut haec quoque penderent a particula *cum*.

cum testeis terrenisque corporibus] Cf. Comm. I, 11, 12. *Ut per eas gradatim societati huius indumenti testei concilietur*, et I, 12, §§ 3 et 16; 14, 13. *terrena corpora.*

coicit] i. e. coniecturas facit.

inequitare philosophiae] Cf. Arnob. V, 20. *tam foedis inequitare mysteriis*, VII, 30. *Sed frustra inequitas nobis.* Glossema adiectum est ibid. II, 13. *ita non iniustissimum ducitis inequitare illudere.*

Platonica maiestas] Cf. prolegg. p. XLII.

16. *ad tegendas .. vias cibatus et potus*] Vid. not. ad § 6.

stomacho] est quasi dativus personae, ut infra *pulmo* est subiectum.

interpatet] Cf. I, 18, 11. *interpatet tectum.*

18. *in propatulo est*] Cf. c. 14, § 5.

quia] Eodem modo legitur infra § 19. Vid. not. ad Comm. I, 6, 62.

accenduntur in maximam sitim] i. e. *siti ardent*, ut ait Phaedrus III, 16, 15.

potum nesciunt] Fortasse respexit ad Iuvenal. VII, 97. *Vinum toto nescire Decembri.*

ad aliquod vivendi ministerium] Cf. Comm. I, 6, 81. *Sensus eorumque ministeria natura in capite velut in arce constituit*, et ib. 8, 3. *Quantum vivendi perspicuitas praestat.*

19. *superfluus foret vesicae usus*] idem valet ac *superflua foret vesica.* Cf. quod paulo supra legitur § 18. *usus eius non desideratur*, et Comm. I, 8, 4. *Quae corporis usus requirit*, et 9, 4. *Anima, quam in se pronam corporis usus efficit.*

nunc solius cibi tradit: nec opus esset diversis meatibus quibus singula traderentur, sed unus utrique sufficeret ab eadem statione transmisso: modo autem seorsum vesica et intestinum seorsum
20 saluti servit, quia illi stomachus tradit, pulmo vesicae. Nec hoc praetereundum est quod in urina, quae est retrimentum potus, nullum cibi vestigium reperitur, sed nec aliqua qualitate illorum retrimentorum vel coloris vel odoris inficitur, quod, si in ventre
21 simul fuissent, aliqua illarum sordium qualitas inficeretur. Nam postremo lapides qui de potu in vesica nascuntur cur numquam in ventre coalescunt, cum non nisi ex potu fiant, et nasci in ven-
22 tre quoque debuerint, si venter esset receptaculum potus? In pulmonem defluere potum nec poetae nobiles ignorant. Ait enim Eupolis in fabula quae inscribitur *Κόλακες:*

— Πίνειν
γὰρ ὁ Πρωταγόρας ἐκελεύεν, ἵνα
**πρὸ τοῦ κυνὸς τὸν πνεύμον' ἔκλυτον ἔχῃ.*

[Mss. APSH.

22. *nec poetae nobiles ignorant ... διαῤῥοάς* (§ 23.)] Cf. Plut. Symp. VII, 1, 3. — *Κόλακες* om. S. *colaces* a-bP. *coleaces* AH. *coelaces* vic. — *Πίνειν ... τεγχόμενος* om. ASHv-a. Apud Plutarchum l. c. duo versus sunt, quorum prior finitur particula *ἵνα*. Apud Athen. I, 19. [p. 22 f.] verba poetae a particula *ἵνα* incipiunt, sed continuantur, ut in h-b nulla est versuum distributio. Priorem versum Meinekius fragm. Comic. Gr. II, 1, p. 491. scripsit: *Πίνειν γὰρ αὐτὸν Πρωταγόρας ἐκέλευ' ἵνα* et adnotavit: „Recte locum restituit Grotius Excerptis p. 501., cuius haec est translatio: *Potare iussit illum Protagoras, in hoc Pulmonem mollem ut habeat ante ortus canis.*“ — *πρωτορασ* P. — *πρω* P. — *πλεύμονα* Plut. — *ἔκλυρον* Plut., quam vocem in Addendis etiam Athenaeo tribuendam putavit Casaubonus additis verbis: „Proprie dicitur *ἔκλυρος* nervus ad lyram ineptus, quod nimio humore madeat. Poëtae generaliter acceperunt de quacunque re humida.“ Casaubono suffragatur Zeunius. Meinek. l. c. adnotavit: „Vereor ne illud *ἔκλυρος* ne graecum quidem sit, quamvis agnoscere videatur Hesychius: *Ἔκλυρον· χλωρὸν, δίυγρον ἢ νοτερὸν, ἔνικμον.* Quod et ipsum corruptum puto. Nec tamen in Eupolidis loco *ἔκλυτον* probari posse videtur, quod *laxum* potius et *languidum pulmonem* quam *dilutum* significat. Fortasse igitur *ἔκκλυστον* scribendum, quod rei accommodatissimum est.“ — *εχη* P. *φορῇ* h-b;

tradit] retrimenta.

modo] idem valet ac *nunc* vel *ut nunc est.* Cf. § 14.

20. *nec*] Vid. prolegg. p. XLI. med.

aliqua] et h. l. et infra idem valet quod *aliqua ex parte.* Vid. Tursell. I, p. 243, 3.

illarum sordium] i. e. retrimentorum et urinae. Vulgo haud recte maior interpunctio ponitur ante *quod.*

22. *Κόλακες*] Hac fabula irridebantur Calliae adulatores, inprimis Sophistae, et inter eos Protagoras. Cf. G. H. Bode Gesch. d. dram. Dichtk. d. Hell. III, 2, p. 205 sq. Diog. Laert. IX, 50. Eustath. ad Odyss. ε, 490. p. 1547, 53.

Πίνειν .. ἔκλυτον ἔχῃ] „Athenaeus I, 19. [41.]: *Εὔπολίς τε,* inquit *τὸν Καλλίαν φησὶ ἀναγκάζεσθαι ὑπὸ Πρωταγόρου πίνειν, ἵνα κτλ.* Atque ad largius bibendum hoc tempore videntur veteres Graeci ipsius Apollinis oraculo invitati fuisse, quod extat apud Athenaeum l. l.: *Εἴκοσι τὰς πρὸ κυνὸς, καὶ εἴκοσι τὰς μετέπειτα Οἴκῳ ἐνὶ σκιερῷ Διονύσῳ χρᾶσθαι ἰητρῷ.*“ ZEUN. — Vulgo haec apud Macrobium non distribuuntur in versus. Sic versum anapaesticum sequitur iambicus, sed in fine claudicans, si cum cod. P., qui solus habet hos versus, legitur *ἔχῃ.* At fortasse etiam ultimus versus fuit anapaesticus.

Et Eratosthenes testatur idem: 23

Καὶ βαθὺν ἀκρήτῳ πνεύμονα τεγγόμενος.

Euripides vero huius rei manifestissimus astipulator est:

Οἶνος περάσας πλευμόνων διαῤῥοάς.

Cum igitur et ratio corporeae fabricae et testium nobilis aucto- 24
ritas astipuletur Platoni, nonne quisquis contra sentit insanit? [274]

XVI. Inter haec Euangelus gloriae Graecorum invidens et 1
inludens: Facessant, ait, haec quae inter vos in ostentationem loquacitatis agitantur: quin potius, si quid callet vestra sapientia, scire ex vobis volo, ovumne prius extiterit an gallina? Inridere 2
te putas, Disarius ait, et tamen quaestio quam movisti et inquisitu et scitu digna est. Iocum enim tibi de rei vilitate conparans consuluisti utrum prius gallina ex ovo an ovum ex gallina coeperit: sed hoc ita seriis inserendum est, ut de eo debeat vel anxie disputari. Et proferam quae in utramque partem mihi dicenda subvenient, relicturus tibi utrum eorum verius malis videri.
Si concedimus omnia quae sunt aliquando coepisse, ovum prius 3
a natura factum iure aestimabitur. Semper enim quod incipit

Edd. vicahgspdzb.]

Plut. Athen. 23. *Euripides*] Cf. Wagneri fragm. incert. CXX, Both. fragm. inc. 156. — *Οἶνος ... διαῤῥοάς* om. AHSv-a. — *πνευμόνων* p2-b.

XVI. *Caput XVI. Ovumne prius fuerit an gallina.* ch-b. 1. *et inludens* om. S. (add. in mg.: *illudens*). — *inter nos* S. — *ovumne prius cet*] Cf. Plut. Symp. II, 3, 2. 2. *quam movisti .. digna est* om. P (s additis tribus asteriscis). — *Iocum enim* scripsi e coni. Vid. Symbol. p. 12. *Cum enim* AEM123P6V. *Cur enim* SHs-bP. *Cum enim me* i. *Tu enim me* vc-gP5. — *vilitate* A a sec. m. S (hg in mg.) EM123P6*H*V. *utilitate* A a p. m. Edd. HP. — *comperans* (corr. in *ras.*) A. *compararis* P6 (M2 *ri* ex corr.). „Participium *comparans* videtur corruptum.“ Gron. in marg. — *consuluisti* om. M2. — *coeperit.* *** s-b. *prodiet* P5. *prodiit* vi. *prodierit* c-g (h in mg. *coeperit*). 3. *existimabitur* Sagb.

Coniiciebam: *Πρὸ κυνὸς τὸν πνεύμον' ἔκλουτον ἔχῃ:* sed haesito in correpta prima syllaba vocis *ἔκλουτον.*

24. *ratio corporeae fabricae*] Cf. Comm. I, 6, 81. *Totius fabricae dispensator et dominus.*

testium nobilis auctoritas] Cf. prolegg. p. XLII. sq. Plutarchus de Stoicor. repugn. 29. p. 1047. D. praeter hos poetas citat testes Hippocratem, Philistionem, Dioxippum Hippocrateum.

XVI, 2. *Iocum*] Haec vox a me coniectura restituta unice commendatur iis quae sequuntur: *sed hoc ita seriis inserendum est;* et verbis § 15.: *Quia et ex iocis seria facit violentia loquendi*, et iis quae leguntur Comm. I, 22, 10. *quod vilitatem ioci scurrilis excedit.* Vestigium quoddam eius deprehendes in lacuna codicis P: aberravit scilicet librarius a voce *quaestio* ad verba *digna est. iocum.*

consuluisti] Vid. prolegg. p. XLIV.

coeperit] Huius verbi novo modo usurpati quin glossema sit *prodierit*, quod legitur in edd. vett., non dubito.

vel anxie] dictum est pro *diligentissime*, ut c. 1, § 15. *anxias .. quaestiones.*

subvenient] idem valet quod *in mentem venient.*

3. *a natura*] Vid. not. ad c. 15, § 8.

quod incipit, inperfectum adhuc et informe est] Cf. Plutarch. l. c. p. 636. B. C. *Καὶ γὰρ αἱ τέχναι πρῶτον ἀτύπωτα καὶ ἄμορφα πλάττουσιν, εἶτα ὕστερον ἕκαστα τοῖς εἴδεσι διαρθροῦσιν· ... διὸ καὶ τῇ φύσει τὸ πρῶτον εἰκός ἐστιν ἀτρέμα κινούσῃ τὴν ὕλην ἀργοτέραν ὑπακούειν τύπους ἀμόρφους καὶ ἀορίστους ἐκφέρουσαν, ὥσπερ τὰ ᾠά.*

inperfectum adhuc et informe est et ad perfectionem sui per procedentis artis et temporis additamenta formatur: ergo natura fabricans avem ab informi rudimento coepit, et ovum, in quo necdum est species animalis, effecit: ex hoc perfectae avis species ex-
4 titit procedente paulatim maturitatis effectu. Deinde quicquid a natura variis ornatibus comptum est sine dubio coepit a simplici, et ita contextionis accessione variatum est: ergo ovum visu sim-
[275]plex et undique versum pari specie creatum est, et ex illo va-
5 rietas ornatuum quibus constat avis species absoluta est. Nam sicut elementa prius extiterunt et ita reliqua corpora de commixtione eorum creata sunt: ita rationes seminales quae in ovo sunt, si venialis erit ista translatio, velut quaedam gallinae elementa
6 credenda sunt. Nec inportune elementis, de quibus sunt omnia, ovum conparaverim: in omni enim genere animantium quae ex coitione nascuntur invenies ovum aliquorum esse principium instar elementi. Aut enim gradiuntur animantia aut serpunt aut
7 nando volandove vivunt. In gradientibus lacertae et similia ex ovis creantur: quae serpunt ovis nascuntur exordio: volantia universa de ovis prodeunt excepto uno quod incertae naturae est; nam vespertilio volat quidem pellitis alis, sed inter volantia non habendus est qui quattuor pedibus graditur formatosque pullos

[Mss. APSH.
extimabitur vic. *extimabatur* h. — *animalis* ,.. *avis species* om. Sv-a.
4. *comparatum* v-g. *conceptum* S. — *contexionis* h. — *creatum* (om. *est*) H. — *ex illa* SHv-g. 5. *et ita* SHv-ag (g in mg.: „Dictio *ita* neque ad rem quicquam facit neque habetur in antiquis exemplaribus.“). — *commistione* S. — *sive malis* S. 6. *omni* (om. *in*) v-g. — *animantum* S. 7. *ovis nascuntur. Exordio volantia* APSHv3iaM123 (vl *volantium*; b *Exordia*). *ovi nascuntur exordio. Volantia* h-z. „Edit. vet. legit et distinguit rectius: *Quae serpunt ovis nascuntur. Exordia volantia.*“ Zeun. (*Exordia* hinc transiit in b, sed non legitur in c2). — *alifis* P. — *quia* s-bP. — *Natantia* c-g. — *cocodrillus* A a p. m.; *cor-*

ad perfectionem sui] Vid. prolegg. p. XXXIX.
necdum] Cf. § 13. et prolegg. p. XLI. med.
4. *undique versum*] Cf. §§ 8. et 32. et c. 14, § 2.
5. *rationes*] fere idem significat quod I, 17, 53. *substantia.*
seminales] et infra *venialis* nova sunt adiectiva. Vid. prolegg. p. XLIII.
6. *ex coitione*] Haec vox pro *coitu* usurpatur etiam a Solino c. 49 extr. et a Lactantio I, 8, 6.
ovum aliquorum esse principium] Cf. Plutarch. p. 636. E. *Ζώων δὲ πολλὰς φύσεις τοῦ κόσμου περιέχοντος οὐδὲν ὡς εἰπεῖν γένος ἄμοιρόν ἐστι τῆς ἐξ ᾠοῦ γενέσεως.*
nando volandoque] Vid. prolegg. p. XL. med. Infra inversus est ordo.
7. *ovis nascuntur exordio*] Vox *exordio* in codicibus mss. iis quae sequuntur adnectitur; at in illo enuntiato necesse est primo loco ponatur vox *volantia*. Pleonasmus *nascuntur exordio* apud Macrobium quidem tolerabilis est (vid. not. ad I, 11, 21.); sed quum sequatur *volantia universa*, vide ne scripserit que redundat *exordio*, ut mihi quidem videatur Macrobius scripsisse *ex ordine*, ut sit idem quod *ad unum omnia*, quo quidem sensu addendum erat *omnia*, ut dicit Cicero de leg. agr. I, 2, 4. *Vendit Italiae possessiones ex ordine omnes. Sane est in eo diligens. Nullam enim praetermittit.*
qui .. graditur] positum est pro *quia .. graditur*, quod legitur in edd. recc. et fortasse in cod. P., ut scribendum fuerit *gradiatur*. Sed apud hunc scriptorem indicativus neminem offendet.

parit et nutrit lacte quos generat: nantia paene omnia de ovis
oriuntur generis sui, crocodilus vero etiam de testeis, qualia sunt
volantium. Et, ne videar plus nimio extulisse ovum elementi vo- 8
cabulo, consule initiatos sacris Liberi patris: in quibus hac vene-
ratione ovum colitur, ut ex forma tereti ac paene sphaerali atque
undique versum clausa et includente intra se vitam mundi simu-
lachrum vocetur: mundum autem consensu omnium constat uni-
versitatis esse principium. Prodeat qui priorem vult esse galli- 9
nam, et in haec verba temptet quod defendit adserere. Ovum
rei cuius est nec initium nec finis est: nam initium est semen'
finis avis ipsa formata, ovum vero digestio est seminis. Cum
ergo semen animalis sit et ovum seminis, ovum ante animal esse [276]
non potuit, sicut non potest digestio cibi fieri antequam sit qui
edit. Et tale est dicere ovum ante gallinam factum ac si quis 10
dicat matricem ante mulierem factam: et qui interrogat: Quem-
admodum gallina sine ovo esse potuit? similis est interroganti,
quonam pacto homines facti sint ante pudenda de quibus homi-
nes procreantur. Unde sicut nemo recte dicet hominem seminis
esse, sed semen hominis: ita nec ovi gallinam, sed ovum esse
gallinae. Deinde si concedamus ut ab adversa parte dictum est, 11
haec quae sunt ex tempore aliquod sumpsisse principium, natura
primum singula animalia perfecta formavit, deinde perpetuam le-
gem dedit ut continuaretur procreatione successio. Perfecta au- 12
tem in exordio fieri potuisse testimonio sunt nunc quoque non
pauca animantia quae de terra et imbre perfecta nascuntur, ut in

Edd. vicahgspdzb.]
codrillus A a sec. m. H. 9. *esse gallinam vult* S. — *in hoc verba* S. — *semen est* v-g. — *ovum autem ante* ich. — *qui edat* A a sec. m. 10. *ante materem* (del. *e*) H. — *facti sunt* Svi. — *sic nemo* h. 11. *ut .. dictum est*] § 3. — *ex tempore aliquo* H. 12. *et aliis*

8. *plus nimio*] Cf. c. 1, § 2.
Liberi patris] „Plutarchus in Symposiacis [p. 636. E.]: *Ὅθεν οὐκ ἀπὸ τρόπου τοῖς περὶ τὸν Διόνυσον ὀργιασμοῖς ὡς μίμημα τοῦ τὰ πάντα γεννῶντος καὶ περιέχοντος ἐν ἑαυτῷ συγκαθωσίωται τὸ ᾠόν.* Vide quae super hoc annotavit uberius Hadrianus Iunius libro Animadversor. IV, cap. 4.“ Pont. — Adde Lobeck. Aglaopham. I, p. 474 sqq. Inter argumenta religionum Bacchicarum ovum commemoratur apud Creuzerum IV, p. 148. Notum est in mythis Orphicis ovum e quo prodierit Phanes.
undique versum] Cf. § 4.
mundum .. constat universitatis esse principium] Cf. Plutarch. p. 636. F. *Ὁ γὰρ κόσμος προϋφέστηκε πάντων, τελειότατος ὤν.* I, 18, 15. *Mundus vocatur caelum*, et Comm. I, 20, 8. *Ipsum quoque caelum quod vere mundus vocatur*, et Comm. I, 6, 9. *Cum (anima) se animandae inmensitati universitatis infundat*, et 17, 5. *Totius mundi .. collecta descriptio est, et integrum quoddam universitatis corpus effingitur, quod quidam τὸ πᾶν*, i. e. *omne, dixerunt.*
9. *in haec verba*] i. e. his verbis.
Cum semen animalis sit et ovum seminis] i. e. Cum semen ab animali profectum sit et ovum a semine. Apud Plutarch. p. 637. A. legitur: *Τῆς δὲ ἀλεκτορίδος τὸ ᾠὸν εἶναι καὶ τὸ σπέρμα τοῦ ἀνθρώπου λέγομεν, ὡς τούτων ἐπιγιγνομένων ἐκείνοις*, ubi quidem ex antecedentibus potest intelligi *μέρος*. Cf. infra § 12. *ut de integritate partes.* Rem Plutarchus tractat etiam p. 637. D.
10. *matricem ante mulierem* cet.] Cf. Plutarch. p. 637. C.
12. *ut in Aegypto mures* cet.] Cf.

Aegypto mures, ut aliis in locis ranae serpentesque et similia. Ova autem numquam de terra sunt procreata, quia in illis nulla perfectio est, natura vero perfecta format, et de perfectis ista
13 procedunt, ut de integritate partes. Nam ut concedam ova avium esse seminaria, videamus quid de semine ipso philosophorum definitio testatur, quae ita sancit: Semen est generatio ad eius ex quo est similitudinem pergens: non potest autem ad similitudinem pergi rei quae necdum est, sicut nec semen ex eo quod ad-
14 huc non subsistit emanat. Ergo in primo rerum ortu intellega-
[277] mus, cum ceteris animantibus quae solo semine nascuntur, de quibus non ambigitur quin prius fuerint quam semen suum, aves quoque opifice natura extitisse perfectas: et quia vis generandi inserta sit singulis, ab his iam procedere nascendi modos quos pro diversitate animantium natura variavit. Habes, Evangele, utrobique quod teneas, et dissimulata paulisper inrisione tecum deli-
15 bera quid sequaris. Et Evangelus: Quia et ex iocis seria facit violentia loquendi, hoc mihi absolvatis volo, cuius diu me exercuit vera deliberatio. Nuper enim mihi de Tiburti agro meo exhibiti sunt apri quos obtulit silva venantibus, et quia diutule con-
16 tinuata venatio est, perlati sunt alii interdiu, noctu alii. Quos

[Mss. APSH.

in locis As-b. *et in aliis locis* i-h. *et aliis locis* (om. *in*) g. *et in aliis* (om. *locis*) v. — *nonnunquam* P. — *perfectio* (om. *est*) v-g. 13. *ovum avium* v. — *quod* s-bP. — *ipsa* s-z. „Ed. vet. melius *ipso*." Zeun. — *diffinitio* Svi. — *ita sensit* g in mg. — *generatio est* Edd. P. — *pergere* (om. *rei*) P. 14. *modis* p-bP. 15. *Quia ex* (om. *et*) v. *quia etiam ex* i-g. — *serium* A. — *diutile* A a p. m.; SchEM1. *diutine*

Plutarch. p. 637. B. *Ζῶα δὲ αὐτοτελῆ καὶ ὁλόκληρα μέχρι νῦν ἀναδίδωσιν ἡ γῆ, μῦς ἐν Αἰγύπτῳ, πολλαχοῦ δὲ ὄφεις καὶ βατράχους καὶ τέττιγας, ἀρχῆς ἔξωθεν ἑτέρας καὶ δυνάμεως ἐγγενομένης.* Diodor. I, 10. *Τῆς δ' ἐξ ἀρχῆς παρ' αὐτοῖς ζωογονίας τεκμήριον (οἱ Αἰγύπτιοι) πειρῶνται φέρειν τὸ καὶ νῦν ἔτι τὴν ἐν τῇ Θηβαΐδι χώραν κατά τινας καιροὺς τοσούτους καὶ τηλικούτους μῦς γεννᾶν, ὥστε τοὺς ἰδόντας τὸ γενόμενον ἐκπλήττεσθαι.* Aelian. de nat. anim. II, 56. *Ἀκούω δὲ ἐν τῇ Θηβαΐδι χαλάζης πεσούσης ἐπὶ τῆς γῆς ὁρᾶσθαι μῦς, ὧν τὸ μὲν πηλός ἐστιν ἔτι, τὸ δὲ σὰρξ ἤδη. ἐγὼ δὲ αὐτὸς ἐκ τῆς Ἰταλικῆς Νέας πόλεως ἐλαύνων εἰς Δικαιαρχίαν ὗσθην βατράχοις κτλ.* Plinius N. H. IX, 58. s. 84. *Verum omnibus his fidem Nili inundatio affert, .. quippe detegente eo musculi reperiuntur inchoato opere genitalis aquae terraeque* cet. Animalia e Nili inundationibus nasci referunt etiam Ovidius Metam. I, 422 sqq. Pomp. Mela I, 9.

de integritate] Vid. not. ad Comm. II, 14, 8.

13. *ad eius ex quo est similitudinem pergens* cet.] Cf. Plutarch. p. 637. A. *Ἐνδεᾶ γάρ ἐστι τοῦ οἰκείου· .. ἐνδεὲς δὲ οὐδέν ἐστι τοῦ μὴ γενομένου μηδὲ ὄντος.*

necdum] Vid. prolegg. p. XLI.

14. *de quibus non ambigitur quin .. fuerint*] Vid. prolegg. p. XXXIX. extr. Ibid. vid. quae dixi de pronominis possessivi (*suum*) apud Macrobium usu.

opifice natura] Vid. not. ad c. 15, § 8.

15. *violentia loquendi*] Cf. c. 5, § 2. *lingua violenta*, et c. 15, § 9. *violentia spiritus*.

absolvatis] Cf. prolegg. p. XLIII. extr.

vera] idem fere est quod *seria*.

de Tiburti agro meo] Inde apparet Macrobium voluisse Evangelum haberi pro homine divite, id quod poterat addi prolegg. p. XXXI.

mihi .. exhibiti] i. e. ad me perlati.

diutule] Vid. prolegg. p. XLIV. med.

perduxit dies integra carnis incolumitate durarunt: qui vero per
noctem lunari plenitudine lucente portati sunt putruerunt. Quod
ubi scitum est, qui sequenti nocte deferebant infixo cuicumque
parti corporis acuto aeneo apros carne integra pertulerunt.
Quaero igitur cur noxam, quam pecudibus occisis solis radii non
dederunt, lunare lumen effecerit? Facilis est, Disarius inquit, et 17
simplex ista responsio. Nullius enim rei fit aliquando putredo,
nisi calor humorque convenerint. Pecudum autem putredo nihil
aliud est nisi cum defluxio quaedam latens soliditatem carnis in
humorem resolvit. Calor autem si temperatus sit et modicus, 18
nutrit humores: si nimius, exiccat et habitudinem carnis extenuat.
Ergo de corporibus enectis sol, ut maioris caloris, haurit humo-
rem: lunare lumen, in quo est non manifestus calor sed occul- [278]
tus tepor, magis diffundit humecta, et inde provenit iniecto te-
pore et aucto humore putredo. His dictis Evangelus Eustathium 19
intuens: Si rationi dictae adsentiris, ait, annuas oportet, aut si est
quod moveat, proferre non pigeat: quia vis vestri sermonis opti-
nuit ne invita auro vos audiam. Omnia, inquit Eustathius, a 20
Disario et luculente et ex vero dicta sunt: sed illud pressius in-
tuendum est, utrum mensura caloris sit causa putredinis, ut ex

Edd. vicahgspdzb.]
v. 16. *Quos perduxit dies* usque ad finem] Cf. Plut. Symp. III, 10. — *cuique* S. — *aeno* (sup. *l'. aeneo*) S. — *lunae lumen* S. — *effecit* s-bP. 17. *inquit Disarius* v-g. 18. *si minus* S. — *vi maioris caloris* v. 19. *Eustachium Evangelus* vichg (a *Eustathium*). — *quia ius* S. — *nostri* H. 20. *luculente* (om *et priore*) A. — *si illud* A a

16. *Quos perduxit dies*] Similia vide prolegg. p. XLII. Eodem pertinet id quod proxime sequitur: *integra carnis incolumitate durarunt*, ubi etiam pleonasmus quidam est notandus, et deinde *lunari plenitudine lucente*.

infixo .. acuto aeneo] Cf. Plutarch. p. 658. A. Ὅταν γὰρ ἢ σῦν ἢ ἔλαφον καταβαλόντες πόρρωθεν εἰς πόλιν ἀποστέλλωσι, χαλκοῦν ἐμπηγνύουσιν ἧλον ὡς βοηθοῦντα πρὸς τὴν σῆψιν. Vegetius A. V. I, 12, 3. *Radiculam .. in pectore animalis hac aegritudine laborantis eatenus pones, ut acuto cuprino circines locum. Postea corio perforato radiculam interseris, quae ibidem sponte tamdiu permanebit quousque cutis quatenus cuprino signata, in putredinem sit versa, et a toto corpore ad illum locum humor trahatur et per vulnus emittatur.* Idem III, 2, 27., ubi idem remedium memorat: *Tunc ad acum*, inquit, *vel acutum cuprinum pars auriculae quae lata est quasi in circulo signatur.* Salmasius Exercc. Plin. 770. b. B.: „Apud Innocentium Agimensorem *acutum cyprinum clavus aereus.*"

17. *ista responsio*] i. e. responsio ad id quod tu quaeris.

aliquando] positum est pro *umquam*. Vid. Hand. Tursell. I, p. 251.

18. *si nimius*] Cf. § 20., c. 7, § 1. Plutarch. l. c. c. 2. ἂν δὲ ᾖ πυρώδης.

exiccat et habitudinem carnis extenuat] Plutarchus ibid. habet tantum: ἀπισχναίνειν τὰς σάρκας. Cf. Auct. ad Herenn. IV, 10, 15. *Ut corporis bonam habitudinem tumor imitatur saepe.* — Calor solis et lunae similiter distinguitur I, 17, 53. Vid. etiam Alexand. Problem. phys. I, 66. Plin. N. H. II, 100. s. 103 sqq.

19. *proferre non pigeat*] Dicendum erat *proferas*, quod responderet antecedenti *annuas*. Certe particula *ne* erat utendum.

ne] pro *ut non* positum est. Vid. not ad Comm. I, 17, 8.

20. *pressius intuendum est*] Cf. Comm. I, 14, 15. et 18, 2. In edit. Panckouck. non male haec red-

maiore calore non fieri et ex minore ac temperato provenire di-
catur. Solis enim calor, qui nimium fervet quando annus in
aestate est, et hieme tepescit, putrefacit carnes aestate, non hieme.
21 Ergo nec luna propter summissiorem calorem diffundit humores:
sed nescio quae proprietas, quam Graeci ἰδίωμα vocant, et quae-
dam natura inest lumini quod de ea defluit, quae humectet cor-
pora et velut occulto rore madefaciat: cui admixtus calor ipse
22 lunaris putrefacit carnem cui diutule fuerit infusus. Neque enim
omnis calor unius est qualitatis, ut hoc solo a se differat, si maior
minorve sit: sed esse in igne diversissimas qualitates nullam se-
23 cum habentes societatem rebus manifestis probatur. Aurifices ad
formandum aurum nullo nisi de paleis utuntur igne, quia ceteri
ad producendam hanc materiam inhabiles habentur: medici in re-
mediis concoquendis magis sarmentis quam ex alio ligno ignem
requirunt: qui vitro solvendo formandoque curant de arbore cui
24 myricae nomen est igni suo escam ministrant: calor de lignis
|279| oleae cum sit corporibus salutaris, perniciosus est balneis et ad
dissolvendas iuncturas marmorum efficaciter noxius: non est ergo

[Mss APSH.
p. m. 21. ἰδίωμα om. S. — *admistus* v3-z. — *cum* M23. — *diu-tile* Sv-gM1. 23. *inhabiles videntur* v-g. — *magis sarmentis* ASH v-g *magis de sarmentis* s-bP. — *Qui intro* S *Quitro* A. — *formandoque* M1 a p. m. *firmandoque* Mss. et Edd. (M1 a sec. m) M23 (g in mg. *vitrum solvendum firmandumque*). „Scriptus videbatur referre *nitro*: sed falso. Firmatur enim lectio illa calculo Plutarchi Sympos. lib. III., quaestione 10. [c. 3.], ubi est: πρὸς δὲ τὴν ὑελοῦ μάλαξιν καὶ τύπωσιν, unde firmiter refingo: *solvendo formandoque*: μάλαξις enim ea καὶ τύπωσις *emollitio formatioque* vitri sit, non *firmatio*.“ Pont. 24. *noxius non est. Ergo non* AHSM12P5. *noxius est. Ergo non* v-g (M3 om-

duntur verbis: „*Il est bon d'examiner plus près.*“

nimium] Cf § 17.

21. *summissiorem*] i. e. minorem. *Vox submissa* saepe solet opponi altae.

quam Graeci ἰδίωμα vocant] Cf. de diff. praef. 1. Plutarchus p. 658. D. habet ἰδιότητα.

diutule] Cf. § 15.

22. *a se differat*] Cf. c. 8, § 15. *liquidior se factus*; c. 15, § 14. *se angustior*, et prolegg. p. xxxix. med. Apud Plutarchum l. c. legitur: Ὅτι γὰρ οὐ μίαν ἔχει ποιότητα πᾶν τὸ θερμὸν αὐτῷ μόνῳ τῷ μᾶλλον καὶ ἧττον διαφέρουσαν, sed Macrobius legisse videtur αὐτῆς .. διαφέρουσαν.

23. *de paleis*] Cf. Plutarch. l. c.: Οἱ μὲν γὰρ χρυσοχόοι διὰ τῆς ἀχυρίνης φλογὸς ἐργάζονται τὸν χρυσόν.

ceteri] ignes.

ad producendam hanc materiam] Cf. Iuvenal. XV, 165 sq. *Ast homini ferrum letale incude nefanda Produxisse parum est.*

magis sarmentis quam ex alio ligno] Nisi excidit praepositio, fortasse propter compendium *mag'ē*, Macrobius usurpavit eam poetarum licentiam e qua praepositionem bis ponendam altero tantum loco ponunt, ut Horatius Od. III, 25, 2.: *Quae nemora aut quos agor in specus*, et Virgilius Aen. VI, 692 sq. *Quas ego te terras et quanta per aequora vectum Accipio.* Plutarchus l. c. habet: Οἱ δ' ἰατροὶ μάλιστα τῇ κληματίνῃ τὰ συνεψόμενα τῶν φαρμάκων ὑποχλιαίνουσιν. Cf. Galen. vol. XIV, p. 356, 17. Ὄπτησον ἐπὶ κληματίδων.

qui vitro solvendo .. curant] Vid. not. ad I, 14, 6.

myricae] Cf. Plin. N. H. XIII, 21, s. 37. *Myricen* (fert) *et Italia, quam alii tamaricen vocant.*

24. *ad dissolvendas iuncturas marmorum*] Plutarchus l. c.: *Καὶ*

mirum, si ratione proprietatis quae singulis inest calor solis are-
facit, lunaris humectat. Hinc et nutrices pueros fellantes operi- 25
mentis obtegunt, cum sub luna praetereunt, ne plenos per aeta-
tem naturalis humoris amplius lunare lumen humectet, et sicut
ligna adhuc virore humida accepto calore curvantur, ita et illo-
rum membra contorqueat humoris adiectio. Hoc quoque notum 26
est quia, si quis diu sub luna somno se dederit, aegre excitatur
et proximus fit insano, pondere pressus humoris qui in omne
eius corpus diffusus atque dispersus est proprietate lunari: quae
ut corpus infundat, omnes eius aperit et laxat meatus. Hinc est 27
quod Diana, quae luna est, Ἄρτεμις dicitur, quasi ἀερότεμις, hoc
est aerem secans. Lucina a parturientibus invocatur, quia pro-
prium eius munus est distendere rimas corporis et meatibus viam
dare, quod est accelerando partu salutare. Et hoc est quod ele- 28
ganter poeta Timotheus expressit:

Edd. vicahgspdzb.] *noxius*). 25. „*fellantes* emendaveram ex coniectura, cum Th. Canterus significat mihi se id fecisse ex vetere libro.“ Meurs. *fallentes* HSE M123. *pallentes* A*. *alentes* Edd. P16. „Quae gratia aut notatio verborum *nutrices pueros alentes?* Nam infantes innuere vult qui lacte adhuc et manu veluti aliena nutriuntur. Ad quod liquido ducit et iuvat vetus sive scripta lectio quae habebat *pallentes*, nec dubitabis germanissimum verum esse: *pueros pascentes*. Isidorus: *pascere, natos cibo saginare*. Loquendi autem mos ex prisca elegantia est; nec abludit hoc Virgilianum [Ecl. IV, 45.]: *sponte sua sandyx pascentes vestiet agnos.*“ Pont. — *naturalis humectis* h (g *humecti*). — *adhuc* om. v. — *abiectio* A a p. m. 26. *Hoc quippe* v. — *corpus eius* A. 27. *Ἄρτεμις* om. S. — *ἀερότεμις* om. S. ΑΕΡΟΤΗΜΙϹ A. — *est eius munus* S. — *quod* (om. *est*) chg. — *accelerando partu* viM3. *accelerando partui* Sc-gM2. *accelerando partus* M1. *accelerandos partus* H. *ad celerandos partus*

λυμαίνεται τὴν πινάκωσιν αὐτῶν καὶ τοὺς θεμελίους ὑποκαιόμενον. Memorat ergo tabulationem et fundamentum.

25. *pueros fellantes*] Plutarchus l. c. E.: *Διὸ τὰ μὲν νήπια παντάπασιν αἱ τιτθαὶ δεικνύναι πρὸς τὴν σελήνην φυλάττονται.* Cf. Varron. ap. Non. p. 113, 14. s v. *fallere: Tum cum lac humanum fellasse*, et p. 242, 33. *Lupam alumni fellarunt olim.*

virore] est vox infimae Latinitatis qua usi sunt Apuleius Flor. 10. Vopiscus Prob. 19. Palladius Iun. 12., ultimus quidem eadem vi ac Macrobius.

26. *quia*] Vid. not. ad Comm. I, 6, 62.

diu] Plutarchus l. c. F. dicit tantummodo *τοὺς κατακοιμηθέντας ἐν αὐγῇ σελήνης.*

ut corpus infundat] Cf. c. 3, § 4. et c. 5, § 14. *vino infusus*, et Pallad. Octob. 9. *Si uvam nimius imber infuderit.*

27. *Ἄρτεμις .. quasi ἀερότεμις, hoc est aerem secans*] Cf. I, 15, 20. *Iunoni addixerunt Kalendas, lunam ac Iunonem eandem putantes: vel quia luna per aerem meat, unde et Graeci lunam Ἄρτεμιν nuncuparunt, id est ἀερότομιν, quod aera secat, Iuno autem aeris arbitra est.*

Lucina a parturientibus invocatur] Cf. Cic. N. D. II, 27, 68. *Luna a lucendo nominata sit, eadem est enim Lucina. Itaque ut apud Graecos Dianam eamque Luciferam, sic apud nos Iunonem Lucinam in pariendo invocant, quae eadem Diana omnivaga dicitur. ... Adhibetur autem ad partus, quod ii maturescunt .. novem lunae cursibus.* Plutarchus l. c.: *Ὅθεν οἶμαι*, inquit, *καὶ τὴν Ἄρτεμιν Λοχείαν καὶ Εἰλείθυιαν, οὐκ οὖσαν ἑτέραν ἢ τὴν σελήνην, ὠνομάσθαι.*

quod est accelerando partu salutare] De hac dativi forma vid. Schneider. Formenl. II, p. 332. Sed vide ne Macrobius ablativo

— *Διὰ λαμπρὸν πόλον ἄστρων*
διὰ τ' ὠκυτόκοιο σελάνας.

29 Nec minus circa inanima lunae proprietas ostenditur. Nam ligna quae luna vel iam plena vel adhuc crescente deiecta sunt inepta sunt fabricis, quasi emollita per humoris conceptionem. Et agricolis curae est frumenta de areis non nisi luna deficiente colli-
30 gere, ut sicca permaneant. Contra quae humecta desideras luna [280] crescente conficies. Tunc et arbores aptius seres, maxime cum illa est super terram, quia ad incrementa stirpium necessarium
31 est humoris alimentum. Aer ipse proprietatem lunaris humoris et patitur et prodit. Nam cum luna plena est vel cum nascitur (et tunc enim a parte qua sursum suspicit plena est), aer aut in pluviam solvitur aut, si sudus sit, multum de se roris emittit:
32 unde et Alcman lyricus dixit rorem aeris et lunae filium. Ita undique versum probatur ad humectandas dissolvendasque carnes inesse lunari lumini proprietatem, quam magis usus quam ratio
33 deprehendit. Quod autem dixisti, Evangele, de acuto aeneo, ni fallor coniectura mea, a vero non deviat. Est enim in aere vis

[Mss. APSH. s-bP. 28. *Διὰ .. σελάνας* om. ASHvic. — *Διὰ κυάνεον* a Plut. l. c. „*κυανέων* legit Had. Iunius lib. IV, cap. 23. Animadv.“ Pont. in dz. — *ΠΟΛΟΝΑΓΙΡΩΝ* P. 29. *inanima ea lunae* H a sec. m. — *quae vel* (om. *luna*) v. *quae vel luna* i-g. — *fabricis sunt* s-bPS. — *curae est* v-gb. — *de agris* Si-g. „*aeris* lego *areis*.“ *H.* 31. *suscipit* Shg. — *sidus* (sup. *u*) A. *sydus* vl. *surdus* vl. — *unde* (om. *et*) SHv-g. — *Alcman*]

usus sit, quamquam Plutarchus l. c.: *Λέγεται*, inquit, *δὲ καὶ πρὸς εὐτοκίαν συνεργεῖν, ὅταν ᾖ διχόμηνος, ἀνέσει τῶν ὑγρῶν μαλθακωτέρας παρέχουσα τὰς ὠδῖνας.*

28. *eleganter*] Plutarchus l. c.: *ἄντικρυς.*

poeta Timotheus] Meinekius haec non recepit inter Timothei Comici fragmenta (Fragm. Com. Gr. III, p. 589.).

Διὰ λαμπρὸν πόλον] Sic potest hic versus esse dimeter anapaesticus omisso primo pede: sed si, ut apud Plutarchum, legitur *διὰ κυάνεον πόλον*, uterque versus est paroemiacus.

29. *luna vel iam plena vel adhuc crescente*] Plutarchus p. 659. A. habet tantum *ταῖς πανσελήνοις.* Cf. § 31.

deiecta sunt] respondet Plutarchi verbis: *ἀποβάλλουσιν οἱ τέκτονες.*

luna deficiente] Plutarchus: *φθίνοντος τοῦ μηνός.* Cf. Gell. XX, 8, 5. *Eadem .. quae crescente luna gliscunt, deficiente contra luna defiunt.*

30. *quae humecta desideras luna crescente conficies*] Haec et quae sequuntur, de serendis arboribus, apud Plutarchum frustra quaeres: nec commode haec hic sunt inserta.

31. *vel cum nascitur*] Haec adiecit Macrobius, ut § 29. *vel adhuc crescente.* Cur hoc fecerit, significat iis quae sequuntur, quae quidem haud probanda sunt.

sursum suspicit] Cf. c. 14, § 16. *seu retrorsum recesserit.*

aut in pluviam solvitur aut .. emittit] Plutarchus p. 659. B. habet tantum *δροσοβολεῖ.*

aeris et lunae] Alcmanis verba (apud Schneidewin. Delect. p. 249, 32.) haec sunt: *Οἷα Διὸς θυγάτηρ Ἔρσα τρέφει καὶ Σελάνας δίας.*

32. *undique versum*] Cf. § 4.

quam magis usus quam ratio deprehendit] Cf. c. 14, § 15. et 15, § 3.

33. *de acuto aeneo*] Cf. § 16.

ni fallor coniectura mea] Offendit me pronomen *mea*, ideoque cogitavi, num forte sic haec essent distinguenda: *ni fallor, coniectura mea a vero non deviat*, ut *coniectura mea* esset nominativus et verba *Quod autem dixisti* idem valerent ac *Quod attinet ad id quod dixisti.* Sed tum pro *acuto aeneo*

acrior, quam medici stypticam vocant, unde squamas eius adiciunt remediis quae contra perniciem putredinis advocantur. Deinde qui in metallo aeris morantur semper oculorum sanitate pollent, et quibus ante palpebrae nudatae fuerant illic convestiuntur: aura enim quae ex aere procedit, in oculos incidens haurit et exiccat
quod male influit. Unde et Homerus modo *εὐήνορα* modo *νώ-* 34
ροπα χαλκὸν has causas secutus appellat. Aristoteles vero auctor est vulnera quae ex aereo mucrone fiunt minus esse noxia quam ex ferro faciliusque curari, quia inest, inquit, aeri vis quaedam remedialis et siccifica, quam demittit in vulnere. Pari ergo ratione infixum corpori pecudis lunari repugnat humori.

* * *

Edd. vicahgspdzb.]

Vid. not. 33. *aeno* S. — *stipticam* Edd. APS. *stypicam* H. — *adducantur* H. 34. *Homerus*] Cf. Od. δ', 622; ν', 19. et Iliad. β', 578; ή, 206; λ', 16; ν', 406; ξ', 383; π', 130; Od. ώ, 467 et 500 — *εὐήνορα ... χαλκὸν* om. AHSvi. In ea leguntur Iliad ν', 340 sqq.: *modo Ὄσσε δ' ἄμερδεν Αὐγὴ χαλκείη κορύθων ἀπὸ λαμπομενάων Θωρήκων τε νεοσμήκτων σακέων τε φαεινῶν Ἐρχομένων ἄμυδις* (c in mg.: Locus restitutus ex 13 Iliad.). — *Aristoteles*] Problem. I, 34. — *vero testis est* P. — *quam ferro* (om. *ex*) s-bS. *quam quae ex ferreo* c-g.

Macrobii Theodosii V. C. et illustris conviviorum tertii diei. AH. In PS nulla est subscriptio. *Macrobii Theodosii V. C. et inlustris Convi-*

flagitaretur enuntiatum, *acuto aeneo aprorum carnem a putredine esse defensam*, vel simile quid. Vulgatam rationem commendant etiam ea quae leguntur c. 15, § 13. *Quod autem Alcaeus poeta dixit ... ideo dictum est* cet.

a vero non deviat] Cf. Comm. I, 2, 3. *Epicureorum tota factio .. a vero deviat.* Verbum ipsum legitur ib. 21, 10. et 22, 7.

squamas eius] Plutarchus p. 659. C. *Τῷ γὰρ ἰῷ*, inquit, *πρὸς τὰ τοιαῦτα χρῶνται τῶν φαρμάκων ἰατροί.* Aeruginem commemorat etiam Plinius N. H. XXV, 5, s. 19. et Aristoteles Problem. I, 6.

advocantur] Cf. Ovid. Metam. VII, 138. *Secretas advocat artes.*

convestiuntur] Cf. c. 7, § 3. *partes corporis vestiuntur.*

34. *modo εὐήνορα modo νώροπα χαλκὸν has causas secutus appellat*] Plutarchus, quem sequitur Macrobius, videtur prius adiectivum derivasse a verbo *ὁράω*, et posterius a verbo *νωρεῖ*, quod Hesychius interpretatur *ἐνεργεῖ*. Sed idem ille *νώροπα* dicit *στερητικὸν τῆς ὄψεως*. Cf. etiam Plutarchi Sympos. VI, 7, 2. p. 692. F. verba: *Αἴθοπα γὰρ οὐ καλεῖ τὸν ζοφερὸν, ἀλλὰ τὸν διαυγῆ καὶ λαμπρόν· οὐ γὰρ ἂν ὁ λέγων εὐήνορα καὶ νώροπα χαλκὸν αἴθοπα προσηγόρευεν.*

remedialis et siccifica] Cf. prolegg. p. XLIII. med.

quam demittit in vulnere] Sic in omnibus exemplaribus invenitur. Alioqui mallem legi *in vulnera*. Cf. Plutarch. p. 659. D. *διὰ τὸ φαρμακῶδες ἔχειν τι τὸν χαλκὸν ἐν ἑαυτῷ καὶ τοῦτο ταῖς πληγαῖς εὐθὺς ἐναπολείπειν.* Apud Aristotelem l. c. legitur: *Ἀλλὰ μὴν φαρμακῶδες ὁ χαλκὸς, ἡ δὲ ἀρχὴ ἰσχυρά. τὸ μὲν εὐθὺς ἅμα τῇ τομῇ τὸ φάρμακον ποιεῖ τὴν φύσιν.*

lunari repugnat humori] Aliquid certe hic deesse demonstravi in prolegg. p. XXI sq. Fortasse hanc ipsam rem accuratius tractaverat Macrobius. Apud Plutarchum l. c. leguntur haecce: *Ὅτι καὶ τῷ σήποντι τὸ στῦφον καὶ τὸ θεραπεῦον τῷ φθείροντι τὴν ἐναντίαν ἔχει δύναμιν οὐκ ἄδηλον· εἰ μή τις ἄρα τῇ διελάσει φαίη τὸν ἧλον ἐφ' ἑαυτὸν τὰ ὑγρὰ συνάγειν, ἐπιφορᾶς ἀεὶ γιγνομένης πρὸς τὸ πάσχον. διὸ καὶ περὶ αὐτὸν ἐκεῖνον τὸν τόπον οἷόν τινα μώλωπα καὶ σπῖλον ὁρᾶσθαί φασι· καὶ λόγον ἔχειν τὴν ἄλλην σάρκα διαμένειν ἀπαθῆ τῆς φθορᾶς ἐκεῖ συντρεχούσης.* Cf. Veget. l. c. ad § 16.

[Mss. APSH. Edd. vicahgspdzb.]

viorum tertii diei explicit. M3. *Macrobii V. C. et inlustris conviviorum tertii diei liber explicit feliciter.* M1. *Macrobii Theodosii viri illustrissimi Saturnaliorum liber quintus et ultimus explicit feliciter. Deo gratias.* M2. *Macrobii Theodosii V. C. et inl. convivior. tcii diei* (sic) V. *Macrobii Aurelii Theodosii viri cons. et illustris Saturnaliorum libri expliciunt.* L1. *Macrobii Aurelii Theodosii viri consularis et illustris saturnaliorum libri* etc. v. *Finis* i. In chg subiiciuntur Vesaliensis verba: „Qui finem primi libri cum fine huius contulerit, facile animadvertet quaedam adhuc operis huius absolutioni deesse. Verum ea autorne ipse, sive aliis praepeditus sive morte praereptus, haud dum adiecerit, an librariorum incuria interciderint, facile dici non potest.“ „Finis libri et totius operis desyderatur.“ a. In s post viginti asteriscos leguntur haec: *Aurelii Macrobii Ambrosii Theodosii V. C. et inlustris Saturnaliorum finis.*“ In p2 *Finis libri septimi.* In pldzb nulla est subscriptio.

INDICES.

I. INDEX AUCTORUM
quos citavit Macrobius et scriptorum librorumque quibus usus est.

*) Ubi numeris nulla littera praemittitur, intelliguntur Saturnaliorum libri. C. significat Commentarios in Somnium Scipionis; D. Excerpta e libro de differentiis et societatibus Graeci Latinique verbi; De verb. Incerti auctoris fragmentum de verbo vol. I, p. 278 sqq.; S. Saturnaliorum libros (I. et II.); So. Ciceronis Somnium Scipionis; p. sequente numero Romano prolegomenon paginas; Addend. Addenda et corrigenda in volumine I.; Asteriscus significat discrepantiam a vulgata lectione; Baehr. I. Ch. F. Baehr, Geschichte der Römischen Literatur, ed. III.; Bernh. Bernhardy, Grundriss der Römischen Litteratur, ed. II.; Real-Enc. Real-Encyclopaedie der classischen Alterthumswissenschaft, edd. A. Pauly, Ch. Walz, Gu. S. Teuffel. Stuttgard. 1839—51.

rius Real-Enc. II, p. 694. statuit fuisse L. Cornelium Balbum pontificem.

Cornelius Labeo primo Fastorum libro S. I, 16, 29. (de Maia) S. I, 12, 21.; (de dis Penatibus) III, 4, 6. — *in libro cui titulus est: De oraculo Apollinis Clarii* S. I, 18, 21. C. O. Muellerus Etrusk. II, p. 36. statuit eius aetatem incidere in primum seculum a Chr. n. Cf. Baehr. II, p. 642, not. 1.

Cornificius in Glauco VI, 5, 13. *Cornificius* tantum legitur VI, 4, 12. Cornificium Gallum intelligendum esse docet Merkel. prolegg. ad Ovid. Fast. p. xcviii. Cf. eund. in prolus. ad Ibin. p. 363-65. Weichert poet. Lat. reliqq. p. 165 sq. Baehr. I, p. 502. Bernh. p. 463. not. 433. Catulli fuit aequalis.

Cornificius Etymorum libro tertio S. I, 9, 11. — *in Etymis* S. I, 17, 62. *Cornificius* tantum legitur S. I, 17, §§ 9 et 33; 23, 2. Aetas huius grammatici incerta est. Cf. Weichert. l. c. Baehr. II, p. 586. Merkel. l. c. Osann. ad Cornut. p. 390.

Cornutus, vir Graecarum etiam doctissimus litterarum V, 19, 3. — *vir alias doctissimus* ibid. 2. Cf. Osann. ad Cornut. p. xxiii sq. Lion. praef. ad Serv. p. viii sq. Baehr. I, p. 235 sq. Bernh. p. 666.

Crasso adsignatur stilus maturus et gravis V, 1, 16., ubi vid. not.

Critias animam dicit esse sanguinem C. I, 14, 20. Fuit Gorgiae et Socratis discipulus, unus e triginta tyrannis. Cf. Aristot. de anima I, 2; Real-Enc. II, p. 759 sqq.

Critolaus Peripateticus constare animam dicit de quinta essentia. C. I, 14, 20. Cf. Fabr. Bibl. Gr. III, 11; Real-Enc. II, p. 763.

Democritus animam dicit esse spiritum insertum atomis C. I, 14, 19; — *circulum lacteum esse innumeras stellas* C. I, 15, 6. *Democritus et Epicurus paria senserunt* VII, 14, 3 Cf. Cic. de fato 10, 23. Orell. Onom. Tull. h. n. Diog. Laert. IX, 7, 34 sqq. Real-Enc. II, p. 947 sqq.

Demosthenes in Mid. § 96. et loco incerto IV, 4, 2 et 13; ib. § 133. V, 21, 8; de cor § 3. VI, 6, 15. Laidem respuit S. II, 2, 11.

Didymus grammaticorum omnium facile eruditissimus V, 18, 9. *Didymus grammaticus in his libris quos Τραγῳδουμένης λέξεως scripsit* ib. 11. — *grammaticorum omnium quique sint quique fuerint instructissimus* V, 22, 10. Est ille χαλκέντερος dictus. Vid. Suid. h. n. c. not. Bernh., Real-Enc. II, p. 1015.

Diocles Carystius C. I, 6, 65. Plinius N. H. XXVI. 2. s. 6. secundum eum vocat medicum aetate famaque post Hippocratem. Cf. Real-Enc. II, p. 1033.

Diodorus circulum lacteum ignem esse dixit. C. I, 15, 5. Fuit Peripateticus, Critolai auditor, ut ait Cicero de fin. V, 5, 14. Cf. Fabr. Bibl. Gr. III, 11. Real-Enc. II, p. 1039.

Diotimus quidam poeta. V, 20, 8. Quod ibi legitur elegion Arati ad grammaticum potius respicit. Cf. Real-Enc. h. v.

Draco D. 12, 3. Videtur intelligendus esse Draco Stratonicensis grammaticus de quo vid. Suid. et Real-Enc. h. v.

Egnatius de rerum natura libro primo VI, 5. §§ 2 et 12. Poeta aliunde non notus. Vid. Real-Enc. III, p. 62.

Empedocles de dis fabulatus est C. I, 2, 21. *Animam dicit esse sanguinem* C. I, 14, 20. (Cf. Real-Enc. IV, p. 119., ubi ei tribuitur ratio quam amplexus est Epicurus.) Fragmenta leguntur S. I, 17, 46 et VII, 5, 18

Ennius in primo, ap. Spangenberg. v. 20. VI, 1, 12; v. 36. ib. 11; v. 122. ib. 15; v. 137. ib. 14; v. 140.* ib. 9; v. 154.* ib. 13. — ii, 31. De verb. 8, 15. — *in tertio* v. 11. VI, 1, 16; v. 26. ib. 9. — *in quinto* v. 8* sqq. VI, 3, 8.; v. 19. VI, 4, 4; v. 23. VI, 1, 17. — *in sexto* v. 12. VI, 1, 22; v. 14.* ib. 54; v. 18. ib. 8; v. 19. ib. 10; (ap. Sp. VII, 28* sqq.) VI, 2, 27; v. 49. VI, 1, 18. — *in Annalium septimo* v. 82. VI, 9, 10; *in septimo* v. 58. VI, 1, 19; v. 59. ib. 62; v. 93 sq. S. I, 4, 17. — *in octavo* v. 43.* VI, 1, 22; v. 46. ib. 52; v. 56. VI, 1, 20; v. 76. VI, 2, 16. — *in nono* v. 12. VI, 4, 18. — *in decimo* v. 30. VI, 1, 9. — *in X. Annalium (fere)* de verb. 6. 4. — *in undecimo* (xiv, 12.) VI, 1, 60. — *in duodecimo* (viii, 27.) VI, 1, 23.

nit carmina quibus utebantur Romani ad deos evocandos et ad devovendas urbes III, 9, 6.

Fusius Vivaculus II, 1, 13. Haec scriptura legitur apud schol. Cruqu. ad Horat. Sat. II, 5, 41; apud Plin. N. H. praef. § 24. codices habent alii *vivaculus*, alii *ut baculus*. M Furium Bibaculum poetam commemorant Tacitus Ann. IV, 34. Quintil. X, 1, 96. Weichert. p. 341 sq. Baehr. l. c. Bernh. p. 462.

Gallus, **Caecilius*, *vir doctissimus in libro de significatione verborum quae ad ius pertinent secundo*. VI, 8, 16., ubi Pontanus restituit *C. Aelius Gallus*. De hoc iurisconsulto Ciceronis aequali vid. Baehr. II, p. 640; Bernh. p. 675.

Gavius Bassus in eo libro quem de dis conposuit S. I, 9, 13. — *in libro de significatione verborum* III, 18, 2. *Gavius Bassus* tantum legitur III, 6, 17. De hoc grammatico incertae aetatis vid. Baehr. II, p. 585.

Gellius Annalium libro quinto decimo S. I, 16, 21. *Gellius* tantum legitur S. I, 8, 1. De hoc Cn. Gellio annalium scriptore vid. Kraus. p. 202. Baehr. II, p. 20. Bernh. p. 526.

A. Gellio Macrobius videtur debere consilium Saturnaliorum conscribendorum prolegg. p. xv. Tacitus eum compilavit Praef., §§ 2 et 3. S. I, praef., § 2 sq.; ib. § 16. ib. § 11 sq.; I, 10. S. I, 5, §§ 1 et 2; I, 16. ib. § 5 sqq.; I, 23, §§ 4-13. S. I, 6, § 19 sqq.; II, 6. S. VI, 7, 4 sqq.; II, 18. S. I, 11, 41 sqq.; III, 2. S. I, 3, 2 sqq.; V, 8. S. VI, 8, 1 sqq.; VII, 14, §§ 8-10. S. I, 5, 14 sqq.; X, 10. S. VII, 13, 7 sq.; X, 11. S. VI, 8, 7 sqq.; X, 24. S. I, 4, 20 sqq.; XI, 8. S. I, praef. § 13 sqq.; XIII, 11, §§ 1 et 2. S. I, 7, 12; XV, 2. S. II, 8, 4 sqq.; XVI, 5. S. VI, 8, 15 sqq.; XVI, 6. S. VI, 9, 2 sqq.; XVII, 8, 8 sqq. S. VII, 12, 28 sqq.; XVII, 10. S. V, 17, 9 sqq.; XVII, 11. S. VII, 15, 2; XVIII, 2, 1. S. I, 5, 12; XVIII, 5. S. VI, 9, 8 sqq.; XIX, 2. S. II, 8, 10 sqq.; XIX, 5, 5 sqq. S. VII, 12, 24 sqq.

Geminus S. I, 16, 33., ubi adnotavit Meursius: „Meminerunt eius Cicero Plutarchus Suetonius alii. De praenomine eius incertum: alii *Tanusium*, alii *Tamisium*, alii *Ganusium*, alii Canutium.“ Pontanus: „Apud D. Hieronymum praenomen eius et elogium (modo is sit) tale est: *Varius Geminius, sublimis orator*. Exstat adversus Iovinianum libro primo.“ Quis hic fuerit, non constat.

Genethliaci C. I, 19, 20. Cf. Gell. XIV, 1. Arnob. II, 69.

Glaucippus qui de sacris Atheniensium scripsit S. I, 13, 14. Forsitan hic fuerit Hyperidis oratoris filius quem commemorat Athenaeus XIII, 58, p. 590. c.

Gnipho, vid. *Antonius*.

Granius Flaccus S. I, 18, 4. *Apud Granium Licinianum libro secundo* S. I, 16, 30. Cf. Censorin de die nat. 3, 2.: *Granius Flaccus in libro quem ad Caesarem de indigitamentis scriptum reliquit*, ubi O. Iahnius citavit Petersen de orig. hist. Rom. p. 22 sq. Apud Arnobium III, 31 et 38; VI, 7. legitur *Granius*. Ad III, 31. Hildebrandus adnotavit Granium Flaccum Licinianum grammaticum citari etiam a Festo v. *Ricae* p. 277. Muell.; Haackhius Real-Enc. III, p. 960. duos Granios enumeravit, alterum Flaccum alterum Licinianum.

Heraclides Ponticus lucem dixit esse animam C. I, 14, 19. ubi vel in codd. mss. legitur *Heraclitus*. Librum περὶ ψυχῆς eum scripsisse retulit Diogenes Laert. V, 6, 4, 87. Cf. Fabr. Bibl. Gr. II, 13. Münchn. Gel. Anzeig. 1849. N. 98. Real-Enc. III, p. 1142 sqq.

Heraclitus physicus scintillam stellaris essentiae dixit esse animam C. I, 14, 19. *Heraclitus de dis fabulatus est* C. I, 2, 21. — *solem fontem caelestis lucis appellat* C. I, 20, 3.

Herodotus historiarum scriptor (IV, 28.) VII, 12, 31.

Hesiodus, *divinae subolis adsertor, priscos reges cum dis aliis enumerat* C. I, 9, 6. *Hesiodi quae de deorum progenie actuve narrantur* C. I, 2, 9. *Operis ruralis Hesiodum auctorem sibi fecit Virgilius* V, 2, 4. — Op. et D. I, 265. S. I, 23, 9. — I, 366. S. VII, 12, 13.

Hipparchus ignem dixit esse animam C. I, 14, 20. Videtur intel-

1180 sqq.] ib. 11. [v. 1217 sqq.] ib. 14. [v. 1224 sqq.] ib. 12.

Macer Licinius *intercalandi originem Romulo adsignat* S. I, 13, 20. *Mares Historiarum libro primo* S. I, 10, 17. C. Licinius Macer, trib. pleb. a. u. DCLXXXI. amicus et aequalis Sisennae a Cicerone repetundarum accusatus mortem sibi conscivit. Cf. Krause Vit. hist. Rom. p. 234 sq. Orell. Onom. Tull. h. n. Weichert. poet. Lat. rell. p. 102 sqq. Baehr. II, p. 23. Bernh. p. 526.

Mallius S. I, 10, 4., alias, quod sciam, ignotus.

Marcius *vates* S. I, 17, 25. *In carminibus Marcii vatis cuius duo volumina inlata sunt in senatum* ib. 28. Cf. Liv. XXV, 12. Plin. N. H. VII, 33. Hildebrand. ad Arnob. I, 62.

Masurius Sabinus *Memorabilium libro secundo* III, 6, 11. *Masurius Fastorum secundo* S. I, 4, 7 et 15. Ad priorem locum Pontanus attulit verba veteris glossarii ad Persium V, 90.: *Masurius hic Sabinus legis consultus fuit. Masurius* tantum legitur S. I, 10, 8. Fuit Ateii Capitonis discipulus, Tiberii et Neronis aequalis. Cf. Baehr. II, p. 643. Mahul. Notes sur Macrobe p. 419. citat Dan. Guil. Molleri Dissertationem de Masurio Sabino, Altorf. 1603.

Mattius III, 20, 5. Fuit mimiamborum scriptor, Caesaris amicus. Cf. Barth. Advers. XXIII, 18., Both. poet. Lat. scen. fragm. II, p. 265. v. Leutsch. Zeitschr. f. d. Alt.-Wiss. 1834. N. 20. Baehr. I, p. 203. Bernh. p. 401.

Meandrius *scribit Milesios Ἀπόλλωνι Οὐλίῳ immolare* S. I, 17, 21., ubi adnotavit Meursius: „Emendo *Leandrius.* Meminerunt eius multi. Arnobius lib. VI. [6.] *In Didymaeo Milesio Cleochum dicit habuisse suprema Leandrius.* Clemens Protrept. [p. 29.]: *Λεάνδριος δὲ Κλέαρχον ἐν τῷ Διδυμαίῳ φησίν.* Diogenes Laert. lib. I. [28.]. *Θάλητι ταῦτα δὴ ὁ Καλλίμαχος ἐν τοῖς ἰάμβοις ἄλλως ἱστορεῖ παρὰ Λεανδρίου λαβὼν τοῦ Μιλησίου.* Restituee etiam huius nomen Etymologicographo in Ἦλις et Theodoreto Θεραπευτ. lib. VIII.“ — Adde Clement. Alex. Strom. I. p. 300. et VI, p. 629. Diog. Laert. I, 41. Schol. ad Apollon. Rhod. II, 706. et ad Aristoph. Pac. 363. Sed omnibus his locis C. Keilius Vindic. onomatolog. p. 9 sqq. censet esse legendum *Maeandrius*, quae sine dubio est vera scriptura. Vid. eund. Anall. epigraph. et onomatol. p. 114 sq. Cf. Strab. XII, 2, 25. p. 552. Athen. X, 80. p. 454. a. Corp. inscr. Graec. n. 2905. *Κατὰ τὰ ἐν ταῖς συγγραφομέναις Μαιανδρίου τοῦ Μιλησίου ἱστορίαις.* Westermann. Real-Enc. IV. p. 1353.

Menander *eiusve imitatores quales comoedias agendas dederunt* C. I, 2, 8. — *in Nauclero* V, 21, 15.

M. Messala *Cn. Domitii in consulatu collega idemque per LV annos augur* S. I, 9, 14., ubi Zeunius non recte citavit Ernestii clavem. Merkelius ad Ovid. Fast. p. xcviii. dubitat num ea quae h. l. et apud Laur. Lyd. de mens. IV, 1. leguntur sumpta sint e libris *de auspiciis* quos citavit Gellius XIII, 15. et Festus p. 161, 29. vocat *de explanatione auguriorum*, an de aliis.

Metellus *pontifex maximus in indice quarto* III, 13, 10., ubi vid. not.

Modestus. Vid. *Iulius.*

Mummius *qui post Novium et Pomponium diu iacentem artem Atellaniam suscitavit* S. I, 10, 3. Meursius et Pontanus censuerunt esse scribendum *Memmius.* Scriptura *Mummius* defenditur in Orell. Onomast. Tull. h. v. coll. Charis. p. 118. P. (I, 21, 215.) *Mummius in Atellan.* et Priscian. X, 9. p. 514. Krehl., ubi post Novium commemoratur *Mumius* (sic). Munkius de fab. Atell. p. 126., Baehr. I, p. 196 sq., Bernhard. p. 382. rem dubiam reliquerunt.

Musonius S. I, 5, 12. (e Gellio XVIII, 2, 1., qui eum commemorat etiam XVI, 1, 1.). Praeter *Musonium Rufum* omnes philosophos a. Vespasiano (a. LXXIV. p. Chr. n.). Roma pulsos esse refert Dio Cass. LXVI, 13. Tacitus Hist. III, 81.: *Miscuerat*, inquit, *se legatis Musonius Rufus, equestris ordinis, studium philosophiae et placita Stoicorum aemulatus.* Cf. Baehr. II, p. 452 sq. Bernh. p. 259. Real-Enc. h. v.

Mythici S. I, 9, 1.

Naevius *in fabula Ariolo* III, 18,

20. — *Socrate ita antiquior, ut huius pueritia vix illius adprehenderit senectutem.* S. I, 1, 5. Est philosophus ille Eleaticus. Cf. Fabric. B. Gr. II, 23.

Persius I, 7. C. I, 9, 3.

PETRONIUS. Vid. *Arbiter.*

PHERECYDES *in libris Historiarum* V, 21, 3. *Pherecydes* tantum legitur S. I, 17, 21. et V, 21, 19.

PHILEAS, *vetus scriptor, in eo libro qui inscribitur Asia.* V, 20, 7. Atheniensis aetatis incertae. Cf. Real-Enc. h. n.

PHILEMON, *notissimus comicus, in Fantasmate*(Phasmate) V, 21, 7.

PHILOCHORUS *in Atthide* III, 8, 3. *Philochorus* tantum legitur S. I, 10, 22. Atheniensis, Demetrii Poliorcetae adversarius. Cf. Real-Enc. h. n.

PHILOLAUS *et Pythagoras dixerunt animam esse harmoniam.* C. I, 14, 19. Crotoniates Socratis aequalis. Cf. Fabric. B. Gr. II, 10. Real-Enc. h. n.

PHYSICI C. I, 6, 64 et 76; 11, 7; 12, 1; 16, 10; 20, 6 et 9; S. I, 7, 18; 8, 6; 9, 1 et 5; 17, 54; 18, 15; 21, 1; 23, 2; VII, 11, 5.

PICTOR *primo pontificii iuris libro* III, 2, 11. *Veranius ex primo libro Pictoris dissertationem huius verbi* (porricere) *executus est.* ib. 3. Videtur esse Serv. Fabius Pictor, de quo vid. Cic. Brut. 21, 81. Baehr. II, pp. 19 et 636. Bernh. p. 523.

PINDARUS, *quem Flaccus imitationi inaccessum fatetur* V, 17, 7. — *qui nimis opima et pingui facundia existimatus est* ib. 8. *Pindari carmen quod de natura et flagrantia montis Aetnae conpositum est* ibid. — *carmen quod est super monte Aetna* ibid. Vid. not.

PISANDER, *qui inter Graecos poetas eminet opere quod a nuptiis Iovis et Iunonis incipiens universas historias .. in unam seriem coactas redegerit.* V, 2, 5., ubi vid. not.

PISO S. I, 12, 18. Cf. R. Merkel. ad Ovid. Fast. p. LXXX.: „Si modo is Piso est satis antiquus: vix enim L. Calpurnium Pisonem Frugi intellexerim, sed eum quem Arnobius III, 38. inter Aelium et Granium, Plutarchus Mar. c. 45. Caium et ἄνδρα ἱστορικόν, Plinius H. N. XIII, 13, § 87. *L. Pisonem censorium* (nisi malueris *Caesonium*) et scriptorem *Commentariorum* nuncupant.“ Bernhardyus p. 332. retulit Traiani aetate L. Calpurnium Pisonem scripsisse libros de continentiis poetarum.

PLATO *inter philosophiae professores princeps* C. I, 8, 5. — *ipsius veritatis arcanum* C. I, 6, 23. — *postquam et Pythagoricae successione doctrinae et ingenii proprii divina profunditate cognovit* cet. C. II, 2, 1. *Qui primum Pythagoram et qui postea Platonem secuti sunt duas esse mortes .. prodiderunt* C. I, 11, 1. *Duas mortes hominis novit* C. I, 13, 5. *Rerum omnium et actuum naturam penitus inspiciens advertit infundendum animis iustitiae amorem* C. I, 1, 4. — *cum de τἀγαθῷ loqui esset animatus* C. I, 2, 15., ubi vid. not., et Addend. p. 308 sq. *Dixit animam esse essentiam se moventem.* C. I, 14, 19. *Dicit animam motus esse principium* C. II, 14, 23. Quomodo dicat animam ex se moveri C. II, 15, 6. De anachronismis in eius dialogis S. I, 1, 5 sq. *Platonici decreti auctoritate vino indulgendum est* S. II, 8, 4. *Solem Ἀπόλλωνα cognominatum scribit ἀπὸ τοῦ ἀποπάλλειν τὰς ἀκτῖνας* (in Cratylo p. 406.) S. I, 17, 7. *In Gorgia* (p. 524.) *de habitu post corpus animarum ammonemur* C. I, 1, 6. *Phaedonis nomini librum divinum de immortalitate animae dicavit* S. I, 11, 41. *In Phaedone* (p. 62.) *definit homini non esse sua sponte moriendum, sed in eodem dialogo* (p. 67.) *idem dicit mortem esse philosophantibus adpetendam* C. I, 13, 15. *Notavit in Phaedone* (p. 79.) *animam in corpus trahi nova ebrietate trepidantem.* C. I, 12, 7. *In Phaedone* (p. 106.) *est distinctio locorum quae hanc vitam relinquentibus ea lege debentur quam sibi quisque vivendo sanxerit* C. I, 1, 6. *De Phaedro Platonis* (p. 245.) *locus ad verbum a Cicerone translatus, in quo validissimis argumentis animae inmortalitas adseritur.* C. II, 13, 6. *Inter Platonis et Ciceronis libros quos de re publica uterque constituit .. hoc interesse perspeximus* cet. C. I, 1, 1. *In Re publica sua* (lib. x. p. 617.) *cum de sphaerarum caelestium volubilitate tractaret,* sin-

II. INDEX RERUM ET VERBORUM.

mumque consistere. Congregiendum igitur et tamquam in acie 9
quadam cum voluptariis rebus cumque ista vini licentia comminus decernendum, ut adversus eas non fuga nec absentia simus tuti, sed vigore animi et constanti praesentia moderatoque usu temperantiam continentiamque tueamur, et calefacto simul refoto- [356] que animo, si quid in eo vel frigidae tristitiae vel torpentis verecundiae fuerit, diluamus.

Sed, quia voluptatum fecimus mentionem, docet Aristoteles 10
a quibus voluptatibus sit cavendum. Quinque enim sunt hominum sensus, quos Graeci *αἰσθήσεις* appellant, per quos voluptas animo aut corpori quaeri videtur, tactus gustus odoratus visus auditus. Ex his omnibus voluptas, quae inmodice capitur, ea 11
turpis atque inproba est. Sed enim quae nimia ex gustu atque tactu est, ea igitur gemina voluptas, sicut sapientes viri censuerunt, omnium rerum foedissima est: eosque maxime qui sese duabus istis voluptatibus dediderunt gravissimi vitii vocabulis Graeci appellaverunt, vel *ἀκρατεῖς* vel *ἀκολάστους*: nos eos vel incontinentes dicimus vel intemperantes. Istas autem voluptates duas, 12
gustus atque tactus, id est cibi et Veneris, solas hominibus communes videmus esse cum beluis, et idcirco in pecudum ferorumque animalium numero habetur quisquis est his ferarum voluptatibus occupatus: ceterae ex tribus aliis sensibus proficiscentes hominum tantum propriae sunt. Verba super hac re Aristotelis 13
philosophi in medium proferam, ut quid de his infamibus voluptatibus tam clarus atque inclytus vir sentiat publicetur: *Διὰ τί οἱ* 14
κατὰ τὴν τῆς ἁφῆς ἢ γεύσεως ἡδονὴν ἐγγινομένην ἐὰν ὑπερβάλ-

Edd. vicahgspdzb.]
sistere Ps-z. 9. *quominus* Sar. — *animi vigore* v-g. — *deluamus* Gell. *abluamus* Sar. 10. *Sed quoniam* s-bP. — *dicit* P. — *Quinque* .. *ἐπιληψίαν* (§ 17.)] Cf. Gell. N. A. XIX, 2. — *etenim* s-bP. 11. *Ex iis* vi Gell. — *improbata* g in mg. — *ea voluptas* (om. *igitur gemina*) c-g. — *foedissima* (sup. add. *est*) G. — *appellavere* BG. 12. *duas voluptates* G. — *atque Veneris* v-g. — *ferarumque* (om. *animalium*) *numerum* (sup. *o*) G. — *ex aliis tribus* G. 13. *Aristotelis*] Problem. 28, 7. — *de iis* vi. 14. *Διὰ τί .. πάσχει* om. GSM3 (A *Διατοιματα* rel. om.). — *Διὰ τί οἱ* (vel *διατί οἱ*) cag-b Arist. Gell. *Διατοι* BPM12P27. *Διὰ τί* (om. *οἱ*) vh (i *διὰ τίνα τὰ τὴν*). — *τῆς* om. vi. — *ἐγγινομένην* BPM12. *ἐγγενομένην* vi. *ἐνγιγνομένην* h-p1 (p2 *ἐγγ.*). *εἰ γιγνομένην* dz. „*Εἰ* abest a Gellio et Ed. vet. recte. Verum omnino sensus postulat, ut legas: *διὰ τί κατὰ τὴν* ... *ἡδονὴν γιγνόμενοι, ἂν* (i. e. *ἐὰν*) *ὑπερβάλλωσιν*. Nam *γίγνεσθαι κατὰ* seu *περί τι* est *versatum esse in re, deditum esse rei*. Atque *ἂν ὑπερβάλλωσι* idem est quod alibi Aristoteles dicit *καθ' ὑπερβολήν*.“ Zeun. *ἐγγιγνόμην* P7. *γιγνομένην* ca. om. Arist. — *ἐὰν* BPM12viP27. *ἂν* c-b Gell. *οὐ ἂν* Arist. — *ὑπερ-*

i. e. satis firmum esse. Sic Cicero (Phil. II, 28, 68., ad Quint. fr. II, 3, 2. al.) dicit *mente consistere*.

11. *vel ἀκρατεῖς vel ἀκολάστους*] Cf. Plutarch. de virt. mor. 6, p. 445. D.: *Κατὰ ταὐτὰ δὲ οἴονται καὶ τὴν ἀκρασίαν ἔλαττόν τι κακίας εἶναι, παντελῆ δὲ κακίαν τὴν ἀκολασίαν. ... ἡ δὲ ἀκρασία τῷ μὲν λόγῳ σώζει τὴν κρίσιν ὀρθὴν οὖσαν, τῷ δὲ πάθει φέρεται παρὰ τὴν κρίσιν ἰσχύοντι τοῦ λόγου μᾶλλον· ὅθεν διαφέρει τῆς ἀκολασίας· ὅπου μὲν γὰρ ἡττᾶται τοῦ πάθους ὁ λογισμὸς, ὅπου δὲ οὐδὲ μάχεται.*

13. *Verba super hac re Aristotelis*] Eandem rem sed aliis verbis

καὶ ἀκόλαστον λέγομεν διὰ τὸ ὑπὸ τῶν χειρίστων ἡδονῶν ἡττᾶσθαι· οὐσῶν δὲ τῶν αἰσθήσεων πέντε τὰ ἄλλα ζῶα ἀπὸ δύο μόνων ἥδεται, κατὰ δὲ τὰς ἄλλας ἢ ὅλως οὐχ ἥδεται ἢ κατὰ συμβεβηκὸς τοῦτο πάσχει. Quis igitur habens aliquid humani 15 pudoris voluptatibus istis duabus, coeundi atque comedendi, quae homini cum sue atque asino communes sunt, gratuletur? Socra- 16 tes quidem dicebat multos homines propterea velle vivere ut ederent et biberent, se bibere atque esse ut viveret. Hippocrates autem, divina vir scientia, de coitu Venerio ita existimabat, partem esse quandam morbi taeterrimi quem nostri comitialem dixerunt. Namque ipsius verba haec traduntur: *τὴν συνουσίαν εἶναι μικρὰν ἐπιληψίαν.*

* * *

Edd. vicahgspdzb.] comprobant.“ Zeun. — *λέγομεν* om. vi. — *ὑπὸ χειρίστων* (om. *τῶν*) M12. *ὑπὸ τῶν χειρίσταιν* vi. — *τῶν δὲ αἰσθήσεων* (om. *οὐσῶν*) vi. — *τά τε ἄλλα* Arist. — *ἀπὸ δύο μόνων* BPa. *ἀπὸ δύο μόνον* vi. *ἀποδυόμενα τῶν προειρημένων* c. *ἀπὸ δύω μόνων τῶν* (g *τοῦ*) *προειρημένων* h-b (Arist. Gell *δύο*). — *ἢ κατὰ τὸ* vi. *ικα* B. — *πάσχει ὁρᾷ* (ag. Arist. Gell. *ὁρῶν*) *μὲν γὰρ ὁ ὁρῶν* (ag. Gell. *τὸ ὁρῶν*) *ἢ ὀσφραινόμενον* (Arist. *ἢ καὶ ὀσφραινόμενος*) *χαίρει, ὅτι ἀπολαύει, καὶ ὅταν πληρωθῇ, οὐδὲ τὰ τοιαῦτα ἡδέα αὐτῷ· ὥσπερ οὐδὲ ἡμῖν ἡ τοῦ ταρίχους* (Arist. *ταρίχου*) *ὀδμή, ὅταν ἅδην ἔχωμεν τοῦ φαγεῖν, ὅταν δὲ ἐνδεεῖς ὦμεν, ἡδεῖα· ἡ δὲ τοῦ ῥόδου ἀεὶ ἡδεῖα.* c-g Arist. Gell. 15. *Quid* P7. 16. *Socrates ... viveret*] Cf. Io. Saresb. VII, 8. — *homines multos* Sv-g. — *se autem bibere* Si. *sese bibere* ch. — *divinae vir scientiae* G a sec. m. — *venereo* Sv-g. — *τὴν συνουσίαν .. ἐπιληψίαν* om. BGSP7 (A *THN CY*. rel. om.). — *THN CYCIAN* M3. — *μικρὰν* om. dz. *MAIKPAN* M3. — *ἐπιληψίαν, id est, coitum esse parvum morbum comitialem* v3-b.

Significat ex iis quae dicta sint colligi rem nulla interposita deliberatione.

16. *Socrates .. dicebat*] Cf. Plutarch. de aud. poet. 4, p. 21. E. Athen. IV, 48, p. 158. F. Diog. Laert. II, 5, 16.

velle vivere, ut ederent et biberent] „Talis ille apud Plautum: *Non hic ut possit edit, sed posse cupit, ut edat.*“ Pont. — Hoc fragmentum inter incerta (34.) recepit Pontano auctore Weisius.

Hippocrates] Oiselius ad Gellium l. c. adnotavit haecce: „In Hippocratis scriptis, quae hodie exstant, huiusmodi verba non reperiuntur. Et Galenus Comm. I. in lib. III. Epidem. Hippocrat. huiusmodi dictum Democriti fuisse refert: *Τίς γάρ*, inquit, *ἀνάγκη γράφειν Δημόκριτον μὲν εὑρηκέναι μικρὰν ἐπιληψίαν εἶναι τὴν συνουσίαν.* Quomodo etiam capiendus Clemens Alex. Paedag. lib. II. *Μικρὰν ἐπιληψίαν τὴν συνουσίαν ὁ Ἀβδηρίτης ἔλεγε σοφιστής.* Potuit tamen et Hippocrates idem dixisse: vel dicendum Gellium hic memoria lapsum.“ Vide etiam Menagium ad Diog. Laert. lib. IX, p. 410., et Casaubon. ad eund. lib. c. 43., ubi dicitur ad Eryximachum referri haec sententia a Stobaeo, qui tamen non dissimilem tribuat Democrito: *ξυνουσίη ἀποπληξίη μικρά.*

τὴν συνουσίαν εἶναι μικρὰν ἐπιληψίαν] Interpretatio Latina quae vulgo adiicitur quin interpolatori debeatur dubitandum non est. Vid. not. ad c. 4. § 31. Non minus certum est huius libri interiisse finem. Sed Pontanum haud recte huc transtulisse octo ultima libri III. capita demonstrare conatus sum in prolegg. p. XXXIII sq.

[Mss. ABGPS.

Macrobii Theodosii V. C. et inl. conviviorum primi diei Saturnaliorum explicit. ABM3P2R (G add. *Incipit secundus*). *Macrobii Theodosii viri et illustris conviviorum primi diei Saturnaliorum liber II. explicit.* M1. *Macrobii Theodosii viri illustris conviviorum primi diei et secundi Saturnaliorum V. C. liber II. explicit. Incipit tertius feliciter.* P6. *Macrobii Saturnaliorum liber II. explicit. incipit III.* M2. *Explicit liber secundus, incipit tertius.* P7. In P, in quo quattuor lineae sunt relictae vacuae, et in Svi nulla est subscriptio. In chg subiiciuntur haec Arnoldi Vesal. verba: „*Finis libri secundi.* Secundo huic libro suum deesse finem, et sequenti item principium, id facilius perspectu est, quam ut admonendus sit lector. Si quid tamen lucis tantis addi tenebris queat, hanc librorum putem fuisse cohaerentiam: In fine primi libri mentio facta erat de poeta Vergilio. Sed cum coenae tempus interpellaret, placitum fuit sermonem eum reservari colloquio diei sequentis. Quare cum secundus liber ea contineat, quae dicta erant inter coenandum, restabat, ut tertio ea quae de Vergilio dicenda erant, explicarentur: quorum magnam certe partem desiderari nemo non facile animadverterit. Sed haec deplorari a nobis possunt, emendari non possunt." In a legitur: „Desunt multa." In s sunt quindecim asterisci. In p-b octo libri tertii capita (XIII-XX.) adnectuntur tamquam huius libri capita IX-XVI. additis in p-z his Pontani verbis: „Hic libri huius in omnibus ad hoc aevum editionibus finis fuit, et viderunt tamen homines eruditi plurima desiderari, quae deplorare facilius potuerunt, quam emendare. Nos Anglicani indicio [at in A nihil eiusmodi est] primi hunc hiatum sanavimus, et octo ex tertii libri iniusta possessione extorsimus capita, veterique huic suae et verae sedi redonavimus. Instituta enim de luxuria et de voluptatibus et praesertim περὶ τὰς τῆς τροφῆς ἀπολαύσεις narratio convenienter iam istis pertexitur, finiturque secundus liber. Paucula interim deesse post verba *parvum morbum comitialem* et sub initium quoque sequentis capitis, non inficier, sed paucula, inquam, id est verba duo quatuor, quibus parabatur responsus obiectanti Horo priscorum abstinentiam. Patet ex fine subsequi capitis [III, 13, 15.]: *Neque ego nunc antiquitati nos praeferendos vel comparandos dico; sed respondi obiectanti Horo, asserens, ut res habet, maiorem illis seculis deliciarum curam fuisse quam nostro.* Dixi desiderari post haec paucula, quae, nisi fallor, repperi, et sunt ista: *Fugienda sunt ergo omnibus modis et abscindenda igne et ferro, totoque artificio superanda, languor a corpore, imperitia ab animo, luxuria a ventre, a civitate seditio, a domo discordia, et in communi a cunctis rebus intemperantia.* Laudat sub Macrobii nomine Ioh. Sarisberiensis lib. 8. cap. 15. Ego apud Macrobium legisse non memini. Hic autem insanum in modum conveniunt. Fallor itaque? aut loci huius fragmentum est."

tissime subinnotata nec non de libelli fatis et codice ceterorum omnium fonte quaestione addita. Cura *Io. F. Maſsmann.*

Auch unter dem Titel:

Germania des C. Cornelius Tacitus. Mit den Lesarten sämmtlicher Handschriften und geschichtlichen Untersuchungen über diese und das Buch selbst. Von *H. Ferd. Maſsmann*, Dr. Professor. Mit 3 Steindrucktafeln. gr. 8. Preis: 1 Thlr. 15 Sgr.

M. ANNAEI LUCANI

PHARSALIAE

LIBRI X.

Ad meliorum librorum fidem recensuit scholiisque interpretatus est et indicem adjecit *C. H. Weise.* 8maj. Preis: 1 Thlr. 20 Sgr. Velinpapier: 2 Thlr. 10 Sgr.

M. TERENTII VARRONIS

SATURARUM MENIPPEARUM

RELIQUIAE.

Edidit *Franc. Oehler.* Praemissa est Commentatio de M. Terentii Varronis Satura Menippea. 8maj. Preis: 1 Thlr. 20 Sgr.

C. IULII CAESARIS Commentarii de

BELLO GALLICO.

Mit Anmerkungen und einem vollständigen Wörterbuche von *Franz Oehler.* gr. 8. Preis: $22\frac{1}{2}$ Sgr. — Das Wörterbuch apart: 10 Sgr.

XENOPHON'S ANABASIS.

Zum Schulgebrauch herausgegeben und mit einem Wörterbuche und grammatischen Anhange versehen von *Konst. Matthiä.* gr. 8. Preis: 25 Ngr.

ATLAS ANTIQUUS.

Schul-Atlas der alten Welt. Nach d'Anville, Mannert, Kruse, Reichard u. A. bearbeitet. Nebst einem kurzen Abrisse der alten Geographie von *C. Herm. Weise.* 14 Blatt in groſs Querfolio. Preis: 1 Thlr. 15 Sgr.

Enthält: 1) Orbis terrarum. 2) Hispania. 3) Gallia. 4) Italia superior. 5) Italia inferior. 6) Germania. 7) Graecia. 8) Asia minor et Syria. 9) Palaestina. 10) Aegyptus et Arabia petraea. 11) Athenae cum Piraeo. 12) Acropolis. 13) Roma. Mons Capitolinus. 14) Campus Martius.